This is a digital copy of a book that was preserved for generations on library shelves before it was carefully scanned by Google as part of a project to make the world's books discoverable online.

It has survived long enough for the copyright to expire and the book to enter the public domain. A public domain book is one that was never subject to copyright or whose legal copyright term has expired. Whether a book is in the public domain may vary country to country. Public domain books are our gateways to the past, representing a wealth of history, culture and knowledge that's often difficult to discover.

Marks, notations and other marginalia present in the original volume will appear in this file - a reminder of this book's long journey from the publisher to a library and finally to you.

Usage guidelines

Google is proud to partner with libraries to digitize public domain materials and make them widely accessible. Public domain books belong to the public and we are merely their custodians. Nevertheless, this work is expensive, so in order to keep providing this resource, we have taken steps to prevent abuse by commercial parties, including placing technical restrictions on automated querying.

We also ask that you:

+ *Make non-commercial use of the files* We designed Google Book Search for use by individuals, and we request that you use these files for personal, non-commercial purposes.

+ *Refrain from automated querying* Do not send automated queries of any sort to Google's system: If you are conducting research on machine translation, optical character recognition or other areas where access to a large amount of text is helpful, please contact us. We encourage the use of public domain materials for these purposes and may be able to help.

+ *Maintain attribution* The Google "watermark" you see on each file is essential for informing people about this project and helping them find additional materials through Google Book Search. Please do not remove it.

+ *Keep it legal* Whatever your use, remember that you are responsible for ensuring that what you are doing is legal. Do not assume that just because we believe a book is in the public domain for users in the United States, that the work is also in the public domain for users in other countries. Whether a book is still in copyright varies from country to country, and we can't offer guidance on whether any specific use of any specific book is allowed. Please do not assume that a book's appearance in Google Book Search means it can be used in any manner anywhere in the world. Copyright infringement liability can be quite severe.

About Google Book Search

Google's mission is to organize the world's information and to make it universally accessible and useful. Google Book Search helps readers discover the world's books while helping authors and publishers reach new audiences. You can search through the full text of this book on the web at `http://books.google.com/`




Digitized by Google

MEDICORVM INCIPIENTIVM MEDICINA, SEV MEdicinæ Chriſtianæ Speculum,

TRIBVS LVMINARIBVS DISTINCTVM, A medicis inchoantibus præ oculis ſemper habendũ, Confeſſarijs que admodum vtile, Æditum per Doctorem Ioannē Alphonſum, & a Ruicibus de Fontecha, opidi de Daimiel, in Cōplutenſi Academia Cathedræ Veſpertinæ, publicũ Profeſſorem.

HORVM OMNIVM ELENCHVM prima pagina commonſtrabit, cum indice.



CVM PRIVILEGIO.

Ex officina Ioannis Gratiani apud viduam.

M. D. XCVIII.

Digitized by Google

QVÆ TOTO HOC OPERE CONTI-
nentur, hoc ordine ſunt delineata.

Luminare primum diſputat de ornatu medici, de lineamentis internis, & de externis, de recipiendo aduocato medico, de aduertendo aromatario, de examinandis expoſcentibus licentiam ad aſſummendum eſum carnis tempore interdicto, de ieiunio, & de requiſitis ad ieiunandum.

Luminare Secundum agit de omnibus morbis, per eſſentiam, ſigna, cauſas, & prognoſtica, in quibus tenetur medicus dubitare, cōueniat ne eſus carnis tempore interdicto: & ad omnes morbos homini contingētes a vertice capitis vſque ad plantam pedis, multa remedia experta deſcribuntur, tū quando incæpit carnis eſus, & piſcium.

Luminare Tertium explicat, an liceat vuluā corruptam ſophiſticare, phlebotomare vtero gerentes, & expurgare, quando, quomodo, & quibus, & circa omnia dubia quamplurima.

Digitized by Google

EL REY

POR quanto por parte de vos el Doctor Iuan Alõſo de Fontecha catedratico de viſperas de medicina de la vniuerſidad de Alcala, nos fue fecha relacion, que auiades compueſto vn libro intitulado, Medicorum incipientiũ medicina, ſeu medicinę Chriſtianę, ſpeculum, tribus luminaribus a medicis inchoantibus præ oculis ſemper habendum compoſitum, &c. del qual ante los del nueſtro conſejo hiziſtes preſentacion en cuya cõpoſicion auiades gaſtado mucho tiempo, y pueſto mucho trabajo, atento lo qual nos pediſtes y ſuplicaſtes os mandaſſemos dar licẽcia para poder imprimir el dicho libro, y priuilegio para le vender por tiempo de veynte años, o por el que fueſſemos ſeruido, o como la nueſtra merced fueſſe, lo qual viſto por los del nueſtro conſejo, y como por ſu mandado ſe ficieron en el dicho libro las diligencias que la prematica por nos vltimamente fecha, ſobre la impreſsion de los dichos libros diſpone, fue acordado que deuiamos mãdar dar eſta nueſtra cedula para vos en la dicha raçõ, y nos tuuimoslo por bien, por lo qual por os hazer bien y merced vos damos licencia, y facultad para que por tiempo de diez años cumplidos primeros ſiguientes que corran y ſe cuenten deſde el dia de la data deſta nueſtra cedula podays imprimir y vender el dicho libro que de ſuſo ſe haze mẽciõ por el original que enel nueſtro conſeio ſe vio, que va rubricado y firmado al fin del de Gonzalo de la Vega nueſtro ſecretario de camara, de los que en el nueſtro conſejo reſidẽ, con que antes y primero que ſe venda lo traygays ante ellos para que ſe vea ſi la dicha impreſsion eſta conforme a el, o trayga fee en publica forma, como por el corrector nõbrado por nueſtro mandado ſe vio, y corrigio la dicha impreſſion por el original, y mandamos al impreſſor que aſsi imprimiere el dicho libro, no imprima el principio y primer

pliego

pliego del, ni entregue mas de vn ſolo libro cõ el original al autor, o perſona a cuya coſta ſe imprimiere, ni a otra alguna, para effecto de la dicha correccion y taſſa, haſta que antes y primero el dicho libro eſte corregido, y taſſado por los del nueſtro conſejo, y eſtando fecho, y no de otra manera pueda imprimir el dicho principio, y primer pliego del dicho libro enel qual ſeguidamente ſe ponga eſta nueſtra cedula, y priuilegio, y la aprobacion, taſſa, y erratas, ſopena de caer, e incurrir en las penas contenidas en la prematica, y leyes de nueſtros reynos, y mandamos que durante el dicho tiempo perſona alguna ſin vueſtra licẽcia no le pueda imprimir ni vender, ſopena que el que lo imprimiere, o vẽdiere aya perdido y pierda todos, y qualeſquier libros, moldes y aparejos que del tuuiere, y mas incurra en pena de cincuenta mil marabedis por cada vez que lo contrario hiziere, la qual dicha pena ſea la tercia parte para la nueſtra camara, y la otra tercia parte para el juez que lo ſentenciare, y la otra tercia parte para el denunciador, y mandamos a los del nueſtro conſejo, preſidente y oydores de las nueſtras audiẽcias alcaldes, alguaciles de la nueſtra caſa corte y chancillerias, y a todos los corregidores, aſsiſtente, gouernadores, alcaldes mayores e ordinarios, y otros juezes, y juſticias qualeſquier de todas las ciudades villas y lugares de los nueſtros reynos, aſsi a los que agora ſon, como a los que ſeran de aqui adelante, q̃ vos guarden y cumplan eſta nueſtra cedula y merced que vos hazemos, y contra el tenor y forma de lo en ella cõtenido no vayan ni paſſen, ni conſientan yr ni paſſar en manera alguna ſopena de la nueſtra merced, y de diez mil marauedis para la nueſtra camara. Fecha en ſan Lorenço el real, a veyntiquatro de Setiembre de mil y quinientos y nouenta y ſiete años.

YO EL PRINCIPE.

Por mãdado del Rey nueſtro ſeñor, ſu Alteza en ſu nõbre.

Don Luys de Salazar.

Digitized by Google



INCLYTO, CLARO, ET INSIGNI VIRO D. D. HENRICO DE MENDOZA

meritiſsimo filio Marchionũ de Mondejar Equiti ordinis D. Iacobi ſumma religione, ac morum innocentia, & puritate longe præclaro, Doctor Ioannes Alphonſus, & à Ruicibus de Fontecha, ſuus medicus, & Apollineæ facultatis publicus profeſſor, & moderator in celeberrima, & gentiũ orbis ampliſsima Complutenſi Academia perpetuam exoptat, & precatur fœlicitatem.

CVM apud me, inclyte, & præclariſsime vir cõtemplarer attentè, & alta mentis cogitatione perpenderem, non ſolum in te lucere, & ſplendeſcere veram, ſummam, & perfectam gloriã, maieſtatem, & amplitudinem, generoſa, excelſa, atque magnifica facta maiorum tuorum Marchionum de Mondejar, comitum de Tendilla Proregum Neapolis, & Valentiæ, Imperatorum exercitus regni Granatenſis, quorum conſilio, induſtria, & opera, grauia, & ardua quæq; negocia ad Hiſpaniæ, imo totius Chriſtianæ Reipublicæ quietem, tranquillitatem, & tutelã neceſſaria, fuerunt ſemper tractata, & expedita: ſed etiã velut quoddam ſidus ſplendidiſsimum in te coruſcare, atque fulgere ſtudiũ ordinis erga religionem Societatis Ieſu, & quidem adeo vehemens, & flagrans, vt cũ tres morbi

graues

graues,moleſti,atque longi te inuaſiſſent,diuq; vexaſſent,& à me dicis nobiliſsimis, & optimis licentiam obtinuiſſes veſcendi carne diebus vetitis, recuſaueris per longum tempus illa vti,& veſci,cœpi ſane commoueri,incendi, & inflammari deſiderio quodam vehementi perquirendi,& perſcrutandi, quibus in morbis ægritudinibus,corporis affectionibus,aut debilitatibus, non ſolum homines plebeij,ſed etiam Patricij & nobiles, etſi delicatis, ac conquiſitis epulis dediti abſque periculo veſci poſſent piſcibus, alijſque cibis quadrageſimæ (opus ſane rarum,eximium,& à nullo vnquam tẽtatum) cumque in ea re omnem mentem,& cogitationem defixiſſem,& diligenti ſtudio ſingula quæque libraſſem,& accurate perpendiſſem, commentarios eius rei confeci, in quibus elaborandis, & perpoliendis multum temporis deſudaui: cumque etiam anxius,& ſolicitus eſſem,cui offerrem, & conſecrarem noſtras vigilias,& lucubrationes, quem inuenirem patronum, & fautorem, qui morſus inuidorum,& detractorum, atque turbulentos impetus poſſet fortiter,& ſtrenue depellere,excitare,incendere, & dirigere animos anguſtos,diffidentes,& imbecilles eorum,qui ſe putant vix poſſe per diem viuere abſque eſu carnis:occurriſti tu mihi firmiſsimum columen alijs, alijſque exemplum imitatione dignũ, qui opus hoc noſtrum benigno & hilari vultu exceptum, illius tutelam,& patrocinium ſuſciperes. Nec illius & noſtram paruitatem attendas, ſed honeſtum deſiderium in ſeruiendi Deo,quẽ precor,vt te vſque ad ſummi pontificatus culmen & faſtigium euehat:hoc enim vnuſquiſque,præſertim ego,qui tuus ſum humilis ſeruus,exoptare,& precari tibi iuſte debet,tuque ipſe mereris,qui,vt in Chriſti obſequium omne ſtudium conferres abieciſti inſignes, & magnificos titulos Ducis de el Infantado,Marchionis del Zenete,y de Santillana,Comitis de Saldaña,& aliorum locorum, ac noctu diuque piorum hominũ colloquijs,virtutis exercitationibus,& literarum ſtudijs non vacas. Vale.

(.?.)

Digitized by Google

Ad pium, & benignum Lectorem.

COgitanti mihi (pie Lector) quoties, non ſolũ dum primis pulſuũ attrectationibus aderã, & practicis operationibus applicationibuſq; remediorũ dabã operã, verum & poſt multas vigilias lucubrationes, experiẽtias, & animaduerſiones iuxta conſeruationẽ rerum naturaliũ, modificationẽ non naturaliũ, atq; extirpationem præternaturaliũ, afflictione, dubitatione, & anxietate circundatus fuiſſem ab expoſcentibus licentiã ad veſcendũ carnem, & non ieiunandũ tẽpore prohibito per mãdata Sanctæ Romanæ Eccleſiæ, quærebam à maioribus noſtræ Apollineæ facultatis, eſſet ne aliqua generalis regula, & cõmunis pro omnibus affectionibus dubijs, morbis abſq; febre, neutris diſpoſitionibus, & debilitatibus, in vno, ac altero euentu, ceterũ haud inueni. Rogaui à S. Theologiæ Doctoribus, & vtriuſq; iuris peritiſsimis, & prudẽtiſsimis viris, ipſi autẽ dicebant, expoſtulantes corã nobis taliter ad vos mittimus, qui ipſius rei iudices, & examinatores eſtis: nos etenim ſolum auctoritatẽ Eccleſiaſticã interponimus, vt illi obedientiã obſtringant miniſtris S. Ramanæ Eccleſiæ: ad vos vero attinet examinare, expediat ne pro cõſeruatione humanæ ſalutis, poſsit ne ille ieiunare, hic autẽ ſecus: ille veſci carnibus, iſte minime: quamobrẽ, quaſi fremens, hinc & illinc quærens animo meo ſolaciũ, & trãquillitatem, Deo honorẽ, & gloriã, obſeruationemq;, & eius, & Sãctæ Eccleſiæ mandatorũ, & tranſlationũ, multa abſque dubio euolui ſæpe atque ſæpe, ſpatio quatuor annorũ has colligi regulas à multis, & diuerſis auctoribus diſperſas ſatis, tum & determinationes pro illis, & omnibus fere caſibus, & euentibus, quæ in hoc Apollineæ facultatis miniſterio paſsim, & quotidie ſe offerunt: multa experta ſpecialia remedia depinxi, circa quæ & millies periculum feci, ipſa deprecor libẽter amplectaris, Chriſto R. N. gratias agens, in cuius laudem, Patris, & Spiritus ſancti vtinam correctionem illarum noſtræ vitæ curriculus videre mereatur. Vale.

Digitized by Google

APPROVACION.

POR mandado de los ſeñores del conſejo Real, yo he viſto el libro q̃ ha cõpueſto el Doctor Iuan Alõſo de Fõtecha, Cathedratico de medicina en la vniuerſidad de Alcala de Henares, intitulado, Medicorum incipientiũ medicina, vel medicinæ Chriſtianæ ſpeculum. En el qual da con grande erudicion muchos auiſos, nunca antes eſcritos, y muy neceſſarios a los que comiençan a profeſſar la ſciencia de medicina. Declara en que ocaſiones puede el medico dar licencia para comer carne en los dias prohibidos, coſa nunca eſcrita. Trata de muchas y varias enfermedades con muchos y exquiſitos remedios, y experiẽcias nunca viſtas, haze vn particular tratado de mugeres, aſsi preñadas como donzellas, con muchas curioſidades nunca eſcritas antes de agora. Es libro muy docto, y de muy prouechoſa doctrina, aſsi para los principiantes, como para los prouectos, de la leccion del qual, ſe collige auer gaſtado mucho tiempo, y auer trabajado mucho para auerle pueſto en el eſtado en que al preſente eſta. Y aſsi merece ſer honrado y gratificado, y que ſe le de la licencia que pide para imprimir el dicho libro. Dada en Madrid a quatro de Setiembre de 1597. años.

El Doctor Diego Lopez.

Digitized by Google

LVMINARE PRIMVM DE OBSERuandis à medico, & de lineamẽtis internis, & externis.

ALTISSIMVM de terra medicinam creaſſe, medicum fore honorandum, & locum dandum ei, habetur Eccleſiaſtic. 38. & quod non diſcedat à te, quia opera eius ſunt neceſſaria: eſt enim tempus, quando in manibus illorum incurras, ipſi vero Dominum deprecabuntur, vt dirigat requiem eorum in ſanitatem. Vnde intelliges medice incipiens, oſtenſum eſſe, quod te amplificent homines: ſubiectum circa quod opus tuum graſſatur ipſum eſſe hominem: & inde materiam pręſtantiſsimam, quod ipſe tuus intuens Galenus lib. de Facis per initia dicebat: medicum ergo eo magis, quàm alium artificem fungi decet ſuo munere, quò ſibi nobilior eſt ſubiecta materies, & in oratione ſuaſoria ad artes c. 2. medici ſunt in prima ſede apud Deum Mercurium: ſi igitur diuinæ & humanę literæ honorificare te præcipiunt, materiã circa quam, & opera tua huc vſque laudibus efferunt, teneris ergo tu omnium bonorum vnius & alterius ordinis vnum Deum auctorem & principium diligere: in omnibus inuocare, atq; ipſi ſeruire & ancillari.

Inuocabis igitur diuinum auxilium: nam præter Eccleſiæ ſanctæ Romanæ & eius Patrum exhortationes firmè tenẽdas, & obſeruan- *Primũ obſeruandũ.*

ſeruandas:& tui medici Gentiles, & barbari id cómonefaciunt. Habes equidé apud Hipp. de natura muliebri, maxime quidem numé in hominibus cauſam eſſe, quod inuocabis, iuxta Gal. lib. an animal ſit in vtero: Dei amicus eum inuocans ſecundo noſcit res. Circa Auice. in Proœm. lib. 1. Dei celſitudo, & multitudo beneficij meretur agere ipſi gratias, & fen. 1. li. 1. doc 4. c. 1. ſit Deo omnibus melioribus factoribus laus, apud Halliabaté 1. regalis diſpoſitionis, oportet enim medicũ ad Deũ eſſe ſuſpicienté, & iuxta Ioãné Meſué tractatu de appropriatis: Deũ, o, medice in cunctis propone, & proponet te: time eũ, & ſecurus cuncta experiaris, quid ergo à Chriſti aſſeclis, & rationibus expectas audire?

Secundum obſeruandum. Secundo iuxta medicinæ opera multum inſudabis, perficitur enim ratio per medicã artem cũ obſeruatione diligenti canonũ, tam partis theoricæ, quam practicę, non exiſtimes te iſta cõſequi poſſe, voluptatibus, ludis, ſpectaculis incumbendo, & aeré verberando. Credis ne aliud tibi inſinuare Hipp. etſi Gentilé, cum aſſerit 1. apho. 1. vita breuis, ars longa: & Gal. 1. de dig. pul. c. 1. quãdo ſic. Nam ſi figuli pictoresque viſum, ſi caupones & coqui guſtum, olfactũ vnguentarij, auditũ muſici, tametſi artis habent vbique prõptam materiam, multos non dies dico, aut mẽſes, ſed annos: vt accurate artem calleãt, meditantur, ad tactum exercendum, quantũ. ſ. cenſeas tẽporis medicum quærere? ſi tot tẽporis ad cognitionem pulſuũ (de hac enim ſolũ ibi ſermonem fecit) eſſe neceſſarium inſinuat? quid exiſtimas conuenire cognitioni reliquarũ partium, naturalium, non naturaliũ, & præternaturaliũ? an poſſe hoc aſſequi aliter tibi videtur? quod ſi hæc apud te non tanti ſunt, altiora te concitent. Iuxta hominum appetitum, præ oculis habeas obſecro illud Eccleſiaſ. 30. diſciplina medici exaltabit caput illius, & in cõſpectu magnatũ collaudabitur, & illud Gal. com. 2. in morbis acutis ſuper tex. 36. qua quidem in re tum

Sapiẽs medicus exaltabitur. meliores, tum deteriores reperiuntur medici, quanquam eadem didicerint: nẽpe qui perſpicaci magis pollent ratiocinio, ijs, qui hebetius habent, euadunt probatiores, laboris item amantiores (en) ſegnioribus, exercitatioresque (reſpice) minus exercitatis, aut capiat voluntatem tuam, ſtudioſores medicos, non ſolũ honores adipiſci, verum & præmia magna: non ne legitur de Podalirio, quod cum ex tẽpeſtatibus maris in Caria ſeruatus à caprarũ paſtore, & hoſpitio adaptatus ad Regé Damatheũ deductus, eius filias Syrenam torulo delapſam, miſſo ſanguine ex brachio

vtro-

vtróque, & medicaminibus impoſitis quibuſdã, ſanitati reddidit:
Ob quã rem, rex admiratione correptus, in vxorem illi eã dedit:
factusque fuit Podalirius & Regis gener, & Dominus ciuitatũ
duarũ, quibus impoſuit nomina vxoris, & paſtoris, à quo fuit li-
bertati reſtitutus, vt refert Ouid. lib. 5. Triſtiũ, tẽpore etiã ſterili
tatis & famis eximiæ, nullis aduenis Romæ datus fuit locus, niſi
medicis ſolũ: vt videre eſt apud Trãquillũ lib. ſuo c. 42. proſcrip *Medici*
ti vero olim medici à Romana republica (vt vulgo fertur) nõ pe *proſcripti.*
riti, & docti, ſed quia ignari & ſtulti. Archagatus equidẽ, medi-
cis literis tam theoricis, quã practis ornatus, à Rom. repub. ſum
ma acceptatione fuit receptus: anno 53. poſt Romæ ædificationẽ,
deniq; cuidã regioni Indiarũ, referẽte Strab. c. 15. nec decebat
artẽ aliquã callere, niſi medicinã, ex eo ꝙ homines maxime am-
plificaret, & cõdecoraret: eſt ne aliquid in humanis rebus hono-
rabilius, homines honeſtãs, quã miniſteriũ magnorũ principũ?
ſed medici ſtudioſores regiæ naturæ miniſtri vocitãtur à Gal. li.
ad Traſibulũ c. 26. & 1. epid. com. 2. ſuper tex 51. nã pigri in ſtudẽ
do, & praui, nõ adiutores naturæ, ſed inimici, & æmuli acclaman
tur 1. de diebus decretorijs c. 11. & 6. de morbis vulgaribus, cõ. 1.
debes ergo ijs cõgratulari ad inſudandũ, nauandũq; operã medi
cis literis, & exhortari. ꝙ ſi neq; hæc adhuc, obſtupefaciat viſ-
cera tua, & mentẽ deterreat illud D. Pauli ad Corin. ſi quis igno *Medici pu*
rat ignorabitur, atq; illud Greg. qui ſtultus fuit culpa, ſapiẽs erit *niendi.*
in pœna, & deniq; prolatũ illud per Iſai c. 5. propterea captiuus
ductus eſt populus meus, quia nõ habuit ſciẽtiã, neq; adimpletur
obligatio tua aſsiduis medicinæ practicæ & theoricæ incũbens
laboribus, ſed opus eſt tibi, ſuppoſita latina lingua, philoſophiã
haud mediocriter guſtare, ꝙ inſinuauit Gal. cũ aggrediẽtes medi
cinã ante philpſophiã, ante grãmaticã & alias ſcientias, damnat
tract. de lib. proprijs: hincq; iũxit medicinã cũ philoſophia, atq; *Medici do*
ignorãtes hoc irriſit, cũ li. 1. de diebus decret. c. 4. ſcribit, Atque *cti.*
hæc nõnulli medicorũ factitant, tantã vel dialecticis, vel grãma
tices, vel rhetorices cognitionẽ ac intelligẽtiã habentes, quantã
aſinus lyrę: hi ergo medicorũ res omittẽtes, & aliena male tractã
tes, vtrobiq; grauiter peccãt, vult ergo Gal. neceſſaria in re medi
ca amplectẽda, proſcribẽda vero inutilia: quã ob rẽ 9. de placi-
tis Hip. & Pla. habet ſic: medicinę nõ cõfert ſcire, an iraſcibilis, et
cõcupiſcibilis, ſit mortalis vel immortalis li. de ſubſt. facul. nat.
Ad medicinã nil facit cognoſcere, an plantæ ſint priuatæ ſenſib.

 vel non:

vel nō:& tandem 8. de decretis Hipp. & Plat. c. 5. ad medicinam non ſpectat tractare cauſas colorum: quod conſiderans Celſus dicebat: omnis propoſitio, quæ non docet curare, aut melius curare, ab arte medica eſt releganda, cum hoc tamen cap. 4. eiuſdem operis docet conuenire maxime, quod ex elementis noſtra corpora conſtituuntur iuxta Platonis & Ariſt. præcepta & doctrinā, quo modo fructus, animalia, & humores producantur, cognoſcere: ad exactam vero horum omnium cognitionē præſtabit haud parum, vt ſe ipſum homo probet, antequam medicinæ ſcientiæ portas aggrediatur: ne ingenio reluctāte, inclinatione, & natura, in vanum ſuos labores efficiat: nam cum omnia rerum medicinarum in libris fere impoſsibile ſit accingi (iuxta quod dicebat Gale. 1. apho. 1. & ſit fere incomprehenſibilis medicina) arti, & ſciētiæ ingenium ſubminiſtrare eſt opus, naturale quidem ingenium medici adiuuat artem, & naturam regentem: contrarium vero cōtrarium, vt inſinuauit Damaſcenus 2. apho. hinc Gal. 8. metho. cap. 9. dixit: ergo tum exercitatum in his omnibus, tum natura prudentem eſſe medicum conueniet. Hinc etiam Iacobus in hęc prorumpit verba, medicus ingenioſus eſſe debet, vt ſuo naturali ingenio inueniat ea atque ſuppleat, quæ non potuerunt ſapientes lingua proferre: neque in hac ſcientia ſcribi potuerunt, & vltimo huic parti patrocinantur verba illa aſcripta Hipp. lib. de lege, videlicet expedit ei, qui ſapiens omnino, & cōſūmatus futurus eſt medicus: vt natura particeps ſit ingenij, & doctrinæ, & à teneris annis circa ſtudiorū res ſe exerceat, eo quod ſic multa & facilius cōparantur: propter hoc dicebat Haliabas: diſcipulus ab adoleſcētia præſtet, ſtudio diu, noctuque incūbat, & Poeta, quo ſemel eſt imbuta recēs teſta, diu ſeruabit odorē, nec ob aliud videtur dictū fuiſſe à Gal. de ordine librorū ſuorū à 17. anno tradidiſſe ſe literis medicis, nā à patre didicit vſq; ad 15. ætatis ſuæ annū grāmaticā, Logicam, & Arithmeticā; & vſq; in 17. philoſophiam, & reliqua neceſſaria ad medicinæ ſcientiā, ad harū vero ſcientiarū eruditionē habendā, adire expedit celebrata gymnaſia, in quibus non vulgaris ſcientiæ & autoritatis viri clariſsimi docentes aſsiſtunt: quos futurus medicus pudore quodam & reuerentia, vt expedit, obſeruet: eorū dictis fidem adhibeat, vt diſcat: eoſdem amplificet, & commendet, vt ab eis diligatur, & eorum autoritatem, prudentiam, & ſcientiam extollat: iuxta illud Hipp. in iureiurādo, præceptorē ſane, qui me hāc edocuit artē,

Medici prudentes.

Galeni ſtudia.

pārētum loco habiturum iuro:his equidem obſeruatis efficietur medicus talis,qualis expedit,& depingitur à Gal. & à medicinæ parentibus:imo qualis in rebus publicis conuenit,& eſt neceſſarius valde:is enim non meretur taxari cum imperitis ab Hipp. lib.de fracturis,cum dicit,verũ cogor plura de hoc ſcribere:quod ſciam medicos eſſe,qui ſibi ſapientes eſſe videntur,&c. & à Gal. lib.ad Traſibulum,& quinto de ſanitate tuenda.

Obijciet tamen aliquis:experientia ſatis eſſe compertũ,& quotidie oculis notum,non ſolùm homines abſque tot laboribus, & rerum diſcrimine egros ſanitati reſtituere : morbos profligare, & extirpare affectus contra naturam:verũ & mulierculas noſtro videri inſipientes,& ignaues hoc idẽ efficere : ſed reuera operibus his oſtenditur hominum infœlicitas: ne dicam,eorum ſcelera & peccata,eſt ne res riſu dignior : quinimo ploratus digniſsima?equorum equidem,&aſinorum lapſa ſalus non traditur reſtitutioni,niſi homini veterinario nimis experto: hominum vero, vita, & ſalus,mulierculis,herbarijs,medicis,ſiue doctis, ſiue indoctis abſque diſcrimine,expertis,& alienatis ſatis à doctrina, & experientia:tu tamen medice vide quid agas, & reſpice finẽ, (ſcriptum enim eſt,tertio,Eccleſiaſtici qui amat periculum in illo peribit)non ſolum cum imperitus ſis,verum,& cum doctus,nõdũ expertus.Satis enim clare Gal.5.met.c.7.inſinnauit , medicis iuuenibus non eſt fidendum,cum inquit,ac medicus quidem , vt erat admodum iuuenis,& operum artis parum peritus,venam ſe incendiſſe putabat,ego vero cum quodã alio,ex his qui aderant medicis,vtique ſeniore,vbi quod accedet aduerti &c.quod ſi aliquando mulierculæ,& medici indocti,ſeu inexperti finem tetigere intentũ,& ſalus acquiſita fuit,eius poteſt ſignari ratio:quia cum Iuniores medici,referente Gal.2.de Simpl. med.facultatibus c.13.nec quicquam ſit,quod non audeant:non mirum eſt,omnia audẽtes impetrare aliqua,nec poteſt te redimere ea ratione, quia dicas . Scilicet damnum proximo inferre , omnino à tua voluntate eſſe alienum:quin potius , ſalutem deſideras hominũ, & intendis,nam & tunc prouinciam ſuſcipis duram . Scis ne tu, & cognoſcis,quando modo medici cognoſcere valent naturam, & eſſentiam morbi curandi:an quia vidiſti aliquãdo,his tuis remedijs impiricis extirpari ſimiles morbos?Si primũ habes, age iam loquela tua te manifeſtabit:& ſciẽtia tua te ſaluũ faciet.Fac & imple miniſterium tuum iuxta tibi permiſſum:verum ſi ſecũdum tan-

Dub.1. de inſipientibus curantibus.

dum tantum tetigiſti,ſcias te grauiter peccare,poteſt equi de maiorem leſsionem inferre egro lapſus propter ſimilitudinem morborum:quinimo & mortem: & tunc peruertis diuinum illud & ſalubre preceptum de non occidendo:neque ex his vellim,exiſtimes, me aſſerere,quod abſolute non liceat vti imperitorum remedijs,vt medicorm quidam aiunt,excludentes ſemper, & a toto genere vetularum emplaſtra, vnctiones, & alia impirica remedia,quia multoties euenit,harum remedis vulgus vtens ſanitati egros reſtituere:& medicos a vulgo irridiri. Sed tãtũ,quod prius perſcrutationem morborum, & auxilium videas,& ſi contradictionem contineant, aut permite remedium pro præſſenti ſtatu,aut futuro,aſſerendo ſuo tempore, & poſſe vtilitatem adducere;quod ſi alexiÿpharmacam habere colligas naturam,nõ te pigeat,poſt tua remedia ſi non conferãt,& illa applicare,ſepe enim vidimus,ad impletum prouerbium illud,beata vetula, eſto & tu beatus etiam, non irridendo remedium, ſed verbis quibuſdam equiuocis vtens,illud haud taxabis, aut laudare non te peniteat, da locum dicendi cuicunque euentui,ne a vulgo irriſioni tradaris. Si prius adeptus eſt reliquas adductas conditines, circa tua ſtudia,ſcientias, & labores. Hoc enim aptime 1. eſt neceſſarium: vt merito huius temporis (auxilio regio implorato) Peritiſsimi quidam doctores præceperint adhuc poſt gradum bachalaureatus ad minus in liberalium artium facultate,& ſaluberrima medendi ſcientia, & adimpleta ſanctione illa & lege,quæ incipit, & probet ſe practice,&c.duobus annis inſudaſſe,examine riguroſo medicos redintegrari:vt noteſcat paſſura ne ab illis ſit humana ſalus.Sicuti hucuſq; ab alijs perpeſſa eſt miſere, & vtinã tã amor Doctorũ iuxta diſcipulos, quã pigritia in examinibus nõ fuerit cauſa,vt cõplices efficiãtur pœnæ ſicuti authores culpę fortaſſe.

Dum cogitat ſanare interficit inpiricus.

Condecoratus dotibus naturalibus ſupradictis medicus,ſciẽtijs,experientijs,& priuilegijs, ſcilicet tenetur cuicũque homini morbo aliquo affecto non denegare auxilum ſuum ſiue Chriſtiano, ſiue ſarraceno,aut lege alia deprauato,iſti quidem & proximi ſunt,nam dum ſunt in via etiam ſaluari poſſunt. Et ſic & eiſdem etiam debetur auxiliũ:negans autẽ illud eis peccat contra charitatem. Quo ad decorationẽ corporis ſequatur medicus Gal. doctrinam ſatis enim pulchre docet id: vt conſtabit legenti illũ com.4.in lib.de morbis vulg.ſuper text.9.quo ſic, quemadmodum autem egro medicum odioſum videri non conuenit, ita neque

Tertiũ obſeruãdum circa egros

que contemnendũ:ſed humanus,moderatus,ſuauisq; cũ ſit gra-
uitatem etiam ſeruare debet,niſi enim medicum eger vt Deum
quem dam admiretur,numquam illius preceptis obtemperaue-
rit,antiquiſſimum igitur fuerit neque adeo medicum ſe ſubmitte
re,atq; adulari,vt ſui comtemptum pariat,neq; rurſum per inde
atq; Callianactem,ſe ruſticum atq; aſperum exhibere,id fiet au-
tem,ſi & aſpectu,& voce,& omni corporis habitu medici graui-
tatem retineant,ægrotantemq; ijs,quæ ipſi præcipiant,moré ge-
rere edoceãt,& paulo inferius,ſpetiatim hoc idẽ depingit Gal.
dicens:figuram corporis totius in introeundo atq; ſedendo medi
cus neque humilem præſeferat,vt contemptum meretur: neque
faſtu quodam atque arrogantia turgentem:quidam enim extenſi
ac patentes introeunt,ac ſedent, non nulli fracti & molles,alij
vero incurue,atq; abiecti,itaque omnes exceſſus deuitandi ſunt,
& inter eos mediocrem eſſe tenendum, veſtis & eadem ratione
mediocris eſto,neque ualde ſumptuoſa, vt arrogãtem indicet ne
que ſordida & nimium vilis: niſi eger ipſe inmoderatius aut pre-
tioſſa veſtimenta amet,aut ſordides oblectetur,tunc enim a me-
diocritate ad illud,quod egroto magis placet,deſcendito, quate
nus id languenti arridere cõiectura aſſecutus fueris.oſtendit e-
tiam præterea , quod ſit ornatus in capilorum tonſura,circa vn-
gues,& indeportatione rerum odorificarum,&c. vt luquet ibi,
nam contraria nõ placent porro totius corporis odor & oris prę
cipue faſtidioſum eſt, pręcipue cum medici cepa aut alia redo-
lentes egros viſitant,exiſtimantes ſe mehil errare:& cum defeda
tas habeant manus ſcabie,lepra,& alijs huiuſmodi,quod inſin-
uauit etiam Gal.lib.de faſcis , & 5.de ſanitate tuenda, & ab his
non diſidet multum Hipp.lib.de medico per initia,quo ſic,dein
de vt opinionẽ captet apud ipſum vulgus,veſtitu decoro, & vn-
guentis odoratis,non ſuſpectum odorem ad omnia habentibus
& vlterius extendeas medici partes ſic ſcribit Hipp.medici etiã
gubernationem eſſe putamus,vt videat quo bono colore,& bo-
na ac carnoſa corporis habitudine præditur,ſit iuxta exiſtentem
in ipſo naturam.vulgus enim exiſtimat eos qui non ſic bene diſ-
poſitum corpus habent alijs minime poſſe proficere,quã ſequu-
tus doctrinam Conciliator aſſerebat,medicus neque homuncu-
lus , non valde pulcher,aut formoſus,ne egrotantes mulieres il-
lum impudenter petãt, neque tamen ſit turpis , neq; deformis,
vt ab omnibus aſpernatur, ſed medium contineat in omnibus.

Medici decoratio.

Medici ornatus.

Digitized by Google

Dub.2. an poſsit ſine licentia curare medicus.

Dubitare tamen quis poterit, medicus ſic ornatus atq; cōdecō tus vt callere valeat morborum naturam, verum ſine curandi licentia & authoritate poterit ne exercere medici munus abſque conſciētiæ periculo, & mercedē accipere ſui operis, & laboris? ſed re vera hoc dubiū, ad Doctores ſpectat Theologos: audiui tamen cum interrogarem à quibuſdam ex peritiſsimis, & accepi reſponſionem ſuo ſigillo ſignatam huiuſmodi, ſi occurrat languidus tali medico (deficienti altero, cui patent preuilegia curandi) poteſt ſuuum exercere medici munus, imo tenetur ſuccurrere languenti, ſi exiſtimat periculi aliquid in voluere morbū, alias peccabit contra charitatem, dū modo non exiſtimet puniri pœna aliqua inſigni (quia tunc non tenetur, vt videtur poſſe probari ex illo Ecclef. 29. recupera proximum ſecundum virtutem, & attende tibi ne incidas. & ex Seneca dicente ſuccuram alteri, ſed ne ipſe pereā) nō tamen recte punitur ex eo quod oblata neceſsitate ſemel aut bis exerceat, poteſt enim ſic & mercedē recipere. Vtrum publice curare abſque licentia & preuilegio & occupare locum aliquem iuxta determinationem ſanctionum regalium nequaquam poteſt, quia præterquam quod ius non habet, & iniuriam fortaſsin alteri medico approbato inducet, deficit ei cōditio ſine qua licentia videlicet, & ſi doctus ſatis fuerit.

Quartum obſeruandum circa inuiſendos egros.

Quarto tenetur integer medicus morboſos viſitare homines: & in intruitu ad egrotatem ſermo inquit Gal. varius ſit, 6. epid. commentario 4. text. 9. propterea quod languidi varijs ſolent delectari, ſed vt pace grauiſsimorum patrum ſermonem confitiam, & ſub quacumque correctione, cui iuditium hoc pertinet loquar: primus ſermo debet eſſe, perſuaſio, vt infirmus aperiat peccatorum ſuorum conſcientiam ſacerdori. Hac enim ratione ſuſpitio quæuis de grauitate morbi, aut mortis ſub trahetur: nā ſi antequā medicus aliqua inquirat de morbo, aut pulſum attractet, perſuadere conetur cōfeſsionem: ſine dubio eger intelliget non propterea quod medicus ſuſpectus ſit de morbo id conſuluiſſe: ſed propterea quod, ſancte id faciendū conueniat: neque oppoſitum ſancitum per ſynodos ſanctas eſt, dum monent viſitatione tertia, teneri medicos id efficere (vt colligitur ex illis verbis neque tertio die vlterius eos viſitent: niſi longius tempus infirmo confeſſor ob aliquam rarionabilē cauſam (ſuper quo eius cōſcientiam oneramus) conceſerit: & eis per fidem confeſſoris in ſcriptis factam conſtiterit, quod infirmi peccata ſua confeſsi fuerint;

Quando eger nō eſt viſitādus.

rint quod ſi eger nulla interpoſita legitima cauſa poſt medici ad monitioné die tertio tráſacto protrahat cófeſsioné: medicus poteſt illũ deſerere, alias peccat capitali crimine. Vt liquet ex cóſtitutione relata §. apprehéditur quidé periurio, & alijs pœnis ſubijcitur, ſi renuenti languido confeſsonem, accedat curando: Neque contra charitatem peccat deſerendo curationem egri, propterea quod ſancitur ſic medicis ſancta illa conſtitutione, cui tenentur medici obtemperare inuiolabiliter, & obedire quantũ agitur in obſeruatione propriorum motuum.

Quęſibi poſtea ab eiſdé Db⁹. Theologis, quia in conſtitutione illa ſcriptum eſt, & eis perfidem confeſſoris in ſcriptis factá conſtiterit, quod infirmi peccata ſua confeſsi fuerint, num medicus ex poſtulare debet fidem illam confeſsionis ſcriptam, an ſufficiat quod illi verbis infirmus affirmet. ſecũdum ſufficere, dixere: neq; alterius eſt vniuerſalis conſuetudo, ſicuti neque mos eſt, ſemper medicum ad monere infirmum, vt ſua cófiteatur peccata in mediate: ſed ſufficit medio parrocho, aut medijs ijs, qui egroto deſeruiunt, a quibus etiam poteſt fidem poſtea recipere: quod infirmus peccata ſua fuerit confeſſus, vt ſuæ obligationi ſtiterit.

Dub. an eger inſcriptis tenetur habere quod confeſſus eſt. Hác iurát in academia Coplutenſi expoſtulari inſcriptis.

Sermo medici ſecundo verſetur circa interrogationes neceſſarias ad morbi cogtionem, non ſolum audiendo ab infirmo, verum, & ab alijs exiſtentibus inueſtigans de omnibus mutationibus egro ſuperuenientibus, & quæ in alijs morbis ſuperuenire huic egro ſolent, non ſolum magna, ſed & parua perquirat, vt certior factus, de omnibus, præcauere poſsit omnia: quod nos ad monuit Gal. primo prognoſticorum, dicés, & expedit medico interrogare de omnibus, quæ contigere, & de vnoquoque: nec det locum infirmo medicus deceptioni, & ocultationi cauſarum, & ſyptomatum morbi, & ad Glauconem primo: medici ingredientes ad infirmum primum enim a maximis contemplari oportet. ea quæ ſunt ſecundum egrum: deinde vero ab alijs, tanti enim fuit hoc apud Gal. Vt dicat in 6. Hipp. de morbis vulgaribus cómen. ſecundo, circa text. 43. ex his vero quæ præſcimus, aliquid ad morbũ vtile inuenire licet: nam ſi natura modeſtus, audacter reſpondens, prudens item natura in loquédo, imprudens deprehenditur: hinc eius mentem lęſam eſſe nobis iudicabitur, quemadmodum etiam ſobrius, & cogitabundus, aut peruigil, & natura loquax, in loquutionibus, atque reſponſionibus tardus, tor

Nota quo modo ſit interrogandus eger.

Ex locutionibus egri, aliquid cognoſcitur.

Digitized by Google

penſque appareat. Item ex ipſa voce aliquid de morbo coniectu-ra deprehendi poteſt: quidam enim vix vocem edunt, aliqui raucam, aut acutam, ipſo morbi tempore nõnulli balbi, ac bleſi ſunt: ex his plane medicus aliquid ad egroti notitiam pertinens elicere poterit, qualis videlicet ſit eius mens, atque mores, & ipſius morbi, quæ ſpecies ſit. Rurſum vero ipſe & egroto, &, aſtantibus qualis in arte medica ſit, ex ipſius interrogationibus demonſtrabit: & ex his poteſt medicus multa diſcere, non referẽte egro. Docet etiam Gal. 1. de ratione victus, hanc doctrinam amplectendã eſſe à medico: expreſſe cõmoſtrauit Meſues id dicens, non te pudeat egrum ſuper omnia interrogare, & hoc vt melius, & facilius ſuper notitiam rei venias, &c. nihil ergo in quãtum poſsibile eſt, etiam ſi minimum omittas, caute procedens ne vnquam tibi parẽtur inſidiæ, ab infirmo, l. à circũſtantibus: ſit enim hoc multoties, vt videre eſt apud Gal. de preſagaone expulſibus ca. 1. circa finẽ: quo aſſerit. Igitur aduerſus iſtos quidẽ ineptos ingenio opus eſt medico: at idiote fere non tantum medicis non renituntur in explicandis & explorandis cauſis externis, ſed & adiuuãt vltroque exponunt omnia, adducit nanque hiſtoriam ſcitu dignam, quæ ſibi contigit in examine cum quodam infirmo, vt vnuſquiſque legere poterit. Confert etiam medico de nouo vocato ad curã patientis, querere, nunquid aliquid illi factum fuerit, & quæ remedia applicata fuerint, & nunquid nocuerint, aut profuerint? circa quod caute ſe habeat in vituperando illa, aut amplificãdo iſta, vt ſubtilior videatur: quo animaduerſo, circa tria diligenter ſe habeat medicus, iuxta Gal. doctrinam 2. lib. de locis patiẽtibus, per prima cap. videlicet, circa cauſam morbi, ſyptomata, & eſſentiam, ex relatis quidẽ multoties dignoſcitur & patefit cauſa morbi, & eſſentia etiamnam ex dolore capitis, vigilijs, inſomnijs, ſuperfluitatibus naris, auris, & oculorum lacrimis, facile ſatis, vt late ſcripſimus lib. de ſignis qualitatem morborum capitis deprehẽdere quis poterit: ex reſpiratione aucta, ſublimi, celeri, & crebra, ex incendio circa pectus, ex ſuſpitijs, ex cordis tremore, aut compreſsione, quo morbo, huiuſmodi regio afficiatur, ex ſiti, fame, ex retento cibo, aut vomito, ex agrauatione ventriculi, illo aſſumpto, aut ex eo quod bene ſe habeat eger eodem deuorato, ex fluxu ventris, ex vacuatione vrinarũ, hemorroidarũ, aut menſtruorum, certificari etiam poteſt de fortitudine, aut debilitate huius partis corporis inferioris: his enim cognitis, per inquiſitionem,

Egri examinatio.

Digitized by Google

tionem, vrina præſenti, pulſo attrectato, tribus aut quatuor digitis leuiter, fortiter, aut mediocriter, iuxta debilitatem, vehemētiam, aut mediocritatem ipſius, & bene decubito conſiderato infirmi, colore, & oris ſapore, mirum in modum, medicus in operatione ſua fortunabitur: adeo, vt ex his omnibus cognitis, poterit medicus de morbo, & de cauſa, & de loco affecto ſumere notionem, quam dum patienti nuntiauerit, ad mirabilem infirmus iudicabit medicum, & confidenter ſalutem ſuam illi committet: quod multum præſtare ad extirpationem morborum, & ſalutis recuperationem docuit Gal. 5. de locis affectis lib. de his, quæ in medi. f. & milies alibi, experientiaque quotidiena omnibus & id notum fecit.

Dub. 3. an ignota cauſa poſsim curare.

Dubitabit tamen quis, num his omnibus præuiſis, & animaduerſis, ſi medicus non cognoſcat morbi cauſam, & naturam debeat remediorum aliquod genus applicare infirmo: nam cum remedia multiplici genere accingantur, magna quidem & parua, ſeu extrema, aut facilia depinguntur ab Hippocrate 1. apho. 6. quo ſic, extremis morbis extrema ſunt remedia, interna, & externa, vt videre eſt apud Galenū lib. ſcripto medico, cap. 13. vniuerſalia, & localia, tum & maiora, & minora, vt decet legere ſexto de morbis vulgaribus, comm. 2. & 4. & 5. methodi. Sunt qui dicant, in quibuſdam affectionibus, cognitu difficilibus, præſertim initio aliquod leue præſcribi poſſe remedium: vnde nullum leue ſaltem poſſe cōſequi damnum inſequatur, donec morbus innoteſcat: & fortaſsis ex illis cauſa innoteſcet, vt ſæpe ſæpius cōtingit, in applicatione remediorum doloribus dentium: & aurium: nam ex quibuſdam à mulierculis, ſeu herbarijs Impiricis applicatis remedijs, cum maiori noxa, aut alleuiatione doloris medicus deprehendit, ex qua cauſa ortum duxerit dolor talis. Nec deſunt qui dicant, noſtrum tantum Hippocratem abſque cognitione cauſæ cuiuſdam doloris pleuræ (vt legitur ſecundo de ratione victus in morbis acutis textu illo primo, ſic ſe habente, lateris autem dolorem, ſiue is per exordia fiat, ſiue poſtea tentare calidis quidem fomentis primum diſſoluere non abs re exiſtit) vt apprehendiſſet, an ex ſanguine, bile, aut cauſa frigida fuiſſet genitus, applicaſſe fomenta illa, quam methodum vulgus amplectens, viſis pleuræ doloribus vtitur calidis ſaculis, aſſerens ſi ex ſanguine ortum duxerit augebitur: ſi vero ex frigidis alleuiabitur, & id etiam inſinuatum fuiſſe, alij

aſſerunt

aſſerunt 9.lib.de placitis Hipp.& Plato,c. 6.ex quibus,& ex eõ quod conſpexerint,quam plurimos empiricos morborum multa genera extirpare,abſque cognitione morborum,& eorum cauſarum:& herniarum curatores citra determinationem, an à flatibus,à ruptione,à carnoſitate,aut ab alia cauſa hernia fuerit cõfecta,aperiendo pueros,adoleſcentes,& ſenes ſanitati illos reducere, auſi ſunt aſſerere,non cognito morbo,quod liceat non ſolũ leuibus,minoribus:& localibus remedijs vti:verum & vniuerſalibus,& magnis:quod videtur,poſſe patrocinari ex Gal.ſent.lib. de curandi ratione per venę ſectionem cap.20.vbi ſcribit,igitur in ſuma hoc ſciendum primum, quod in ſanguinis miſsione dierum numerus non ſit attendendus,quemadmodũ nonnulli ſcripſerunt:& quidam vtique admodum ridicule,poſt tertij diei aceſſionem,quando videlicet(vt aiunt)iam habemus dignotionẽ aliquam,qualis ſit forma,& morbus, totaque ſua natura morbus, ecce vbi videtur inſinuare ridiculum eſſe expectare ad ſanguinẽ mittendum qualis ſit forma morbi.j.cognitio morbi. Sanguinis autẽ miſsio remediũ magnũ eſſe,ab omnibus medicis ſuadetur.

Cognoſcẽda cauſa morbi ad curationem.

Verum oppoſita omnino ſententia expreſſè ſatis inſinuata cõſpicitur ab Hipp.1.de ratione victus in acutis com.3.lib.de arte, & de morbo:aſſerente cum medicus ſufficit ad cognoſcendum: ſufficit etiam ad ſanandum:nam medicus vt culpa vacet,& morbum cognoſcere & recte curare debet,à Gal.2.metho.c.7.1. de ar.com.1.primo de criſibus c.16.& 20.& tertio de locis affectis, cap.10.& primo acuto:vbi ſic , affectuum dignotio ad curationẽ ſimpliciter quod ſit neceſſaria pluribus recenſere non eſt opus: nam in primis:quis nam ſit morbus dignoſci debet: deinde curatio inſtituenda. Fauet etiam huic ſententiæ Auic.fen.4.lib.2.c.

Cognitio morbi neceſſaria.

1.quo ſcribit,cum ignoras egritudinem, eam ipſe naturæ cõmittas,quæ eſt vera morborum curatrix,neque properes , quoniam aut natura ſuperabit egritudinem,aut ipſam facit innoteſcere, & conualeſcit hæc pars teſtimonio Cornelij Zelſi dicentis neque enim credunt eum poſſe ſcire , quo modo morbos curare conueniat,qui ignoret,qui ſint. Et autoritate Actuarij,in pręfatione li. 3.meth.aſſeuerantis:quia curatione recte & methodice vti non licet,niſi qui iuuare velit,quo pacto ſinguli affectus dignoſcantur,exquiſite nouerit,& antea ſe in his iudicandis oportet exercere,atque ita ex methodo curationem inſtituere ratione item pars hæc probatur,nam ſi extirpari morbum eſt impoſsibile: vt omnes

Digitized by Google

omnes tenentur neceſſario fateri, niſi cauſa eius ſublata, hæc autem ignorata, quomodo aut euacuabitur, aut reſoluetur? quia cum id contrario ſolum extinguatur, applicari illud hoc aut illo modo eſt opus, ſed contrarium qua ratione applicabis, ſi illud ignoras, vides ergo rem impoſsibilem, in facilem ſatis tranſuerſam & commutatam: quia temerariè tu operatus es, & oblitus illius teſtimonij ſanctiſsimi Pauli, ſcilicet: oportet vos ſedatos eſſe, & nihil temere agere: quo tendis deprecor, ſi antequam affectum exacte cognoſcas, auxilia grauia adhibes, non ne exiſtimas inferre, ſi contraria non ſunt cauſæ morbi, detrimentum magnū ægrotis ipſis, & fortaſſis mortem, ſi leuia, & contrarietatem cauſæ morbi non valent inducere, cogitas ne quod non augmentetur cauſa, & quod morbus paruus magnus & difficilis curatu non reddatur? quare ergo morbo ignorato neque magnum neq; paruum auſus eris apponere remedium, niſi ſubijciēdo te lapſibus dictis, quibus ſe tradunt ſine dubio illi omnes ſupra inſinuati, propter quod ſancitum fuit in pragmatica illa in lucem edita 22. Nouembris anno 1588. ordinatione 14. in fine. *Que aya de aſſiſtir juntamente con ellos al curar y cortar medico aprouado.* Quoniam cum iſti homines Empyrici ſine diſtinctione cauſarum medicinæ hanc partem exerceant, opus eſt medico ad corrigendos illos, indeterminate omnes vno modo curātes hernias omnes, caruncula, alopetias, oculorum nubeculas, & lapidum extractiones, dentium, & aurium dolores, atque ſcabies, neq; iſti excuſantur a crimine, exercentes curandi hos modos (abſente medico) quia D. Nauarrus in ſumma ſua excipit eos ab obligatione cognitionis cauſarum morborum, nam cum ipſe alioqui vir eruditiſsimus viderit quoſdam ſanitati reſtitutos, per huiuſmodi homines, docet illos excuſandos, verum ipſemet affirmat, qui ſe ſubijcit periculo graui, aut ignorāter aggreditur opus, peccat ſine dubio: ſed illi homines curando aliqua ex illis, ſubijciunt ſe periculo graui, nam cum aurium dolor ex inflāmatione ipſarū ortum habere contingat, inflāmatio vero aurium morbus ſit periculoſus, præſertim in iuuenibus: adeo vt contingat intra ſeptimum diem interire, referente Hipp. 3. aphoriſmorum, cui dub. eſt, citra cognitionē cauſarum poſſe apponi remedia niſi cum periculo vitæ patientis? vlterius & in ſcabie, cum aliquando critice, aliquando propter contagionem pernitioſam producatur, luce eſt clarius, non poſſe curationem tentare non cognita radice,

niſi

niſi ſubijciendo ſe magno periculo interficiendi homines:quam obrem nullus debet ignorato morbo, neque leuia, neque grauia remedia applicare, niſi cognoſcat illa adaptata eſſe cauſis morborum: poterit tamen mediocrem & facilem cibandi rationẽ miniſtrare, donec inoteſcat morbus, aut accedat medicus diiudicare valens de natura remediorum, vt colligitur ex Auicẽna dicente, ſi non cognoueris morbum ſubtiliter regas.

Remedia non ſunt ignorato morbo applicanda.

Denique rem hanc ex propris fontibus petitis agamus, & eradicemus: non ne remedium, ſeu auxilium pro vno quidem & eodem vſurpantur, vt liquet 11.met.c.1. vbi dicitur, quod pro varijs notionibus, & vltima & prima ſanitatis cauſa recte dicitur. & lib. de definitionibus medicis. Auxilium eſt, quod hominibus vtilitatis gratia admouemus ex quantitate, qualitate, ordine atque occaſione compoſitum. Inſcius ergo cauſę morbi, & naturæ quomodo poteſt metiri hæc omnia? quod ſi illa non metiri valet, auxilium applicare nequit: ſed beneficium ſathanicum, omnes extirpans homines, ſicuti vt vulgo fertur, qui calceare tentat omnes Calopodio vno: & vtinam lapſus non fuerat deterior ibi, quam hic, nam cum hoc ſolum ad ornatum corporis tenderet tãtum, bene ſatis poſſemus tolerare: ſed illud vt hominibus ſalutẽ corrũpit, maiores, multoties vehementiores, & periculoſiores morbos generat: homines interimit, mortẽ introducit: corrumpit bonos mores, malas temperies introducendo, & homines efficiendo pauperes, ſua bona extirpantes, ſalutem poſt corruptionem inquirendo.

Nec oppoſita alicuius ſunt momenti, quia quantumuis multoties ex illis remedijs cognitionem morborum apprehẽderint medici: ſicuti contingit ex adiuuantibus, & nocentibus: illa tamen permittenda non ſunt, neque enim ſunt facienda mala, vt ſequãtur bona: temerarium quidem hoc eſt, & nequaquam faciendum, iuxta illud Eccleſiaſtici, & Prouerbio. cap. 4. ſine iudicio nil facias graue, & oculi tui recta videant &c. præſertim quia datum eſt, vnde medici cognoſcere poſſint cauſas morborũ, & eſſẽtias, vt legitur 2. de criſibus cap. 12. & 2. lib. de locis affectis, videlicet ex contentis ſecundum naturam, præter naturã, ex proprijs partiũ, ex adnatis, ex modo doloris, & ex ſitu partium, cum excretis hoc aut illo modo immutatis, colore, & alijs accidentibus. Noſter vero Hipp. non tentabat 2. illo acutorum morbi cognitionẽ, abſit hoc a tanto vero, ſed ſolum (vt recte animaduertit Valleſius

leſius in expoſitione illius tex. an ſolũ illis leuioribus poſsit curari affectus lateris pro ſui exiguitate citra aduentum ad maiora auxilia: methodus enim iſta regulariter, & citra vrgentiam, ſeu dum nõ procedit ſymptomatice, cura ſeruanda eſt, præcipue cum tam difficile ſit metiri quantitatem remediorum ſicuti ſcriptum inuenitur apud Gal. li. de ſanguinis miſsione per venæ ſectionẽ, & de victus ratione in morbis acutis cõ. 1. aſſerentẽ, quãtitas præſidiorum artificioſa eget coniectura (nec apud Gal. citato 9. de placitis c. 6. illa talis inſinuatur doctrina, vt conſtabit attente legenti c. illud, quidquid inſinuauerit Braſauolus in ſuo indice in Gal. libros) cap. denique vigeſimo citato de curandi ratione per venæ ſectionẽ non tibi cõcedit Gal. locum extractioni ſanguinis nõ cognita idæa morbi (ex huius enim cognitione remedij genus debes determinare, vt ipſe clariſsime edocuit 3. de criſ. ca. 4.) ſed ſolum irridet medicos expectãtes (cum medicos ſe cogitẽt) tãtum tẽporis ad dignotionem morborum, vt ipſe inſinuat lib. contra eos, qui de typis ſcripſerunt c. 2. quo ſic, ſiquis vero ſit qui neque in hac (ſcilicet 4. die) morbi ſpeciem nouerit, ſed adhuc hæreat, is non exiguam artis partem ignorat & 1. de criſibus c. 16. & quicũque medicus primo vel ſaltem 2. die non præcognoſcit, morbũ qui extra primum ſeptenarium nequeat extendi, hunc per multum erraturum veriſimile eſt, vide etiam c. 4. lib. 1. de arte curat. ad Glau. ex quibus deprehenditur ſatis interpretatio illius loci & ſolutio ad dubitationem, quam ob rem placet ſermonem conuertere ad quintum, quod tenentur ſeruare medici adoleſcentes, & iuniores.

Quintum obſeruandũ, in prognoſticis.

Quinto licet idæam, & cauſam morbi penetrauerit medicus, caute maxime & conſiderate ſe habere oportet circa determinationẽ finis morbi, ſeu prognoſticationẽ de ſalute aut morte lãguentis, nam cũ hoc apprehendatur medijs ſignis: hęc vero adeo fuerint infida, vt videre eſt apud Gal. 1. de criſibus ca. 13. quo ſic, quoniam vero neq; ſignum vllum ita fidele eſt, vt exquiſite oſtẽdat ſingula ex futuris temporibus: ſed neque quę ſecundum concurſus quoſdam ſigna ſunt complicata, ſola poſſunt experientia iudicari, multi enim numero concurſus hoc pacto fierent, adeo vt nemo eos poſſet numerare, neque obſeruare, neque memoria tenere: idcirco neceſſarium eſt, ſigni cuiuſque naturam exquiſite conſiderare, ſiquis vult recte pręcognoſcere, vt ex vnius cuiuſque morbo præcognitionẽ faciat: neq; enim quæ plurima ſunt, pauciori-

Digitized by Google

paucioribus ſunt omnino potěriora:ſæpe enim ſignũ vnũ forte multis dubijs fidelius exiſtit, propter ꝙ inquit Gal. dicebat admirabilis Hipp. 3. prog. 37. ſigna oportet edifcẽtẽ omnia iudicare, vires eorũ inuicẽ cõparãtẽ, ſed cũ nec hoc adhuc adeo ſit fidele, vt nõ poſſit per multa variari ſuperiora & inferiora, in prædictione diligẽtia magna eſt adhibenda, vt ſcriptum eſt a Gal. 1 de diebus decretorijs. c. 12. & hinc in prognoſticis dixit, conuenit medicum ſagacem eſſe, & aſtutum: non præcipitem, neque feſtinũ in futurorum prænunciatione: medicus ergo nil omnino ſaltem in prima viſitatione de futuris diſpoſitionibus patientis pronũciabit, præcipue tamẽ de ſalute, vel de morte, de quibus profecto iudicium certum haberi non poteſt, nam ſi morbus ſit acutus, vt docet expreſſe Hipp. 2. aph. 19. his verbis: in morbis acutis non omnino certæ ſunt mortis aut ſalutis prædictiones: ſi vero non fuerit acutus (qualis recenſetur tertiana à Galeno primo ad Glauc. cap. 8. dũ aſſerit, ex intermittentibus vero breuiſsima quidem, ac mitiſsima eſt tertiana) cum citiſsime acutus reddatur, vt colligitur ex Hipp. 7. de morbis popularibus, in hiſtoria Andreas, ſic referens Andream ante Pleiadem, horror, febris, vomitus ab initio ſemitertiana apparebat, verum tertiana erat, cum rurſus in foro verſaretur inhorruit, febris acuta, vomitus bilis meracæ, delirium ad noctem: quarta rurſus melius habebat, quinta difficulter, ſexta a mercuriali probe egeſsit aluus, ſeptima difficilis, & ſequentibus iam diebus febris magis continenter affligebat, & ſine ſudore ab initio & ſiticuloſus, &c. nõ ergo eſt, quare ex ſignis adhuc mitiſsimi & breuiſsimi morbi fidem recipiamus ad præſagiendam ſtatim ſalutem vel mortẽ, quod etiam corroborat Hiſtoria illa Valeriola 3. obſeruationum medicinalium quæ contigit puero 13. annorum, qui quidem ictus eſt in capite a virga quadam parua ſalicis ex alto deſcendẽte: vlcus paruũ apparuit abſque fractura, puer non cecidit, neque factus fuit ſenſus expers, non apparuit ſanguis, nõ vomuit, 6. autẽ die apparuit inflãmatio, ſpaſmus in manibus, paraliſys in latere ſiniſtro, febris, delirium, & tandem vndecima obijt. Similes his poſſemus recẽſere fere infinitas hiſtorias expertas anno Domini 1593. & 94. vt vnus quiſque valde ſit cautus in prædictionibus morborum, ſiue illorum conſtitutiones videantur primo inſultu ſalubres, ſiue inſalubres: ſubijciuntur enim ſigna medica varijs mutationibus, ſicuti illa aſtrologorum, vt liquet ex illo Ariſt. in metheoris corona

Medicus cautus in prædicẽdo.

Digitized by Google

corona circa lunam, ventum & pluuiam ſignificat, niſi accedat alia cauſa potens id impedire. Impediuntur quidem, tam hæc, quam illa millies: expectabit igitur medicus concomitantia, futura, & ſubſequentia ſigna in patiente, vt illorum naturã, atque virtutem contemplans, omnia ad inuicem comparans, ſuæ prædictionis iudicium, quo certius fieri poterit, confirmetur: & præcipue cognitis virtutibus & diſpoſitionibus morbi, & ad inuicẽ comparatis: nam ſi bona ſigna diu præualuerint, pronunciet de ſalute animaduertens ne aliud denuo accedat, ſi vero è contra in ſermone ſit dubius medicus: iuxta illud Auic. f. 2. 4. quando apparuerint ſigna praua & timoroſa, permittimus ſermonem dubium: quia aliquando mirabiliter, & abſque ſpe ſanantur plurimi: propter quod dicebat Gal. apho. ſupra allegato, oportet medicum eſſe ſtudioſum, vt non aliquid abſolute prædicat: nam morborum, & præcipue acutorum, vt Hipp. retulit prædictiones ſalutis aut mortis non ſunt omnino certæ: neque cronicorum, ſaltem quoad eorum initia, quod propter naturæ diuerſitates euenit in ordinatione. Vnde lib. 9. de placitis Hipp. & Plat. c. 6. ſcriptum eſt: ſed ſi abſque vlla ſectione ſingulorum generum in proprias differentias voluerint vel medici, vel philoſophi vniuerſale aliquid, & indefinitum pronunciare, multa quotidie euidẽter apparentia ſuis ſententijs repugnare deprehendent. Auerroes etiam 7. collectaneorum, ſic docet. fiãt, & ſapiẽtes medici, ſicuti & aſtrologi iudicia in prognoſticando conditionibus continue allegãdo, & multiplici intellectu, veluti qui ſpiritum prpnunciationis præſtant, vt v. g. morbo mortali ſuſpecto, ita ſolet in talibus caſibus contingere: & contrarium raro, quantum agitur ex parte naturę, & horum morborum, verum non eſt neceſſarium: & ſic poteſt oppoſitum contingere: vel dicito, videtur quod ſi perſeuerent, quæ apparuere, & aliud non ſuperueniat, quod exiſtimo non ſuperuenire, quod hic homo morietur: modum prognoſticandi ſimilem edocuit nos late Gal. quando inquit ſecundo interiorum, ſemper ſecundum totam vitam meã me ipſum ab audaci confeſſione abſtinui, &c. & primo interiorũ iuxta illud Hipp. 1. apho. 1. oportet non ſolum medicum ſuum feciſſe officium, niſi ſuum quoque ægrotus, ſuum aſtantes faciant: ſintque externa rite comparata: in hæc prorumpit verba: Iudicabit recte medicus de morbo, ſi ipſe diligentiam habuerit: ſi patiens ipſe fuerit obediẽs: miniſtros habuerit idoneos: & ſi præparata fuerint, vt decet, extrinſeca neceſſaria:

Cautio in prædicẽdo.

Cum aſsiſtẽtibus mulieri, b' quid

B

Digitized by Google

Medicus à calumnia vindicatur.

ceſſaria, & niſi aliquid aliter ſuperueniat, quod nondum appa-
ret. Hac enim ratione medicus in quocunque euentu progno-
ſticando à calumnia facillime poteſt vindicari, & ſi aſtringatur ab-
ſoluto loqui ſermone, vt ſæpe ſæpius contingit, præcipuè coram
principibus, & maioribus: ſi ęgritudo ex toto genere ſit ſalubris,
ſicuti ephimera febris, & ethica per initia, aut mortalis, vt thi-
ſis, & ethica tertiæ ſpeciei, dicunt ſapientes, efundat medicus ſer-
monem ſuum, apertè ſalutem vel mortem de eis prædicens, &
præcipuè de determinatione ægritudinis certiſsimis apparenti-
bus ſignis: ſi tamen contingerit ægritudinis proceſſum ad bonũ
vel ad malum medico dubiũ eſſe, vt in plurimum contingit: quo-
niam ſigna mortalia, ſi in virtute fuerint equalia ſalubribus, &
è contra, bonum erit tunc non reſpondere: ſed quibuſdam inter-
poſitis verbis diſcedere, aut ſermonem mutare ad aliam materiã:
& ſi vlterius aſtringatur, dicat, donec talis, aut talis motus & ter-
minus per tranſieuerit, ex quibus pendet iudicium expectãdum,
tunc enim Reſpondebitur, non enim ſecurum eſt, ad interrogata
ſubito reſpondere: ſed cogitare de reſponſione, aut tacere: exa-
ctius quidem eſt, quã inepte loqui, iuxta illud. In multiloquio nõ
deerit defectus, denique ſi morbus accingere apprehẽdatur natu-
ram inter ſalubres, & inſalubres medium: tutius eſt depingere
rem difficilem, quam facilem: caſum grauare, & ægritudinem pe-
riculoſam ponere quoniam hoc modo ſi bene ſucceſerit, lauda-
bitur, ſi vero infeliciter. Saluatur à vulgo, neque de illo erit ſuſ-
picio, apud affines patientis, & amicos dicentes medicum à prin-
cipio ſic iudicaſſe. iuxta Galeni decretum illud prognoſticorum
1. com. 4. Inſontem abolitionis crimine fore medicum dicens,
quoties conualituros aut morituros ægros prænunciet. Neque
contra hoc militat illud. Stultum eſt rem facilem oſtendere diffi-
cilem, vt hominibus videamur miracula pãdere, quandoque ſer-
mo non de his, ſed de indeterminatis, & dubijs ad ſalutem vel
mortem intelligendus eſt, & non de quibuſcunque morbis, qui
facillimo negotio ſolent proſterni. Ex his facillime deprehendi-
tur, non ſatis prudenter abſque præmeditatione maxima & ſig-
norum morbi, & virtutis languentis, & temporis inuaſionis, &
aliorum, quoſdam infirmis intra limitatum tempus ſalutem pro-
mittere, aut mortem prædicere: nam quantumuis ſcriptum ſit li-
br. illo Gal. adſcripto Præſagiũ experientia confirmatum, cuicũ-
que preſcire libuerit mortis non diem modo, ſed etiam horam,
conſi-

Aliquando taceat medicus.

Regula prædicẽdi.

Quæ aduertẽda ad præſagiũ.

conſiderare expedit, quo potiſsimum tempore languens ab acceſſione vehementer affligatur, nun inter accedendum tunc impenſe obrigeſcat, & ęſtu conflagret, diuque permanſerit ea intenſio, pulſus que ſit exiguus, & ſegniter ſomnum ceperit, ſomnolentus que fuerit, vel id genus aliud ſubierit detrimentum, id omne tempus ſuſpectũ habere oportet, vel ſi etiam ita mediocriter habuerit &c, revera nõ permittitur his larga & indeterminata prædicendi ratio, ſed ſatis animaduerſionibus plena: & licet relinqueretur Gal. liber adſcriptus, ſigna vt ex ſuperioribus conſtat incerta ſunt, experientia monſtruoſitates ægretudinibus accidere, quaſi digito connonſtrauit: non eſt igitur quare medicus promittat ſalutem determinato tempore. Galenus equidẽ & Hipp. prog. 3. Dies decretorius conducit ad firmitudinis iudicationis aſſeruere, & hos dies, ſigna, & cõditiones lib. de criſibus, de diebus decretorijs. 2. 3. 4. &. 7. apho. per multas ſententias & comentarios oculis patefecere: & illa alligauit Nicolus tractatu de cognitione Criſis in generali. c. 8. iuxta multorum placita his verſiculis. Æqua, die critico, digeſtum lęuiter, vnde cõpetit: & nociuum purgat criſis, & manifeſte. Verũ neq; per illorum doctrinã tibi ſit licentia prædicẽdi diem, & horam determinati finis morbi in ſalutem vel mortem.

Sed poterit quis obijcere, ſi non decet pręſtare fidẽ ſignis medicis ad prædicendam ſalutem vel mortẽ propter mutabilitatem rerum, quæ medijs illis ſignantur: videtur quod nec licet illis credere ſignificaturis eſſentias morborum: & inde quod nec pręſtet miniſtrare medicamenta morbis ab auctoribus deſcripta dicentibus, ſi talia comparuerint ſigna, talis eſt morbi cauſa, & hæc arrident remedia, nam tanta variatio, & mutabilitas ſuſpicatu digna videtur ex hac parte, ſicuti ex illa, & probatur ſic ex Gal. 1. de locis c. 1. habemus, affectas partes dignoſcimus ex proprietate eſſentiæ, id eſt, ex miſtionis modo, taliter, vt ex emiſſo aliquo brõchio cõiecturamus affectũ pulmonẽ, & ꝙ illius brõchion fuerit pars: verũ cũ in tota aſpera arteria pręfuerint & brõchia, poſſent & ex illa reijci: vnde ergo erit fides huius ſigni, dicit 2. ex adnatis pars affecta deprehẽditur: qua propter, viſo fungo, vulnus in craneo deprehẽdemus: quia adnata ſimilẽ habẽt ſubſtantiã cũ parte cui adnaſcuntur, ex eo ꝙ materia diſponitur ab eodẽ per ꝙ ſubſtãtia propria partis, atq; 3. epid. p. 3. tex. 49. fũgus adnaſcitur vbicũq; cõtingit excretio materiæ craſſæ: cõtingere aute hoc alijs mu- *Dub. 4. An ſit præſtanda fides ſignis.* *Signa medica incerta.*

 tis locis

tis locis à craneo valet, quid ergo dicẽdũ de ſignis? Tertio li. 2. de locis affectis c. 4. affirmat Gal. hominẽ habẽtẽ ructum acidũ laborare diſtemperie frigida: & hoc idem 6. epid. ſect. 4. ſuper tex. 25. 8. metho. cap. 3. ſecundo de temperamentis cap. 11. & 4. lib de Simplici. med. facult. prope finem: ſed Alexander Tralianus 7. lib. ſuæ medicinæ cap. 1. ex calore originari aliquando ſimilem ructum acidum fatetur: quod in fermento, & aceto etiam deprehẽditur: & inde difficultas germinat radicẽ ampliorẽ. Quarto ſcriptũ eſt li. 3. de locis patiẽtibus ca. 8. Quibus apparent res in gyrũ moueri, ſymptoma hoc pati: quia correpti ſunt vertigine, ſeu ſcotomiæ morbo, at quem pręcipitauit experientia? vt nunquam viderit molendini rotam circumuoluentem & reſpiciẽti, ſibi illico res videri circumuolui, nunquid rota diſtemperiei morbum, ſolutionis continui, aut compoſitionis peperit, vt talis morbus efficeretur? an datur ſymptoma morbi, ſine morbo, cum Gal. de ſymptomatum differentijs 1. methodi de diffinitionibus medicis, & de ſubfiguratione empirica referat, ſymptoma eſt quod inſequitur morbũ, ſicuti vmbra corpus? Quinto ſatis clare habetur 4. de locis affectis, à cap. 5. vſque in 8. ex quibus locis ſanguinis reiectatio perueniat: & inter illa depingitur ſanguis tenuis ſpumoſus & perlucidus, vt ſignum reiectationis ex pulmone: quia tali modo redoleat ſubſtantiæ pulmonis. At ſi rumpatur cui arteria iuxta laringem, & agitetur vehementer ſanguis, ſimul cum ſaliua ſe permiſcendo, exiſtimas, quod non fuerit ſpumoſus, quid ergo cogitas, fidendũ ſignis medicis? Sexto ſi quis legat Galenum 5. li. de locis affectis, c. 4. inueniet eum aſſeuerantẽ: Affecto diaphragmate, contingunt peruigilia, perturbationes in ſomnis, clamores, febris ardens, & alia huiuſmodi: verum cap. 3. eiuſdem, eadẽ hæc depingit cerebri, ſeu membranarum inflammationi ex bile: ſigna igitur certitudine vacant, in ſignificando morborum eſſentias. Denique vltimò, ſi animaduertas ſigna a Galeno relata, lib. 6. de locis patientibus, his omnibus incertiora inuenies: nam, ſi porrigas manus ad ſigna hiſtericæ affectionis, in ſyncope eadẽmet obuiabis: dicere autem ſicuti de renum affectione & colli dolore, videlicèt in curatione fere nil, aut parum differe, iã quis etſi lippitudine conflatus clare ſatis percipiet, quandoquidem curam in his depictis ſeu ſignis fere vniuocatis differre quàm maximè, Galenus eiſdem docet locis, & practici omnes proprijs capitibus oſtendunt.

Enim

Digitized by Google

Enim verò dilucidabuntur hęc, ſi breui aſtrinxerimus manu varia ſignorum genera, & diſperſa diuerſis locis à Galeno relata. Illud autem dicitur a Galeno lib. de definitionibus medicis, id eſt, quo cognito, aliud, quod ignotum nobis erat, deprehenditur. Vnde 5. de locis patien. c. 7. ſignū vobis erit: quidquid enim ab aliquo, tanquam a cauſa procedit, & propterea valet id ſignificare. Hinc Vega in præfatione ad prognoſticorum lib. refert, ſignum eſt, quod ſenſui ſubijcitur ducens nos in cognitionem alicuius rei ſenſui occultæ: vt color pallidus, qui bilis redundantiā in corpore, iuxta illud Galeni prim. Aphor. Talis humor redundat in corpore, qualis color viget circa cutem; ſic etiam color ruber redundantiam ſeri ſanguinei indicat. Ariſtoteles etiam ſignorum hanc eſſe naturam expreſſe inſinuauit, lib. Rhetoricorū ad Alex. c. 12. his verbis: Signum vero eſt alterius ad aliud, non quoduis cuiuſuis, neq; omnis omne, ſed quod aut ante fuerit, aut in ipſo negotio, aut poſt fieri conſueuerit: & cōcludit: Eſt autem ſignum & factum non facti ſolum, ſed & non facti, identidem vero & non factum, non ſolum non facti, verum & facti: huc vſque Ariſtoteles. Quam doctrinam ſi recte penſitaſſet Argenterius 1. de ſignis, c. 2. non exiſtimaſſet nomen ſigni vniuerſalius ab eodem, quam ab Ariſtotele & Galeno arbitrari: cùm apud illos, vt liquet ex relatis verbis, non tantummodo ab affectis ſigna ſumi edoctum fuerit, ſed & ab omnibus, quæ in noſtris corporibus fieri valēt: nam licet Galenus lib. de præſagatione ex pulſibus ſolū in ordine ad cauſas & non ad accidētia inſinuauerit referri, exēplificando id indicauit, & non doctrinam abſolutam oſtendendo: quidquid cogitet Argent. 3. lib. de ſignis, c. 1. vt colligitur ex locis illis Galeni adductis, & lib. de hiſtoria philoſophica, tractatu de ſigno.

Signum quid ex Gal.

Signum ex Ariſtot.

Signa ergo iam arridet dicere cum Galeno libro artis medicę c. 7. alia eſſe ſalubria, alia inſalubria, neutra alia, quæ nō magis ſalutem, quam mortem aut æqualiter id prænunciant. Similē diuiſionem poteſt quis legere apud Auicennam fen. 2. lib. 1. doctrin. 3. c. 1. apud Haliabatem, 6. ſuæ Theoricæ, & iuxta Nicolaum tractatu quinto ſermon. ſecundo cap. ſecundo. Et quia in ordine ad corpus ſic dicuntur ſalubria, ſignificare valēt ſalubria vt nunc, vt multum, & vt ſemper, pariterque inſalubria. De neutris alia videtur ratio, vt colligitur ex locis ſuprà citatis: ex illis vnumquodque & demonſtratiui poteſt ſubire naturam

Secūda diuiſio.

Digitized by Google

3 ram rememoratiui,& prognoſtici, vt videre eſt apud Gal. lib. 6. de ſuffiguratione empirica c. 6. & circa Auic. tractatu 1. primæ partis Canticorum tex. 221. quo ſic, omne ſignum eſt rememoratiuum, aut præſentis indicatiuum vel futuri prognoſticum. Demonſtratiuum, quod aliàs diagnoſticum vocitatur, cognoſcitur in præſenti, rememoratiuum ad præteritam diſpoſitionem, prognoſticum ad futurum, de quo Auic. eodem loco dicit, eſt tamẽ vtile, non neceſſarium nobis : quod referimus, ex eo quod præterit, ſicut humiditas terminati ſudoris: hoc in extrinſecum, & intrinſecum ſeparauit Iacobus. 1. apho. ſuper tex. 12. & licet ex an-
4 tiquis placeat quibuſdam, prognoſticum ad tria in ſignificando amplificari, quod valeat: verum alijs reliqua exactius ſignificantur citra rigorem ſignificationis futuri: neque oportet vt mẽbra huius diuiſionis re diſtent : cum & ratione ſufficiat ad verificationem illorum: coctio nanque vrinæ indicat præſentem diſpoſitionem materiæ, vt demonſtratiuum, vt prognoſticum vero victoriam habituram morbificę materię naturam, tertio, bonum & malum quoduis ex his ſignis depinxit Gal. vt deducitur ſecunda apho. cõmentario in aphoriſmo 35. & Auic. f. ſecunda. 4. tract. 1. à cap. tertio, vſque in vltimum. quarto, iſtorum vnumquodque libro de affectuum dignotione, & curatione renum c. 3. nuncupari poſse, & eſſe ſcientiale, artificiale, & proprium, inquit: pro-
6 prium eſt, quod certe nulloque medio morbum oſtendit : quoniam vero affectus quidam complicantur, dicemus quoque de ſignis communibus: vt quod lotium, quod excernitur ſanguinolẽtum, ſignum ſit commune ad vaſorum apertionem, ruptionem, eroſionẽ, vel imbecillitatem, vel dilatationem, vel aliud quidpiã huiuſmodi &c. quo loco quantumuis apud Gal. placita compertum fuerit, ſigna abſolute, propria & communia inueniri, vt principio apparentia mox apparentia ſeu coapparentia, & poſt apparentia, tamen non præſignantur genera ad ſignorum ſpecies cõmunia, ſed ſolum, vt communia ad plures affectus. Illorum qui-
7 dem vnum genus reperitur, nempe aut demonſtratiuum, rememoratiuum, aut prognoſticum reſpectu affectui : vnde hoc ſignum commune aut erit ſcientiale, aut artificiale : quæ erant membra diuiſionis Gal. conſtituentia diuiſionem fere eandem vnam cum illa Ariſtotelis rhetoricorum ad Alex. cap. 12. quo ſic, ſigna vero efficiunt, alia quidem opinionem: alia vero ſcientiam: id autem pulcherrimum eſt, quod ſcientiam efficit. Secũdo autem lo

Quinta diuiſio.

co

eò quòd opinionem maxime vero ſimilem operatur. Neque hæc
diuiſionem exuperat per numerum membrorum diuidentium
Galeni diuiſio: quia apud eundem, proprium ſignum non collo-
catur vt diſtinctum à ſcientiali: ſed ponitur, vt exemplum, ita vt
ſit ſenſus: ſignum ſcientiale, ſicuti proprium eſt, immediate oſtẽ-
dit, & certe rem ſignificatam. Natura enim eſt hæc ſcientialium,
vt colligitur ex Ariſtotele primo Poſter. cap. 2. ex quibus liquet
hanc eſſe ſubdiuiſionem alterius. Nam prognoſticum, &c. ſepa-
rari valet in ſcientiale, & artificiale, ſaltem medice: quinimo actu
ſic copulari libro artis medicæ colligitur ex illis verbis, vnum &
idem ſignum poteſt eſſe præſentis diſpoſitionis demõſtratiuum,
& alterius diſpoſitionis prognoſticum, vel rememoratiuum:
quod expreſſe conſpicitur in appetitus diminutione, nam neu-
tralitatem præſentem demonſtrat: & futuram ægritudinem præ
nunciat: primum vt ſcientiale, ſecundum vt artificiale, quia à va
rijs cauſis ſolet habere radicem & originem: inſinuante id Gale-
no ſecunda Aphor. com. 20. & quarta Aphor. 2. Tertio de alimẽ-
torum facult. quinto de locis, & tertio de morb. vulg. commen-
to 1.

Quinto ſcientiale ſignum ſeu propriũ diuidendum fore apud
medicos in pathonomonicum, & inſeparabile, exemplũ prioris 8
ſunt, ſicut in pleuriſi dolor pungens pleuræ: febris, pulſus du-
rus, difficilis reſpiratio, & tuſſis: vnde Galenus lib. 1. de diffinitio
nibus medicis hæc refert, concurſus quem Græci vocant ſyn-
dromen, eſt congreſſus ſymptomatum. Exemplum ſecundi eſt, ſi-
cuti pulſus durus inſeparabile ab hac affectione. Conuenit ta-
men alijs inflãmationibus, vt legitur de pulſibus ad tyrones: qua
propter non affirmat Galenus, quod cognoſcatur affectus hic ex
illo, ſicuti ex pathonomonico, inſigniuit Galenus prorrheticorũ
primo, circa quartum tex. incipientem, vrinæ in turbulẽtis vi-
gilibus &c. qui etſi aliàs videretur amplexurus membra tum di-
uerſa, tum oppoſita: verumtamen cum agatur medica res, ſat eſt
præcingere diuerſa membra. Quamobrem non adducit illa, vt
æque diuidentia ſuum genus, ſecùs male permitteret ab his alia
ſigna.

Sexto ſecernitur ſignum à Gal. 1. de criſibus c. 14. cum inquit, 9
triplex quidẽ ſignorũ omniũ natura qualis ſit, mihi autẽ dictũ eſt,
&c: Hęc vero coctionis & cruditatis ſunt ſigna (in vrinis, ſputis,
& alijs deiectionibus conſpicua) Salutis & mortis (in Hippocra-

Digitized by Google

tica effigie, optimo decubitu, & alijs huiuſmodi, aut illis aduerſis inſignita) & ſigna criſis (impulſu alto, motione humorum, difficultate languētis) præfigurata. Verū diuiſum, ſi ſumitur in hac diuiſione, vt generaliter ad omnia extendatur, verificabit ſe de non viuentibus: nam humores cōcoqui, aut incrudari credimus, non hominē ad hūc ſenſum, homo autem ſalutem, aut mortē patitur, non humores, niſi per figuras. Criſis denique in mortē vel ſalutem mutatio, rigide hominibus arridet, ſuccis tamen inquantum & ipſi mouentur. Non abs re ergo videretur aſſeuerare, aliquo etiam modo, quod tumultuentur. Alia etiam ſigna inſinuat Gal. vt liquet 2. apho. 35. 1. & 2. lib. de locis affectis 1. methodi 3. de morbis vul. com. 3. ſuper tex. 34. lib. de præſagatione ex pulſibus, & alijs multis locis, morem morborum, quantitatem, cauſas, naturas & reliqua neceſſaria & ſcitu digna inuoluentia omnia: quidquid machinetur Argenterius taxando noſtrum Galen. ſuper cap. 7. lib. artis medici. lib. de ſignis cap. præcipue 1. libro tertio: at quia ad noſtrum inſtitutum hæc ſufficiunt, omittendo illa, reſpondere placet propoſito dubio, quibuſdam propoſitionibus.

Criſis quid.

Prima propoſitio, ex prognoſticis ſignis ſiue ſalubribus, in ſalubribus, aut neutris, ſiue bonis, ſiue malis, communibus, aut proprijs non licet fidem certam colligere ad dignotionē eſſentiæ rerum, aut euentus morborum: hęc expreſſe ſatis videtur inſignita à Gal. 1. de criſibus c. 12. dicente, poſtquam de vrinis, quātum ad præſentia erat vtile, omnino dictum eſt, reliquum eſt vt dicamus præcognitionem ſtatus, atque aliorum temporum morbi ergo ſi vnum quidem aliquod tale ſignum, aut etiā plurium collectio firmiter indicare poſſet id quod futurū eſt, neq; ipſe Hipp. dixiſſet primo apho. 1. artem eſſe longam, vitam breuem, &c. neque noſtri temporis medici admirarentur, ſi poſsibile eſt in præcognitionem medicinalem eiuſcemodi omnia euenire: quoniam vero neque ſignum vllum ita fidele eſt, vt exquiſite oſtendat ſingula ex futuris temporibus, & neque quæ ſecundum concurſus quoſdam ſigna ſunt complicata, ſola poſſunt experientia iudicari: quæ verba videtur ex profeſſo relata, ne quis diceret, quod loquitur de vno ſigno tantum, ſicuti Ariſtot. cum lib. de phyſionomia enunciauit, ſigno vni credere fatuum eſt, eandem propoſitionem poſſumus aſſeuerare, patrocinatam ab Ariſtotel. lib. de diuinatione per ſomnum capi. primo referēte ſigna aliqua ſunt, quæ

Quibus ſignis nō dāda fides.

quæ nullus effectus eorum, quos ſignabant, conſequuntur, adueniente ſuperiori cauſa, quaſi diceret, & propter hanc rationẽ ſigna ſignificantia futura ſiunt incerta, quia habent cauſas potentes impedire effectus nondum ad extra productos, ſed ſolum in ſuis cauſis latitantes: quia ergo futura non cognoſcit medicus, neque vllus homo in ſe, quia eſt ſolius Dei, ſed in ſuis cauſis tantum, vt quis videre poteſt apud S. Tho. prima part. quæſt. 86. artic. quarto, animaduertere debet de prænunciatione futurorum, & maxime conſulere variationi poſsibili illorum: quam doctrinam non ſubuertit Galen. dum primo epide. par. tertia com. 17. inquit, vt autem cum Deo loquar, nunquam in aliqua prædictione fuimus defraudati: neque eam prorues, ſi dicas, ex Hippocratica facie viſa (cauſis prochatarticis excluſis) mortem minime defuiſſe, aut ſi aſtrues corniculas frequenter crocitantes pluuiam venturam ſignificare, certe propterea quod poſsibile fuit prænũciationi Gal. nunquam peruenire cauſam ſuperiorem impedientem præſignatum a cauſis illorum effectuũ in morbis, cum illud & impediri fuerit poſsibile, & deficere fateatur ipſe de optima ſecta, idque omnes oculis quotidie conſpiciunt: ſecundum etiã & 3. impediri millies, nullus quidem aliqua animaduerſione diurna imbutus negabit, etſi minus in illis caſibus, quam in alijs prædicendis defectus videatur: propter quod circa tertium dicebat Ariſtoteles lib. de ſomno & vigilia, quod quidam imprudentiſſimi ſunt maxime præuidentes, nam intelligentia horum nõ eſt curis affecta, ſed tanquam deſerta, & vacua ab omnibus, & mota ſecundum mouens ducitur. Neque propter hæc exiſtimandũ eſt perire prognoſticam medicinæ partem, tantopere a medicis celebratam, tanquam valde vtilem, vt ex Gal. & Auic. in ſuperioribus depictum eſt: ſed ſolum magna cũ præmeditatione exercendam: ſicuti colligitur ex Gal. quarto de præſagatione ex pulſibus cap. 11. quo ſic vnum eſt, ac primum quidem, quo erumpet morbus, ad exitium ne an ad ſalutem: alterum ab hoc, quo potiſſimum hoc accidet: tertium iam, qui nam modus erit mortis, & ſalutis, hæc omnia ex affectibus præſagiuntur, &c. caput enim totum oportet medicis præſagium dicturis memoriæ mandare.

Corniculæ cãtus quid.

Secunda propoſitio, Ex communibus demonſtratiuis ſignis (quacunque ex alijs acceptionibus aſſumpta) decet fidem præſtare ad cognoſcendum morbum generice, non vero hunc ſpecifice

Signis fides dãda.

ſice: ex epligratia ex difficili reſpiratione cōiectare decet morbū pectoris partium præcipue, nō vero hūc determinate (vt applicemus remedia) ſcilicet, ſepti tranſuerſi, pulmonis, pleuræ, cordis, muſculorum deſeruientium reſpirationi inflāmationem, aut obſtructionem: videre eſt apud Galenū quarto de locis affectis capit. ſexto, quo affirmat ſublimem reſpirationem calorem cordis, aut aduſtionem commonſtrare, ſimiliter pulmonis, aut inſtrumētorum reſpirationis: & ratione hac conuincitur, nam ſignum cōmune habet ſe ſicuti proprium primo modo, de quo dicitur, ꝙ conuenit omni non tamen ſoli, vt eſſe bipedem homini conuenit, non tamen ſoli, ergo ſicuti determinate ex proprijs primo, ſecundo, aut tertio modo non colligitur ſpecies, ſic neque ex ſignis communibus particularis affectus.

Fides ſignorum. Tertia propoſitio ex demonſtratiuis, ſciētialibus, ſeu pathonomonicis a medicis nūcupatis ſignis, aut proprijs 4. modo (ſi hæc in re medica aliquot ſūt) credere cōuenit ſpeciatim auctoribus ſignantibus hunc, aut hunc affectum, aut hunc, aut hunc morbum ad recipienda remedia illis adaptata cuiuis generi ex ſupra relatis accinctiſque, deducitur hæc propoſitio ex Gal. 3. epid. part. 3. ſuper text. 34. dicentē, hic ſe offert nō parua de omnibus pathonomonicis ſignis quęſtio, nam ſi remotis ipſis, affectus poteſt ſpecies conſeruari, alia his pathonomonicis ſignis erunt nobis ad affectus cognoſcendos certiora, quaſi dicat, adeo hæc ſigna diagnoſtica, ſeu demonſtratiua certa ſunt ad cognoſcendos morbos in particulari, vt nulla poſsibile ſit, eſſe certiora 4. etiam citato de præſagatione ex pulſibus, c. 11. eandem indicauit doctrinam Gal. dicens, nam præſentium cognitio nil aliud eſt, ac affectuum inuentio, cognitio præteritorum, nihil etiam aliud atque inuentio cauſarum, quæ affectus inducunt (quid referat de ſignis rememoratiuis non videtur) & ipſa denique comprobatur, nam ſi eiuſcemodi ſigna gerunt vicē proprij 4. modo, illud vero docente Ariſt. 1. Topicorum c. 7. conuerſim prædicatur de re cuius eſt proprium: conuerſim etiam dicetur de affectu ſignato: ergo bene valet, adeſt hoc ſignum, igitur & affectus præſignatus de hoc ſigno, vnde quia ex his res cognoſcūtur, prout in ſe ſunt & non in ſuis cauſis tātum, veluti de futuris, hinc cōſtat diuerſitas de præſtanda fide circa cognitionem, & curationem morborum ex vna parte, & ex altera de incertitudine prædicendi, circa euentus, & fines morborum.

Oppoſi-

Oppoſita argumēta facillimā recipiūt explicationem: nam primus locus diſſoluitur animaduertendo, quod viuo animali (viuere autem nequit cum qualibet læſione, ſed cum tanta, aut tanta, verbi gratia) bronchium Laringis nequit reijci: a pulmone tamen poteſt quia maiorem læſionem & putrefactionem recipere valet pulmo animali viuo, quam aſpera arteria. Ad ſecundum quod illud ſignum ſubit rationem ſigni communis: vt conuincitur in argumento: reſtringitur autem à Galeno, & cum proprio alligatur, ita quod locus ſic coarctetur a Galeno, vulneratum eſt caput, & fūgus apparet, ergo meninx vulnerata eſt, ex nulla alia capitis parte vulnerata, fungus adnaſcitur, nam ex oſſe aliud tumoris genus adnaſcitur, nempe callus ſeu tuberculus, in tertio etiam loco ſignum aciditatis, ſi abſolute intelligatur communitatem inuoluit, verum non ſic aciditas vt ſignificet frigiditatē, capienda venit: ſed quod nullam ſapiat alteram qualitatem, cum enim a calore accepit originem, ſicuti in fermēto, & aceto, qua ratione loquutus fuit Alexander Tralianus, amplectitur alterius qualitatis ſaporem, ſcilicet acuitatis, quam per interrogationem factam facile medicus recipiet, & certificabitur de ſuo ſigno, ad hunc ſenſum demonſtratiuum. in quarto de vertigine, dicito ſignum proprium fieri, non pathonomonicū: vnde alia ſigna debes cum Gal. illi adiūgere, nam ex eo ſolum quod res apparent in gyrum mutari, morbum non decet inferre adeſſe, vt probat argumētum. Adiunges autem, vt ſignum fiat demonſtratiuum, fieri debere per propriam paſsionem cum dolore capitis, aurium ſonitu, (ſi ex flatibus) grauitate etiam capitis, & olfactus læſione, ſi vero per conſenſum cum vētriculo percipies morſum eius aut difficultatem, cuiuſuis fuerit alterius partis. Et ad difficultatem dicito, in illis hominibus inſpicientibus molendini rotam aut aliud huiuſmodi non generari morbum aliquem ex tribus, propter illam viſionem, ſed quia in eiſdem erat cauſa ſufficiens, id cōtingit, & ſic non euenit omnibus niſi debilibus capite, facillime namque exiſtente cauſa potente ad illum propter illas ſpecies miſſas à rota circumuolente excitatur talis effectus, ſicuti conſpicitur in habente flatum in buccis, qui oſcitatione viſa, illico oſcitat, etiam ſi nil recipiat ab altero oſcitante. Vnde non datur ſymptoma ſine morbo. Ad illud ex 4. de locis dicendum occurrit, quod ſi ſanguis fuerit ſpumoſus & continuus, non poteſt eſſe ſignū fallax reiectationis pulmonis: nā in caſu argumēti ſanguis

Ad arg.

guinis non continuus cum ſaliua, ſed ſolum contiguus neceſſario reperietur: cui non per elixationem, ſed tantum per agitationem illa ſunt adiuncta, 5. de locis non ponitur delirium, &c. abſolute, quia ſic rationem ſubiret ſigni communis, ſed cum tenſione diaphragmatis, & continuatione delirij deficiente, vt ibidẽ depingit Galenus. Et eodem modo dicendum eſt aſſumpto illo ex 6. lib. de locis affectis, ſcilicet quod adiungenda ſunt aliquot, vt efficiatur ſignum illud demonſtratiuũ pathonomonicũ: lib. autem in primum Proreticorum com. 1. ſuper textũ 2. qui incipit, ventris valde rubens, &c. quando Galenus inquit, ſignorum autẽ diuerſi generis connexio prorſus inutilis eſt: & cum in libris ſcribitur: & cum in exercitationem per eam, quæ ſermonibus fit, cõuentionem venit, non infirmat noſtram doctrinam: nã ibi, vt improbaret modum dicendi quorumdam circa naturam, & vim ſignorum, illa retulit verba, vt conſtat ex illis verbis (poſt multa cõſideratu digna iuxta hanc rem) Qui igitur vniuerſi vel non ſcripta norunt, ea fruſtra, temereque ſcribunt, &c. Denique ſigna quæ ſignantur, 3. epid. de febribus ardẽtibus deficere, & 2. apho. 27. non continent rationẽ ſigni pathonomonici: & ſi proprijam plecti in quibuſdam caſibus valeant naturam, de quibus iuxta vltimum nonnulla depinxit Vega in tertium prognoſticorum, iuxta text. 39.

Dub. 5. an deceat ægroto mortẽ dicere.

Rogabis forſitan, num medicus cognoſcens ægrum mortem obiturum, habeat obligationem ſignificandi illi mortem, & periculum, cui ſubijciendus venit? quidam reſpondent, mentem fuiſſe Galeni 6. epid. quod medicus quamuis deſperet de ſalute ægrotantis, ſemper incolumitatem polliceatur, & Ioannes Damaſcenus in aphoriſmos inquit, infirmo ſalutem ſemper eſſe promittẽdam, nec vnquam illum a ſpe deſerẽdum, eo quia cõplexio corporis animæ affectibus ſemper inhæret. Auicenna tract. 2. canticorum, tex. 365. plus multo videtur extendere quid faciendũ ſit in hoc euentu, dum aſſerit, Ex ſcientia iſtorum videbit medicus, & ſciet, quis moriatur, retrahetque inde manus ſuas a cura eius: vult ergo Auic. non prędicendam mortem, ſed retrahẽdum a curatione. In quo ſecutus eſt celebrem illam antiquorum propoſitionem, Morituris non ſunt adhibenda remedia, ne infamemus præſidia, quæ ſolent quamplurimis opem ferre. Verum Catholici noſtri multo aliter dubium diſſoluũt, vt videre eſt apud D. Nauarrum capit. 25. num. 64. §. ſi *Viendo que el enfermo moriria, &c.* vbi

Digitized by Google

vbi explicat caſus in quibus medicus habet illam obligationem, & in quibus non tenetur: & apud Baptiſtam Cordochium lib. de Chriſtiana ac tuta medendi ratione, ca. 19. quo ſic, Quanquã chriſtianæ pietati valde conſentaneum videtur, & ægrotanti vti lius, prudenti quadam lenitate per ſe, aut per alium mortem vici nam inſinuare: credibile eſt enim hominem Chriſtianum, cognita morte, diligentius ac feruentius ſe ad eam non modo moderate, ſed hilariter ferendam paratum eſſe, quàm ſi de ea nil cogitaret, aut a nemine quidquam audiret, &c. vbi quibuſdam teſtimonijs id corroborat: quæ ſententia amplectenda eſt. Nam antiqui illi, puta quia Ethnici ad audaciam, & temeritatem hortantur, non ſolum in his, verum & in quam plurimis alijs ſpectantibus ad Chriſti religionem ſanctam, vt quis legere poteſt apud Gale. 9. de vſu partium, c. 14. quo ſcribit: Non enim ſat erat eos duntaxat velle tales eſſe: neque enim ſi lapidem repente velit facere hominem, efficere id poterit, atque id eſt, in quo opinio noſtra, ac Platonis, tum aliorum, qui apud Græcos de rerum natura recte conſcripſerunt, à Moſis diſſidet: ſatis enim habet is, ſi Deus materiam exornare velit, ea autem repente eſt exornata: omnia enim Deum facere poſſe arbitratur, etiam ſi ex cinere equum aut bouem facere velit: nos autem non ita ſentimus, &c. dicit Galenus: verum mentitus eſt, & loquutus vt gẽtilis, & ſibi aduerſatur ipſi, nam commentario in Hipp. lib. de humoribus 1. dicit: Diſpoſitio omnium partium eſt ex iuſtitia, ſummæ poteſtate, & prouidẽtia noſtri conditoris Dei: ſi ergo ponit (vt ponenda eſt) ſummam poteſtatem in Deo: ergo & creandi poteſtatem: hæc autẽ eſt productio ex nihilo, vt adhuc Ariſtoteles, & cum illo antiqui faſsi ſunt: ergo multo melius poſſet ex quacunque velit materia Deus efficere equum, aut bouem. Hortatur etiam de anima rationali, quod nil ſit præter calidum innatum, de palpitatione, & conuulſione, & rigore, & 6. de morbis vulgaribus, at vero lib. an animal ſit quod in vtero eſt, dicit quod anima a cælo dilabitur, cap. quarto ſub his verbis. Anima autem ab vniuerſis animi & cæleſti thoro delapſa ſcientiam ſuſcepit, ſemper vero viam, quæ ad ſimile ducit, ſequens, terram quidem ſuperat, ab erroribus aquæ ſeſe auertit, tranſcendit aerem, ſit igne ſuperior, & cæleſtẽ diuinitatem attingit, ſæpeque trans cæleſtem locum intuetur, rerum omniũ domino aſsiſtit, &c. impoſsibile eſt ergo iuxta eiuſdem ſententiam in hoc loco, quod anima ſit temperamentum, & lib.

Galenus taxandus.

Digitized by Google

& lib. de ſubſt. natural. facult. inquit, Anima de foris aduenit: ſi tamen dicas quod lib. iſti falſo Gal. adſcribuntur, bene: ſed videas deprecor ipſum fatentem, ſe ignorare animę ſubſtantiam, 5. de ſimplicium medic. facul. cap. 9. dum aſſerit, nos ſane de animæ ſubſt. non ad modum pronunciare quidpiam audemus, &c. hoc idem 7. de vſu partium. lib. de vtilitate reſpirationis 9. de placitis & 6. de morbis vulg. comment. quinto ſuper tex. illum quintum, qui incipit, Hominis anima ſemper producitur vſq; ad mortem, &c. inſcio ergo homini de ſubſtantia animæ rationalis, nō decet fidem præſtare circa ea, quæ ſpectant ad remedium tantæ animæ, crede igitur cognoſcentibus eam, & intendentibus eiuſdē incolumitatem, & prudentibus quibuſdam rationibus inſinua mortem vicinam, adimaduerte illud Ezechielis 35. ſi ſpeculator viderit gladium venientem, & non inſonuerit buccinam, & populus non ſe cuſtodierit, veneritque gladius, & tuperit de eis animam, ille quidem in iniquitate ſua captus eſt, ſanguinem autem eius de manu ſpeculatoris requiram, &c. age etiam, & curationem proſequere vſque in mortem, quidquid Auicennas hortetur, & ipſe Gal. nam prædicto & præfigurato prognoſtico mortis affinibus infirmi, ne infamamus remedia, melius eſt aliquid cum periculo tētare, quam ægrotum relinquere in deſperatione. tum quia dum egro eſt anima, & ſpes debet eſſe: ſi quidem, vt ſupra dictum eſt ſigna prognoſtica, medijs quibus iudicamus de morte, aut de vita, poſſunt a ſua ſignificatione cadere: quia contingit, cauſas potentiores, vt docuit Ariſtot. loco illo cit. quarto metheorum, affectus impedire. Sed cum periculoſe tētas, eſto & tu attentus, non quęcumque licentioſe valde permitti, ſed ſolum non valde lædentia, ſicuti deducitur ex Hipp. lib. de afectionibus mul. tex. 22. & ex Gal. 6. epid par. quarta tex. 8. ſunt enim quidam, qui in deſperatione larga manu quod cumque tētant remedium experiundi gratia, & cibū permittunt, & ſi cōtrariū naturæ, & morbo propitium apprehenderint, at primum magnum amplectitur periculum, quoniā remedia quælibet pro curatione morborum ex Gal. ſententia tertio methodi cap. tertio ratione & experientia, aut ſaltim alterum debet cōſtare, vt applicari poſſit, adhuc tentādi gratia. ſcriptū quidē eſt in catecheſi Placētina, qui medicamentum in arte medica non contentum & comprehenſum, nulloque experimento cognitum, ratione ve comprobatum vſurpat, mortaliter peccat, quoniam experimentum

Medicus prænūciet damna.

Potētiores cauſæ impediūt effectus aliquādo.

Remediū ſit cognitū.

mentum ipſum periculoſum iuxta Hipp. prima aph. prima: ſecundum autem improbatũ eſt ab eodẽ Hipp. lib. de ſacro mor. tex. 10. cum aſſerit, oportet in omnibus morbis non augere morbos, ſed feſtinandum eſſe, vt conterantur, id quod eſt aduerſiſſimum morbo exhibentes non quod amicum & familiare, a familiari enim & conſueto floret, ac augeſcit, ab aduerſo vero hoſtili perit, & diſſipatur, & hanc ſententiam expreſſe confirmant Galeni verba ſecundo de differentijs febrium capit. vltim. hoc modo, quemadmodum in ſanis prauus victus ægrotandi affert occaſionem, eodem etiam modo multo magis in laborantibus, ex erroribus in victu admiſsis grauiores fiunt occaſiones, qua propter non ſolum cum homines ægrotant, ſed cum a morbo reficiũtur, quacumq; ex cauſa in victu ſi errauerint, offendi citiſsime cõſueuerunt, vnde primo de diebus decretorijs capit. primo dicebat, neque ijs qui fideliter ſanati ſunt vel in cibo vel in potu trãſgredi permittamus, &c. quando autem Gal. 9. met. c. 5. & 4. de ſanitate tuenda c. 4. inſinuat, quod medicus grata concedat infirmis, & 2. aphor. ſuper tex. 38. dicens, Parum deterior potus, aut cibus, ſuauior autem melioribus quidem, ſed minus ſuauibus eſt præferendus, affirmat non id in gratiam ſolum ægrotantis, ſed ad maiorem quoque eius vtilitatem facere medicum oportet: nam quæ libenter & magna cum voluptate ſumimus, ea arctius cõplectitur, omnique ex parte appreſſius concludit, & retinet ventriculus: atque multo facilius concoquit, inſuauia vero & ingrata, vt pote nauſeam vel inflationem vel fluctuationẽ patientia reſpuit, &c. quæ ſentẽtia fulcitur 2. de ratione victus in morbis acutus in tex. cõ. 22. & per Auicẽ. f. 3. lib. 1. c. de regimine eius, quod comeditur & viuitur. Intelligendus ergo venit Gal. & cum eodẽ Hip. Auic. & reliquis nõ abſolute de quacũq; gratificatione, ſed ſicut recte explicat Braſabolus ſuper apho. citatum hac ratione, Si ægrum quempiam curare tentes, & victus ratione, initium ſumas, ægro autem cibus aliquis placeat magis, quam is quem tu recte inſtituiſti, eum cibum vel potum, quem æger appetit, conſidera, nunc multo deterior ſit eo, quem inſtituiſti, & qui conuenit, vel parum deterior: & ſi multo deterior fuerit, iube ægrum appetentiam ſuam frænare, & cibum illum accipere, quem tu inſtituiſti, & illo contentum eſſe, nullumque alium quærere, à quo morbus poſſit augeri: quia illum tu nec ægro permittere vales, etiam ſi gra-

Nõ omnia grata ægro danda.

Gratificãdus eger.

Cõſideret medicus cibũ deſideratũ a languẽti.

ſi gratior exiſtat: cum læſione tamen parua miniſtrare auſus eris, quia in arte medica nullum eſt tam celebre remedium, quin aliqua ex parte lædat, cum naturam noſtram omnia alterent.

6. obſeruãdum.

Circa ægros inſidiantes medico.

Cum igitur relata omnia percalluerit medicus, comitatem quandam ſibi adiunctam habeat, tum propter ægrum, tum propter aſsiſtentes, tum propter plebeios: propter primum quidem, quia ſolent quidam ægri medico inſidiari volentes illum decipere, veluti ſupra inſinuauimus, ex Gal. primo de præſagatione ex pulſibus: vnde cautela maxima eſt neceſſaria circa illos, nil omittendo, nec nil valde curioſe faciendo, neque ex imaginatione, nec multas corporis partes oſtendendo, ſed omnia cõſiderando, quo ſibi preparata ſint ad abundantiam, prout opus fuerit, admonente id Hipp. lib. de decenti ornatu. Propter ſecũdum, nam contingit multoties, aſſiſtentes arrogantes præſumptuoſos multũ cogitantes, & penitus artis medicinæ ignaros adeſſe: tunc vtatur medicus bona cautela, vt eos ſibi reddat beneuolos, eorum officium laudando, modum, ſolicitudinem, amorem, & diligentiam, eorum tamen dicta vel opera cum modeſtia refrangendo: non omnino acceptando vel mutando, ſed limitando vel variando, prout opus fuerit, ne omnia ſibi aſcribat, ſic enim fideliter exercent quæ per medicum ordinantur: & tutius eſt illos habere amicos, quam cum eiſdem grauitatem continere: niſi medicus tantũ auctoritatis fuerit aſſequutus cum reliquis conditionibus, vt poſsit illos remouere, & alios introducere miniſtrãtes, ſi adfuerint mulieres, cum illis non multiplicet medicus verba extra illa, quæ ad curam ægri ſpectãt, & nil in ſecreto cum illis pertractet, non vtatur magnis colloquijs, conſilijs, riſu, neque contactu aut aſpectu in libidinem prouocantibus: habet enim medicus præter ea, quæ ad legem D.O. faciunt, Hipp. aſtringentem eum euitaturum iure iurando omnem iniuriam, omnem corruptelam, circa genus turpitudinis, res etiã venereas ſponte ſua ſiue muliebria corpora curauerit, ſiue virilia. Propter tertiũ, quoniam omnis plebeius vulgaris ignorans eſt, & inde ſemper ſuadens in contraria, caute procedendum eſt, maxime medico conducto ad curam alicuius communitatis: impoſsibile eſt enim in omnibus & omnibus indulgere & cõplacere: fugiet ergo lites, partialitates, & iurgia: quæ vt in plurimum ſolent oriri, & foueri in communitatibus, amando commune bonum, & vulgi laudes aſpernando: nam vulgus ignobile non diſcernit peritum ab imperito,

Cautela medico neceſſaria.

Digitized by Google

perito, laudandum vel commendandum a vituperando, honorem, & reuerentiam ſibi exhibitam humiliter recipiat, & libenter reſalutet, petentibus conſilia (animaduerſione habita) reddat iuxta dignitatem petentis, & expoſcenti ſibi delegatum medicũ alium ad curam non neget: tempore enim Galeni mos fuit etiam addictos fuiſſe plures medicos curæ vnius hominis, vt habetur expreſſè comm. primo in lib. de officijs medici ſuper tex. 1. paulo poſt medium, vbi ſcribitur: Videns ſe alios duos medicos ignobiliores, &c. & paulò poſt. Ego tertio die adhibeor, licèt primus ſecundum, & tertiũ iniquo animo tulerit, quia ignobiliores illo: ſocietas enim non aufert præmium, ſed ſingularitas plerunque infamiam parit: imo affines, & amicos ęgri exhortetur, vt ſibi sociũ aduocent medicum, alias ſe ægrum non curaturum: & ſi ei datur aduocandi licentia, eligat, non inuidum, non maleuolum, neque vanæ gloriæ amatorem, ſed seniorem, fideliorẽ, & infirmo gratiſſimũ: ſi vero aduocetur ſocius citra ſuam electionem, æquo animo, & benigno de efficiendis circa infirmum, ſermonem inſtituat, ſeparatis plebeijs, imo amicis, & affinibus, ſi nondum artem medicã attigere: prius tamẽ quã aſcendat ſocius, ordinet quodcunque fuerit poſsibile in cura patientis, in quacunque fuerit forma: ne, altero adueniente, defeciſſe in aliquo videatur, ſi vero defuerit, dum applicet ſocius illud, dicat, & illud infirmo fuiſſe applicatũ, ne de ignorantia taxetur. Aduocatus vero denuo, ſi cognoſcat alterum erraſſe, non fiat illius erroris publicus concionator, ſed potius humilis, et tacitus corrector: et ſi ægritudo dat fiducias expectandi, denuo adueniens, donec quęcunque acta ſunt, percipiat, et intelligat, non properet, applicando remedia (ſecus vero, ſi adfuerit ſumma neceſsitas) ſic enim niſi nequam fuerit primus, reddet ſibi illum beneuolum, et amicum. Perceptis autem remedijs appoſitis non miniſtrabit, niſi iuxta perſeuerantiam neceſſariam, aut de nouo aliquid adaugendo, conſilio ſocij præuiſo, citra publicam controuerſiam: res enim hęc vulgo horrenda eſt: et inde pro nihilo aut parum habētur medici apud illud, teſtificante id Galeno libro de purgãtium medicam. facultat. capit. vltimo ſub his verbis. Irridet iſta vulgus minus rectę, quoties medicos inter ſe altercantes animaduertit: eoſque loquacitatis cõdemnat, ac ſiquis mutire quippiam omnino viderit, verbis tantum ipſos medicos appellat: & commentar. primo in librũ Hipp. de victus ratione in morbis acutis, ſub his nem-

Delegatus medicus recipiatur.

Rixæ inter medicos malum.

pe, in primis qualemcunque ingredientium exercitationem, controuerſia iuſtam ignorantiæ ſuſpicionem oſtendit, &c. contrarium autem paulo inferius collaudat, cum aſſerit ſecundò, Concordia ipſa iuſtam magnamque cognitionis ſpeciem demõſtrat, &c. & poſtea ſubdit. Neque enim diſcipulos ſolùm alliciunt, credulosque reddunt, verùm etiam, & apud idiotas ſeſe veriſſimas exiſtimandas. Quod autem ſermo ſit de medicorum conſultationibus, & de nullis alijs, facillime oſtendunt textus interpretandi ibi 14. huiuſmodi ſane quęſtiones proponere medici non conſueuerunt, neque forſan, ſi proponatur ſoluuntur, & decimo quinto ſic, calumniam vero vſque adeo grauem patitur, apud vulgus ars tota, vt nullo pacto medicina eſſe videatur, verumtamen, ſi res eo redit, vt cogat controuerſiæ ratio (Commune enim eſt hoc omnium ſcientiarum, & artium, vt interdum diſſentiatur) non erubeſcas mutare ſententiam in diſputationibus, comprobatam recipiens: neque propoſitam certam, & determinatam in dubium reuoces, tum quia fortaſsis peccabis, tũ quia Galenus libro 9. de placitis Hippocratis, & Plato capite 6. inquit, mirandum eſt de medicis, qui inter ſe diſſentiant, de rebus quas experiẽtia definiuit: audi libenter, quę ſunt neceſſaria, etiam ſi contra tuam militent determinationem (ne poſſis Aſpidi comparari, cuius natura eſt, vt quando interdicitur, cauda obſtruit aurem, ne audiat verba incantantis) res quidem hic non parum facit, ſicuti docet Galenus nono, nuper citato, quando inquit, admiratione ſane dignum videtur, quamobrem fiat, vt medici qui artem eam tractant, in qua an admota remedia profuerint, an læſerint, experientia poteſt iudicari, nihilo ſecius tamen de his, quæ iuuant, vel nocent maxime inter ſe repugnantes ſentẽtias protulerint. Nam ſi in Philoſophia, nondum ſedatæ fuerint diſcordiæ, nil mirum eſſe debet, quippe cum de rebus eiuſmodi ſint quæ euidenti experimento iudicari minime poſſunt, &c. Et colligit poſtea, at in vtilitate & læſione medicamentorum, quæ corpori exhibentur, nihil ſimile eſt, quæ tamen in tantam controuerſiam inter medicos venere: quaſi experientia ipſa, quid iuuaret, quid noceretve iudicare facillime non poſſent, &c. Inſinuat denique multum conferre ad hominum ſalutem, recipere ea, quæ recta ſunt in re medica, & determinata, abſque verborum multitudine, loquacitate & controuerſia.

Mutanda ſententia aliquãdo.

Rixæ inter medicos malum.

Dubiũ

Dubium tamen hic excitari poſſet, num medicorum conſultationes ad curandos morbos adferre queant vtilitatem aliquam. Vulgi opinio rem hanc diuerſe amplecti conſpicitur, non ſolum hac noſtra tempeſtate: verum, & Galeni temporibus, ſicuti liquet ex Galeno, ſupra citatis locis: vt quædam eius pars firmiter exiſtimet, potius pernitiem generare, & nociuas eſſe medicorum conuocationes: ſibique patronum aduocant Plinium, libro vigeſimo nono, capite primo: qui aſſerit, turba ſe medicorum perijſſe. Pars tamen altera ſibi conſtituit certas, & neceſſarias medicorum conſultationes: & magni pendit, quod per ſancitum, & ſtatutum ſibi paret theorema illud: plus multo oculis quatuor, quam duobus penetratur. Verum vtriuſque partis tanta eſt iam hominum ſolertia, vt medicam ſcientiam, ſeu artem adeo accuſent: vt intemperantiam morientium cauſam mortis non ſtatuant, ſed artis medicæ, aut artificum pigritiam, aut defectum. Quaſi ægri quæ imperata ſunt nunquam tranſgrediantur, quaſi non legerint veritatem illam Iob, omnium rerum ſunt termini, quos præterire non poſſumus. Propter illud enim, protulit Auicenna verba illa, in domo morientis medicus ſemper malus, ſiue conſultando, ſiue ſecus illud euenerit. Verumtamen quidquid vulgi opinio de hac re perceperit, tenendum eſt firmiter medicorum ſapientium conſultationes, apprime, non ſolum vtiles, ſed & neceſſarias eſſe, & ad curam humanæ ſalutis magnam adferre vtilitatem, quod primo oſtenditur. Nam ſi apud Iuriſconſultos definitum eſt, in quibuſdam caſibus, vt legitur, apud Auiles, capite de prætoribus, iudices non poſſe abſque conſultatione determinare executionem ſententiarum aliquarum, & apud collegia, & communitates non eſſe canonicas electiones, neque recipiendas, citra conſultationes, cur igitur in re tam difficili, vbi de vita hominum agitur, exiſtimandum eſt congregationes medicorum non introducere rectas determinationes? quinimo ſanctionibus & legibus adſtringi medicos neceſſarium eſſet, ne de ſalute alicuius priuati, quidquam graue determinarent, niſi conſultatione habita: ſecundo, aut medicus perſonæ priuatæ agens curam maxime doctus inuenitur, aut ſecus, nullus ſecundum amplexabitur, quia Ariſt. dixit 2. magnorum moralium, cap. 15. cognoſcere ſe ipſum difficillimum eſt, vt quidam ſapientes dixerunt: apprehende ergo primũ, & eſto ſatis doctus,

Dub. 6. de conſultationibus medicorum.

Accuſatur medici.

Conſultationes neceſſariæ.

Nunquid audiſti ſcriptum eſſe, apud ſapientiam, ſapiens audiens erit ſapientior, &c. audi igitur doctum alterum, doctiorem, aut coæqualem, aut indoctum: & ne auertas aurem tuam a ſententijs illorum, fortaſsis ex ore inſipientis, tuo videri, enunciabitur remedium. Deus quidem eſurientes impleuit bonis, & diuites dimiſit inanes: & vulgo habetur, Sub ſordido palliolo latet ſapientia, ſed quantumuis non lateret, nonne ad aures tuas peruenit elegans illud carmen, Infelix qui multa ſapit, ſpernitque doceri: recipe ergo iam aduocatum ad curas hominũ, & in conſultationibus audi doctiorem: intellige conſultantem: doceas indoctum: occaſio quidem hæc valde proficua conſtituitur, vt poſsis illis qui diſcipulorum miniſteria enaſerunt, experta manifeſtare, & memoratu digna reuelare, vt alijs languentibus miniſtrare valeãt, & cõſultatio vtilis in hoc, aut ad illud reddatur. Officium quidẽ Doctoris medici eſt, hanc artem ſine mercede, & compactione docere, & præcepta omnia, & ſecreta, libenter et fideliter tradere: ſi vero aduocatus diſcipulus ſit: neque cõtemnatur ſed honore afficiatur, & cum eo ſeorſum primo de diſpoſitionibus ægri conſulat voce ſubmiſſa, & facie depreſſa, vt videatur ſuper omnibus attentius cogitare. Galeni autem decretum, videlicet, Qui ſufficit medicus ad cognoſcendam morbi cauſam, ſufficit & ad extirpationem morborum, non ſubuertit hanc doctrinam: nam multoties, quod tu non noſti, fortaſſe docte nouit Offellus, & Plinius non interdicit ſapientium conſultationes, ſed illorum quorum mentes damnabat Hipp. primo de ratione victus in acutis, citato 15. & 14. text. propterea quod ad conſultandum vocati, prius inter ſe de premio contendebant, quam de ægrotantium ſalute agerent: & de his etiam dicebat Auic. Conquerebatur enim Cæſar ille de medicorum concertationibus, &c. verum de conſultationibus medicorum primo intendentium hominum ſalutem, dub. non debet eſſe, vtiles eſſe maxime, & neceſſario amplectẽdas ab ipſis adhuc medicis, alias facillime errori ſe ſubijciẽt, vt optime adnotat Iobertus tractatu de affectibus internis partium thoracis capit. ſexto his verbis, Medicus enim aſſumens, quod ſibi videtur, & non referens offendit multum, & impie facit, &c.

Septimum obſeruãdũ iuxta Aromatarios.

Quantumuis autem non videatur cuiuſlibet medici munus pharmacopolia explorare in vniuerſum, ſed illorum quibus

datum

datum eſt officinas pharmacopolarum autoritate regia viſitare: verumtamen expedit medico, eligere ſibi fidelem aromatarium, & qui artem ſuam nouerit exacte, tam in ſimplicium cognitione, quam in eorum debita permiſtione, trituratione, & compoſitione, quocunque modo & forma illa debeant miniſtrari, & in alijs quæ ad artem pertinent, ſit inſtructus: nam vt refert Galenus 4. lib. de comp. pharmacorum per genera c. 5. pharmacopolis, ac ſimplicium inſtitoribus ne credant pharmacorum compoſitores, nec medici: eius ſunt hæc verba, Meminiſſe autem vos inter com ponendum oportet illius etiam, quod a pleriſque medicorum negligitur a quibuſdam per ignorantiam committitur: credunt enim inſtitoribus, vetus oleum dare ſe affirmantibus, ignari quan do ipſius loco vendãt adipem ſuillum veterem, ex oleo communi liquatum, temperatumque ſed membranulis prius diligenter exẽptis, &c. opus eſt igitur ſapientem & fidelem eligere aromatariũ, ſolent quidem multoties adulterata, & ſuppoſita vel antiqua, & vi ſua carentia medicamenta in vſum trahere, & inde pro ſalute morbum, & pro vita mortem inducunt, contra diuinum illud præceptum de non interficiendo, homines occidunt, & aduerſus mã datum ſanctum de honorando proximo, indecoroſque reddunt medicos doctos, & indoctos, ſine diſcrimine ſtudioſos & pigros, vidimus enim loco illius medicamenti, iure, deorum manus appellati, quia mirifice frangat lapides in renibus, aut veſica, quod eſt ſanguis (eo modo quo paratur ab Aetio, & ab Alexãdro) hirc nus, exhibitus cũ paſſo in cochleare vno, pharmacopolam optima reputatione habitum paſcere perlatam manus Chriſti, medicamentum potius deiectis viribus, & ardentibus febribus conueniens, quam lapidis fractioni, exiſtimaſſe vero eum duo hæc medicamẽta in quibuſdam coire qualitatibus, poſſet recipi, enim uero a proprietate lapidem, hoc frangere medicamen, ſicuti & illud, ex teſtimonio Martiani inauditum inuenitur, Conſpeximus & alterum non minoris exiſtimationis aromatarium, dum recipe ret ordinatam ad ſplem obſtructum fouendum cum cacuminibus tamariſci, & alijs aperientibus iuxta naturam partis, condonaſſe loco illorum nuces quaſdam aſtringentes ſatis & non operantes a proprietate, opus contrarium: & huius generis poſſemus alia innumera exempla verius in medium adducere, cum adhuc nondum noſtræ ætatis quadrageſimum annum guſtauerim. Quid ergo ſeniores doctiſsimi, & ſtudioſiſsimi ſcrutatores,

Aromatarius ſit doctus & vita optima.

tores, væ igitur hominum vitæ, illorum manibus & medicinis concreditæ, & commendatæ, idcirco medicus qui fidus naturæ miniſter eſſe debet, medicamentorum cognitionem omnibus ſuis partibus habeat expletam: & quibus notis falſa & adulterina à veris, vetuſta a recẽtioribus maxime, aut mediocriter trituranda a reliquis ſe vertat, & deportet: nam ſi permittat aromatario vti non ſynceris, veteribus, & corruptis, eijs præſertim quæ plurimo conſtãt, & per os ſumẽda veniũt, reus efficitur criminis mortalis, vt habetur apud ſummiſtas, ex autoritate ſanctorum Patrum comprobatum, ſi tamen medicamentum paruo conſtaret prætio, & extrinſecus eſſet applicandum, ſicuti vnguentum, & oleum, non tanti ponderis habetur, Galenus tamen loco ſupra allegato quarto de compoſitione pharmac. per genera capit. quinto inquit, Sed hęc quidem ſunt maxima, &c. & paulo inferius in mediũ adducit rationem, cum aſſerit, propterea pharmacũ de quo ſermo eſt, oleum & adipẽ quadraginta annorum recipiens, ſemper apud me vlcera diuturna præter modum maligna quam opinio ferret, melius ſanauit, &c. vide ergo tu adhuc in his etiam, quæ extrinſecus apponuntur talem fallaciam poſſe inueniri modo, proſcribe ergo illam, & iudices quibus correctio punitioque incumbit, de hac fraude certiores facito, ſi enim punirentur, vt aromatarius ille cuius mentionem fecit Saladinus opere de eſculo (ſub his verbis) Nota quod aromatarius non debet autoritate propria ſine licentia medici in receptis ponere quid pro quo, id eſt, pro vna re aliam, quando caret aliquo ſimplici, quia in hoc poſſet errare: ſed debet omnia facere, cum diſpenſatione & auctoritate doctiſsimi, & fidelis medici, vnde tempore meo illuſtriſsimus rex Aragonum (inquit) puniuit acriter, & turpiter condemnauit Neapoli quendam eius aromatarium, cui medici ſuæ maieſtatis ordinauerunt quoddam electuarium cordiale in quo miſceri debebant coralia alba, quibus cum prædictus aromatarius tunc temporis careret, combuſsit coralia rubra, quæ ex combuſtione alba effecta ſunt, vnde hoc venit ad notitiam inuictiſsimi Regis, qui aromatariũ nouem milliũ ducatorũ cõdemnauit, & aromatarij regij dignitate priuauit. Hęc Saladinus, reuera nec conſiderẽt (vt hiſce audẽt tẽporibus) ponere quid pro quo, ne dicam, ſathanicum pro medicamine, retulit enim mihi vir religioſe ad modum viuens, dũ interrogaſſem illum, quo modo ſudaſſet æger quidam, circa

Medicamẽ. ad extrinſeca nõ tãta conſid.

Aromatarius ſine licentia non mutet medicamẽta.

quem

quem vterque curam miniſtrabamus,cui præceperam decoctionem florum borraginis bulgloſſæ,& violarum,cum alijs neceſſarijs ad ſudandum aſſumere. Domine (inquit)& tu qua ratione ordei decoctione ſudorem excitas,nullam quidem aliam decoctionem nec aquam aromatarius mihi dedit, cum quibuſdam pulueribus, preter quam ordei ſimplicem decoctionem: iurauit etiam mihi vir iſte relatus aromatarium eundem integra vna æſtate ei dediſſe pro ſyrupo acetoſo ſimplici, oximel ſimplex,vtinam aromatarius hic,& alij huiuſmodi a rege Aragonum punirentur: exiſtimo enim patibulo iam ſuſpenſos fuiſſe,& merito.

Dub. ſeptimum de ſuccedaneis.

Dices fortaſsis,videris aſſerere aromatarijs non eſſe datum, nec licere vti ſuccedaneis,ſeu pro quibuſdam alijs: cuius oppoſitum legitur expreſſe apud Galenũ lib. ſeptimo de ſimpli. med. facul. ſub his verbis, Meliſſophyllum marubio ſimile eſt facultate, ſed plurimum ab eo vincitur, quamobrem nec vtitur eo quiſpiam, ſuperuacaneum ſiquidem foret, præſente marubio,cuius tantus eſt vbique terrarum prouentus, velle vti meliſſophyllo, cæterum ſi cui forte ad manum quandoque marubium non fuerit,illo vti liceat, &c. ecce vbi vnum pro alio permittit Galenus: Auicenna etiam fen. nona lib. tertio capit. decimoquarto de cura caſus vuæ inquit, Et ex medicinis bonis ad eleuandum ſunt valauſtræ,& alumen,& camphora, & ex bonis in eleuatione vuæ eſt galia cum ſale ammoniaco, expreſſe ergo illius loci recipit hoc, quod etiam amplectitur Rhaſius ſept. continentis tractatu primo, capite ſecundo, Paulus Aegius, & denique omnes ſcribentes lib. de ſuccedaneis, Rondoletius ſcilicet, Siluius, Cordus, Saladinus, & inter noſtros exacte admodum Fragoſus, conuinciturque ratione hac,quæ in vna regione familiaria ſunt, in alijs contingit deſiderari in medicinæ materia,& ſæpe in his efficitur vnus morbus: ergo aut non curandus affectus, aut loco illorum deficientium,miniſtrandum perueniet ſuccedaneum neceſſario: enimuero nec nos id negamus, ſed dicimus, quod medico conuocato medicamẽ miniſtrante, illud exerceatur iuxta ſententiam ſuam. Saladinus loco allegato ſic depingit, Aromatarius non debet auctoritate propria ſine licentia medici in receptis ponere quid pro quo, &c. Cordus in ratione continendorum hoc modo, nec temere confidet ingenio ſuo in ſuccedaneis eligendis, ſed peritum medicũ

Ponitur quid pro quo.

 conſu-

Non licet Aromatario in ordinatis vti quid pro quo.

conſulet, idem inſinuat Iobertus ſectione 1. de confectione, & exiſtimo omnes firmiter teneri ad aſſerendum id. Fragoſi autem libellus recens de methodo inueniendi ſuccedanea medicaméta quantumuis poſt rigoroſum examen ſuccedaneorum permittat aromatario vnum pro alio apponere medicamentum, in componendis medicamentis. Licentioſe ſatis, cum inquit, Cæterum animaduertendũ eſt nõ ob id hæc ſcripſiſſe, vt ſuccedanea quibus vtimur, talia eſſe debeant, qualia deſcripta ſunt (deſcripſerat nãque prius, quod medicamentorum facultas non eſt vna, ſed multiplex. 1. 2. 3. ſcilicet & quarta, & 4. adhuc triplex, ſunt etiã & accidentia. Vnde quodcumque medicamentum alterius & propriũ ſuccedaneum omni ex parte illius naturam repræſentare debet, vt & primis, ſecundis, tertijs facultatibus, potiſsimumque quartis reſpondeat, inſuper & accidentia alia quæ odore, ſapore, colore, conſiſtentia, agẽdi celeritate, & alijs prẽditũ erat) vix enim reperies dictorum aliqua, & ſi forte in illis quatuor facultatibus, & in vſu medicamentum aliquod conueniret, non eſſet ſuccedaneum, ſed idem potius cum illo pro quo ponitur, quia iam tunc identitas exiſtimanda cenſetur. Veruntamen locum non poteſt concedere aromatario ſine licentia medici in receptis ponendi quid pro quo, quandoquidem ſcire non poteſt intentionem medici, nec quam animaduertat vrgentiam, neceſsitatem, aut præ oculis habeat indicationem, nam vt diuerſa reperiũtur (vt recte notat Fragoſus) in medicamẽtis, ſic pro diuerſis intentionibus miniſtrari poſſunt a medicis, abſque eo quod aromatarius valeat mente cõcipere, pro quo illorum medicus plus multo eligat hoc, quã illud; verbi gratia, primo patitur quis oris ſiccitatem, ſimul cum dentium ſtupore, & tunc magis animaduertẽs ſtuporẽ, medicus miniſtrat portulacarũ. m. ij. aromatarius vero animaduertens refrigerationem elargitur lactucarum. m. ij. Nunquid recte? ſathanice potius, & cõtra honorem medici aſſeuerantis ægro remedio illo & oris ſiccitatem, & dentium ſtuporem longe prorſus eſſe repellendum. Secundo præcipit medicus ſyrupum de agreſta aſſumendum in magno æſtu ad ſitim extinguendam, ad ardorem, ad vomitum, & alui profluuium billioſum ſiſtendum, & vt venenis aduerſetur, intendit tamen præcipue hæc poſtrema, Aromatarius tamen tantum intuẽs priora mittit Syrupum violarum, an vero recte? praue quidem iſte potius emollit, neque vomitum reprimit, neque venenis aduerſatur: tertio medicus ad dolorẽ

Quare ſine licentia medici aromatari' nequit mutare.

Exẽpla erroris aromatarij.

Digitized by Google

dolorem capitis cum vertigine, mentis, viſus & auditus lapſu or-
dinat pilularum arabicarum Nicolaj, & cochiarum Raſis. S.) . ij.
Aromatarius vero dat cochiarũ ſcrup.iiij.nũquid bene?male cer
te, quia medicus lapſus ſenſuum, mentis ve præcipue intẽdebat
corrigere, alijs multis exemplis clariſsimis hoc elucidari poteſt,
omitto tamen ea , ſufficiant enim hæc, vt Aromatarij intelligãt
regulas illorũ, pilulæ pro pilules, ſyrupi pro ſyrupis, herba, pro
herbis, puluis pro pulueribus, ſeruandas non fore ſine licẽtia me
dici: alias ſicuti medicus præſcriptũ medicamentum inutile poſt
quã intellexerit, etiã ſi non nociuũ non imperat immutare (for-
taſſe erubeſcens) cum graui damno, ſubijcitur mortali crimini,
ſic & Aromatarius porrigens inutile pro vtili ſine licentia medi-
ci miniſtantis ſubijcietur iuxta damnum graue magnæ culpæ &
pœnę Gal. autẽ locus & omnes alij in quibus vnum pro alio per
mittitur, nõ negant doctrinam hanc ſcriptam, & ſi cõcedat Gal.
melliſophylom pro marubio, id quidem in componendis medici
nis elargitur: non tamen in mutandis receptis abſque licẽtia me
dici condonatur , circa illud equidem vnus intenditur finis pro
medicamento compoſito: & ſic licet aliquantulum vnum ab alio
ſeparetur vt docet Gal. de marubio , & meliſophylio non multũ
intereſt: nam ſi ſenſibiliter diſtent, ſicuti piper & papauer, nõ li-
cebit aromatario, niſi inſequendo determinationem doctiſsimo-
rum medicorum, vt illis imperatum eſt circa compoſitionem phi
lonij perſici, at circa receptas fortaſsis multo aliter intendit me
dicus , quam Aromatarius percipit, & intelligit , propter quod
ſemper conſulat medicum, dum deficiat ei ordinatum: quoniam
hac ratione nec erit cauſa, vt morbus longius protrahatur, æger
neci tradatur, & medicus famæ detrimentum patiatur. Auic. deni
que, & alij ſolum oſtendunt, quia materia medicinæ planitiẽ am
plectitur exactiſsimam, poſſe medicum in curatione huius aut il
lius morbi hoc aut illud remedium applicare, iuxta vnam exqui
ſitam intentionem , non vero Aromatarium adeptum fuiſſe pro
ſuo arbitrio, mente ve, non cognita indicatione medici exquiſita
ſuccedaneum condonare, nam ſi exquiſite eam percalluerit , &
docte cognoſcit medicamentum & ſi non identicũ vtile tamen ſa
tis & efficax ad conſequutionem finis a medico intenti, poterit
ſine licentia medici illud dare: quia ex illo nec ægro lapſus , neq;
medico dedecus ſequeretur, & error iſte parui momenti eſt , ne-
que à paruis erroribus videtur fuga facilis iuxta illud, quod retu

 lit Cra-

lit Crates Thebanus. Nec fieri poteſt quemquam mortalium inueniri, qui aliquando lapſus non ſit, & vtinam Deo placeat, lapſibus paruis ſolum, Aromatarios miniſtrare medicamenta: Medicos ea ordinare, quæ recta ſunt: & nos circa noſtrum luminare ſecundum, quod iam aggredimur conficiendum, determinare, vt expedit.

LVMINARE SECVNDUM, DE LICENTIJS AD IEIUNIUM, & carnium eſum.

EO vſque iam hominum ad virtutem aſſequendam tepor, & debilitas, viuendi deſiderium, & cupiditas, ne dicam, temeritas, aut improbitas adeo increuit, vt cum vix labijs ſummis (vt aiunt) tenuiſsimũ dolorem capitis, ventriculi, lyenis, aut alterius partis deguſtarint, minimum lapillum emictum conſpexerint, aut tuberculum, ne dicã grumulum inuiſibile fere animaduertant, à medicis ad eſum carnis licentiam extorquere procurent (data enim eſt illis, vt liquet ex diplomate cruciatæ §. illo. *Item que durante el dicho año de la publicacion pueda de conſejo de ambos medicos eſpiritual y corporal comer carne en quareſma, &c.*) aſſumendum diebus interdictis per ſtatuta, & translationes ſanctas S. Eccleſiæ, & quadrageſimæ tempore ſaluberrime ſatis, nõ ſolum animarum ſaluti, verum & corporum ineunte vere, aut iam egrediente, ſtabilito: nam quid precor præſtantius, & ſaluti ſecurius, abſque amaris potionibus, inſuauioribus ſyrupis, ſanguinis miſsionibus vniuerſos humores agitantibus, & commouentibus, horrendis Hyrudinibus, & cucurbitulis vehementer trahentibus, tum & corporibus hominum rationalium ſuauior medela miniſtrari poterat, affectis plenitudine, aut ſaltem ſarietate, quam diæta, quam per ieiunium ſanctum quadrageſimæ tempore Eccleſia ſancta prædicat, & inducit? de qua Hipp. lib. de aere, aquis, & locis, dixit, hominum inſuper diæta perquirenda, qua maxime capiuntur, an bibuli ſint et lucrones et ocio dediti, aut exercitijs varijs vtentes, & tollerãtes laborum, ciborumque plus appetentes, quam poculorũ: et lib. de ſalubri diæta, Si autem recta diæta vtatur, etiam talis homo melior

Quadrageſima ſaluberiter ſignata.

Diæta laudatur, & ieiunium.

melior fieri poſsit,&c.et lib.Gal.aſcripto de ſpermate, de pictũ
inuenitur,diæta quandoque reprimit,ita vt iram deponat à cor-
de procedentem naturaliter,& 4. de ratione victus in acutis ie-
iunium contra capitis dolorem, & crapulam conferre docet, &
citato de ſpermate ieiunium eſſe bonũ: Innumera alia bona diæ
tam parere in corporibus cõſtabit legenti Auic.f.14.tra.2.c.8.
et fen.3.lib.1.doct.2.c.7.tum et Rhaſium 33.continentis tract.2.
Nec exiſtimes obſtare aduerſus ieiunium ſanctum, quod dixerit
Auic. cũ alijs,loco vltimo allegato, ex vicibus præterea ſatiatis
comeſtionis eſt,vt homo vna die ſemel,et altera bis, mane,et veſ
pere comedat:verumtamen in hoc vſus vehementer eſt cõſeruã
dus,quoniã ſi ille qui bis in die comedere cõſueuit, ſemel come
dit,debilitabitur,& laſſabitur eius virtus,&c.quę omnia videtur
deſumpſiſſe ex Hipp.2.de ratione victus in acutis tex.24. Auic.
ipſe & inſinuata ab eodem Hipp.etiam 2.apho. 51. cum inquit,
ſemel & multum & repente vel vacuare,vel replere,vel calefacce-
re,vel refrigerare,aut alio quouis modo corpus mouere,pericu-
loſum:omne ſiquidem nimium inimicum naturæ. Nam ipſemet
Hipp.tunc apho.iſto,tum 50.hæc dirimit:aſſerit nanq; in vltima *Cõſuetudo*
parte apho.50.ad inſolita quoque facienda eſt mutatio, in cuius *tuto muta*
explicatione Gal.ſic:quod ad finem ſcriptum reperitur,vbi ad in- *ri poteſt.*
ſueta iuuet,faciendam quodam modo mutationem,certo id ſani-
tatis certius cautiusque tutãdæ gratia eſt additum,ecce vbi poteſt
ex Gal.& Hipp.ſententia, etiamſi bis aut ter ſolitus fueris aſſu-
mere cibum,ſemel tantum comedere, ratione tuendæ ſanitatis,
& ſic ieiunare citra lapſum ſalutis propter mutationem illam:ra
tionem reddit Gal.propoſitionis illius Hipp.dicens,quandoqui- *Quare mu*
dem omnium hominum vita inopinatis incertisque rerum caſi- *tanda con-*
bus ſit ſubiecta.Ne quando igitur inſolitis rebus, & ex improui *ſuetudo.*
ſo accidentibus aut occurrentibus grauiter offendamur, nil non
tentare & periclitari ſatius eſſe inquit Hipp. Quonam autem
modo fieri poſsit illa mutatio abſque lapſu ſalutis,docet expreſ-
ſe ad finem aphoriſmo 51.citati his verbis, Paulatim vero quod
fit,tutum ſit,cum alias, tunc maxime,vbi ab vno ad aliud facien
da eſt mutatio.Nulla ergo ſubiectione lapſus,poteſt homo mu-
tare conſuetudinem aſſumendi bis aut ter cibum, detrahendo
paulatim ante quadrageſimæ tempus partem aliquam ſucceſ- *Quomodo*
ſiue de matutino,& nocturno cibo, & tranſacto tempore ſan- *mutãda cõ*
cto, eodem modo augendo, Nec tibi eueniet Auicennæ *ſuetudo.*

illud lo-

illud loco citato, & qui ſemel inde comedere conſueuit, ſi ad bis comedendum redibit, accidit ei debilitas & pigritia & laſsitas, &c. habes ergo rationem conſeruandi ſimul ſalutem animæ & corporis ſeruando regulam præfixam: ſecundo quid vtilius excogitari poteſt poſt humorum magnam generationem qualis ſit per hyemen, iuxta illud Hipp. prima apho. 4. ſentẽtia 14. & 13. & magnam concretionem, iuxta illud Ariſtote. 4. metheororum cap. 1. frigus congregat quæ ſunt eiuſdem ordinis & diuerſi quam ineũte iam vere, quando humores fundi incipiũt, ſicuti expreſſe Gale. apho. tertia com. 20. his oſtendit verbis, ſic ſane verno tempore aeris ambientis calor humores fundens euocat ad cutem per ſimili exercitationũ effectu, reddit equidem Gal. rationẽ quare Hipp. eodem loco ſcribat, vere enim inſania, melancolia, epilepſia, fluxiones ſãguinis, anginæ, grauedines, diſtillationes, tuſſes, lepræ impetigines, &c. cum alias eadem particula ſententia 9. referat ver ſaluberrimum & minime exitioſum: dicet igitur, quia tunc funduntur humores propter calorem incipientem & morbi illi generantur, imperare Eccleſiam ſanctam ieiunium & prohibitionẽ vſus carnium, ex illo ſiquidem per diætam conſumitur magna humorum pars occaſionaliter, non efficienter abſit hoc diætæ. Ex HOC vero in quantum deficiente carnis eſu homines vtuntur alimẽtis incraſſantibus, impediuntur fluxiones & illa omnia relata ab Hipp. ſententia 20. 3. particulę apho. neque diætam, qua vtimur per ieiunium, apprehendas victum tenuiſsimũ eſſe, de quo dictum eſt ab Hipp. quod ſit periculoſus prima apho. 5. & a Gal. quod generat melancoliam tertio de locis affectis quoniam dięta illa nõ recipit multitudinem illam piſcium, tructarum, anguillarum, oſtiarum, lactis, panis, orizæ, lenticularum & aliorum huiuſmodi, quæ hiſce temporibus non ſolum à diuitibus verum & à pauperibus duodecima meridiana hora die ieiunij abſumuntur. & ſeptima aut octaua noctis portio alia non parua olerum bellariorum, & conditorum plurium aliorum ex ſacharo, ſed amplectitur aut nullum victum aut ſolum mulſam, aliudque eius ordinis, vt lib. de ratione victus in acutis patet: vnde de hac tantum intelligendus venit Hipp. 1. apho. 5. dicẽs eadẽ de cauſa ſanis etiã valde tenuis, ſtataque & exquiſita victus ratio parum tuta, &c. et Gal. in com. in quibus tenuem diætam parum tutam eſſe confirmat: quid vero præſtet boni ſimul corpori, et animæ diæta illa quæ per ieiunium exercetur, referant nobis ſancti et religioſi abſtinentes,

Victus ieiunãtium.

Victus tenuiſſimus.

tinentes, maiori anni parte ieiunantes abſque aſsiduis dolori-
bus capitis, in ſomnis, ventriculi grauitatibus, aciditatibus,
ructibus, & alijs innumeris ſympromatibus, quibus vacant iſti,
gaudent autem comeſſores, & incontinentes, expedit ergo medi-

Bonā ex ie iunio.

co iuniori, cui hæc proderunt noſtra ſcripta (non enim maio-
res & peritiſsimos iam magiſtros mea alloquitur oratio) cum ab
eodem expoſtuletur licentia ad carnis eſum, & non ieiunandū,
cum primo ſiquidem, ſecundum ſtare non valet. Eſt certe altera
conditio ieiunij abſtinentia a carnis comeſtione, ſicuti clare ſatis
conſtat ex diplomate crucifero. §. *De manera que los que no comie-*

Primū obſeruandū circa ieiunium.

ren carne, guardando en lo de mas la forma del ayuno *Eccleſiaſtico, ayan
cumplido y ſatisfecha, &c.* magna cura & diligentia examinare con
ditiones, & naturam affectuum, propter quas diſſoluendas, licen
tiam homines expoſcunt præfixam: nam ſi illa diæta tantum ſalu
tis inferre conſtat, & eſus ciborum quadrageſimalium impediē-
tium fluxiones, & illa præſignata quadrigiſimæ tempore conce-
duntur, non omnibus expoſtulantibus tenetur medicus eandem
cū confeſſario condonare, nec ſubſcribere: donec ſtricte, et exa-
mine riguroſo perſcrutetur vires expoſtulantis, & morem mor-
bi, motum & magnitudinem. Poſsibile quidem erit primo in-
ſultu, quod iuſte petere videatur, verum morbus id nō expoſcat,
propter quod operæpretium erit, adducere ea omnia morborum
genera, quæ merentur carnis eſum, vt iuniores medici præ ocu-
lis habere poſsint, quando teneantur elargiri licentiam ad talem
eſum, aut ſecus, ſecluſa febre, vlcere, aut vulnere, & huiuſmodi
alijs: de his enim ſermonem non facimus, ſed tātum de illis, quæ
hominum actiones impedire non apparet, aut ſaltem non nota-
biliter, quæ debet medicus neceſſario perpendere, vt colligi-
tur ex doctore Medina codice de pœnitentia, & particulariter co
dice de ieiunio tracta. quarto titu. de his qui ad Eccleſiaſtica ie-
iunia tenentur. §. inde fit, vt præfatæ perſonæ non ſint omnino
a ieiunio excuſandæ: ſed cauſæ exigentia eſt attendenda, vt ſi in-
firmitas ſit talis, quæ exigat infirmum bis, aut ter in die comede-
re, non tamen cauſa illa exigat, vt carnes comedat, poterit quidē
pluries comedere, non tamen carnibus vti, ecce vbi Doctor iſte
chriſtianiſsimus in morbis quibuſdam, & pro quibuſdā alijs vt
antea declarauit hominē poſſe pluries in die cibū aſſumere docet
&legem ieiunij dirumpere, vt liquet ex eodem ibidem titulo de
numero refectionū in ieiunio, quo loco ſcribit, præſuppoſito in

ſuper

Dicũt, quidam ieiunium eſt vnica comeſtio cum carnis abſtinentia.

ſuper ad integritatem ieiunij pertinere, non vltra ſemel refectionem ſumere citra collationem & electuaria & medicamenta & potiones quæ in die ieiunij ſolent vltra cænam ſumi, de quibus (inquit poſtea) non tamen eſum carnis capere, & paulo inferius ſic ſcribit, vnde fit ſæpe in hac re medicos non carere culpa, cum id ſolum debeant infirmis in diebus ieiunij concedere quod infirmitas poſtulauerit, & non indiſtincte eiſdem indulgere, vt animaduertas, medice, quibus in caſibus vacando culpa, poſsis indulgentiam parere ad carnis eſum. Dub. tamen expreſſe ex verbis ipſius Doctoris ſuboritur: nam videtur aſſerere, imo expreſſe docet, in quibuſdã affectionibus poſſe medicum condonare licentiam eſui carnis, non tamen fractioni ieiunij: quod eſt dicere, poſſe quem ſimul carnes comedendo ieiunij regulam ſeruare, vt liquet ex verbis illis, aut è contra, ſi infirmitas talis ſit, quæ vſum carnium exigat, & non plures refectiones, poterit carnibus ſemel vti, non tamen pluries comedere: ſi enim in primo caſu carnes comedat, aut in ſecundo pluries, iam id non ob cauſam agit, ſed ob voluntatem, & ideo huiuſmodi exceſſus venit ei dem imputandus. Vnde inquit, vt ſupra, in hac re medicos non carere culpa, &c. huic dubium dicendi occaſio dedit, ſententiam fuiſſe expreſſam huius. Doc. quam explicitam deſcribit etiam D. F. Martinus Ledeſma ſecunda quæſt. 17. artic. quinto fol. 209. his verbis: quinto regula eſt cõmuniter approbata (vt ſupra diximus) nempe quod quando alicui fideli ob cauſam aliquam permittitur in die ieiunij ab Eccleſiaſtica regula in aliquo recedere, in tantũ illi permittitur in quantum ſe extendit ipſius cauſæ indigentia: ita vt ſiquis habet iuſtam cauſam comedendi pluries abſque eo quod carnes comedat, abſtineat a carnibus: & ſi etiã habeat cauſam ſufficientem ad comedendum carnes & non ad comedẽdum pluries, abſtineat a pluralitate refectionum: ergo etiam ſiquis habeat iuſtam cauſam ad bis comedendum, & non ad comedendum ter vel quater, videtur quod cum bis comederit teneatur a reliquis comeſtionbus abſtinere. Obãdus itidem in breuiloquio in quartum lib. Magiſtri Sententiarum tractatu de ieiunio, titulo de ciborum qualitate fol. 507. & fol. 510. de hac re differẽs inquit, alij volunt diſpenſatum ad carnes, teneri in alijs conformare ſe ieiunio. Verum quia vltimo hoc referat Obandus, dicebat mihi quidam a cutus ſatis iuris conſultus, quod iuxta quamdam regulam iuris, iſte amplectitur & iſtam ſentẽtiam, quia vltimo

Dubiũ primum de ieiunantib⁹.

mo

tro eam referat ſine interdictum, Verum quod Obandus non exiſtimet oppoſitum, indignum auditu conſpicietur legenti Ledeſmā ſuperius paucis interpoſitis lineis, fol. quingenteſimo decimo citato, ſunt eius hæc verba, Neque cui conceditur ieiunare cibis non quadrageſimalibus, ideo conceditur vſus carnis: ſicut aliqui parum intelligentes, & idiotæ etiam religioſi male autumant. Tam eſt de eſſentia ieiunij abſtinere a carnibus, quod qui ſunt diſpenſati, aut egent carnibus eo ipſo ab obligatione ieiunij ſunt abſoluti, ecce expreſſe ſi exiſtimaſſet hic vir oppoſitam ſententiam tenēdam, idiotam ſe, & parum intelligentem reciperet. Tum fol. 507. ſic habet, circa tertium ſciri debet, quod Eccleſiaſtica ieiunia ſunt duplicia, vnum quadrageſimale in quo a carnibus, ouis & lacticinijs & huiuſmodi abſtinendum eſt, per caput. denique diſtinct. quarta, quod eſt beati Gregorij ad Auguſtinum epiſcopum Anglorum, & de ſolo ieiunio quadrageſimæ loquitur.

Caro nō cōceditur cū ieiunio.

Tutatur hanc partem Diuus Bonauentura tomo quarto diſtinct. decima quinta artic. an vſus carnium ſoluat ieiunium, cuius eſt hęc concluſio, Reſpondeo dicendum, quod ille dicitur ieiunium Eccleſiæ ſoluere, qui ſtatutum modum abſtinendi ab Eccleſia non ſeruat: cum autem ieiunium Eccleſia inſtituerit ad ſatisfaciendum, & concupiſcentiam reprimendam, ſicut determinauit abſtinentiam ieiunij quantum ad numerum, vt ſcilicet ſemel tantum ieiunans comederet ad affectionem carnis propter ſatisfactionem, ita taxauit vt a carnibus abſtinerent, quia hoc genere cibi præcipue concupiſcentia fouetur, & roboratur, vnde comeſtio carnium ieiunium ſoluit ab Eccleſia inſtitutum. & ad argumentum illud primum articuli, videlicet, ieiunium eſt inſtitutum ad comprimendum concupiſcentiam, ſed vinum magis inflammat concupiſcentiam, quam carnes, cum ergo potus vini non ſoluat ieiunium, nec eſus carnium ſoluet. Reſpondet dicendo, quod vinum concupiſcientiā incitat inflāmando per modum alterantis: & quia tales alterationes non diu manent, ideo potius vinum conceditur, quod non adeo efficaciter operatur ad concupiſcientię fomentum, ſicut eſus carnium quo præcipue materia cōcupiſcentię miniſtratur, & calor naturalis cōfortatur radicitus magis, & ex alia parte ſubtractio vini nimis debilitaret naturam, enimuero ſolutio hæc, niſi iuxta ſecundam partem aſſumatur, nō vacat difficultate. Multa equi-

Vinum nō interdicitur ieiunātibus.

ta equidem ſunt quadrageſimæ tempore non interdicta, quæ concupiſcentiam incitant inflammando non ſolum per modum alterantis, ſed diu permanendo, cuius generis cicer locum tenet non infimum, vt legitur apud Gal. lib. de ſuccorũ & bonitate & vitio capit. 7. quo ſic, Cicer, vt adat ſatis, mali certe ſucci eſt, & nihiloſecius quam faba inflat, coeundi deſiderium auget, ſeminiſque vna multum gignit: itum etiam mentha, eruca, daucus, & denique omnia quæ humiditatem ſemicoctam & flatuoſam habent, advenerem maxime excitant, vt habetur ex Gal. 8. de ſimpliciũ med. facult. titulo de feris, cichorium, interdicitur ergo carnium vſus propter illud, & quia eius miniſtratio non eſt adeo neceſſaria ad hominum ſalutem & conſeruationẽ, ſicuti vini vſus, ideo illud excluditur, hoc vero amplectitur. Vinum equidem non ſolum continet potus rationem, verum & cibi, iuxta illud Hipp. & Gal. 2. apho. 21. famem thorexis ſoluit, id eſt, potio meri vini, nõ acris, quia illud potius famẽ excitat: & iuxta illud facilius eſt, repleri potu quam cibo, id eſt, facilius eſt citius ſatiari, aut famem ſoluere per vini optimi potionem, quã per cibi aſſumptionem: vnde lib. de diſſec. cont. ſcriptum eſt, vinum dulce, & calidum, & cibus calidus eſt: nec ſolum hæc efficit munera verum & medicamenti dotes amplectitur, & ſic habetur loco citato de diſſectio. cont. & 6. de ſanitate tuenda vinum dulce, aut comedatur, aut bibatur, habet mollire ventrem, 7. de compoſitione, med. vina dulcia aſperitudines læuigant, Secundo de ratione victus, in acutis ſputa educit, & acutis conuenire depingitur ſuper tex. ſecundũ his verbis, Ob eam rem melioratum quidem ad craſſorum humorum ſpuitionẽ eſt conuenientiſsimum, oxymeli vero ad viſcoſorum: Poſt melicratum ptiſana eſt, atque ab ea vinum dulce, ſi coctis iam tum perineumonia, tum pleuretide propinetur amplius non vexatis inflamatione corporibus, &c. lib. de attenuante victus ratione, vina iuuant affectus Thoracis, & pulmonis, & de ſimplicium medicam. faculta. vinum aqua dilutum nutrit, & cuſtodit ſanitatem: nocere vero vina quædam, generare ſanguinẽ craſſum, & melancholicum, obſtructiones parere, afficere iecur, & lyenẽ, & inflãmationes excitare, vt legitur ſecundo citat. in morbis acutis 3. de locis affectis tertio de fracturis; de attenuante victus ratione, & alibi millies, Non obtenebrat vini pallidi, & dulcis optimi proceritates, tum quia illud percipies intelligendum eſſe de craſsis nigris recentibus, intẽpeſtiue miniſtratis, pro tempore,

Quæ excitant ad libidinem.

Vina multa bona efficiunt.

Vina quãdo in acutis morbis.

tempore,natura aut particulari occaſione aliqua:tum quia,vt habetur apud Celſum,nullum eſt tam celebre remedium in medica arte,quod non lædat aliquando.Non autem interdici illa,& alia multa illius ordinis, etiam ſi concupiſcentiam excitent inflammando non ſolum per modum alterantis,ſed cum permanentia, ea poteſt eſſe ratio,quia ipſa ingrata potius guſtui,quam grata,in ſuauiora potius,quam ſuauitatem aliquam adducentia: malum ſuccum magis quam refectionem memoratu dignam præſtantia: quid ergo meriti inueniri poterat pro abſtinentia rerum ſimiliũ? lacticinia tamen,quia neque circa hæc omnia inepta,ſicuti relata illa, nec proceritatem tantam aſſecuta,ſicuti eſus auium, & carnium,nec omnino interdicuntur,neque permittuntur hominibus bene valẽtibus poſt ſeptimum annũ:ſed negatur comeſtio illorum carentibus bulla cruciatæ:habentibus tamen illam conceſſa eſt licentia ad illorum comeſtionem, dummodo ſacerdotes non ſint,aut aliorum ordinum de quibus diploma cruciatæ loquitur,interdicendo vſum lacticiniorũ,& ouorũ, horum quidem eſt,& eadem radix,& ratio:nam quantumuis Arnaldus de Villanoua exiſtimet,vitella ouorum eſſe præſtantia, ſicuti eſus carnis,ratio valde diuerſa inuenitur:primo,quia etiamſi oua ſint boni,& craſsi ſucci,vt perdurare valeat,quarto de ratione victus in acutis, & lib.de remedijs paratu facilibus,humorum autem acrimoniam infrænant,ex eodem Gal.cit. quarto de ratione victus ſuper text.113.ex quo neceſſario concupiſcentiam reprimere intelligat,tum quia ab aliquibus difficulter coquuntur,primo de locis affectis, & alia multa incommoda in ſe continent, quæ eſui carnium deſunt, & inde patet diuerſitas in carnibus, lacticinijs,& ouis:Quare autem ſacerdotibus,religioſis,& alijs, temporibus alijs ieiunij extra quadrageſimam non denegentur oua,& lacticinia, oſtendit D. B. loco allegato in ſolutione ad ſecundum,cum inquit, quod quadrageſimale ieiunium arctius obſeruatur,quam alia ieiunia:quia eo Chriſti ieiunium ſecundum modum noſtrum imitatur,& ideo quamuis vſus caſei, & ouorum in quadrageſima ſit generaliter interdictus,tamẽ in alijs ieiunijs apud diuerſos in his eſt diuerſus abſtinentiæ modus.

Quare nõ interdicãtur excitãtia ad libidinem.

Ouorũ alimonia quibus negatur.

Qualis ouorũ victus.

Quare per quatuor tẽpora anni non negantur oua ſacerdotibus.

Quid autem in dubio propoſito fuerit ſtabiliendum, non eſt noſtri muneris,ad Eccleſiam quidem Sãctam Romanam,& grauiſsimos doctores quibus fœcunda eſt, illud pertinet & ſpectat determinare,nos vero ſubijciendo nos, & omnia noſtra, hæcque

Eccleſiæ ſanctæ dictæ, inſpiciendo, & præoculis habẽdo doctrinam D. Thomæ ſolidiſſimã, denuo aſſerimus, medicus nõ indulgeat licentiam ad vſum carnis tempore quadrageſimę nec alio interdicto ab Eccleſia, niſi pręuij diligenti examine, & ſtricto habito de eſſentia morbi, adquem extirpandum indulgentia expoſcitur, quod ſi iam eſu carnium opus fuerit, at opus non ſit pro morbo pluries aſſumendi carnis comeſtiones aſſumenti conſulat abſtinentiam a pluries ſumendo, quia quantumuis ieiunium non fuerit (cuius oppoſitum autumãt illi ſupra citati authores) certiſsimum docent ſancti, quod quælibet abſtinentia cum conditionibus requiſitis iuxta legẽ D. O. meritoria eſt, vlterius, quia quotidie contingit tum homines, tum & præcipue mulieres, dolore ventriculi, cordis palpitatione, animi deliquio, aut quouis alio affectu cruciati a Confeſſoribus expoſcere licentiam cũ obſeruatione ieiunij aſſumendi electuarium, aut rem aliquã medicinalem, confeſſarij autem quia aut non omnes ſciunt, aut ſcientes nolunt ſolicitudinariè rẽ hanc abſoluere, dicunt, ite & vos ad medicos, & iuxta eorum determinationẽ facite, medicus animaduertat, ſymptomate cognito expoſcente remedium, poſſe indulgere licentiam electuarium aſſumendi, potionem, aut huiuſmodi aliud, etiam ſi non ſolum obtineat rationem medicamenti tantũ ſed etiam alimenti: dummodo per medicinæ viam id fiat, id docent expreſſe autores ſupracitati: Doctoris de Ledeſma, verba ſunt hæc, Tertio ſequitur, quod ſumere aquam, aut vinum ante, aut poſt refectionem, aut electuaria per viam medicinæ, vt ſupra diximus, non eſt ſoluere ieiunium quoad ſubſtantiam præcepti, ſiue in magna, ſiue in parua quantitate ſumantur: ratio eſt, quia ſub pręcepto Eccleſiæ de ieiunio non cadunt niſi illa tria quæ dicta ſunt, (dixit equidem fol. 207. tria ſunt ſeruanda de præcepto ieiunij, nempe non comedere, niſi ſemel in die, a cibis prohibitis abſtinere, & horã refectionis non notabiliter præuenire, quæ omnia conſtat ſeruari poſſe abſque eſurie & naturæ defectu) ergo ſeruando illa, per reliqua præceptum de ieiunio nõ ſoluitur. Quarto etiam colligitur (inquit) quod ſumere paululum panis per modum medicinæ, ne ſcilicet potus ſumendus aut ſumptus noceat aut ſtomachum laxet, idque ante vel poſt prandium, ieiunium non ſoluit: ratio eſt, quia quod per viam medicinæ ſumitur, non pertinet ad refectionem, nec refectionem multiplicat: & horum aſſumptio intelligitur extra illud, quod colla-

Medicus non conce-dat licẽtiã ad carnis eſũ ſẽper.

Cõfeſſarij mittãt ad medicos infirmos.

Medicinæ nõ frangũt ieiunium.

Tria de natura ieiunij.

tio

Digitized by Google

tio vocatur, ſicuti expreſſe docet ipſemet D. concl. ſeptima, Super articulo quarto, quæſt. 1, Diuus Thomas hac ratione: nõ eſt neceſſarium, quod quis actualiter, quando ſumit, id quod collatio vocatur, ſiue ſumat ante, ſiue poſt refectionem licitam, ordinet illud ad medicinam (en) vel conſeruationem bonæ valetudinis: ſed ſatis eſt, quod bona fide, ſine fraude ieiunij vtatur illa parua cibi quantitate, quam collationem vocant iuxta patriæ cõſuetudinem. Ratione etiam illud conuinci poteſt: nã neque Dei præcepta, neque ſanctæ Eccleſiæ mandata permittunt, ſymptomate aliquo homines cruciari, aut interfici, Deo obtemperantes, diligentibus autem Deum omnia in melius: proximum amantibus omnia quietius, iſta vero Dei ſunt præcepta: Eccleſiæ denique mandata matris ſunt theoremata filiorum, potius delectamentũ animabus & corporibus intendentia, quam perniciem aut mortem: Nec eſt eadem ratio de his, & de illis, qui in fraudem ieiunij comedunt hora nimis anticipata, ne ſentiant famem: neque corpus affligatur: iſti namque afflictionem volentes pati, cibum aſſumunt: illi autem ne morbi illi fere inſenſiles, ex quibus ſymptomata illa oborta ſunt, increſcant, & animal pereat.

Collatio iuxta conditionẽ patriæ.

Dubium 2. hic ſe offert excitandum, liceat ne medico, pueris ante ſeptimum annum non habentibus diſpenſationem permittere tempore quadrageſimę licentiam vtẽdi carnibus, lacticinijs, & ouis? cui dub. affigere videtur partem affirmatiuam Ouandus loco allegato Coroll. 2. cum inquit, ſequitur ſecundo, quod non peccant, qui pueris infra ſeptẽnium dant oua, & carnes: nã ante illam ætatem non ſunt in annis diſcretionis, quo teneantur ad præcepta Eccleſiaſtica: quod ſi ipſi non peccant comedendo, neque peccabunt dantes: ergo neque permittentes. Verum ex teſtimonio allato ab eodem auctore non parua ſuboritur difficultas: inquit enim ibidem, quod ante ſeptimum annum diſcretionem habere poſsint, vt docet Gregorius lib. 4. cap. 18. exemplo pueri blaſphemi quinque annorum rapti à diabolo: ergo medicus oportet mittat tales pueros ad confeſſores, vt examine habito de vſu rationis illorum, indulgeat licentiam, quantum ad eum ſpectat eſui carnium, ouorum, & lacticiniorum iuxta determinationem diſcreti, & docti confeſſarij, alias ſecus: nam de adultis non eſt dub. ſicuti inſinuat Caiet. 2. 2. q. 147. art. 8. quo aſſerit, adultis non licet veſci carnibus, nec alijs prohibitis cibis in die ieiunij: & hoc idem probat Doctor Ledeſma d. 2. 2. 4. q. 17. artic. 6. hoc

Dub. 2. an pueris ante 7. annũ ſit concedẽda licentia.

Pueri quãdo non peccant.

Pueri mittantur ad cõfeſſarios

D 2 modo,

modo, quia conſuetudo Chriſtianorum, & voluntas prælatorum ſic declarant præceptum ieiunij: nēpe, quod eſto quis ex defectu ætatis, aut ex alia rationabili cauſa non teneatur ieiunare, non ideo comedat carnes aut lacticinia, aut oua in die ieiunij: & ſic reſpondet ad illud argumentum ex conſuetudine habens virtutem ſcilicet quod communiter patres dant pueris ſuis tempore ieiunij oua, & lacticinia, quod quando ſunt paruuli ante vſum rationis vel parum poſt, videtur quod ſit conſuetudo, & quod pontifices rationabiliter illud permittant, nempe quod paruuli in die ieiunij veſcantur ouis, & lacticinijs: ideo in hoc ſtandum eſt conſuetudini, ergo ſi exiſtimet medicus puerum habere vſum, tenetur mittere ad confeſſorem, vt poſt examen conſcientiæ notum fiat, mereaturne indulgentiam ad eſum ouorum, lacticiniorum aut carnium.

Pueris paruis dāt patres lacticinia.

Ex his bene infertur, fatuo, & nullo modo habenti vſum rationis abſque diſpenſatione quocumque tempore poſſe medicū condonare licentiam ad vſum carnis, lacticiniorum, & ouorum, nam ſi ipſi non peccant comedendo, ergo nec indulgentes illis comeſtionem, quantum prout ſic agitur.

Fatuis bene conceditur licētia ad carnis eſum.

Sequitur tertio videndum, Num puero ante vigeſimum primum annum expoſcenti a medico, teneatur ieiunare, nec ne, tempore quadrageſimæ, & temporibus alijs, poſſit medicus conſulere de non ieiunando: rem hanc dub. eſſe oſtendit Doctor Medina tract. 4. de ieiunio titulo de his, qui ad Eccleſiaſtica ieiunia tenentur, dum inquit, De pueris tamen ante completum trinum ſeptēnium non placet omnibus, eos omnino a ieiunio excuſare: tum quia in illa ætate poſſunt & ſolent multa carnalia vitia committere, ratione quorum opus eſt eis flere, & ideo pro peccatis ſatisfacere, & carnem ſpiritui ſubijcere: ſicut & alijs adultæ ætatis id opus eſt, ac proinde, ſicut illi debent ieiunare, etſi non toto tempore quadrageſimæ, tamen certis quibuſdam diebus ſine corporis, aut ſanitatis detrimento: alioqui doctores non conſulerent, aut docerent pueros aſſuefaciendos, vt aliquibus quāuis paucis diebus ieiunēt, & ita quibuſdā videtur, quod tenētur ſaltem ad ieiunia quatuor temporum, aut alia intra annū, & ad aliqua, quanuis pauca, in quadrageſima, etiam ſi totam quadrageſimam ieiunare non teneantur. Verum ex æquo doctores pro maiori parte ius de ieiunando ita interpretantur, vt Eccleſia per illud non intendat animæ aut corpori detrimentum inferre, nec intendat

D. 3. an ante 21. annū medicus poſſit pueris indulgere de non ieiunādo.

intendat obligare ad ea, quæ communem hominum facultatem excedunt: communem autem puerorum facultatem excederet, ie iunia Eccleſiaſtica ſeruare ſaltem ante trinum ſeptennium, ſimiliter eorum debitum augmentum, ex relatu medicorum peritorũ vt plurimum trino indiget ſeptennio; quod quidem augmentũ per Eccleſiaſtica ieiunia verifimiliter impeditur: ideo putãdum eſt, huiuſmodi pueros ad ieiunia obligare minime intendiſſe, non ſolum ad quadrageſimam, ſed nec ad alia ieiunia intra annum, etiam ſi accidat aliquos abſque damno poſſe quibuſdã diebus ieiunare. Huc vſque Doctor hic, quibus expreſſe abſoluit medicos conſulentes pueris ante vigeſimum primum annum de non ieiunando.

Ante 21. annum nõ tenẽtur ieiunare pueri.

Equidem hæc ſententia difficultatem inuoluit, nam ſi Eccleſia non ſolum reſpicit, quod opus eſt pueris iſtis flere, quia iam poſſunt, & ſolent multa carnalia vitia committere, verum quod augmentum per Eccleſiaſtica ieiunia non impediatur, ſaltem veriſimiliter: difficile intellectu conſpicitur, qua ratione omnibus tranſacta ætate vigeſimi primi anni, ieiunandi præceptum non legitime impeditis imponat, nam ſiue ætas ſit dicenda menſura menſurans diſpoſitionem corporis viui cum aliquibus, ſiue tempus vitæ animalis, quo creſcit, ſtat & diminuitur occulte, & manifeſte: ſiue quod fuerit diſpoſitio accidentalis complexioni principaliter attributa menſurata periodo temporali, ſecundum diuerſam habitudinem calidi naturalis ad humidum radicale, ſiue (vt autumat Albertus li. de iuuentute & ſenectute) ſit ſpatium tẽporis in iuuentute relictum, in quo virtus vitæ omnem perficit ſuæ menſuræ motum vel operationem, niſi per accidens impediatur, aut dicatur vitę curriculum, quo luculenter corporis conſtitutio per ſe, ſuoque nutu mutatur (ſicuti notat Fernelius 3. de temperamentis capit. 10.) aut quouis alio explicetur modo, vt videre eſt apud Carolum a petra alba, lib. de medicinę forma cap. 15. apud Valleſium primo Controuerſia. cap. octauo, Antonium Muſa & Forliuium in lib. apho. Hipp. prima apho. 13 tertia aph. 30. 5. apho. 7. ſiue hęc in quatuor fuerit ſecanda ętates, vt legitur apud Gal. 8. de placitis Hipp. & Plat. capit. 6. prima apho. 13. & apud Auic. f. 1. doct. 3. capit. 3. ſiue in quinque, vt notant Fernelius, Valleſius, & Forliuius locis allegatis mentem fuiſſe Hipp. & Gal. ſiue in ſeptem ſecetur partes prope illud metrico depictum: Infans, inde puer, adoleſcens, poſt iuuenis, vir ſubſequitur

Aetas quid

Aetas multiplex.

Digitized by Google

tur, ſenexque, poſtea decrepitus: ſiue faſsus fuerit tres eſſe, quia homo aut creſcit aut decreſcit, aut ſtat, ſiue recte adoleſcentiæ ætas in quinque partes poſtea diuidatur, ſicuti notat Iacobus ſuper Auicenn. loco allegato, reliquæ vero ætates non ſubdiuidantur: ſiue omnes iſtæ penſitandæ fuerint penes annorum numeros, vt quidam cogitat, ſiue ſecus, vt docet Galenus 6. de ſanitate tuenda, cum inquit: ætates annorum numero non circunſcribuntur: ſiue adhuc diuiſæ propter mutationes temperierum & non annorum certũ habeant & determinatum terminum, ſiue latitudinem magnam, vt ſcribitur tertia apho. 27. ſub his verbis, ætas pubertatis non habet certiſsimum terminum, ſed tardius, & citius fit ſecundum caliditatem & frigiditatẽ, plus minus ve, omnes conueniunt ſenſibiliter homines augmentari aut inſenſibiliter vſque in trigeſimum annum, nullus tamen (etſi intra hunc terminum valde præſignauerint diuerſas metas incrementi) vigeſimum primum annum collocauit incrementi terminum. Nam quidam dicunt, quod homo creſcit vſque ad 15. annum, cuius ſententiæ fuit Hali abbas quarto Theoricæ ca. 3. alij cogitant, mentẽ fuiſſe Ariſt. in problematis, quod homo creſcat vſque ad annos 13.

Septimo autem Politico. c. 17. multo aliter videtur inſinuare, nam inquit, pueri vſque ad annos quinque non ſunt tradendi alicui diſciplinę, nec cogendi perferre labores, ne impediantur creſcere, oſtendiſſe igitur apparet, quod poſt quintum annum quantumuis ferant labores, non impedirentur creſcere. Alij certum ſtatuere hominem poſt vigeſimum vel vigeſimũ quintũ annum nõ apparere notabiliter creſcere: ergo non negant creſcere abſolute, tranſacto 25. anno vt colligitur ex illo verbo, notabiliter, & ex eo quod dicant, & raro permanent homines abſque aliquali diminutione, vltra 35. annum, & propterea aliqui poſuerunt terminum adoleſcentiæ in 25. anno & iuuentutis in 35. mentemque hanc amplexatur Gal. 3. apho. com. 31. ſed Gal. ibidem nullũ agit ſermonẽ de his terminis, apho. tamẽ 30. eiuſdem inquit, adoleſcentium ætas quinta ſeptimana terminatur, in cuius comment. Braſobolus ſic habet primo de huius ætatis termino Galẽ. diſſerit inquiens, quinta ſeptimana terminari, id eſt, trigeſimo quinto anno, & inquit, quod nomine adoleſcentium iuuenilis ętas eſt intelligenda: nam iuuenilis ætas illa eſt, quæ trigeſimo quinto anno terminatur, poſt quam conſiſtentia ſequitur, quæ

Adoleſcẽtia quãdo terminatur.

quæ per duas hebdomadas extenditur, & anno quadrageſimo ſeptimo vel quinquageſimo finem habet. In hac Ætate omnia adhuc, quæ in iuuentute operabantur, agunt, tamen eodem modo ad labores nõ ſufficiunt, &c. in quo videtur ſequutus veſtigia dicentium, quod hominum curſus in tres ſecatur partes, in creſcentem ſcilicet, ſtantem & declinantem. Affirmabant iſti tempus annorum hominum eſſe 98. vnde cuilibet parti condonabant 32. annos, cum aliqua latitudine, aut conſtrictione. Aſtrologi etiam multi ponunt huiuſmodi tempus 98. annorum, ſignant tamen mẽſuram per dominium planetarum, Auerr. libr. de generatione, & corruptione ponit quod omne tempus vitæ ſit 70. annorum 35. ſcilicet, quibus perficimus, & 35. quibus declinamus, ponit ergo augmentum vſque 35. annum Auicen. etiam loco cita. f. prima 1. doctr. tertia capit. 3. augeri homines per totam iuuentutem tangit, cum ait, donec ad declinationem perueniat: neque tamen huius humiditatis diminutio computatur diminutio per comparationem ad conſeruationem caloris, ſed per comparationem ad augmentum: idem Rhaſius, libro 12. capite 4. & Galenus libro de optima noſtri corporis conſtitutione in fine hoc depingit modo, corpus autem vel maius quam deceat minusve ſit, duplici quidem ex cauſa, maius vel ob humiditatis vel materię redundantiã, minus ob ipſius materiæ defectum vel immmodicam ſiccitatem: incrementum enim eo vſque ſe extendit, donec oſſa firmum robur adepta ſint, &c. at lib. 2. de temperamentis cap. 2. docet, vltimo inter partes perficiuntur oſſa: ergo ſentit per totam iuuentutẽ durare augmentum, nam partes carnoſæ ex ſententia illius, & in ſtatu perficiũtur, liquet igitur difficultas expreſſa ſatis, ſi S. Eccleſia attendit, quod non impediatur augmẽtum verifimiliter, quo modo præcipitur ieiunium tranſacto 21. anno hominibus ab eadem, tum quia homines non eandem requirunt rationem cum mulieribus ad augmentum, quinimo valde diuerſa eſt ratio, vt videri poteſt apud philoſophos omnes medicos de hac re differẽtes: variant enim circa hoc ꝙ eſt pubeſcere, poſſe generare, & reliqua tã in perfectionib⁹ animæ, quã corporis, quomodo ergo ſtatuitur omnibus regula vna, quãtũ agitur ex parte tẽporis ieiunij, tũ cũ aſſeuerãtibus quod nulla eſt adoleſcẽtiæ, ſiue proficiẽdi ætas, quia ſemper a primo inſtãti generationis procedimus cũ diminutione radicalis humidi per exſiccationẽ: vnde dicebat Sen. epiſt. 54. ad Lucillum, quod omni die cum morte patimur. Et Hipp. &

Cõſiſtẽtiæ terminus.

Status hominis triplex.

Vita hominum 98. anni.

Gal. prima apho. 14. qui creſcunt, quia habent plurimum calidi innati, ſi non ſuppeditetur illis copioſe alimentum, conſumuntur propter actionem illius, multo effluēte humido, & paruo reſarcito. Hinc etiam Gentilis de Fulgineo in ſua vulgari cātilena, Homo ſimul incipit viuere, & mori.

Seneca aduertendus.

Re vera prouinciam me cepiſſe duram video, dum dilucidare difficultatem hanc aggredior. Ponentes augmentum vſque in trigeſimum, aut ſaltem vſque in vigeſimum quintum annum Doctores, ſeniores medicinæ Patres, & philoſophiæ magiſtri & amici: ſed amica magis veritas, Eccleſia ſcilicet ſancta Romana, quam credo, & firmiter fateor nunquam quid ſtabilire, contra hominum ſenſibiliter ſalutem (quia mater pia eſt, & clemens) & inde neque tentaſſe impedimentum hominum augmenti veriſimiliter, imponendo ieiunij præceptum hominibus, completo ſeptēnio trino, nō impeditis legitime, niſi prius pro comperto habuiſſet, hominem attigiſſe iam perfectionis ætatem, & fortitudinis, prout expedit integritatem, & quantitatem, & robur ſufficiens ad viuendum, pugnandum, & contra omnes inimicos belli gerandum: quapropter conſequenter arbitror, & confiteor rem hanc, conſilio habito doctiſsimorum præſignaſſe, & ſtatuiſſe. Antiquitas quidem etſi minus bene rerum omnium fere nodum ſtatuebat, numerum quendam, & perfectionum rationes (errando) efficienter condonabat, referente, Aurelio Theodoſio, ſuper ſomnium Scipionis capite ſexto, verum negare non poſſumus, ipſam nobis præſtitiſſe animaduerſionem quibuſdam tēporibus, terminatis numeris aliquibus horarum, dierum, hebdomadarum, menſium & annorum in rebus inueniri perfectiones multas, licet ipſæ opificem altiorem, & authorem digniorem numero contineant. Sic legitur, Semen, quod poſt iactum ſui intra horas ſeptem non fuerit in effuſionem relapſum hæſiſſe, & quod in vitam pronunciatur, quod die ſeptimo (ſemine detento) felliculum geminum ſeu inuolucra iam circundant humorem, vt colligitur ex Hipp. lib. de natura pueri, quod ſeptimo menſe maturus ſit fœtus, docent Hipp. & Gal. lib. de partu ſeptimeſtri, poſt ſeptem menſes dentes incipiunt mandibulis emergere, poſt bis ſeptem ſedet ſine caſus timore, poſt ter ſeptem ſonus eius in verba prorumpit: poſt quater ſeptem non ſolum ſtat firmiter, ſed incedit, poſt quinquies ſeptem incipit lac nutricis horreſce-

Eccleſia nō præcipit cōtra hominū vires.

Numerus nullus perfectionis radix.

In quibuſdam numeris lucent quædam.

Semen detentum 7. hora adhæret, & multa eius.

horreſcere, niſi forte ad patientiam longoris vſus, continuata conſuetudine protrahatur. Poſt annos ſeptem dentes, qui primi emerſerant alijs aptioribus ad cibum ſolidum naſcentibus cedũt, ſeptimo etiam anno plene abſoluitur integritas loquendi: Poſt autem bis annos ſeptem ipſa AEtas neceſsitate pubeſcit, vt videre eſt, ſexto de ſanitate tuenda, & tertio apho. 27. Poſt ter ſeptem nos annos genas flore veſtit iuuenta, idemque annus finem in longum creſcendi facit, ſicuti expreſſe depingit Macrobius lib. primo fol. 57. & hinc Galenus ſecũda aph. 24. Iuuenibus procerítas pulchra, non tamen craſsities, quaſi dicat verſus longum increſcit neceſſario, non tamen iuxta craſſum. Numero impari, quod ſigna multa fiant, autumauit Galenus quarto de ratione victus in acutis non præſtando illis efficientiam: quia hoc abſurdum eſſe dixerat lib. ad eos qui de typis ſcripſere: ſed quod in illis, ſeu accedẽtes numeri impares ſigna illa fiant ab alio efficienti. Ex quibus conſtat ieiunantibus poſt vigeſimum primum annũ non contingere augmenti impedimentum ſecundũ lõgum: quia illucvſque ſolum increſcunt, & ſolum hoc eſt neceſſarium ad fortitudinem, reliquum vero augmenti ad craſsitiem attinet, & hinc a 21. vſque ad 35. vel ad 40. in quibuſdam ætatem pulcritudinis vocitabat Galenus, & cum illo Barbarorum ſchola omnis referente Nicoleo loco ſuperius citato in Auicennam, fiunt nanque tunc homines corpulentiores, craſsi, ſeu obeſi, pro eodem enim hæc capiuntur apud Galenum primo libr. de ſanitate tuenda: Corpulentia autem potius iam impedimentum præſtat ad operationes, & ſæpe expoſcit ſibi curationem (vt legitur apud Galenum 14. methodi) quia accommodata redditur ad lapidem generandum, lib. de dignotione & curatione renum affectuum: quapropter Galenus obeſum corpus non probat, lib. quinto de ſanitate tuenda. Merito igitur valde ante augmentum talis dimenſionis, & poſt aſcenſum alterius ſtatutum eſt hominibus non impeditis legitime ieiunij preceptum, id eſt, poſt trinum ſeptenium, non ſolum vt punirẽtur omnes, quia omnes in Adam peccarunt, & ſicut per gulam quodam modo auerſi ſunt a Deo, & a paradiſo expulſi, ita per ieiunium decuit, & vt Deo reconciliari mererentur & ad paradiſum, a quo fuerunt electi, reuocarentur, ſicuti docet Beatus Auguſt. lib. contra Iulianũ: verum etiam, & ad illa bona omnia corporis ſuperius relata. Qua autem ratione fuiſſet ſtatutum, videlicet de iure diuino an humano, docet

Longitudo terminatur 21. anno, non craſſities.

Numero imperi aliqua apparuere.

A 21. anno craſſeſcunt homines.

Ieiunandũ a 21. anno.

Ieiunio bona animæ, & corpori inſurgũt.

Doctores Theologi, nec noſtri inſtituti eſt: abunde ſatis ſcitũ digna de ipſo ieiunio ſcripſit Abulẽſis quæſtionibus de ieiunio, & Ioſephus in floribus Theologicarum quæſtionum in quartũ librum ſententiarum, quæſtione 6. de inſtitutione ieiunij, & de eius alijs partibus, vbi difficultatem tertiæ quæſtionis adducens, concluſione prima propoſitionem adductã his docet verbis: Ante 21. annum præcepto ieiunij Eccleſię non obligantur. Hæc concluſio neque ex iure canonico habetur, neque communi Doctorum conſenſu recipitur, vt ex varietate opinionũ conſtat: verùm, cùm ſit grauiſsimorum Doctorum, tuto poteſt defendi, & ratio eſt, quia ſicuti in alijs lex humana ea, quæ regulariter occurrunt, reſpicit, ita in hac parte ea menſura, & benignitate vtẽdum eſt, quare cum regulariter per illud tempus adoleſcentes ieiunare ſine detrimento non poſsint, quamquam ſint aliqui robuſti infra illam ætatẽ, poſſunt frui legis benignitate, & quia, vt refert Alexan. de ſententia philoſophi, tempus augmenti eſt vſque ad finẽ trium ſeptenariorum &c. Concludit appẽd. 1. verum enim vero prædicatores caueant ne publice doceant adoleſcẽtes, eos ad nullum ieiuuium obligari: ſatis enim erit, ſi dicant nullũ ab ea ætate excuſari: & merito ſic concludit, nam ſi quis ante 21. annũ adeptus eſt incrementum ſupra inſinuatum: & opus eſt iam ei flere, & ſatisfacere pro peccatis, & carnem ſpiritui ſubijcere (iuxta quod dicebat Alex. Alenſ. q. 102. art. 3. tempus ieiunij poſſe eſſe ætate decem & octo annorum, quia præter quã quod erat tẽpus tunc ab Eccleſia intrandi religionem determinatum, pro comperto habebat, quoſdam iam aſſequutos fuiſſe terminum incrementi ſufficienter ſatis. Eccleſia vero depingit pie, & clementer illius latitudinis augmenti vltimum terminum, qui 21. annum cõſequitur) inde non videtur quare medicus tunc conſulat illos de non ieiunando: legis enim benignitatem tales adoleſcentes non videntur mereri, & ſi alij robuſti infra illam ætatem frui valeãt pro aliqua ſaltem temporis ieiunandi parte, ſecundum diſcreti confeſſoris determinationem: nam medicus ſolum tenetur iudicare circa illud, quod ad magnitudinem augmenti attinet, & ſalutis integritatem: cognoſcet autem id videns, quod homo habet prout in his temporibus exactam corporis molem, cum ſignis ſalutis integræ: de quibus late Galen. ſecundo de temperamentis, capite quarto, primo de ſanitate tuenda, capite 5. & 6. & lib. artis medic. Ariſtoteles libro de ſecretis ad Alexand. Nicolus Florentinus,

Ante 21. annũ quidam aucti ſufficiẽter

Medicus aduertat quæ ad corpus ſpectant.

rentinus tracta. proprio de ſignis, & nos in expoſitione eiuſdem tractatus.

Patres autem illi philoſophiæ, & medicinæ acerrimi propugnatores ponentes augmentum poſt 21.25.30.35. annum, & vſque ad 40. in aliquibus magnitudinem, & augmentum non attendebant verſus longitudinem neceſſariam, vt huc vſque, ſed potius iuxta latitudinem, & profunditatem, & inde Ariſt. primo de generatione tex. com. 25. & 12. metaph. tex. com. 7. generice ſermonem inſtituendo aſſerit, augmẽtatio eſt circa magnitudinem: cũ hoc tamen millies alibi eius ſignat partes longum, latum, & profundum: propter quod Gal. loco allegato 2. apho. 24. aſſeuerabat iuuenibus proceritas pulcra, non craſsities: quod eſt, Iuuenes quãtum agitur in iuuentute ſunt longi, non tamen profundi, & lati, ſicuti in conſiſtentia, & ante tranſactũ 21. annũ. Hinc etiam Nicolus de Fulgineo loco ſuperius allegato in Aui. dicebat. Tempus augmenti multas habet diuiſiones euidentiſsimas. Septimo tamen Politicorum c. 17. cum augmentum terminandum legi videtur vſque ad quintum annum, Ariſt. in alio ſenſu aſſumit augmẽtum, videlicet loquendo iuxta vulgi opinionem aſſeuerantis, in fine anni quinti homines iam fuere aſſequuti medietatẽ corporis habendi: quapropter antea non ſunt cogendi perferre labores, ne impediantur creſcere: ſignabat igitur terminũ medietatis augmenti, & nõ abſolutum terminum, lib. autẽ proble. 12. 7. quem citant pro Ariſt. alij cum Hali abbate terminus ſcribitur augmenti, qui præfinitur ad executionem generationis, qui dicitur pubertatis: & hinc Theodoſius lib. 1. habet, Poſt annos autem bis ſeptem ipſa ætas neceſsitate pubeſcit: tũc enim moueri incipit vis generationis in maſculis, & purgatio fœminarum: ideo & tutela pueris, quaſi virile iam robur abſoluitur, ſed quia pubertatis (vt iam ſępe diximus) ex Galeno tertia aphor. 27. non eſt vnus omnium terminus, hinc 15. annum, quidam 13. alij autẽ 14. ſtatuunt illius augmenti metam. Ad illud de diuerſitate hominum, & mulierum dicendum eſt, quod fauores ampliantur pro mulieribus, nam fatentur omnes citius peruenire ad illos terminos quam homines: ergo ſi cum hoc non imponitur illis præceptum, quouſque adimpleuerint 21. annum, condonatur illis gratia, ſicuti in omnibus fere. Hinc Doctores Theologi aſſerunt, virum cęteris paribus grauius peccare, quam feminam: quod colligunt ex Diuo Thoma ſecunda ſecundę, q. 163. ex Bonauentu.

Augmẽtu duplex.

Ari. ſequutus vulgus.

Mulieres debiliores viris.

2. ſent.

2.ſent.diſt.22.art.1.q.3.hinc iuris conſulti affirmant, propter ſexum mitius agendum eſt in pœnis cum mulieribus, ad quod facit tex.in lege quiſquis §.ad filias,& Bal.in lege quicunque col. 3.verſi.& in ſumma C.de ſeruis fugiti. Hinc apud hiſtorias legitur Aurelianus imperator Zenobiæ ad pœnam à mulieribus requiſitam,quod ſibi imperium vſurpauerat,vitam donaſſe, indignum exiſtimans mulierem interimere, hinc Poeta 2. AEneidos.

Mulieres minus puniuntur quam viri.

—nullum memorabile nomen

Fœminea in pœna eſt.

Denique earum tanta eſt fortuna circa indulgentiam,& veniam ſuorum,quod ſcribunt naturales referente Edoardo Vvottonio lib.5.de differentijs animalium cap.80.leo quanuis in edēdo ferociſsimus ſit,tamen paſtus,& fame iam vacans, facilis mitiſque maiorem in modum eſt. Clementiæ in ijs indicia multa ſunt,proſtratis parcūt:in viros potius quam in fœminas ſæuiūt: ecce adhuc bruta,& irrationalia voraciora nimis, fauores etiam illis præſtant.

Mulieres ab irrationabilibus aliquando nō laedūtur

Vltimus dicēdi modus adeo eſt verus,quod poſſet ſacræ Scripturæ mille locis ſuam partem comprobare: verum enim vero nō tollit homines omni die cum morte pati, & quod ſimul incipiāt viuere,& mori,non augeri iuxta illos omnes modos ſupra præfixos: poſſet quidem ſimul viuere per nutritionem & animationē, mori vero per alterationem factam à rebus non naturalibus, acre videlicet,cibo,potu,ſomno, vigilia,corporis, & animæ motibus,& paſsionibus,valet etiam viuere per actionem natiui & influentis à corde,mori autem per conſumptionem continuam illorum: nam quātumuis eſſet poſsibile reparari, & reſarciri adeo optimum,ſicuti deperditur,non detrahitur quominus homo ſenſu illo ſemper moriatur: propterea namque dicebat Ariſt. materia ſemper fluit,& refluit,& Gal. docma ſempiternæ paſsionis habet euidentem demonſtrationem. temperament. 3.

Homo ſemper moritur dum viuit.

Obijcies fortaſsis, ſcriptum fuiſſe ab Hippocrate primo, apho.13. Senes faciliſsime ferunt ieiunium,ſecundo loco qui ætatē conſiſtentem habent,minus adoleſcentes,omnium minime pueri,&c. docet igitur,& pueros poſſe ferre ieiunium,ſub quo nomine accingitur aſcenſus vſque in iuuentutem,id eſt, quouſque deſinit creſcentia illa,de qua dictum eſt, quod ſit neceſſaria ad ieiunij obli-

Dub.4.ꝙ pueri queant ieiunare.

nij obligationem: amplexatur nanque nomen hoc infantiæ ætatem (quæ ſic vocitatur, vſquequo puer recte, & decẽter fari ſciat) vnde infantia quaſi nõ fantia nominatur a nõ fando, vel recte nõ fando, & eſt in qua membra pueri nõ ſunt adhuc apta ad motiones. & ambulandum, plantatiuam ætatem dentium (quæ eſt poſt quam puer ambulare incipit, & ante quam ſit fortis ad ambulandum, videlicet, quo tempore gingiuæ nondum dentibus omnibus ſunt condecoratæ) concuſsionis ætatem (quæ ſic appellatur, poſtquam vigoratus eſt puer in motibus ſcilicet, & concuſsionibus membrorum, & aucti ſunt dentes, & antequã polluatur) pollutionis ætatem (quæ pubertatis nuncupatur, cum iam a puero ſperma egreditur, & quouſque barbeſcit, extẽditur) & fortitudinis ætatem (quæ perdurat per augmenti tempus verſus longitudinem) verum in hac ætate tanta eſt caliditas intenſiue, ſicuti in iuuenibus, docente id Gale. ſecundo de temperamentis in ſenſu quodam, licet in alio calor iuuenis exſuperet calorem pueri, & calor pueri iuuenis calorem, vt habetur libr. 6. de morbis vulg. com. primo: ergo rationi conſonat, nocumenta potiſsima quæ ſequuntur vel apta ſunt ſequi, ex ieiunij tolerantia, triſtitia videlicet, fames, humidi reſolutio, & innati calidi, & ſpirituum, & membrorum inflammatio vtriſque, nempe pueris & iuuenibus æquabiliter euenire, & inde iuxta ſententiam Hipp. & Gal. ieiunium non eſſe nocumentum magis pueris, quam iuuenibus, indeque nõ teneri magis ieiunare poſt 21. quam ante illum terminũ, quinimo videtur iuuenibus plus nocere, nam fortitudo caloris cauſa eſt difficulter tolerandi ieiunium, ſed calor fortior reperitur in iuuenibus, quia magis adiunctus ſiccitati: proni ergo multo magis erunt ad non ieiunandum, quam pueri: & denique cõuincitur apud antiquitatem illam & pueros ieiunare, certũ enim eſt apud Hipp. experientia fuiſſe fere omnia in aphoriſmis ſcripta conſequuta, ſicuti omnes fatentur medici, ex eodem etiã aph. conſtat, ſenes non ſolum ieiunaturos, verum quod facilius præ omnibus (quod intelligendum venit abſque minore lapſu) ferre poſſe ieiunium: vnde non videbitur mirum, nos admiratione corripi, quare D. Medicina codice de ieiunio trac. quarto citato dicat. Senibus nõ eſt determinatum tempus, quo incipiant à ieiunio Eccleſiaſtico deobligari, &c. & Ioſephus Angles quæſt. 6. loco citato difficulta ſexta: Senes poſt 60. annum non tenentur ieiunare, quæ concluſio (inquit) probabilis eſt, & eſt ratio, quia

Infantia multa inuoluit.

Ieiunij effectus.

Iuuenes difficulter ieiunare.

quia vt plurimum tunc incipit deficere natura humana; & ideo eget pauco alimento, ſed multiplicato, &c. nam nocumenta illa quæ ex ieiunio retulimus oriri ſimul cum attractione humorum ad ventriculum, certum eſt minus occurrere in ſenibus defectu caloris, quã in alijs, & inde facilius ſenes ferut ieiunium, qua propter Galen. in com. apho. 13. aſſerit ideo Hipp. apho. 14. dixiſſe, creſcentibus, quia plurimum exiſtit calidi innati, alimento multo eſſe opus, ſenibus vero quia parum ineſt caloris, paucis indigent ſuccendinculis, &c. ergo quo magis ſenes minus caloris: & inde facilius tollerare poſſent ieiunium: quare ergo non obligantur ad ieiunium, ſiue firmiores, ſiue ſecus poſt 60. annũ.

Senes facillime ferũt ieiunium.

Obſeruationis ieiunij & abſtinentiæ, tum quorundam ciborum tum ciborum fuiſſe vſum non ſolum apud Chriſti aſſeclas, vt legitur act. 13. §. erant in Eccleſia Antiochis prophetæ, & doctores, &c. miniſtrantibus autem illis Domino, & ieiunantibus, &c. & 14. eiuſdẽ. §. Paulus & Barnabas cum conſtituiſſent in diuerſis ciuitatibus per ſingulas Eccleſias preſbiteros, & oraſſent cum ieiunantibus, &c. & apud D. Ambroſium ſer. 34. vbi inuehitur in adoleſcentes, dicens confuſionem illorum eſſe, quod ſenes ſeruẽt ieiunia, & illi violent, apud D. Baſilium tomo ſecundo ſer. ſecũdo, & denique id oſtendit catholicorum obſeruatio quadrageſimæ & quatuor temporũ, & illorum dierũ iuxta determinationẽ Sanctæ Eccleſiæ Romanæ: apud Patres veteris legis, ſicuti ſcriptum eſt tertio regum capit. quarto & capit. 7. §. ſub Heli ſacerdote bis debellati ſunt filij Iſrrael a philiſthæis, & arca Domini capta eſt, ſed poſtea ſub Samuele ieiunarunt, &c. iudicum 10. Iſraelitæ de duodecim tribus primo, & ſecundo a filijs Beniamin debellati fleuerunt corã Domino, & ieiunarunt, &c. Baruch 2. legit verba lib. ſui ad aures Ieconiæ filij Ioachim Regis Iuda, & ad aures populi vniuerſi, qui audientes plorabãt, & ieiunabant. Eſdræ 8. ieiunauimus, & rogauimus Dominum, &c. ſed etiam apud Ethnicos, gentiles, & alias nationes, vt videre eſt iuxta Volaterranum lib. 13. capit. 14. aſſeuerantem Amphiaraus ſummus vates iuſſit ſacerdotes, qui reſponſa clara accipere, & ſyncere reddere velint integrum diem a cibo, a vino autem per triduum abſtinebant, iuxta Alex. ab Alex. lib. 6. c. 2. legitur, apud trecenios, qui ad Aridali aram rem diuinam facerent, & deorum reſponſa expeterent, per integrum diem a cibo abſtinebant. Plinius lib. 8. c. 16. de quadã etiã hominum ſorte ieiunium obſeruã-

Ieiuniũ ſᵒ apud Chriſti aſſeclas.

Patres veteris legis ieiunabãt.

Ethnici & gẽtiles ieiunarũt.

te lo-

Digitized by Google

te loquitur. pariter Solinus, c. de Aphrica. Elianus lib. 5. de varia hiſtoria, Gal. lib. de ſalubri Diæta ſuper tex. 21. video eſſe, inquit qui vacuationis gratia vomũt, vt alios qui vnũ diem in menſe ieiunant, &c. & lib. de venæ ſectione aduerſus Eraſiſtratum ſcribit caſum Epileptici a ieiunio ortum. De abſtinentia omnium ciborum exẽplum eſt, exodi 24. & 34. Moſes bis fuit in monte cũ Domino 40. diebus & 40. noctibus, & non manducauit nec bibit, de particulari legitur Hiſtoria 2. Machab. 6. Eleazarus vir ætate prouectus maluit occidi crudeli morte quam carnes porcinas contra legem manducare, & ſimilia quam plurima alia exempla videri poſſunt, circa Marul lib. 4. c. 2. & circa Volaterranum libro 21. de ſanctis abſtinentibus ſe. a quam plurimis alijs poſſent ſimiliter adduci varia, & innumerabilia exempla relata ab Eliano lib. 3. de varia hiſto. à Muſonio lib. de alimentis, a Stobeo ſer. 15. ab Alex. ab Alex. lib. 3. c. 11. lib. 4. c. 17. a Valerio Maxi. lib. 4. c. 3. à Plinio lib. 14. c. 13. a Gellio. libr. 13. c. 18. verum tamen quia hæc ſufficiunt, vt conſtet ab experientia Hipp. fuiſſe compertum, ſenes facillime ferre ieiunium, ideo illa omitto adnotando, prima parte aphoriſmi breuiter cum omnibus expoſitoribus, ſenectutis ætatẽ in duas partes ſeccrni: in primam videlicet, & ſecundam: priori adaptatur tempus a quinquageſimo vſque ad ſexageſimum vel ſexageſimum quartum plus minus vel & hæc proportionatur Ioui a quibuſdã aſtrologis, referẽte Braſabolo loco allegato, in quo, etſi difficultas videatur inuolui propterea quod calidus ſit, & humidus, ſenect⁹ vero frigida & ſicca tñ ſententia hæc non multo percipitur ſeparari ab Hipp. mente lib. de morbis, cum inquit, ſeniores autem raro quidem patiuntur, & ſi patiantur, debiles ipſas (vide affectiones) perpetiuntur, vtpote ipſi debiliores exiſtentes, & remittunt magis ipſis: & affectionum maiorẽ curã gerit propterea q Ioui proportionatur hæc ætas, quę a iuuo ſignificans iuuari Iupiter nuncupatur, hinc maxime adiuuans hanc ætatem minus hæc patitur, & ſi patiatur maiorẽ curam gerit, vt refert Hipp. natura enim ab aliquo dupliciter iuuatur, aut propterea quod conſeruationẽ eius in ſuo ſtatu conſeruet, aut ex eo quod reducere valeat talem naturam ad præſtãtiorem ſtatum: Iuppiter ergo calidus & humidus ſenectã frigidam & ſiccam tutatur, quaſi reducendo illam ad caliditatem, & humiditatem principia vitæ præſtantiora, aut impediẽdo, ne vlterius infrigidatione, & exſiccatione moueatur, propter

Abſtinentiæ aliquot.

Senect⁹ duplex.

Senis temperies.

Senibus cibus calid' & humidus.

propter quas indicationes Gal. quinto de ſanitate tuenda, & lib. de ſalubri diæta refert, Senum cibus & potus, humidus & calidus debet eſſe, & hęc ſenectus prima in comparatione ad alias ætates ratione difficultatis caſus in famem naturalē, cæteris paribus facillime tolerat ieiunium: primo, quia tarda eſt reſolutio membrorum in his, quia calidum reſoluens eſt debile, & humidum reſoluto difficile ſenſus etiam oris ventriculi hebes, & attractio membrorum à venis tarda: ſecundo, quia ſenſatio triſtis remiſsior eſt, ex qua aut illa nocumenta minora, aut ex his illa minora excitantur: tertio, membrorum, & humorum inflammatio debilior in ſenibus his ſubleuatur, propter deficientiam agentis, & reſiſtentiam paſsi, in ſecundis vero ſenibus decrepitis, nominatis ſcilicet poſt ſexageſimum, aut ſexageſimum quartum perdurantibus vſque ad finem, & vltimum vitæ terminum, qui proportionantur Saturno (etſi illa omnia conſpiciantur) tamen eſt alia ratio diuerſa, propter quam ieiunium nō ſolum difficulter, ſed nec penitus tolerare illud poſsint, nempe, quia illorum calidum extinctioni eſt maxime paratum: nam in eis tanta eſt caloris paucitas, quod omnis ſenſibilis reſolutio in eis fere ducit calidum ad extinctionem, & hinc reſarciuntur tardius prę omnibus diſsipatis, & debilius: quę omnia animaduertens Gal. quinto de ſanitate tuenda capit. quarto dicebat, ſcire licet ſenilis corporis ſtatū quoniam ex leui momento in morbum decidit (ecce contrarium de ſecundis ſenibus, ac ſcripſit Hipp. de primis loco ſuperius allegato) ſimili ratione, ijs, qui ex morbo conualeſcunt in victu eſſe curandum: dicit Gal. curandum, non vero præſeruādum: quia hunc ſtatum potius adaptat morboſo, quam ſano, eodem capit. quo & ſequenti laudat Antiochi medici ordinem in curandis ſenibus his, liberandis ab obſtructionibus, vngēdis, lauādis, & aſſumendis cibis edocendis: quod tamen ſermo fuerit de ſecundis ſenibus, colligitur ex eodem cap. cum inquit, ergo tutius eſt in hoc ſeni exiguum dare ter in die, ſicut Antiochus medicus ſolitus eſt cibare iam quidem annos natus plus quam octoginta, &c. igitur de his, qui ſexageſimum quintum iam attigere annum loquitur Gal. Ex quibus aperte ſatis primo conſtat ad vltimā partem dubij quare ſcilicet ſenes in vltima ætate decrepiti nuncupati, non poſsint tolerare ieiunium, ſicuti primi, nec teneantur ieiunare, poſſeque medicum conſulere eoſdem de non ieiunando, dum percipiat tantam caloris paucitatem, vt iam ſit principium

Propter quid ſenes facillime ieiunant.

Senes difficulter ieiunantes.

Quomodo cibādus vltimus ſenex & ſtatus ſenū curandus.

Digitized by Google

cipium reſolutionis ſufficiēter ad calidi innati extinctionem: niſi minutatim alimentum concedatur, & ſi in pauca quantitate, et facilis commutationis, cum qualitate calida et humida. Conſtat ſecundo, merito Doctorem Medinam aſſeueraſſe, ſenibus non eſſe determinatum tempus, quo incipiant a ieiunio Eccleſiaſtico deobligari: nam quibuſdam 55. anno contingit illa tanta caloris natiui debilitas præſignata, quibuſdam 60. alijs ſexageſimo quinto, propter ꝙ Hipp. dicit. Pueri ſunt ſenes, ſenes autem quidam pueri, Ioſephus vero Angelus poſt 60. annum, quia, vt ipſe dicit, vt in plurimum tunc incipit deficere natura humana, ſed quia non abſolute, tunc expedit medico conſultationem mittere de modo, quo ſe habent ſenes circa aſſumptionem alimentorum, &c. vt conſulat illum de non ieiunando. Diploma quidem cruciatium abſolute, & vniuerſaliter non præſtat ſenibus poſt 60. annum indulgentiam non ieiunandi, ſed illis quibus interdicta erant oua, & lacticinia permittit illo tranſacto tēpore ſub ſuo libero arbitrio poſſe illa omnia accipere, & frui indulto illo Pontificio.

Debilitas ſenum varijs temporibus.

Pro dilucidatione autem ſecundæ partis obiectionis, & aphoriſmi, notandum arbitror primo, ieiunium multifariam dici, vt notat Medina loco allegato, & Ioſephus, quæſtione prima de definitione & qualitate ieiunij. Primo abſtinentia a. p. m. ſecundo abſtinentia à gaudio corporali & voluptate: tertio abſtinentia à cibo corporali, qua ratione ad nos incumbit, prout ad propoſitū: ieiunium, quod eſt abſtinentia à cibo, vel fit propter immunditiā cauendam, in quo ſenſu potuit aſſumi apud antiquos illos, iuxta illud Volaterrani lib. 13. cap. 14. de Amphiarao ſummo vate, referente Alex. ab Alex. lib. 6. cap. 2. & Plinio lib 8. capite 16. vel propter infirmitatem corporis declinandam, & pertinet ad medicinam: prope quod Gal. de ſalubri diæta, ſuper tex. 25. aſſeuerabat, Video enim eſſe, qui vacuationis gratia vomunt: vt alios, qui vnum diem in menſe ieiunant: vel propter concupiſcentiam refrænandam: & hoc eſt virtutis temperantię & hoc ieiunium tertio modo factum referri poſſet ad legem rationis: & ad legem diuinam: & ad legem Eccleſiaſticam. Lex ſecunda ſuperaddit primæ, & tertia lex primæ, & ſecundæ. Inſtructi lege rationis olim philoſophi ſenſualitatem refrænabant, & medium in cibo & potu inueniebant: quod ſufficiens fuit, vt Hippoc. & Gal. aſſerere potuiſſent experientia ducti, ſenes facillime

Ieiunium multifarie intelligi.

Ieiunium virtus temperantiæ.

Digitized by Google

ferunt ieiunium, vel propter infirmitatem corporis animaduerſam: etſi ſenſualitatem refrænandam non conciperent mente.

Secundo notandum venit cum Gal. in cõment. eiuſdem apho. quod quantumuis iuuentutis non fuerit recordatus Hipp. cenſenda eſt ætas diſtincta: quia licet verum fuerit iuxta quendam dicendi modum, lato vocabulo, vt ſupra inſinuatum eſt, pueros & adoleſcentes peruenire, & recenſeri vſque in trigeſimum, vel trigeſimum quintum annum: aſt ſi ſegregatio rigide recipiatur, pueri inſurgunt ſolum vſque ad decimum quartum annum: pubertas ſeu adoleſcentia vſque ad vigeſimum, vel vigeſimum quintũ; iuuentus ad trigeſimum, vel trigeſimum quintũ: conſiſtentia hinc ad 40. 45. l. 50. annum: & inde ſenectutes duæ modo ſupra explicato. Quapropter hic erit ordo notandus, ſenes primi facilius ferunt ieiunium, ſecundo conſiſtentes, tertio iuuenes, quarto adoleſcẽtes, ſeu puberes, vltimo pueri, & inter hos calidiores minus; iſti equidem, & viuidiores, alacriores, & ingenioſiores merentur vocitari, vt late probauimus tractatu de ſignis.

Iuuentus ætas diſtincta.

Ætatis partes.

Tertio not. in illo corpore difficiliorem eſſe ieiunij tolerantiam, cæteris paribus, in quo facilior contingit humidi reſolutio: & quia in pueris hoc facilius, propterea quod eorum humidum multo ſubtilius, & aereum, etiam ſi æqualem continerent calorem cum iuuenibus, ideo difficilius ferunt ieiunium, quam iuuenes. Quibus accedit etiam facilior inflammatio humorum, & membrorum, propter facilitatem mutationis humidi aerei: impedimentum item augmenti verſus longitudinem eoſdem pueros vſque in 21. annum, magis quam iuuenes liberat à ratione ieiunandi. Denique & illa ratio Theologorum Patrum multum etiam confert, ſcilicet, quia iuuenum ætas iam plorandi rationem vt in plurimum, prout agitur in ætatibus, maiorem multo, & ſubiectionem carnis ſpiritui expoſtulat.

Tolerãtia ieiuniũ quibus difficile.

Fortitudo denique caloris, etiam ſi adiuncta fuerit ſiccitati in iuuenibus, aliter ac in pueris & adoleſcentulis, non facit diſpendium maius, propter ineptitudinem maiorem humidi reſoluendi, alterandi & diſsipandi conflatum in iuuenibus diuerſimode ac in pueris: vnde colligitur & ex dictis maior obligatio ieiunandi tranſacto 21. anno, quam ante illum, cæteris paribus, pro fortitudine naturæ, temperiei ſtatu, & ſimplicitatis viuendi ordine, & modo.

Iuuenis nõ reſoluitur vt puer.

Offert

Offert ſe quinto videndum, num expedit medico, non multo vrgente morbo (nam ſi inſignis adfuerit vrgentia, nullum eſt dubium: in tanta enim neceſsitate, vt periculum vitæ plane timeatur, iam excuſantur, & legi non ſubijciuntur, vt colligitur ex capite Conſilium, de obſeruatione ieiunij, & capite quadrageſima, de conſecratione, diſtinctione quinta) vt in tertiana v. g. notha, quartana, podagra, lapide renum, & huiuſcemodi alijs, abſque diſpenſatione, & non habentibus diploma cruciarum affectis ſimili morborum genere, carnis vſum permittere quadrageſimæ tempore, & alijs diebus interdictis: contingit enim multoties, vt ſæpe nos vidimus, aliquem primis diebus Februarij, verbi gratia, iuxta publicationem diplomatis cruciarij in oppido aliquo aſſumere illud: poſtea vero peruenienti ad populum alterum, vt ibidem vitam agat, diploma cruciarium non notificari, vſque in 15. diem Martij, quo intermedio talis homo corripitur ſymptomate aliquo, aut morbo, ſine periculo tamen, verum expoſcens pro ſuo more carnis eſum: ita quod homo tunc eſt ſine diſpenſatione, pro hac, aut altera cauſa. Huic dubio & mihi expoſtulanti (viſo huiuſmodi euentu) Doctor Theologus peritiſsimus ſacræ Scripturæ, in hac noſtra Complutenſi ſchola publicus profeſſor huiuſmodi retulit reſponſionem, in tali euentu, ſi homines medio illo morbo (ſecuro adhuc) priuantur ab operando circa neceſſaria, indulgere poteſt medicus, quantum ad eum attinet, carnis eſum: nam ſufficit talis neceſsitas. Nec oppoſitum diſponitur per cruciarium diploma: præſtat autem in hoc euentu illud habere (præter alia multa) vt gaudeant indulto, quo ſine diſpenſatione non gauderent tales homines.

Dub. 5. an in paruis morbis ſine diplomate poteſt medicus indulgere de eſu carnis.

Sine diplomate poteſt aliquando indulgere medicus de eſu carnis.

Solet ſexto in dubium reuocari, Vtrum infirmi & debiles modo ſupra explicato præcepto ieiunij ligentur, adeo, vt medicus non poſsit talibus conſulere de non ieiunando. Ioſephus quæſtione ſexta citata hanc ponit concluſionem. Infirmi, & debiles à præcepto ieiunij ſunt ſoluti: expreſſe habetur, capite ſecundo de obſeruatione ieiunij, vbi dicitur, neceſsitatem non eſſe legi ſubditam, & in eis natura eſt debilis, & grauaretur ſi totum quod ſuſtentationi naturæ neceſſarium eſt, aſſumeretur ſemel: verum enim vero ad diſcernendum in particulari de hac re, prudentia & integritate eſt opus: quare notandæ ſunt ſequentes propoſitiones. Prima, morbus, aut debilitas, quæ impedit, ne ſtatutis horis debita quantitas poſsit ſumi, à

Dub. 6. an infirmi ſemper teneantur ieiunare.

Quādo nō tenentur ieiunare infirmi.

Digitized by Google

præcepto ieiunij excuſat: & ratio eſt, quoniam eſſet magnum detrimentum, tunc homines ad ieiunium obligari, &c. Sed reuera iuſta hæc determinatio non vacat difficultate: nam ſi morbus ſit tertiana v.g. notha durans tantum ſpatio 6. horarum, aut 8. & non impedit, quin ſtatutis horis poſsit ſumi debita quantitas, videtur iuxta hanc doctrinam ligari præcepto ieiunij: alias autem dictum eſt, huiuſmodi hominibus etiam non habentibus diſpenſationem, elargiendum vſum carnis: cum quo, vt ſupra oſtenſum fuit, non obſeruatur ieiunium, iuxta quorundam mentes. Quid ergo dicendum in hac re? Equidem arbitror loquendum eſſe, circa ea, quæ diximus in ſuperioribus, quod ſi talibus languentibus comeſtio vna carnis ſufficiat, quæ non impediatur ſtatutis horis, medicus ſuadeat infirmo, vt ſolum vice illa comedat, & obſeruet reliqua neceſſaria: quia abſtinentia cum conditionibus neceſſarijs poterit eſſe meriti maximi, etſi regulam ieiunij non amplexetur: propter quæ exiſtimo Ioſephum merito aſſerere de hac re prudentia, & integritate eſſe opus: hac enim etiam vtetur medicus, pauperibus ex poſtulantibus, ſanitate optima fruentibus, teneantur ieiunare, nec ne: quod ſi habeant ſufficientem cibum ad ſemel comedendum, tenentur ieiunare: ſi vero propter iuſtum impedimentum non potuerunt ſumere victum vni prandio ſufficientem, pro illa die à ieiunio excuſantur. Examen vero impedimenti confeſſori indicetur, non enim ſpectat ad medicum. Rationem illius propoſitionis reddit ſic Ioſephus: quoniam eſſet illis nimis graue cum tam paruo alimento ſeruare ieiunium: neceſſitate enim tunc, quæ non ſubiacet legi, excuſantur. Lege cap. cōſilium de obſeruatione ieiunij.

Abſtineat ſe infirm⁹.

Pauperes quando nō tenētur ad ieiunium.

Denique medicus prudentia maxima tractet de diſſoluendo ieiunio cum facientibus aliquid ob publicam vtilitatem, ſicuti prædicare, peregrinari pro publica pace inuenienda, vel conciliandis inimicis: nam quantumuis hæc non poſsint ab alio æque commode exerceri, ſicuti ab expoſtulanti, quæ eſt ratio potiſsima diſpenſationis (dico potiſsima, quia quando prædicationes alicuius, qui ad hoc officium non tenetur, ſunt fidelibus vtiliſsimæ, affirmat Ioſeph. difficul. 13. capite ſecundo, procul dub. poteſt ieiunium dimittere, & prædicationi vacare, alioqui ieiunium eſſet charitatis impedimentum: & idem dicendum eſſet de egregio aliquo doctore: multoties contingere poteſt, ieiuniū neq; eſſe contra temperiem, nec ſalutē talis prædicatoris, quin potius iuuamen,

Homines aliquot qui non tenentur ieiunare.

Digitized by Google

[illegible]tamen, propter aliquas conditiones indiuiduales, quo euentu etiam [illegible] per communem regulam prædicatorum tractent de nõ ieiunando, quin potius de aſſumendis carnibus, medicus nõ præſtet licentiam niſi riguroſo examine præuio, fortaſsis, & horum reperiri poſsibile aliquem erit, cui conueniat ſermo hic. Homo non tenetur omne ſtudium adhibere ad producendam vitam, vel tuendam valetudinem, imo ea ſolicitudo non eſt Chriſtiano pectore digna, conſtat authoritate Chriſti Mat. cap. 6. vbi prohibet etiam ſolicitudinem de victu, & potu ad vitam neceſſario dicẽs, Gentes hæc omnia inquirunt, nolite ſoliciti eſſe animæ veſtrę dicentes, quid manducabimus, &c. videat ergo medicus, conſulatque cõfeſſores, quo modo conſilium præbeat in his, & in alijs huiuſcemodi caſibus, multoties enim, imo fere ſemper confeſſores ad medicos mittunt homines dicendo, ite & vos ad medicos, & ſicuti præceperint, vos facite, caueat igitur ſibi medicus, ne cooperetur peccatis frangentium ieiunium, aut aſſumẽtium ea quæ interdicta ſunt quadrageſimæ tempore, & alijs huiuſmodi temporibus, iuxta determinationem Patrum ſanctæ Eccleſię. Non equidem ſimilis ratio eſt illis, ſicuti & patribus familias inſtitoribus, publicis miniſtris, inuitantibus, & alijs huiuſmodi, qui cooperantes in quibuſdam caſibus non peccãt, medici vero munus altioris multo negotij eſt, videlicet determinare, & examinare, conueniat ne hominem ieiunare, veſci carnibus, comedere hæc aut illa, ſemel ve an pluries. quæ deficiunt hic de ieiunio inuenies ſcripta ad finem ſecundi luminaris ex ſentẽtia Abulẽſis.

Predicatores quãdo nõ ſunt reſeruandi a ieiunio.

Medicus caute procedat cum poſtulantibus licentiam ad carnis eſum.

Munus medici rigide examinare

Diſcutiendum ſeptimo occurrit iam, Deceat ne medicum ſacerdotibus, confeſſarijs, concionatoribus, aut aliquo operi neceſſario aut valde vtili vacantibus præſtare licentiã eſui ouorum ſimul & piſcium quadrageſimæ tempore, & quibuſcumque alijs diebus interdictis, citra morbum: nam ſi adfuerit morbus, adhuc ſine diſtinctione propoſito dubio fieri nequit ſatis: nam in Toletana diœceſi per ſynodales conſtitutiones Cardinalis Quirogæ conſt. 23. (ſi alias non eſt derogata) eſt huiuſmodi propoſitio. *Contra los que en dias de peſcado, comen carne y peſcado juntamẽte.* & titulus, eſt huiuſmodi, *Excomuniones latę ſententiæ de eſtas conſtitutiones cuya abſolucion a nos reſeruamos.* Sed illis denegatus eſt ouorum eſus, ſicuti & carnis, vt colligi poteſt ex bulla: ergo medicus ne cooperetur cum illis, ſecurius procederet denegando ſuã licẽtiam ad eſum carnis, cum piſcibus, aut ad eſum lacticiniorũ

D. 7. de licentijs ſacerdotibus cõcedẽdis.

Comeſtio carnis & piſciũ vbi interdicitur.

 & ouo-

& ouorum cum piſcibus, niſi vrgeat neceſsitas ſumma morbi, iuxta quod videtur facere propoſitio illa Ioſephi Angli quæſt. 9. diffi. ſexta, quæ eſt huiuſmodi, Cui licet in diebus ieiunij veſci carne, ouis, lacticinijs, integrum ne etiam erit piſcibus, & oleribus vti? ponitur hic concluſio prima.

Piſces, & carnes quãdo ſimul.

Illi, quibus propter ægritudinem eſus carnium conceditur, non peccant mortaliter, ſi piſcibus, & oleribus ſimul veſcantur: ratio eſt quia nullo iure hoc prohibetur, nec interdictum eſt illis veſci piſcibus, ſimul cum illis, cauendum tamen ſemper eſt puſillorum ſcandalum, cauendum & proprium nocumentum: nam tunc eſſet mortale: licet natura ſua nullum ſit peccatum, quod infirmus cibis quadrageſimæ veſcatur.

Simul veſci nequeũt caro & piſces.

Secunda concluſio ſic depingitur ab illo, Si lege aliqua ſpeciali eſſet prohibitum ſimul illa comedere, eſſet tunc peccatũ mortale: & ratio eſt quia ageret contra legem iuſtam talia prohibentem: quã fortaſsis propoſitioné adduxit Ioſephus propter cõſtitutionem allatam. Denique adducit propoſitionem, quam diximus facere pro illa parte, cui accedit neceſsitas, his verbis. Nota quod ſtante hac lege, ſi infirmus non poſsit quidquam deglutire, & comederet parum piſcis loco condimenti, vt appetitum excitaret, dicens (*Veamos ſi con eſto podre comer algo*) non peccaret: ſecus, ſi vt nutrimentum, vel ſine cauſa dicta etiam parum piſcis comederet: nam tunc, quia prohibitum eſt, peccaret, quemadmodum peccaret quis ſi ſine ſufficienti neceſsitate parum carnis cum ouis, vel piſcibus in diebus prohibitis, aut ſine illis manducaret.

Sine cauſa non poteſt aſſumi caro dieb⁹ interdictis.

Ex his primo bene infertur, quod in Toletana diœceſi non ſtãte neceſsitate vrgente, dum prædictæ conſtitutiones vim obtinuerint, medicus tenetur non præſtare licentiã, neque ſacerdotibus, nec alijs, eſui carnis, & piſcium ſimul, propter ſpecialem legem.

Cum neceſſitate poteſt.

Secundo infertur, ſtante vrgentia ſumma, poſſe talem indulgentiam elargiri quibuſcunque illa neceſsitate afflictis medicũ, quia extrema neceſsitas nec ſubiacet legi ſpeciali, nec generice ad carnis eſum, piſcium & ouorum.

Vbi non eſt lex ſpecialis, poteſt.

Tertio infertur, quod vbicunque non fuerit lex ſpecialis, condonare valet medicus quadrageſimæ tempore licentiam eſui piſcium, ſi iam affectus, ſeu neutra diſpoſitio meretur indulgentiam ad carnis eſum: ita quod ſimul vtraque veſci poſsint: dum ſaluti non obſit talis vſus alimentorum copulatus: quia tunc peccaret medicus indulgendo tali vſui, ſicuti ſi permittat quadrageſimæ tempore,

Digitized by Google

tempore, & quatuor temporibus anni in pultario recipi, ſeu intromitti petaſonis, ſeu ſuis partem quandam ſolum propter complacentiam languentis, & vt ius pultarij fiat infirmo gratum. Secus vero iudicandum eſt cum neceſsitate: aut ſi morbus aliquo modo eſu ſuis poſsit extirpari, ſeu curari, aut ſaltem non eſt contra morbum, docet namque Gal. 1. de arte curatiua ad Glauc. ſuũ pedes & cerebrum danda pro cibo in tertiana, & 7. metho. medẽdi ſuum pedes & crura dantur ſiccis, qui ſanantur, & lib. de puero Epileptico, ſuis domeſtici extremitates, & ſtomachus epilepticis conueniunt: & lib. de attenuant. vict. ratione, ſuũ domeſticorum caro omnium aliorum ciborum firmiſsime nutrit, miniſtrabitur ergo ijs omnibus, qui patiuntur ſpirituum reſolutionem rectæ medicinæ gratia, aut ſi non nocet: non vt gratum fiat ſolũ patientibus: quia quantumuis ſcriptum fuerit à Gal. 3. de alimentorum facultatibus, ſues habent carnem boni ſucci, illud intelligendum reperies reſpectu quorundam hominum, vt liquet ex eodem paulo inferius: abſolute vero non conuenit omnibus, & magna eget diſtinctione caro ſuis vt comedatur, vt videre eſt apud eũdem Gal. com. 4. aut in lib. Hipp. de victus ratione in morbis acutis, aut Polibij ſuper illum tex. 102. qui incipit, Porcelli carnes prauæ ſunt, cum vel crudiuſculæ vel combuſtę fuerint: nempe tum cholericæ ſunt & turbatoriæ. Suillæ autem carnium omnium optimæ ſunt: valentiſsimæ vero, quæ non admodum, neque pingues neque graciles ſunt, nec victimæ veteris ætatẽ ſunt aſſecutæ, &c. quibus aſſentiens verbis contextus ſic habet, Caro autem optima tum ad ſuauitatem, tum ad concoctionem eorum, qui mediã ætatem ſunt aſſequuti: hæc etiam ſanguinem bonum gignit, veluti deterrima eſt porci vetuſtiſsimi, atque eius, qui confeſtim à partu voratur: & poſtea ſic, ſimili quoque ratione pinguiſsimam ſuum carnem ea, quam medij, & venæ carnoſi habent, deteriorem exiſtimat, ſuſpicionem humiditatis habens, ob quam pinguedo omnis carne ſui generis deterior, tum ad concoctionem, tum nutritionem exiſtit, &c.

Suilla caro arridet aliquib⁹ morbis.

Caro ſuilla boni ſucci quibus.

Qua ætatẽ & tẽpore caro ſuilla optima.

Igitur cum certum ſit, quod in Pultario pinguedo talis recipiatur, non expoſcente natura morbi, aut ſi aliquo modo nocet non licet medico præſtare licentiam, vt in pultarijs recipiatur, cui accedit, quod opus eſſet examinare, nunquid caro ſuilla in pultario recipienda ſit etiam ſi non aſſumenda. Hoc quidẽ modo interrogãtur de receptione partis ſuis ſit vetuſtiſsimi porci, an

ſecus iuxta quæ ſunt inconuenientia de picta tex. & contex. allegato.

Medic° aliquando non debet concedere licentiã ad piſces, & carnes.

Quarto infertur, confeſſarijs, concionatoribus, aut quibuſuis alijs pijs operibus vacantibus, dum viget conſtitutio ſynodalis citata non vrgente alio, quod medicus eſui carnium ſimul cum piſcibus nequit concedere licentiã, vt expreſſe intelligitur ex dicta conſtitutione. Verum ouorum, & lacticiniorum ſimul cum piſcibus (dum non poſſunt comeſtione vna piſcium vitam abſq; periculo ſalutis agere, & vacare confeſsionibus, lectionibus, & ſermonibus: & tantum ouorum comeſtione ſimiliter ſatisfieri nõ valet nutritioni) bene poteſt licentiã præſtare medicus ad eſum eis: rem hanc & doctrinam tutiſsimam eſſe docuere Doctores Theologi, & eiuſdẽ Theologię S. profeſſores noſtrę Academiæ complutenſis, & quidam religioſi Patres: primo quia iam ponitur neceſsitas in his caſibus: ſecundo quia in illa conſtitutione nullus reperitur ſermo cohibens ſimul eſum piſcium, ouorum, & lacticiniorum: cum igitur lex nunquam ſit percipienda odioſe, neque eſt ratio quare intelligatur extenſiue, plus quam ad ſimultaneam comeſtionem carnis, & piſcium: tertio quia quantumuis per bullam interdicatur illis omnibus vſus ouorum, & carnis: verum cum non fuerit æquipar vtriuſque ratio: non enim tantum neceſsitatis requiritur ad ouorum eſum, ſicuti ad comeſtionem carnium (in Hiſpania ſaltem propter vſum & conſuetudinem receptiſsimam: nam in Gallia, & Italia vtriuſque vſus ſuſpicionem magnam inuoluit: dum homines torulo non iacẽt propter morbum ſicuti mihi retulit D. Ignatius de Mendoça) ideo in hac diœceſi Toletana talis neganda eſt indulgentia, alibi vero condonanda: nam in alijs diœceſibus, vbi non adeſt ſpecialis lex attendenda, alia peruenit ratio, vt conſtat ex ſupra dictis.

Medic° aliquando id poteſt.

Diuerſa cõſuetudo in Hiſpania, Gallia, & Italia.

Ex his infertur primo cum ouorum permiſtione ad nutritionem non quoſuis piſces aſſumendos, ſed ſolummodo illos, qui proficiendo nutritioni, ſaluti non noceant: cuius generis tructæ piſces: qui Hiſpanice dicuntur, beſugo, boga, & parui piſces ex riuulis, quorum aqua maxime agitatur, lãpredæ paruæ rubræ, & alij huiuſmodi præſtantiſsimum iam habent locum: nam conger, murena marina pipere & ſale condita, hæc cum ſummo pere incitent ad libidinem, cuius oppoſitum ieiunij tempore quæritur, interdicenda ſunt, & huiuſcemodi alia ſimul cum ouorum eſu.

Piſces laudabiles.

Secun-

Secundo infertur, habenti ſubſtantiã ſufficienter, vt ex ouis coquus poſsit illi condimenta tot & varia, vt ſufficienter ſtarent vitę, operationibus ſuis, & ſaluti parere non multo ſecure medicum condonare licentiam ad eſum piſcium cum ouis: niſi alias alia vrgeret ratio.

Diuitibus multa poſſunt miniſtrari ex ouis.

Diſcutere octauo loco menti occurrit, num vtero gerentibus ad carnis eſum licentiam expoſcentibus, quia ardenter id appetant (vulgo per antojo) aut ſeorſum, aut ſimul cum piſcium comeſtione vetito tempore fuerit a medico deneganda: dubij eſt ratio, quia inter aborſus cauſas merito D. Lodouicus Mercatus lib. quarto de mulierum affectibus cap. 2. explicite enumerat rem ardenter appetitam: aſſero explicite, nam inuoluto quodam modo tum Hipp. de morbis mul. lib. 1. cum inquit nam ſi mulier in ventre habens ęgrotarit, aut debilis fuerit, aut onus leuaret, aut percuſſa fuerit, aut ſaltaret, aut cibum faſtidierit, aut animi deliquio correpta fuerit, aut amplius, aut minus nutrimentũ accipiat, aut timeat, & cõſternetur, aut vociferetur, aut intẽperãter viuat, &c. tũ Gal. iuxta eiuſdẽ Hipp. placita 5. apho. 53. 54. & 55. & 7. apho. 37. dũ aſſerit: vnde non mirũ eſt, ſi ob vehemẽtes & frequẽtes exſurrectiones cõceptus abortetur: nã & vtero gerẽtes ex omnibus alijs fortibus motibus, atque doloribus abortire ſolent. Tũ Auic. fen. 21. lib. 3. tract. ſecundo capi. 8. ſub illis verbis. Cauſæ aborſus aut ſunt primitiuæ ex percuſione, &c. aut aliquid ex paſsionibus animalibus, ſicut ira vehemens, aut timor aut triſtitia, &c. tum Alzarabius lib. ſuæ practicæ tract. 25. ſec. 2. ca. ſexto, tum Rhaſi. 22. cõt. tra. 7. ca. primo: tum omnes commentatores Galen. Hipp. & Auicen. locis ſupracitatis: ſiue ad tria genera cauſarum aduocent omnes aborſus cauſas, ſiue ad duas, ad quinq; plus minuſve generice: tum apud Iacobum Rufum lib. quinto de mulieribus capit. quarto quod incipit, abortire mulieres, &c. apud Ioannem Baptiſ. Mont. de vterinis affectionibus: apud Hieronymum Mercurialem libro ſecundo de morbis mulierum cap. primo. §. cauſarum quæ ad aborſum efficiendum concurrunt, &c. eamdem etiam attingunt cauſam, quia ad animi paſsiones reduci illa ſatis valet. Qua vero ratione per animi paſsiones agitentur humores potenter ad aborſum, in quo ſecundinæ, & fœtus, matris partes diſtincte moueantur, nulla alia ſignatur ratio, quam conſenſus, & ordo, quæ reperiuntur, non tantum inter ea quæ abſolute ad corporalium genus reſpiciunt: verum & inter illa,

D. 8. de cõcedendo licentiã vtero gerentibus.

Aborſus cauſas enumerãt Hip. Galen. & alij.

Aborſ. cauſæ ad tria genera.

quæ quodam modo diuerſam accingunt rationem: ſicuti quæ ad genus animi & corporis ſpectant. Num vero paſsio illa ad potentiam animæ matris pertineat, an vero ad fetus facultatem, nullum legi explicantem: ſi nanque munus ſolum ad paſsionem matris arridet: quorſum dum peruenit aborſus, puer iam maiuſculus nequit vbera ſugere, nec rem aliquam lingere in lucem editus, donec pueri labia fricationem ſuſcipiunt per rem ardenter appetitam: quo facto & lactantur, & viuere ſolent: nunquid caſu hæc contingunt, an puero paſsio erat? ſi primum, intellectu difficile percipit intellectus, quia fere ſemper pueri vita reſarcitur maiuſculi aborſi per talem actionem: caſu autem contingentia non adeo frequentius: ſi ſecundum, quo modo ante quã fœtus anima condecoretur, millies aborſum patiuntur mulieres propter res ardenter appetitas? & multoties impeditur aborſus, deficiente re ardenter appetita, ſi mulier aſſumat oua condita ſemine cumini (quod Hypanicæ nuncupatur, *Hueuos con cominos*) tum coralij rub. ℈ j. & albi, ana ſcrup. j. in ouo mediocriter aſſo, & renibus appoſitum hoc emplaſtrum, ſeu vizma. Recipe thuris maſculi, maſtichis, ſanguinis draconis, corticum malorum granatorum, cruſtarum ouorum, ſeminis myrtilorum, colophoniæ, ſingul. vnc. j. fiat pulueres & cum therebentina optima paretur vizma. Nunquid quia appetitus matris reficiatur, & partes corroborentur, puer anima nondum veſtitus, poteſt refectionem aſſumere, an ſine ſenſu ſenſationem edere valet potentem parere aborſum aliàs non impeditum?

An ardens appetitus qui aborſum ſolet cauſare, ſit matris an fœtus.

Remedia contra aborſum.

Res quidem hæc mihi ſemper difficilis fuit viſa, & onus graue tentare eiuſdem dilucidationem: enim vero arridet dicere, paſsionem illam ad concupiſcibilem matris potentiam pertinere quocunque loco ſuam obtinuerit ſedem, aut radicem aſpiret: & ſi propenſione aliqua puer elucidatus anima, aut ſecus recurrat ad opus hoc: illis autem aſſentire, aut diſſentire effectibus ſimul alligatum, aut deciſum, fœtum non videbitur difficile intellectu animaduertenti, eadem ſanguinaria maſſa, ſiue humoribus velis, vtrumque alitionem ſuſpiſcere, eiſdem refocillari ſpiritibus, attemperari aere, inſpiratione & exſpiratione congratulari, aut nocumentum ſuſcipere, vt legere quis expreſſe poterit tertio de morbis vulgaribus, commento tertio, libro de fætus formatione, ſecundo de ſemine, & quinta apho. comment. 60. quo ſcribitur, fætus alitur menſtruo ſanguine à

Appetitus matris.

Digitized by Google

ne à toto corpore fluente matris ad vterum: 15. de vſu partium libro, de anathomia viuorum, & quarto apho. commentar. primo, quo reperitur, fœtuum cõnexus ad vteros eãdem habere pro portionem, quam fructus connexus ad plantas, quam ſententiam teſtificatus eſt Gal, 11. lib. de ſimpl. med. facul. denique lib. de fœtus formatione cap. 3. quo Gal. aduerſus quoſdã affirmat, fœtuum neq; arteriarũ neq; pulſuum eſſe vſum neceſſarium: & primo de ſemine, & lib. 15. de vſu partiũ c. 5. quibus docet locis, velut per truncos quoſdam fœtus trahit ex matrice ſpiritum, & ſanguinem: vnde euidenter oſtenditur eiſdem frui matrem, & fœtum. Igitur non eſt cur miretur aliquis, paſsionem contingere vtriſque propter defectum illorum, aut congratulationem per vſum eorundem. Et hinc deguſtata illo modo re ardenter appetita à matre, puer congratulatur, impeditur vero aborſus iuxta alterum caſum quia fortaſsis illis inhæret naturalis potentia apta nata ad illud munus: ſicuti magneti trahendi ferrum: electro paleas: aut quia odore illo obtunditur ſenſus matris, vt neque recordetur vlterius rei appetitę, partibus autẽ matris aſtrictis medio officio appoſiti remedij, agitatio humorum ſiſtitur: virtutem illa continent medicamenta adſtringentem, vt omnibus per cognitum inuenies nondum audientibus vetularum orationes, & videntibus vniuerſalia emplaſtra earum, vt mulieres concipiant: & homines ſaturationem partium conturbatarum videãt. Ad rem igitur vt noſtra ſe reuertat oratio, placet aſſeuerare. Vtero gerentibus expoſcentibus indulgentiam a medico non eſt denegãda, ſiue eã expoſtulauerit ad eſum carnis vetito tempore ſeorſum, aut ſimul cum piſcium comeſtione: tanti enim momenti hoc fuit apud authores vt Erotus Libertus (& cum eo fere omnes qui de hac re ſcripſere, imo & vulgi opinio propter miſeros, & inopinatos euentus viſos) libr. de paſsionibus mul. capite 15. in hæc prorumpat verba, Mulier quando incipit imprægnari, cauendum eſt ne nominetur coram ipſa, quod non poſſit haberi: quia ſi poſtulauerit, & non detur ei, datur occaſio abortiẽdi, quod ſi appeteret argillam, vel cretam, vel carbones, dentur ei fabæ coctæ cum zucaro. Ergo ſi fugienda eſt nominatio alicuius coram illis: rem viſam, ſiue fuerit caro ſeorſum, ſiue cum piſcibus, tempore interdicto, aut quæuis alia, certum erit denegandam non fore: alias aborſus foret cauſa negans licẽtiam: horrendum autem eſſe, impium, & quacunque punitione dignũ

Fœtus ad matrẽ velut fructus ad plãtas.

Vtero gerẽtibus nõ eſt denegãda licẽtia.

Quid faciẽdũ quãdo carbones appetunt prægnantes.

Digitized by Google

dignum in cauſas aborſus incidere, non tantùm liquet determinationibus, concilijs, & diuinis legibus Sanctorum patrum, verum & ex mera naturali lege, & ex perſuaſionibus patrum antiquorum, qui nondum ſuauiſsimam, & Chriſti valde amantiſsimã legẽ deguſtarunt. Vnde Hipp. ille ſenex medicinæ parens in ſuo Iureiurando habet, Apollinẽ medicum, & Aeſculapium, Hygeneamque, ac Panaceam iuro, Deosque omnes, itemque Deas teſtes facio, &c. Similiter autem neque mulieri talum vuluæ ſubdititium ad corrumpendum conceptum, vel fœtum dabo. Galen. lib. an animal ſit in vtero, Aborſus qui cauſa eſt, puniatur legibus: & Ariſt. 7. Politicorum, cap. 6. poſt animationem, impium eſt procurare aborſum. Quid ergo tenetur medicus Chriſti aſſecla conſulere, permittere, & edocere in hac re, niſi omni modo, nec per cõmiſsionem, nec omiſsionem vnquam in cauſas aborſus incidere? vt caueat. Verum ſi non appetat ardenter tales comeſtiones tempore interdicto prægnans, non excuſatur à delectu ciborum: nam licet non teneatur ieiunare, & inde medicus præſtare licentiam teneatur: aſt non licet propter alendam prolem, vti hac qualitate cibi, & ſi maior fuerit neceſſaria quantitas, niſi aliunde detrimentum infantulo pertimeretur: quia in hoc caſu, ſicuti quando ardenter appetit mater, diſpenſandum eſt facillime: ne aut propter hoc, aut propter ieiunium aborſus contingat: aut puer fœtus ve mutiletur iuxta corporis partes, aut aliquantulum expers rationis naſcatur. Viſi ſunt equidem in quadam nobili familia, puer puellaque nati fatui fere ſatis, cuius mater euentus rationem putabat, quia in geſtatione vtriuſque quadrageſimæ tẽpore ieiunio ſe totam tradidiſſet. Conſpeximusque alterã aborſum facientem, quia fętationis tempore ieiunaſſet ſepties. Circa quod videtur ſcripta illa ſententia à Ioſepho loco citato q. 6. difficul. 7. peccant prægnantes, & nutrices ieiunando, niſi ita robuſtæ eſſent, vt vna comeſtione ſibi, & infantibus ſatisfacere poſſint: quia eſſet periculum periclitationis infantis. Vnde in concluſione ſic habet: Prægnantes fœminæ, eo tempore ieiunij pręcepto non tenentur: hanc concluſionem vſus Eccleſiæ approbat. Et ratio eſt, quia debet accipere cibum non ſolum pro ſe; verum etiam pro fętu: atque ita regulariter indigent multiplicato alimento, vt ſibi & fętui ſufficere poſsit: & ſi aliquæ robuſtiores inueniantur, eodem fauore vti poſſunt, tum etiam probatur concluſio cum Richar. propterea quod ſæpe eſt illis deſiderium varium,

Apud gentiles res horrẽda aborſus.

Propter ieiuniũ aborſus & fatuitates in pueris.

Prægnãtes nõ ieiunẽt.

Digitized by Google

rium, & inordinatum diuerſorum ciborum, & ita intenſum aliquando, vt niſi aliquo modo poſſent appetitui ſatisfacere, periclitarentur fœtus: cum implicent ergo hæc cum ieiunio, & obſeruatione abſtinentiæ ciborum, bene poteſt medicus in omnibus caſibus adductis præſtare licentiam vtero gerentibus.

Nec his obſtat primo conſtitutio illa 23.§. quod incipit, *Contra los que en dias de peſcado*, &c. quia ipſa intelligenda eſt, dum non imminet periculum vitæ alicuius, aut detruncatio ſenſus, mentis ve: doctrina autem hæc tenet cum periculo, aut cum maximo metu periculi iam iam approximandi. Qua ratione nec prægnantes nec præſtantes licentiam legibus ſubiacent, ſicuti dicebat mihi Doctor peritiſsimus Theologiæ profeſſor circa paragraphũ alterum eiuſdem conſtitutionis, quod eſt huiuſmodi (*Contra el medico que auiendo amoneſtado en la primera viſita al enfermo, que confieſſe dentro de tres dias, ſi boluiere a viſitarle en quarto dia, ſabiendo que no ſe ha confeſſado*) nempe intelligendum eſſe, dum non eſſet vrgẽtia, & neceſsitas viſitationis talis medici: quia ſi eſſet, poteſt medicus conuertere ſe ad inuiſendum, & curandum ægrum indigẽtem prædicto medico, quia leges non tenent contra charitatem: verum abſque neceſsitate mandatum vtrumque inuiolabiliter obſeruandum credo, & recipio. Alij vero doctores Theologi, & eiuſdem profeſsionis periti, mihi enunciarunt (cum certum ſit ꝙ lex tenet de morbis periculoſis pro præſenti, aut pro futuro, vt ſupra dictum fuit, quod etiam ſi alius medicus adfuerit populo eidem, aut tanta fides deficiat ægro de medico, quæ videbantur conditiones vrgentiæ non redeundi, quod poteſt etiam medicus curationem continuare, terrorem inducendo ægro, & affirmando ſe amplius nec reuerſurum, nec curaturum eundẽ, præcipue ſi medicus mente conceperit, ægrum eundem ſemper curam ſuæ animæ agere, honeſtè viuere, & tempore determinato à Romana Eccleſia ſemper confiteri peccata ſua: ſed primum ſecurius multo exiſtimo, quia nullam inuoluit difficultatem: tunc enim præceptis obtemperamus ſanctæ Eccleſiæ Romanæ vniuerſalis, & conſtitutionum ſynodalium Toletanæ Eccleſiæ.

Medicus aliquãdo poteſt curare etiã ſi æger non confiteatur.

Secundo non obſtat contra ieiunij prægnãtium remiſsionem ſcriptum fuiſſe per Albertinũ Botonum lib. de mor. mulierum capit 19. ex Hipp. ſententia conuenientem copiam ſanguinis mẽſtrui fluxuri fore ad duas vſque minas, vel libras & per Ioannem Baptiſtam Montanum lib. de vterinis affectionibus. §. quod au-

tem

tem ad menſes ſpectat. Quantitas autem meſtrui ſanguinis ſunt duæ cottillæ Atticæ, & cottilla Attica pendet nouem vncias. cum igitur tota quantitas debeat eſſe duæ cottylæ, erunt vnciæ octodecim: cui doctrinæ videtur aſſentiri Aetius lib. 6. capit. 4. cum hoc tamen Leonardus Botallus aſſerit lib. de curatione per ſang. miſ. capit. tertio quod puer ſeu fœtus quamuis integerrime ſit formatus, vix accedat ad pondus dracmæ vnius ſeu coronati, bimeſtris autem vix attingat, vel ſuper ſex dracmas, & trimeſtris vncias tres, vel quatuor: quæ corporis exiguitas menſtruum ſanguinem naturaliter euacuandum conſumere minime poteſt, Reliquum igitur eſt, vt redundet in corpore, & in genere venoſo & iuxta iecur & in venis ſufficiens quantitas, vt etiam ſi ieiunio tradatur, nec matri nec puero nocumentum inferatur, non ergo videtur vterogerens a ieiunandi obligatione immunis: nam ſi ſupereſt alimentum pro fœtus alitione, & matris, collatione facta ad quantitatem ſanguinis naturaliter deducendi, non conſpicitur, quare puer defectuoſus oriatur, quantumuis mater ieiunet ſaltẽ primis menſibus: in quibus tam parua quantitas ſanguinis a fœtu conſumitur, & ab illa nihil euacuatur: non (inquam) hæc obſtant, primo, quia de illa quantitate educenda naturaliter ſanguinis purgationis tempore, quidquid dicant illi authores, non eſt certitudo tanta, vt non fuerit auſus dicere Io. Syluius libr. de menſibus mulierum, ex ſententia Hipp. lib. de natura humana, & apho. illo ætas, &c. An igitur largius, aut parcius fluant menſes mulieri, ex ipſius ætate, habitu, vitæ conditione, alimentorum quantitate, & qualitate coniectabis, vere autem & in pubertate largius fluere videntur ob ſanguinis in corpore redundantiam virium robur, & cœptum tunc fieri humorum motum, &c. ſignando diuerſam quantitatẽ pro alijs temporibus anni, & pro multis alijs cõditionibus, vt ibidem vnus quiſque legere poterit. Et Hieronymus Mercurialis quarto li. de morbis mulierum cap. primo hæc ſcribit, quod ſi ſecundo modo conſideremus, vt dixi, non poteſt certa quantitas ſignari, quia virgines alio modo, alio adultę, alio modo carnoſæ, & alio non carnoſæ purgantur, ita quod apparet mira varietas, &c. paucis vero interpoſitis lineis ſubdit, ſed ſum huiusſententiæ, quod non poſſit hæc certa quantitas aſſeri, quia virgines a principio minus purgantur, adultæ copioſe, ſeneſcẽtes minus, macilẽtę plus, pingues minus, quia in pinguedine abſumũtur hęc excrementa: ſic quoque ſanguineæ magis, quã bilio-

Fœtus quãtum aſſumat ſãguinis primis menſibus.

Fluentium mẽſiũ quãtitas incerta.

Diuerſæ mulieres diuerſimode purgãt per lunas.

ſæ:

ſæ, pituitoſæ magis quam melancholicæ, debiles pluſquam robuſtę, regio quoque, & victus ratio exercitationes vitæ & alia poſſunt mirā varietatē parere; & hæc eſt quātitas menſtruorū. Quod aſſeuerare percipio plane nullam ſignare quātitatem certā vnius aut duarum cotillarum, librarum, aut vnciarum. Et Albertinus Bottonus lib. de morbis mulierum, c. 19. quantitas etiam effluētis ſanguinis eadem in omnibus non habetur, cum a multis, & varijs cauſis illa alterari mutarique poſsit iuxta Hipp mentem, non ergo videtur, quare ſumatur regula ad obligandum mulieres ieiunio ex hoc, licet verum fuiſſet, puerum ſolum conſumere ſeu fœtum quantitatem illam a Botallo præfixam, quod difficile intellectu eſſe percepi ſemper. Nō equidem præ magnitudine corporis aſſumentis, aut paruitate recte mēſuratur quātitas alimēti neceſſarij, videmus enim eiuſcemodi regulā experientia variatā: ſiquidem paruiſsimi corporis, & temporis quam plurimi indigent magna ciborum copia, & e contra magnitudine corporis, & temporis alij præſtantes paucisſimis reficiuntur cibis: depictū inuenitur tex. illo, & contex. 14. primæ particulæ aphoriſmorum, quibus habetur, Qui creſcunt, plurimum habent calidi natiui: itaque copioſo cum egeant alimento, abunde ipſis ſuppeditare oportet, alioqui corpus conſumitur, &c.

Secundo quia quantūuis illa eſſent vera de quantitate ſanguinis euacuandi, aut eſſet menſura triginta vnciarum, vt refert Mercurialis loco allegato, & Botalli diſcurſus amplecteretur rē non ſolum coniecturalem, ſed veram, non tenebantur ieiunio alligari vtero gerentes, propterea quod fere ſemper primis menſibus afficiuntur pica, vt late diſputat Nico. Rocheus lib. de morbis mulierum curandis c. 24. Ioannes Lebon, Therapia puerperarū particula 6. & ſicuti fuere Gal. 5. apho. 61. & lib. de definitionibus medicis: quo euentu niſi reficiantur aliquo paulatim (ſiue illis conueniat copia ciborum, ſiue non: quia nunc curationē nō agimus) reuera ventriculus prauioribus adhuc humoribus infectus iret, deficeret ſpirituū copia, noua regeneratio aliarum partium ſuccorum, & inde & ſymptomata omnia augerentur, excitabitur ſingultus, animi, deliquium, vomitus, & conſequenter pueri ſeu fœtus perditio. Ne ergo hæc contingant, abſque grauamine conſcientię bene poteſt medicus præſtare licentiam vtero gerentibus de non ieiunando. Nono reuocandum in dub. ſequitur, vtrum medicus in elargiendis huiuſmodi licentijs, & venia, anima-

Prægnātes afficiantur pica.

Perſonis priuatis ſine cauſa legitima non concedatur licētia ad carnis eſum.

animaduertere debeat qualitatem perſonarum hominum, ſiue mulierum? Certum eſt, & ex ſupradictis infertur, quod medicus qui nulla neceſsitate, legitima ve cauſa inualidis, & imbecillibus quibuſdam facit poteſtatem, licentiamque concedit ieiunia non obſeruandi, vel veſcẽdi carnibus diebus, quibus veſci nefas eſt, priuati alicuius obſequio deſeruiens, vel ob negligentiam quandam, vel, quod peius eſt, ſola delectationis gratia, ſceleſte admodum agit, vt ſacris canonicis conſtitutionibus fuit decretum, quo habetur, Ieiunium ab Eccleſia inſtitutũ, ſine cauſa non eſſe violandum, iuxta quod D. Paul. ad Rom. 14. propter eſcam deſtruere opus Dei, omnia quidem ſunt munda, ſed malum eſt homini, qui per offendiculum manducat: verum medicus concedens, delictum non committit, ſi cauſam aliquã habeat, quam ipſe iuſtam arbitratur: aut ſaltem dubitat, an iuſta ſit, dummodo improbitas & contemptus abſit. Secũdo certum eſt etiam ieiunium inſtitutum propter refrænationem carnis, id eſt, ad reprimendum ſenſualitatem, videre eſt apud D. Medinam, codice de ieiunio, vbi ex Diuo Ioãne primo capit. ſecundo adducit ideo propter concupiſcentiam carnis ſatisfacimus per ieiunium, & apud Ioſeph. Angelum quæſt. tertia de inſtitutione ieiunij difficult. prima, qua ſic ſcribit, Generale ieiunium debet inſtitui: ratio eſt, quia ſicut omnes in Adam peccarunt, omnes puniuntur, & ſicut per gulam quodammodo auerſi ſunt a Deo, & a Paradiſo expulſi, ita per ieiunium decuit, & vt Deo reconciliari mererentur, & ad Paradiſum a quo fuerunt eiecti, reuocarentur: hæc D. Auguſ. contra Iulianum. Hinc fuerunt in lege veteri ieiunia inter alias cauſas ad expiationem peccatorum, & vt Deo reconciliarentur inſtituta. Hinc D. Auguſtinus in ſermone de ieiunio inquit, ieiunia mentem purgant, ſubleuant ſenſum, carnem ſpiritui ſubijciunt, cor efficiunt contritum, & humiliatum, concupiſcentiæ nebulas diſpergunt, & libidinum ardores, quibus ad peccata incenderemur, extinguunt. Hinc etiam D. Hieronymus ad Ruſticum, modicum, ac temperatum cibum & carni & animæ vtilem eſſe, id etiam oſtendunt quam plurimi alij ſancti; & adhuc ex Ethnicis poſſet colligi, vt ex Horatio pœta illo carmine, ad Lolium, Sperne voluptates, &c. & alibi. Latius regnes auidum domando ſpiritum, &c. ex Ariſt. primo proble. 17. Item tertio certum eſt, in pœnis fori pœnitentialis, quod & forum conſcientiæ appellãt. Magis puniendus eſt nobilis, & in dignitate cõſtitutus, vt qui

Propter quid ieiunium.

Multa bona ieiuniũ parit.

Nobiles acri' puniẽdi in quibus.

vt qui plus, cæteris per omnia paribus, peccare videtur: tum quia magis contemnit, qui plus recipit a Deo, nec recognoſcit, ideo maior eſt ingratitudo illius: ſic ſcriptum inuenies apud Andream Tiraquellum tract. de pœnis cauſa 31. vbi id probat illo Sapien. 6. Audite reges terrę, & intelligite &c. vſq; ad illa verba. Exiguo enim conceditur miſericordia. Potentes autem potenter tormẽta patientur. Vltimo certum eſt, quod in pœnis fori iudicialis cũ nobilibus mitius agendum eſt, quam cum ignobilibus: hinc Tullius ſecundo Rhetoricorum, de deprecatione loquens aſſerebat, hæc ignoſcendi ratio quæritur ex his locis, ſi plura aut maiora officia, quam maleficia videbuntur conſtare: ſi qua virtus, aut nobilitas erit in eo, qui ſupplicabit. Valerius autem maximus lib. 8. cap. 1. ſcribit, Scaurum, cuius ſalus obruebatur criminibus, tamen propter vetuſtiſsimam nobilitatem & recentem patris memoriam abſolutum fuiſſe: & apud Suetonium ſcriptum reperitur, in Auguſto capite quinto C. Lectorius adoleſcens patricij generis in deprecanda grauiore pœna adulterij natales inter cætera allegat. Hinc etiam Tiraquellus loco allegato aſſerit nobiles rei criminis non detinentur in carceribus, ſed honeſte debent in palatio detineri, &c.

In iudicialibus mitius tractandi nobiles.

Ex dictis primo poſſemus colligere, maioribus & potentioribus ſtrictius multo elargiendas eſſe licentias, & veniam eſui carnis, & ieiunia non obſeruandi: nam ſi propter punitionem peccatorum, quæ ſpectant ad carnis concupiſcentiam, ſtatuitur, & in pœnis fori pœnitentialis magis puniendus eſt nobilis, vt latet ex tertio certo, bene probat aſſumptum: ad quod videtur facere, ꝙ in bulla cruciaria dum conceditur indultũ (illa aſſumpta) ad ouorum & lacticiniorum vſum, interdicũtur Patriarchæ, Primatus, Archiepiſcopi, Epiſcopi, & denique omnes regulares & ſacerdotes presbyteri: quo videtur inſinuatum, minus his deberi indulgeri circa ea, quæ ſpectant ad abſtinentiam, & obſeruationem. Et quantumuis hoc de Eccleſiaſticis concludat tantum: tamen illud primum abſolute loquitur de omnibus maioribus, & potentioribus: quod confirmare apparet ſententiam illam Tiraq. loco allegato. 5. hinc item fit, vt nobilis errans in fide plus puniendus ſit, quam ignobilis, &c.

Maioribus ſtrictius cõcedenda licẽtia de nõ ieiunando.

Ad eſum ouerũ, & lacticiniorũ multis, non confert bula.

Nihilominus dicendum eſt in propoſita dubitatione, quod medicus animaduertendo qualitates perſonarum licentioſius reddendus eſt præſtando licentiam eſui carnis, non ſolum cæteris

F paribus

Priuatæ perſonæ magis fouendæ.

paribus, verum aliquantulum minus (pro accidentibus) magnitibus, perſonis priuatis & publicis: neceſſe enim eſt cōſeruare perſonas, ex quibus in republica magna & neceſſaria ſequitur vtilitas: & ex quarum defectu pro ſalute, aut breuitate vitæ noxa notabilis, aut lapſus naſceretur. Partem hanc communis vſus ab Eccleſia permiſſus expreſſe ſatis probat: veruntamen, ſi mente probabiliter perceperit medicus priuatam perſonam ex vſu carnis vehementer excitari ad carnis concupiſcentiam, nequaquam niſi magna vrgente neceſsitate præſtet licentiã: ſecus, ſecurius multo poteſt tunc & conſilium præſtare de interceptione ieiunij: nō enim tam pœnæ naturam, vt certum aſſumebat argumentum, quã rationem finis reſpicit ieiunium: alias ſi quis tranſacto 21. anno non obſcuraretur, aut carnis labe defędaretur, propter ſuam virtutem, aut temperiem contradicentem carnis concupiſcentiæ, non teneretur ieiunare, cuius contrarium docet S. Thom. & omnes ſupra citati auctores, & Eccleſiæ præceptum locis ſupra allegatis. Bene equidem ſtat aliquando iuxta regulam iuris ceſſante fine legis, non ceſſare legem ipſam, vt in caſu dicto, & hinc fit ſatis primo dub. nobilis equidem in foro interiori plus eſt puniendus, & tamen liberalius illi iuſta de cauſa medicus elargiri poteſt licentiam ad carnis eſum, tempore interdicto, & de non ieiunando præſtare conſilium.

Ad ſecundnm dicebat mihi quidam iuris peritus, ſe arbitrari, quia Eccleſiaſtici in Chriſtiana republica debent eſſe virtuoſiores, maiorisque exempli, dum fruuntur optima valetudine, interdicendos eſſe ab eſu ouorum, & lacticiniorum, & non gaudere indulto bullæ: verum dum iam afficiuntur aliquo accidenti, ſeu morbo, multo plus indulgeri debent propter dicta ſupra. Et hæc ſint ſatis quoad vniuerſales rationes; vnde iam ſpeciatim licet loqui de morbis in quibus præſtanda eſt licentia eſui carnis.

De capillorum vitijs.

CAPVT I.

Capilli viuunt.

CApilli, ſiue vita præditi fuerint, & vitæ capaces (vt quibuſdam medicis arridet, aſſeuerantibus augeri eoſdem verſus omnes differentias poſitionis, & ſenſibiliter ſolum

lum quoad longitudinem: non equidem eſt opus ſenſu iudicari de augmento verſus reliquas differentias, ſicuti neque eſſe organicum corpus, dummodo in re vtrumlibet pili amplectantur, generantur equidem per naturam teſte Galeno 14. methodi, capite 18. fiuntque modo maiores, modo minores, vt conueniunt temporis mutationi, libro vndecimo de vſu partium, capite 14. ſequunturque ſuum creſcendi modum, libro de medicamentis facile parabilibus, & libro de Dynamidis: non vt excrementum abſolute reponendum, ſed vt conſeruandum, & ad conſeruationem totius & condecorationem multum præſtans: vnde merentur vocitari non tantum partes noſtri, verum & partes noſtræ) ſiue ſecus, vt alij teſtantur medici, dicentes quod capilli partes corporis non ſunt, ſed tantum particulæ quædam, & ſunt veluti quædam adnata cuti facta à natura ob duos fines ex Galeni ſententia loco allegato 11. de vſu partium, etſi Galenus viuere, an ſecus non dicat, veruntamen receptum eſt apud medicos, quibuſdam eos affici vitijs, canitie videlicet, caluitie, alopetia, defluuio, & ophiaſi: quæ ſiue mereantur vitia capillorum exiſtimari morbi cutis capitis, quoniam non patiantur pili, niſi vel cutis ipſa, vel humores in cute contenti, ſiue ipſorum capillorum ex eo, quod re vera patiantur, vt partes corporis vita fruentes, parùm ad noſtrum attinet inſtitutum: ſi quidem de ipſis cura eſt medicis, vt quis videre poteſt apud Galenum libro de purgantium medicam. facult. vbi ſola purgatioue ſanabat Galenus capillorum defluuium ſeptimo de ſimpl. medicament. facult. primo de compoſitione medicam. ſecundum locos, quibus ladanum, myrrha, oleum, lentiſcinum, & quædam hieræ compoſitio: quod conferant vnguentum nardinum, vnguentum foliatum, & ſpicatum etiam vitiis capillorum, ſeu defluuijs docet: atque qua ratione canities præſeruetur, & retardetur, ſecretorum libro, & libro de remedijs paratu facilibus: licet eodem primo de compoſitione medicament. ſecundum locos, capite tertio affirmet canos capillos habere non eſt turpe: tum denique & de alijs vitijs diſputans, remedia adducit Paulus libro tertio, capite primo, Auic. fen. ſeptima 4. tract. 1. Aetius li. 6. capite 55. 56. 57. & ſequentibus, & reliqui fere omnes practici: quod nobis ſufficit.

Pilorũ augmentum.

Capilli nõ viuunt.

De capillis curant medici.

Canities retardatur.

Canities nõ eſt turpis.

Ad primum ergo affectum accedendo iuxta noſtrum modum recenſendi, nam Galenus inter capillorum affectus poſtremo loco adnumerat canitiem loco allegato, primo ſcilicet de cõpoſitione medicament.

dicament.ſecundum locos:quo ſcribit, quod ad medicum atti-
net de his cognitionē habere,& hinc lib.de definitionibus me-
Canities quid. dicis ſcriptū inuenitur, Canities eſt mutatio capillorum ad co
lorem album ante legitimam ætatem,& hæc vitioſa,& morboſa
vocitatur ab Ariſt.5.de generatione animalium ca.4.altera eſt,
Canities duplex. quæ ſecundum ætatis concurſum obuenit: vtraque vero ſiue or-
tum duxerit,& radicem ex diminuto calore natiuo propter calo
rem perurentem, vt colligitur ex Gal.2.de temperamentis cap.
5.quo inquit.Cumque caliditas fortis fuerit, ita vt adurat illum
vaporem,& fiat fumoſus,erit capillus ab eo generatus niger: &
ſi caliditas debilior erit,capillus tinctus affinis albedini:quem di
cendi modū videtur amplexus Auic.lib.1.d.3.c.vbi affirmat maſ
ſa humorum per frigus declinat ad ſubalbedinem, &c. ſiue ex
ſiccitate per ſe,aut per accidens, vt poſsit fieri ſatis argumentis
Ariſt. contra hunc dicendi modum.Iuxta quam rem Iacobus ſu
per Auic.loco prællegato inquit, albedo pilorum quandoque
ſignificat vehementiam frigiditatis,& humoris talis, ſicut cani-
ties proprie dicta naturalis,vel accelerata:quandoque vehemen
Prognoſtica ex canitie. tiam ſiccitatis, vt albedo ſimilis illi, quæ vegetabilibus accidit,
cum ſuperflue exſiccantur,& ſua viriditate ſpoliata fiunt alba:
differt autem hæc à priori, quia incipit ab extremitatibus capil-
Diuerſitas caneſcēdi. lorum,prior vero à radicibus:& huius eſt ratio: quia radices in
primæ,humiditate putrida imbibuntur:extremitates autem pi-
lorum velut longinquiores ab humore prius areſiunt. Horum
modorum albedinis pilorum mentionem fecit Ariſtoteles ter-
tio lib.de natura animalium capite 11. cum inquit, & pili mu-
tantur in homine in ſenectute,& caneſcunt, & non accidit hoc
alicui animali manifeſte valde,præterquam in homine, & equo,
quia in eis apparet valde:& multis eorum creſcunt albi ex radi-
cibus,& propter hoc dicimus,quod canities & albedo pilorum
non eſt ſecundum exiſtimationem vna res: & forte infirmatur
homo, & caneſcit valde, & cum conualeſcit, cadunt cani pili,
& creſcunt loco illorum capilli nigri ſicut antea: & forte ca-
neſcunt pili,ſi cooperiantur multum,aut ſi multum habeant an-
helitus,id eſt,euentationis, vel tranſpirationis propter apertio-
Canities propter quid. nem viarum:hucuſque Ariſtoteles,quibus iam & alias cauſas ca
nitiei præfigurauit præter calorem diminutum, ſiccitatem per
accidens,aut per ſe:nempe aut morbum,aut pituitam putridam,
aut muſciditatem ſuperuenientem flegmati, ſimilem lanugini,
quæ ſu-

Digitized by Google

vt qui plus, cæteris per omnia paribus, peccare videtur: tum quia magis contemnit, qui plus recipit a Deo, nec recognoſcit, ideo maior eſt ingratitudo illius: ſic ſcriptum inuenies apud Andream Tiraquellum tract. de pœnis cauſa 31. vbi id probat illo Sapien. 6. Audite reges terræ, & intelligite &c. vſq; ad illa verba. Exiguo enim conceditur miſericordia. Potentes autem potenter tormẽta patientur. Vltimo certum eſt, quod in pœnis fori iudicialis cũ nobilibus mitius agendum eſt, quam cum ignobilibus: hinc Tullius ſecundo Rhetoricorum, de deprecatione loquens aſſerebat, hæc ignoſcendi ratio quæritur ex his locis, ſi plura aut maiora officia, quam maleficia videbuntur conſtare: ſi qua virtus, aut nobilitas erit in eo, qui ſupplicabit. Valerius autem maximus lib. 8. cap. 1. ſcribit, Scaurum, cuius ſalus obruebatur criminibus, tamen propter vetuſtiſsimam nobilitatem & recentem patris memoriam abſolutum fuiſſe: & apud Suetonium ſcriptum reperitur, in Auguſto capite quinto C. Lectorius adoleſcens patricij generis in deprecanda grauiore pœna adulterij natales inter cætera allegat. Hinc etiam Tiraquellus loco allegato aſſerit nobiles rei criminis non detinentur in carceribus, ſed honeſte debent in palatio detineri, &c.

In iudicialibus mitiꝰ tractandi nobiles.

Ex dictis primo poſſemus colligere, maioribus & potentioribus ſtrictius multo elargiendas eſſe licentias, & veniam eſui carnis, & ieiunia non obſeruandi: nam ſi propter punitionem peccatorum, quæ ſpectant ad carnis concupiſcentiam, ſtatuitur, & in pœnis fori pœnitentialis magis puniendus eſt nobilis, vt latet ex tertio certo, bene probat aſſumptum: ad quod videtur facere, ꝙ in bulla cruciaria dum conceditur indultũ (illa aſſumpta) ad ouorum & lacticiniorum vſum, interdicũtur Patriarchæ, Primatus, Archiepiſcopi, Epiſcopi, & denique omnes regulares & ſacerdotes presbyteri: quo videtur inſinuatum, minus his deberi indulgeri circa ea, quæ ſpectant ad abſtinentiam, & obſeruationem. Et quantumuis hoc de Eccleſiaſticis concludat tantum: tamen illud primum abſolute loquitur de omnibus maioribus, & potentioribus: quod confirmare apparet ſententiam illam Tiraq. loco allegato. §. hinc item fit, vt nobilis errans in fide plus puniendus ſit, quam ignobilis, &c.

Maioribus ſtrictius cõcedenda licẽtia de nõ ieiunando.

Ad eſum ouorũ, & lacticiniorũ multis, non confert bula.

Nihilominus dicendum eſt in propoſita dubitatione, quod medicus animaduertendo qualitates perſonarum licentioſus reddendus eſt præſtando licentiam eſui carnis, non ſolum cæteris

Priuatæ perſonæ magis fouendæ.

paribus, verum aliquantulum minus (pro accidentibus) magnatibus, perſonis priuatis & publicis: neceſſe enim eſt cõſeruare perſonas, ex quibus in republica magna & neceſſaria ſequitur vtilitas: & ex quarum defectu pro ſalute, aut breuitate vitæ noxa notabilis, aut lapſus naſceretur. Partem hanc communis vſus ab Eccleſia permiſſus expreſſe ſatis probat: veruntamen, ſi mente probabiliter perceperit medicus priuatam perſonam ex vſu carnis vehementer excitari ad carnis concupiſcentiam, nequaquam niſi magna vrgente neceſsitate præſtet licentiã: ſecus, ſecurius multo poteſt tunc & conſilium præſtare de interceptione ieiunij: nõ enim tam pœnæ naturam, vt certum aſſumebat argumentum, quã rationem finis reſpicit ieiunium: alias ſi quis tranſacto 21. anno non obſcuraretur, aut carnis labe defędaretur, propter ſuam virtutem, aut temperiem contradicentem carnis concupiſcentiæ, non teneretur ieiunare, cuius contrarium docet S. Thom. & omnes ſupra citati auctores, & Eccleſiæ præceptum locis ſupra allegatis. Bene equidem ſtat aliquando iuxta regulam iuris ceſſante fine legis, non ceſſare legem ipſam, vt in caſu dicto, & hinc fit ſatis primo dub. nobilis equidem in foro interiori plus eſt puniendus, & tamen liberalius illi iuſta de cauſa medicus elargiri poteſt licentiam ad carnis eſum, tempore interdicto, & de non ieiunando præſtare conſilium.

Ad ſecundnm dicebat mihi quidam iuris peritus, ſe arbitrari, quia Eccleſiaſtici in Chriſtiana republica debent eſſe virtuoſiores, maiorisque exempli, dum fruuntur optima valetudine, interdicendos eſſe ab eſu ouorum, & lacticiniorum, & non gaudere indulto bullæ: verum dum iam afficiuntur aliquo accidenti, ſeu morbo, multo plus indulgeri debent propter dicta ſupra. Et hæc ſint ſatis quoad vniuerſales rationes; vnde iam ſpeciatim licet loqui de morbis in quibus præſtanda eſt licentia eſui carnis.

De capillorum vitijs.

CAPVT I.

Capilli viuunt.

CApilli, ſiue vita præditi fuerint, & vitæ capaces (vt quibuſdam medicis arridet, aſſeuerantibus augeri eoſdem verſus omnes differentias poſitionis, & ſenſibiliter ſolum

lum quoad longitudinem: non equidem eſt opus ſenſu iudicari de augmento verſus reliquas differentias, ſicuti neque eſſe organicum corpus, dum modo in re vtrumlibet pili amplectantur, generantur equidem per naturam teſte Galeno 14. methodi, capite 18. fiuntque modo maiores, modo minores, vt conueniunt temporis mutationi, libro vndecimo de vſu partium, capite 14. ſequunturque ſuum creſcendi modum, libro de medicamentis facile parabilibus, & libro de Dynamidis: non vt excrementum abſolute reponendum, ſed vt conſeruandum, & ad conſeruationem totius & condecorationem multum præſtans: vnde merentur vocitari non tantum partes noſtri, verum & partes noſtræ) ſiue ſecus, vt alij teſtantur medici, dicentes quod capilli partes corporis non ſunt, ſed tantum particulæ quædam, & ſunt veluti quædam adnata cuti facta à natura ob duos fines ex Galeni ſententia loco allegato 11. de vſu partium, etſi Galenus viuere, an ſecus non dicat, veruntamen receptum eſt apud medicos, quibuſdam eos affici vitijs, canitie videlicet, caluitie, alopetia, defluuio, & ophiaſi: quæ ſiue mereantur vitia capillorum exiſtimari morbi cutis capitis, quoniam non patiantur pili, niſi vel cutis ipſa, vel humores in cute contenti, ſiue ipſorum capillorum ex eo, quod re vera patiantur, vt partes corporis vita fruentes, parum ad noſtrum attinet inſtitutum: ſi quidem de ipſis cura eſt medicis, vt quis videre poteſt apud Galenum libro de purgantium medicam. facult. vbi ſola purgatione ſanabat Galenus capillorum defluuium ſeptimo de ſimpl. medicament. facult. primo de compoſitione medicam. ſecundum locos, quibus ladanum, myrtha, oleum, lentiſcinum, & quædam hieræ compoſitio: quod conferant. vnguentum nardinum, vnguentum foliatum, & ſpicatum etiam vitiis capillorum, ſeu defluuijs docet: atque qua ratione canities præſeruetur, & retardetur, ſecretorum libro, & libro de remedijs paratu facilibus: licet eodem primo de compoſitione medicament. ſecundum locos, capite tertio affirmet canos capillos habere non eſt turpe: tum denique & de alijs vitijs diſputans, remedia adducit Paulus libro tertio, capite primo, Auic. fen. ſeptima 4. tract. 1. Aetius li. 6. capite 55. 56. 57. & ſequentibus, & reliqui fere omnes practici: quod nobis ſufficit.

Pilorũ augmentum.

Capilli nõ viuunt.

De capillis curant medici.

Canities retardatur.

Canities nõ eſt turpis.

Ad primum ergo affectum accedendo iuxta noſtrum modum recenſendi, nam Galenus inter capillorum affectus poſtremo loco adnumerat canitiem loco allegato, primo ſcilicet de cõpoſitione me-

Canities quid.

Canities duplex.

Prognoſtica ex canitie.

Diuerſitas caneſcẽdi.

Canities propter quid.

dicament. ſecundum locos: quo ſcribit, quod ad medicum attinet de his cognitionẽ habere, & hinc lib. de definitionibus medicis ſcriptũ inuenitur, Canities eſt mutatio capillorum ad colorem album ante legitimam ætatem, & hæc vitioſa, & morboſa vocitatur ab Ariſt. 5. de generatione animalium ca. 4. altera eſt, quæ ſecundum ætatis concurſum obuenit: vtraque vero ſiue ortum duxerit, & radicem ex diminuto calore natiuo propter calorem perurentem, vt colligitur ex Gal. 2. de temperamentis cap. 5. quo inquit. Cumque caliditas fortis fuerit, ita vt adurat illum vaporem, & fiat fumoſus, erit capillus ab eo generatus niger: & ſi caliditas debilior erit, capillus tinctus affinis albedini: quem dicendi modũ videtur amplexus Auic. lib. 1. d. 3. c. vbi affirmat maſſa humorum per frigus declinat ad ſubalbedinem, &c. ſiue ex ſiccitate per ſe, aut per accidens, vt poſſit fieri ſatis argumentis Ariſt. contra hunc dicendi modum. Iuxta quam rem Iacobus ſuper Auic. loco præallegato inquit, albedo pilorum quandoque ſignificat vehementiam frigiditatis, & humoris talis, ſicut canities proprie dicta naturalis, vel accelerata: quandoque vehementiam ſiccitatis, vt albedo ſimilis illi, quæ vegetabilibus accidit, cum ſuperflue exſiccantur, & ſua viriditate ſpoliata fiunt alba: differt autem hæc à priori, quia incipit ab extremitatibus capillorum, prior vero à radicibus: & huius eſt ratio: quia radices in primæ, humiditate putrida imbibuntur: extremitates autem pilorum velut longinquiores ab humore prius areſiunt. Horum modorum albedinis pilorum mentionem fecit Ariſtoteles tertio lib. de natura animalium capite 11. cum inquit, & pili mutantur in homine in ſenectute, & caneſcunt, & non accidit hoc alicui animali manifeſte valde, præterquam in homine, & equo, quia in eis apparet valde: & multis eorum creſcunt albi ex radicibus, & propter hoc dicimus, quod canities & albedo pilorum non eſt ſecundum exiſtimationem vna res: & forte infirmatur homo, & caneſcit valde, & cum conualeſcit, cadunt cani pili, & creſcunt loco illorum capilli nigri ſicut antea: & forte caneſcunt pili, ſi cooperiantur multum, aut ſi multum habeant anhelitus, id eſt, euentationis, vel tranſpirationis propter apertionem viarum: hucuſque Ariſtoteles, quibus iam & alias cauſas canitiei præfigurauit præter calorem diminutum, ſiccitatem per accidens, aut per ſe: nempe aut morbum, aut pituitam putridam, aut muſciditatem ſuperuenientem flegmati, ſimilem lanugini,

quæ ſu-

Digitized by Google

ne,& perlucido ſatis,& rubro colore condecoratos ad finem veris iam ineunte æſtate multitudine magna rubrorum paruorum nimis pediculorum cruciari:cuius exiſtimaui cauſam eſſe vaporem ſanguineum excrementitium non viuentem, vt putat Rondoletius,quandoquidem toto immoto , & ipſe vapor aſcendit & mouetur:vnde miror quomodo Hieronymus Mercurialis primo de morb.cutaneis capit.ſeptimo curam faciens taxādi Theophraſtum,quod lib.ſecundo de cauſis plantarum c.12.aſſeueraſſet, ex ſanguinecorrupto pediculos effici,dicat cū orta ſuis principijs adteſtentur,ſi fierent ex ſanguine, alioqui ſaltē apparerēt coloris rubri,& ſanguinei, ſed nulli videntur, imo color ipſorū eſt prorſus alienus a colore ſanguinis : nā reuera etſi in regione & patria ſua rubei coloris non viſi fuerint pediculi,in hac noſtra quotidie apparent,& retulit mihi quidam ſemper æſtatis tempore ſub alis eoſdem ipſum gignere ſicuti ſanguinis gutticulas: neque ſecunda eius ratio alicuius eſt roboris,nam licet in putridis febribus ex ſanguine(ſi ipſæ ſunt) prout in facto nō quilibet corruptionis modus humorum,aut excrementorum prꝗſtat ad generationem beſtiolarum,quę intra animalia,aut intra eorum partes gignuntur,propterea enim aſcharides , lumbrici longi,rotundi pediculi,acarus,& vermium modi alij propagantur, hinc in ſtercore eodem vides varias beſtiolas genitas:doctrinam autem hāc nec ipſe percipiat ire aduerſus Galeni doctrinam primo de cōpoſitione med.ſecundum locos capit.ſeptimo:Nec contra Auic. lib.quarto fen.7.tract.tertio cap.6.quandoquidem & ipſi,quod gignuntur ex excremētis non quibuſuis,ſed ex illis,quę poſſunt ſuppeditare materiam valentem vitam recipere docēt,hæc autē an reſultet ex tertia concoctione,an ſecus,non negatur , etiam ſi rubei coloris,& aliorum inueniantur:nam non ſolum reſultant vapores rubei,ſed reſpondentes & alijs humoribus:vnde & ſub albidos,nigros,rubros,& coloribus varijs permiſtos videri contingit. Ariſtotelem autem aſſerere quinto de hiſtoria animaliū capit.31.pediculos gigni ex corrupta carne, mente ſana id percallere oportet,id eſt,ex humiditate carnoſa calida,ſcilicet & humida,ex qua caro poterat generari:inde & nos diximus,ex excremētis diuerſis quantitate peccantibus non qualitate,quoniā ſi pręcederet diſpoſitio aliqua cōtraria in materia ratione qualitatis potius impediretur illorum productio:percipiēdum vero fore Ariſtotelem modo explicato liquet ex eo,quod eodem cap. dixerit,

Ex vaporibus omniū humorum poßunt gigni pediculi.

Digitized by Google

ex abundantia humorum generari maiorem prouentum pediculorum, & reſpondens ipſe dubitationi ei, Quare qui mutant aquas, multitudinem pediculorum ſibi adaptant? Reſpondet, quia multã crudorũ humorũ coaceruant copiã: cum vero ponit poſtularum generationem, tantum id ſignat, quia experientia fecit notum, cum illa plus pediculorum generari, nõ quia materia ſit, ſed quia vicem gerit occaſionis & aptitudinis: cum igitur hæc materia ſit, & animal generetur diſtinctum ſine aſſumptione alicuius partis carnoſę, aut alterius ordinis (alias in pueris in quibus magna, vt in plurimũ congluuies illorum propagatur, carnis portio conſpicua ſatis conſpiceretur abſumpta, quod hucuſque nullus vidit, quantum agitur in generatione illorum, nam poſt magnitudinem ſeu multitudinem eorundem viſum eſt, adeo vt vlcera in capite generarentur: ſed hic effectus eſt illorum carnes comedentium & exulcerantium, dicendum ſequitur pediculos, ſicuti lumbricos, & aſcharides pertinere ad genus morborum incompoſitione: eſt enim morbus in numero aucto, vt colligitur ex Galeno 14. met. capit. 17. & de differ. morborum primo, capit. octauo, & quantumuis ſit ſubſt. per ſe ſuum habẽs eſſe, nõ tollit eos a ratione morborum illorum: lapides enim in renibus & in veſica, & ſi in alia parte gignuntur, ſcilicet in cauitate quę non viuit & hoc habent, tum & lumbrici, & omnes morbi qui fiunt in cauitatibus ex alia ſubſtantia a carne & oſſibus, ſic nuncupantur: ſymptoma denique vocitari aliquando, non detrahit prędictã rationem, cum & multa ſecundum conſiderationem vnam ſubeãt rationem morbi, ſecundum autẽ aliam ſymptomatis: ſic omnes febres ſequentes inflammationes: quas vero lædat actiones, vt mereatur recenſeri inter morbos, non erit difficile intellectu cõſideranti pueros ipſos, & mulieres facillime ab eiſdem pediculis a ſomno excitari, ſicuti a lumbricis. Veruntamen quia læſio animalis operationis ab hoc morbo progenita facillime reſarcitur, nam ſi caput pueri aut mulieris, ſiue hominis eodem affectu apprehenſi, puluericetur puluere ſtaphides agrię & coriandri, illi⁹ partes erũt duæ, huius vero vna, & naribus applicetur linteũ vino calido imbutum, vt nos ſępe iam periculum fecimus, ſomnus facillimo negocio reconciliatur, adhuc per morbos non paruæ conſiderationis: ideo dicimus in hoc affectu, quantum pro eo agitur, niſi aliud fuerit adiunctum, vt contingit, quod eſus carnis erit vitioſus, quinimo aliquot ſunt genera carnium,

Ad quod genus morbi pediculi.

Remediũ ad pediculos expertũ

medijs

medijs quibus locupletiſsime generantur pediculi,& ideo inter dicenda eſt licentia:quam plurimi equidem ſolent quibuſdam tẽporibus illos generare, & illos contingit cito extingui, nullo appoſito remedio, aſt ſi ſacerdos,aut alia huiuſmodi perſona eo corripiatur,quibus publice talis defœdatio fuerit turpis pro dignitate,condonetur licentia vſque in purgationem ſuccorum, & applicationem topicorum remediorum, de quibus magna ſuppeditatur copia a Galeno libro de ſimplic.medicam.facult. cap. de ſtaphide agria(ſi liber eſt Galeni)quo ſic, ſtaphis agria ſemen eſt herbæ,&c.concludit,pediculos quoque ex oleo læuigata,& corpori illinita occidit, libro de medic. & de remedijs paratu facilibus,quinto de ſimplici,medica.facult. & primo lib. de compoſi.medicam. ſecundum locos cap. ſeptimo, & ab Auicenna, fen.ſeptima, libri quarti, tract. tertio capi. 26. & a Hieronymo Mercuriali loco allegato:fore autem effectricem cauſam generationis pediculorum connaturalem calorem, præter vniuerſalem eorum creatorem,vt ſignauit Auicen.loco allegato,& eiuſdem ſpeciei cum primo prout ſpectant ad vnam ſecundam ſpeciẽ qualitatis,quia vterque ſit naturalis potentia talis miſti,fatentur omnes,præſupponi etiam putre factionem ante coctionem neceſſariam ad illorum efficientiam,vt deducitur ex Ariſt.metheo.4. 3.de hiſtoria animalium ca.19 3.de gener.anim.c.11.primo de generatione animalium capit.1.7.metaph.cap.6.vt materia diſponeretur media putredine ad recipiendam qualitatem generãtis, ſiue a propria forma (ſiue ab vniuerſali agente) quæ correſpondet proportioni virtutis generatiuæ.Denique finalem cauſam generationis eorũdem fuiſſe,quia ex illis materia in medicinis quibuſdam poſsit recepi,ſicuti lumbrici ad eorum oleũ, vipera ad theriacam,anguis ad magiſtrale vnguentum, veſpæ ad reproductionem capillorum:omnia enim ſub pedibus hominum ſubijciuntur Pſal. 8.vt ſeruirent illi,non autem vt hominem excitarent a ſomno:res enim hæc data fuit animali ad ſui conſeruationem,adeo vt fuerit auſus dicere Rodericus a Vega Luſitanus ſuper Galenum libro de locis affectis, Tot noctis ac die temporis fuit conſtitutum, vt repararetur per ſomnum, quod per diurnam vigiliam fuit deperditum. Ad quid ergo tantus executor pediculus contra ſomnum? tum quia ſi haberet finem illum,æqualiter inueniretur iuxta neceſsitatem, & non eſſet,quare tanta cura fuiſſet eius curæ,ſi tam neceſſarium finem illum in-

In morbo pediculari perperã cõceditur eſ carnis.

Quibuſdã quando cõceditur.

Staphis agria cõtra pediculos.

Cauſa efficiens pediculorum.

Finalis cauſa quorundã animalium.

lum inuoluerent:fore(inquam)hæc omnia ſic,nil refert, vt medi cus præſtet cum hoc morbo licentiam eſui carnium,niſi ei alter aſſocietur morbus ſufficienter expoſcens id propter rationes ſu perius ſcriptas. Viros autem, quos hiſtorici illi fuiſſe interfectos recenſent, fatemur potuiſſe mortem pati non vi illius morbi, ſed quia(vt iam nos ter, aut quater conſpeximus) in fine cuiuſdā morbi contigerit congluuies pediculorū:vnde interitus non propter eoſdem,ſed vi alterius,cuius fortaſsis cauſa materialis & pediculorum fuit etiam: ipſi nanque pediculi,ſicuti neque alij morbi in numero aucto non interficiunt,niſi aliud producendo:ſic lapis,aut caro creſcens impediendo aliquas vias,& inde operationes,vt mors naſceretur:ſic lumbrici corrodendo, & exulcerando inteſtina,aut fortaſsis ventriculum,in quem aſcenderunt,& propter hoc iuxta communem dicendi modum dicebatur ex pediculari morbo obijſſe illos.

Propter pediculos ſolū non pereunt homines.

Ad illud Auicēnæ dicimus, caſum poſſe verum tenere,animal autem illa efficiens mala,non eſt pediculus , de quo habetur ſermo:ſed eſt genus aliud animaliū,quod eſt ſicut pediculus in figura,valde tamen natura,& viru diuerſum, vt patet ex Benedicto Rieno in titulo eiuſdem capit.quo ſic.Pediculus vulturis nominatus,dehe, perſice, & mēluce græce,& ragarius Indice, & hęc beſtia eſt ſicut pediculus,aut ſicut peruus alcandam . Ad Ariſt. ſententiam,quod ex carne corrupta generentur pediculi, ex dictis ſupra conſtat quomodo ſit intelligendus : vt inde non conſtet neceſſarius eſus carnis huic morbo . Illud etiam ex Plinio medico lib.quarto capit.primo,cum ſit fabuloſum,neque eſt cur diſcutiamus,nec percipiamus aliquid probare. Teſtimonium item Eduardi,& Rondoleti nil conuincunt:primo quia liquet ex dictis:ſecundo,quia etiam ſi ex humore viuo generarentur,quod eſſe falſum iam diximus,nil conuincitur ex tali materia,vt expoſceretur carnis eſus.

Auicēnas explicatur

Pediculus vulturis.

Fugiūt vero,homine mortuo etiā,etſi ex nō viuo humore producātur:quia illo mortuo,pediculi ipſi fortaſsis antipatiā adipiſcūtur cū miſto denuo generato,nā cum corruptio iuxta philoſophorum ſententiam & vſque ad materiam primam percurriſſet, non eſt difficile intellectu,& poſſe talem antipatiam regenerari: Hiſtoria denique illa a nobis relata, non ex pediculis (ſed ex lendibus , aut pediculis palpebrarum a latinis,Hiſpanice ladilla, ferus pediculus ab alijs authoribus vocitatus,iuxta illud Eduardi lo-

Pediculi quare fugiunt a mortuis.

ne,& perlucido ſatis,& rubro colore condecoratos ad finem veris iam ineunte æſtate multitudine magna rubrorum paruorum nimis pediculorum cruciari:cuius exiſtimaui cauſam eſſe vaporem ſanguineum excrementitium non viuentem, vt putat Rondoletius,quandoquidem toto immoto , & ipſe vapor aſcendit & mouetur:vnde miror quomodo Hieronymus Mercurialis primo de morb.cutaneis capit.ſeptimo curam faciens taxãdi Theophraſtum,quod lib.ſecundo de cauſis plantarum c.12.aſſeueraſſet, ex ſanguinecorrupto pediculos effici,dicat cũ orta ſuis principijs adteſtentur,ſi fierent ex ſanguine, alioqui ſaltẽ apparerẽt coloris rubri,& ſanguinei, ſed nulli videntur, imo color ipſorũ eſt prorſus alienus a colore ſanguinis : nã reuera etſi in regione & patria ſua rubei coloris non viſi fuerint pediculi,in hac noſtra quotidie apparent,& retulit mihi quidam ſemper æſtatis tempore ſub alis eoſdem ipſum gignere ſicuti ſanguinis gutticulas: neque ſecunda eius ratio alicuius eſt roboris,nam licet in putridis febribus ex ſanguine(ſi ipſæ ſunt) prout in facto nõ quilibet corruptionis modus humorum,aut excrementorum pręſtat ad generationem beſtiolarum,quę intra animalia,aut intra eorum partes gignuntur,propterea enim aſcharides , lumbrici longi,rotundi pediculi,acarus,& vermium modi alij propagantur, hinc in ſtercore eodem vides varias beſtiolas genitas:doctrinam autem hãc nec ipſe percipiat ire aduerſus Galeni doctrinam primo de cõpoſitione med.ſecundum locos capit.ſeptimo:Nec contra Auic. lib.quarto fen.7.tract.tertio cap.6.quandoquidem & ipſi,quod gignuntur ex excremẽtis non quibuſuis,ſed ex illis,quę poſſunt ſuppeditare materiam valentem vitam recipere docẽt,hæc autẽ an reſultet ex tertia concoctione,an ſecus,non negatur , etiam ſi rubei coloris,& aliorum inueniantur:nam non ſolum reſultant vapores rubei,ſed reſpondentes & alijs humoribus:vnde & ſub albidos,nigros,rubros,& coloribus varijs permiſtos videri contingit. Ariſtotelem autem aſſerere quinto de hiſtoria animaliũ capit.31.pediculos gigni ex corrupta carne, mente ſana id percallere oportet,id eſt,ex humiditate carnoſa calida,ſcilicet & humida,ex qua caro poterat generari:inde & nos diximus,ex excremẽtis diuerſis quantitate peccantibus non qualitate,quoniã ſi pręcederet diſpoſitio aliqua cõtraria in materia ratione qualitatis potius impediretur illorum productio:percipiẽdum vero fore Ariſtotelem modo explicato liquet ex eo,quod eodem cap. dixerit,

Ex vaporibus omniũ humorum poßunt gigni pediculi.

ex

ex abundantia humorum generari maiorem prouentum pediculorum, & reſpondens ipſe dubitationi ei, Quare qui mutant aquas, multitudinem pediculorum ſibi adaptant? Reſpondet, quia multã crudorũ humorũ coaceruant copiã: cum vero ponit poſtularum generationem, tantum id ſignat, quia experientia fecit notum, cum illa plus pediculorum generari, nõ quia materia ſit, ſed quia vicem gerit occaſionis & aptitudinis: cum igitur hæc materia ſit, & animal generetur diſtinctum ſine aſſumptione alicuius partis carnoſę, aut alterius ordinis (alias in pueris in quibus magna, vt in plurimũ congluuies illorum propagatur, carnis portio conſpicua ſatis conſpiceretur abſumpta, quod hucuſque nullus vidit, quantum agitur in generatione illorum, nam poſt magnitudinem ſeu multitudinem eorundem viſum eſt, adeo vt vlcera in capite generarentur: ſed hic effectus eſt illorum carnes comedentium & exulcerantium, dicendum ſequitur pediculos, ſicuti lumbricos, & aſcharides pertinere ad genus morborum incompoſitione: eſt enim morbus in numero aucto, vt colligitur ex Galeno 14. met. capit. 17. & de differ. morborum primo, capit. octauo, & quantumuis ſit ſubſt. per ſe ſuum habẽs eſſe, nõ tollit eos a ratione morborum illorum: lapides enim in renibus & in veſica, & ſi in alia parte gignuntur, ſcilicet in cauitate quę non viuit, & hoc habent, tum & lumbrici, & omnes morbi qui fiunt in cauitatibus ex alia ſubſtantia a carne & oſsibus, ſic nuncupantur: ſymptoma denique vocitari aliquando, non detrahit prędictã rationem, cum & multa ſecundum conſiderationem vnam ſubeãt rationem morbi, ſecundum autẽ aliam ſymptomatis: ſic omnes febres ſequentes inflammationes: quas vero lædat actiones, vt mereatur recenſeri inter morbos, non erit difficile intellectu cõſideranti pueros ipſos, & mulieres facillime ab eiſdem pediculis a ſomno excitari, ſicuti a lumbricis. Veruntamen quia læſio animalis operationis ab hoc morbo progenita facillime reſarcitur, nam ſi caput pueri aut mulieris, ſiue hominis eodem affectu apprehenſi puluericetur puluere ſtaphides agrię & coriandri, illi⁹ partes erũt duæ, huius vero vna, & naribus applicetur linteũ vino calido imbutum, vt nos ſępe iam periculum fecimus, ſomnus facillimo negocio reconciliatur, adhuc per morbos non paruæ conſiderationis: ideo dicimus in hoc affectu, quantum pro eo agitur, niſi aliud fuerit adiunctum, vt contingit, quod eius carnis erit vitioſus, quinimo aliquot ſunt genera carnium, medijs

Ad quod genus morbi pediculi.

Remediũ ad pediculos expertũ

medijs quibus locupletiſsime generantur pediculi, & ideo inter dicenda eſt licentia: quam plurimi equidem ſolent quibuſdam tẽporibus illos generare, & illos contingit cito extingui, nullo appoſito remedio, aſt ſi ſacerdos, aut alia huiuſmodi perſona eo corripiatur, quibus publice talis defœdatio fuerit turpis pro dignitate, condonetur licentia vſque in purgationem ſuccorum, & applicationem topicorum remediorum, de quibus magna ſuppeditatur copia a Galeno libro de ſimplic. medicam. facult. cap. de ſtaphide agria (ſi liber eſt Galeni) quo ſic, ſtaphis agria ſemen eſt herbæ, &c. concludit, pediculos quoque ex oleo læuigata, & corpori illinita occidit, libro de medic. & de remedijs paratu facilibus, quinto de ſimplici, medica. facult. & primo lib. de compoſi. medicam. ſecundum locos cap. ſeptimo, & ab Auicenna, fen. ſeptima, libri quarti, tract. tertio capi. 26. & a Hieronymo Mercuriali loco allegato: fore autem effectricem cauſam generationis pediculorum connaturalem calorem, præter vniuerſalem eorum creatorem, vt ſignauit Auicen. loco allegato, & eiuſdem ſpeciei cum primo prout ſpectant ad vnam ſecundam ſpeciẽ qualitatis, quia vterque ſit naturalis potentia talis miſti, fatentur omnes, præſupponi etiam putrefactionem ante coctionem neceſſariam ad illorum efficientiam, vt deducitur ex Ariſt. metheo. 4. 3. de hiſtoria animalium ca. 19 5. de gener. anim. c. 11. primo de generatione animalium capit. 1. 7. metaph. cap. 6. vt materia diſponeretur media putredine ad recipiendam qualitatem generãtis, ſiue a propria forma (ſiue ab vniuerſali agente) quæ correſpondet proportioni virtutis generatiuæ. Denique finalem cauſam generationis eorũdem fuiſſe, quia ex illis materia in medicinis quibuſdam poſsit recepi, ſicuti lumbrici ad eorum oleũ, vipera ad theriacam, anguis ad magiſtrale vnguentum, veſpæ ad reproductionem capillorum: omnia enim ſub pedibus hominum ſubijciuntur Pſal. 8. vt ſeruirent illi, non autem vt hominem excitarent a ſomno: res enim hæc data fuit animali ad ſui conſeruationem, adeo vt fuerit auſus dicere Rodericus a Vega Luſitanus ſuper Galenum libro de locis affectis, Tot noctis ac diei temporis fuit conſtitutum, vt repararetur per ſomnum, quod per diurnam vigiliam fuit deperditum. Ad quid ergo tantus executor pediculus contra ſomnum? tum quia ſi haberet finem illum, æqualiter inueniretur iuxta neceſsitatem, & non eſſet, quare tanta cura fuiſſet eius curæ, ſi tam neceſſarium finem illum in-

In morbo pediculari perperã cõceditur eſ° carnis.

Quibuſdã quando cõceditur.

Staphis agria cõtra pediculos.

Cauſa efficiens pediculorum.

Finalis cauſa quorundã animalium.

lum inuoluerent:fore(inquam)hæc omnia ſic,nil refert, vt medicus præſtet cum hoc morbo licentiam eſui carnium,niſi ei alter aſſocietur morbus ſufficienter expoſcens id propter rationes ſuperius ſcriptas. Viros autem,quos hiſtorici illi fuiſſe interfectos recenſent, fatemur potuiſſe mortem pati non vi illius morbi, ſed quia(vt iam nos ter,aut quater conſpeximus) in fine cuiuſdã morbi contigerit congluuies pediculorũ:vnde interitus non propter eoſdem,ſed vi alterius,cuius fortaſsis cauſa materialis & pediculorum fuit etiam: ipſi nanque pediculi,ſicuti neque alij morbi in numero aucto non interficiunt,niſi aliud producendo:ſic lapis,aut caro creſcens impediendo aliquas vias,& inde operationes,vt mors naſceretur:ſic lumbrici corrodendo, & exulcerando inteſtina,aut fortaſsis ventriculum,in quem aſcenderunt,& propter hoc iuxta communem dicendi modum dicebatur ex pediculari morbo obijſſe illos.

Propter pediculos ſolũ non pereunt homines.

Ad illud Auicẽnæ dicimus, caſum poſſe verum tenere,animal autem illa efficiens mala,non eſt pediculus , de quo habetur ſermo:ſed eſt genus aliud animaliũ,quod eſt ſicut pediculus in figura,valde tamen natura,& viru diuerſum, vt patet ex Benedicto Rieno in titulo eiuſdem capit.quo ſic.Pediculus vulturis nominatus,dehe, perſice, & mẽluce græce,& ragarius Indice, & hęc beſtia eſt ſicut pediculus,aut ſicut peruus alcandam . Ad Ariſt. ſententiam,quod ex carne corrupta generentur pediculi, ex dictis ſupra conſtat quomodo ſit intelligendus : vt inde non conſtet neceſſarius eſus carnis huic morbo . Illud etiam ex Plinio medico lib.quarto capit.primo,cum ſit fabuloſum,neque eſt cur diſcutiamus,nec percipiamus aliquid probare. Teſtimonium item Eduardi,& Rondoleti nil conuincunt:primo quia liquet ex dictis:ſecundo,quia etiamſi ex humore viuo generarentur,quod eſſe falſum iam diximus,nil conuincitur ex tali materia,vt expoſceretur carnis eſus.

Auicẽnas explicatur

Pediculus vulturis.

Fugiũt vero,homine mortuo etiã,etſi ex nõ viuo humore producãtur:quia illo mortuo,pediculi ipſi fortaſsis antipatiã adipiſcũtur cũ miſto denuo generato,nã cum corruptio iuxta philoſophorum ſententiam & vſque ad materiam primam percurriſſet, non eſt difficile intellectu,& poſſe talem antipatiam regenerari: Hiſtoria denique illa a nobis relata, non ex pediculis (ſed ex lendibus , aut pediculis palpebrarum a latinis,Hiſpanice ladilla, ferus pediculus ab alijs authoribus vocitatus,iuxta illud Eduardi lo-

Pediculi quare fugiũt a mortuis.

di loco allegato, ſcilicet genus pediculi ferum vocatum eſt durius, quod in plurimis gignitur a corpore, & difficilius detrahitur: non enim ſolum in palpebris generatur, ſed ſub alis, in pectine, & hominibus piloſis in pectore, ſcapulis & alijs plurimis locis, vt quotidie fatentur ruſtici & Paſtores) tenebat verum: & homo ille nec perijt propter multitudinem illorum pediculorū, vniuerſum eius corpus incruſtantium, ſed vt colligere potui ex eius relatis, obijt diſſipatus: nam poſt cronicum morbum peruenit illi alui profluuium ſatis per longum tempus crucians eum; deinde reſpexit ille iam nimis extenuatus multitudinem pediculorum, & ſe contulit in Ortonotrophium, non autem apparente alio morbo: vnde etſi aſsiſtentibus diceremus propter illud obire, reuera perijt reſolutus. Vnde neque eſt, vt inde ſumatur argumentū, vt condonetur licentia eſui carnis in ſimilibus caſibus: facillime enim extirpatur & hoc genus pediculorum, & ſecure ſanatis, vt iam periculum fecimus quater in ortonotrophio dicto lauando coinquinatas partes hac defœdatione balneo iſto, Recipe aquæ lib. j. arſenici ſublimati drac. j. agitentur ſimul, vſquequo diſſoluatur arſenicum: aut hoc vnguento inungendo, Recipe pomum odoriferum. n. j. malaxetur ſimul cum drac. j. argenti viui, & pars defœdata vngatur: eſt etiam expertum.

Ferus pediculus quid.

Remedia experta cōtra pediculos feros.

Secūdus affectus ſine vlcere multoties ſuper craneis partibus ſuperueniens furfuratio, aut prurigo appellatur, de quo Galen. mirifice ſatis primo lib. de compoſitione phar. ſecundum locos, capit. 6. comment. tertio in 6. lib. de mor. vulg. Auic. fen. 7. libr. quarto tract. primo capit. 24. Alex. Trali. lib. primo cap. 4. Pau. lib. 3. cap. tertio, Rhaſius 36. continentis tract. primo cap. 2. eſt autem furfuratio, vt notat Gal. c. 6. allegato primo de comp. quando hominibus ſeſe ſecundum cutem capitis ſcalpentibus exeunt ſquamulæ quędam veluti furfures: ex quo infero dixiſſe, capitis, etiamſi in mento fieri contingat, aut in toto corpore, quia ſemper quod frequentius aduenit, animaduertitur: cum autem ſiue in toto conſpiciatur, ſiue in capite, adeſt genus aliquod vlcerum cum fœtore, aut madore, iuxta Cornelij ſententiam lib. 6. cap. ſecundo, exiſtimo, quod inuoluat iam & aliud genus morbi: quod eſſe animaduertendum maxime cenſeo, vt eſui carnium præſtetur licentia: nam propter primum, ſiue ex choribus omnium humorū ſiue ex craſſa ſolum & ſalſa pituita ſuam ſuxerit radicem, non eſt elargienda licentia ad talem eſum in vniuerſum: particulariter

Furfuratio quid.

Furfuratio non ex poſcit carnis comeſtionem.

riter verò poſſet propter deſędationem maximam, pręſtari ſacerdotibus, vt ſtatim ſaluti & decorationi reſtituerentur citiſſime: nã reliqui cum morbus, ſeu ſymptoma hoc nõ minetur periculũ, expectare poſſunt: & trãſacto quadrageſimæ tempore curationi ſubijci: præſertim quia Gal. cit. de comp. 1. ſecundum locos, condimenta cum melle, cuminum, fœniculum, & ſapam, paſſas, ficusque, & alia huiuſmodi, quæ ad quadrageſimale attinent alimentum, conferre docet: & ſolum per lauationes aquæ frigidæ extirpari.

Victus pro furfuratione.

De dolore capitis, & eius affectibus partium externarum.

CAPVT III.

QVod in capite partes adfuerint internæ, & externæ, & experientia oſtenditur, & expreſſe id adnotat Gale. 2. lib. de compoſitione medicamentorum localium cap. 1. cum aſſerit: Aliquando enim extra caluariam affectio eſt, aliquando intra, & quandoque quidem omnium exteriorum, aut interiorum eſt, &c. affectio iſta, id eſt, capitis dolor in hæc verba, inquit Braſabolus, Gal. fuiſſe mentem, quod non ſit morbus, ſeu ægritudo, dum paruus ſcilicet dolor eſt: propterea quod lib. de conſtitutione artis medicę c. 19. ſcribat, Neque enim ſi dolor quiſpiam aliquem, vel ſecundum cap. vel ſecundum aliã quampiam partem infeſtet, ſtatim tantus eſt, vt hominẽ lecto decumbere cogat: neq; ſi grauedo præterea caput, aut præcordia, aut alias partes, vel alia viſcera detineat, tanta etiam erit, vt à cõſuetis functionibus deſiſtere faciat: cui ſentẽtiæ videtur aſſentiri verba eiuſdem illa lib. 2. de compo. phar. ſecundum locos cap. 1. prope medium huiuſcemodi: At vero ob capitis dolorem vehementem nemo vnquam animi deliquio comprehenſus mortuus eſt, neque ſeipſum occidit, quemadmodum quidam colli dolore vexati fecerunt: vtcumque enim doleant, longe minor ipſorũ dolor eſt, quam eorum, qui colli, aut auris, aut oculi, aut dentis dolore vexantur, id eſt, quod capitis dolor, vt vertit Braſabolus in indice, minor eſt colli, auris, oculi, & dentis dolore: at vero libro ſexto de ſanitate tuenda capite duodecimo multo aliter

Nunquid is dolor ſymptoma, aut morbus.

Aſuntionibus non valet deſiſtere propter quemlibet mor. quiuis.

Dolores partium cõparantur.

ſentire

ſentire videtur Galen. ipſe, nam capitis dolores inter magnos enumerat morbos, cum inquit: Verum qui ex leni cauſa male aſſiciuntur, vt magnis morbis aſsidue vexentur, veluti comitiali, vertigine, cap. doloribus, &c. à quo dicendi modo non apparet multũ diſſentire Paulus libro tertio, capite 18. dicens, præcedit huic malo (id eſt, apoplexiæ) capitis ſubitus, acutusque dolor, &c. & libro primo in epiſtola conſcripta, ad valetudinem tuẽdam Dioclis, ſic, Igitur vbi caput morbo conflictaturum eſt, hæ plurimũ notæ ſolent præcedere, vertigo, capitis dolor, &c. Vnde paulo inferius, ſi quis hæc ſigna neglexerit, huiuſmodi ægritudines ſolet experiri, lippitudinem, glaucomata, aurium vomicas, ac eruptiones, in ceruice ſtrumas, cerebri cariem, grauedinem, anginam, nictilopa, teredines, vuam, capillorum defluxus, capitis vlcera, & dentium dolorem: dolor ergo capitis magnum malum iudicandum videtur: ſecus ac inſinuatum fuit ex libro de conſtitutione artis medicæ: hinc Valeſcus de Taranta capite primo in epilogo circa prognoſtica capitis dolorum dicebat, dolor capitis idoneis non cedens remedijs male prænunciat, & vt plurimũ letalis eſt: ſi vero ſit ſine febre, vnius oculi protendit perditionem, vel alienationem: Dolor capitis cronicus ex humoribus frigidis curatu eſt difficilis, maxime in ſenibus: qui dolorem capitis grauantem à ſomno ſentiunt, eorum corpora malis replentur humoribus: Quicunque dolore capitis repente capiuntur ſani, & ſtatim muti fiunt, in ſeptem diebus pereunt. Cephalea fortis maxime in plectoricis vicinam minatur apoplexiam.

Dolor capitis magni pendatur.

Ex dolore capi. multa naſcuntur.

Prognoſt. ex dolore capitis.

Propter dubitationem hanc credo Galenũ citato ſecundo de compoſitione medicamentorum localium, capite primo, & cum eo Auicennã libro tertio, fen. prima, tractatu 2. capite primo, Rhaſium primo continentis tractat. 22. cap. primo, & in diuiſione, capite tertio, ſcripſiſſe. Quicunque citra diſtinctionem indiſcriminatimque doloris capitis auxilia ſcripſerunt, maius detrimentum quam emolumentum ijs, qui eis fidem habuerunt, attulerunt: neque enim omnibus ob vnam affectionem caput dolet: ſed tum ipſæ affectiones plures ſunt, tum curatio ipſarum ſingularum propria exiſtit: vna etenim affectio eſt iuxta intemperiem ſimplicem citra humorum complexum, alia iuxta humorum qualitatem: velut etiam tertia quæpiam alia iuxta multitudinem tantum ipſorum humorum contingit: quibus accedit ea, quæ fit, cum humores tranſitus liquorum,

Dolor capitis ex multiplici radice.

ac vaporum obturarint: & ad hæc alia eſt, cum in quibuſdam capitis partibus propter imbecillitatem flatuoſus ſpiritus naſcitur, &c. Si ergo ipſarum ſingularum propria exiſtit curatio, cum victus ratio maxima fuerit pars artis ordinandi, 11. methodi, & primus, & præcipuus curãdi ſcopus in omni ægritudine, lib. de remedijs paratu facilibus, non abs re erit perſiſtendo noſtro inſtituto ſignare victum, qui hominibus patientibus dolorem capitis conueniat tempore interdicto, & pro curatione doloris. In hac difficultate primo certum eſt, his tribus nominibus ſignificari capitis dolores, Cephalalgia ſcilicet, cephalea, & hemicranea. Primo nomine generica quadam ratione ſignificatur dolor capitis: ſecundo non quomodolibet, ſed dolor inueteratus, contumax, & non cedens niſi magnis remedijs: tertio denique oſtenditur partis dolor: ſignificat equidem dolorem capitis dimidij tantum, ſic deducitur ex Paulo lib. 3. ex Galeno de locis patientibus, capite 9. lib. 3. 2. de comp. medicament. cit. cap. & ex Auic. loco allegato à capite primo, vſq; ad 37. in quibus poſtquam primo ſub hoc nomine, ſoda, agit de dolore cap. alias ſpecies ſodæ declarat, earũ cauſas, ſigna, & curationem.

Capitis dolor cephalalgia cephalea, et hemicranea.

Secundo certum eſt etiã, huiuſmodi doloris ſortes euenire partibus internis & externis capitis ſupra dictis, ſuiſque ſignis ſecerni: videre eſt apud Auic. lib. cit. cap. 2. & apud Gal. cap. etiam 9. lib. 3. de locis, quo ſic, Quo minus mirandum eſt, ſi horũ alijs membranæ cerebrum continentes dolore afficiantur, alijs pericranion, id eſt, exterior caluariæ membrana: diſcrimen autem ab oculorum radicibus ſumitur, conſiderando, vtrum veniat ad eas malum, nec ne: ſiquidem conſentaneum eſt, vt quibus intra caluariam diſpoſitio eſt, ijs ad oculorum vſque fundamenta dolor extendatur, eo quod & à cerebro & vtraque membrana, atque à vaſis, quę in ipſis continentur, veluti germina quædam, deducuntur, &c. Verum ſi fuerit in partibus externis, tactu iudicatur, quia aliquantulum comprimendo partes, dolent propter compreſsionem.

Dolores accidunt partibus internis & externis cap.

Signa ad dolorem capitis.

Tertio certum item eſt, partes ſiue internas, ſiue externas capitis doloribus affici: quia & ipſæ ſentiunt iuxta Gal. doctrinam, primo de cerebri ſubſ. id docet, 2. lib. de cõpoſitione med. per locos c. 1. tertio de locis affectis c. 9. neq; intelligendũ venit, id eſſe ratione mẽbranarũ, vt quidam autumant: quia ipſe Gal. ſeorſum oſtendit, ſentire membranas ab ipſo cerebro; tum 8. libri de vſu partium

Quare partibus cap. eueniat dolor.

Digitized by Google

partium capit ſexto & lib. de inſtrumento odoratus capit quinto poſuit anteriorem partem cerebri ſecundum prioris ventriculi organum, ſenſus olfactus eradicare, non ſolum ſecundum virtutem, ſed formaliter: nam iuxta Ariſtotel. regulam ſecundo de anima, In quacumque parte ineſt ſenſus alius a tactu, ineſt & tactus: igitur ſi ſenſus ibi olfactus ineſt, ergo & ſenſus. Tandem lib. de plenitudine capit. quarto expreſſe infert ſenſum habere cerebrum, etſi obtuſum: & inde non ſentitur ſic dolor in eo, ſicuti alibi, & hic ſentiendi modus bene poteſt reperiri cum diſtemperie frigida, & humida, qualis in cerebro inuenitur. In lethargo autem, & alijs ſoporiferis affectionibus non ſentitur dolor, etiam ſi cerebrũ ſentiat, propterea quod, niſi obiectum fuerit maxime violenter applicatum, non immutat: & in phrenitide defectu aduertentiæ, ſi aliquando apprehendat ſubſtantiam ipſius cerebri, nam vt in plurimũ fertur, membranas pati. Ariſtot. autem habuit oppoſitam ſententiam tertio de hiſtoria animaliũ capit. 19. vbi dicit, neque medullam ſpinæ neque cerebrum ſentire ſenſu tactus. Et ſecundo lib. de partibus animalium capit. 10. quo aſſerit, ſenſus eſſe expers cerebrum: & hunc dicendi modum ſequutus fuit Fernelius libr. de facultatibus: nos vero Galeni amplectimur placita.

Vbi ſenſus ibi tactus.

Cerebrum ſentit ex Gal.

Secundo de alijs partibus animaduertendo, duram & piã matrem nullus dubitat ſentire, ſed & de alis partibus, vaſis, videlicet, cuiuſmodi inuenias arterias & venas: id etiam videtur ſentire Galenus de compoſitione citato, ſecundo lib. de locis affectis capit. primo vbi dicit arterias pulſatorio dolore affici, & ſexto apho. comm. quinto, quo oſtenditur expreſſe non ſolum nomine vaſorum intelligere arterias, ſed venas etiam: vnde quando Galenus 16. lib. de vſu partium cap. 12. inquit, Quod niſi vaſa frangas, aut aliter ſeces, nil dolore percipies, intelligendum eſſe dico, id eſt, quod ſine neruis non vult ſentire, quod colligitur, quia illo loco tantum intendebat tradere cauſam connexionis neceſſariæ quam fecit natura inter venas & arterias, & neruos: vnde inquit oportere has partes nutriri, & ſentire, & quod ſymmetria caloris ſeruetur. Et cum quarto lib. de locis patientibus capit. ſexto docet hoc ſigno ſecerni, an ſanguis, qui reijcitur per os, exeat a vaſis, aut a carne muſculoſa thoracis, quia ſi à vaſis exit ſine dolore, ab hac cũ dolore: Reſpõdetur Gal. nõ negare dolorẽ paruũ proportionalẽ ſenſui, ſed ſolũ dolorẽ, ſicuti in alia parte.

Cerebrum non ſentit ex Ariſt.

Digitized by Google

Doloris variæ ſpecies. Quarto certum ſtatuitur, quod quantumuis dolor ſubeat rationem ſymptomatis, ſiue fuerit pungitiuus, tendens, torpidus, grauis, ſtipulans, feriens, continuus, interciſus, æqualis, aut inæqualis, dum tamen ab eo crucietur homo, etſi non fuerit magna vrgentia, ita vt curatione irregulari, & coacta teneatur vti medicus, ſicuti deducitur ex tertio metho. cap. 73. verumtamen ſui ablationem expoſtulat, ſaltem per ſublationem cauſæ. Et inde medicus curam faciat, eam conſiderando multiplicem, quemadmodum inſinuauit Galenus primo citat. cap. ſecundi libr. de comp. med. localium, & com. quarto deuictus ratione in morbis acutis: quæ cauſæ dignoſcuntur ex modo doloris, vt videre eſt, citato ſecundo de locis affectis: vnde ſi dolor fuerit à caliditate, aut frigiditate, quia facile ſanatur (inſinuante hoc Galeno cita. 2. de compoſ.) nam quando dicit, eodemmodo cum ob redundantes humores, ſiue iuxta omnes capitis partes, ſiue iuxta vnam quancunque, tandem ſiue duas dolor contingat vehementior quidem ob calidos & frigidos, non abſolute ob id ſtatuit illum dolorem malum magnum, ſed collatione facta ad dolorem confectum ex alijs humoribus, aut qualitatibus, vt liquet ex ſequentibus verbis: nam inquit, moderatior autem ob reſicãtes citra caliditatem, aut frigiditatem manifeſtam ſub oritur dolor: humectãtes vero penitus nullum dolorem inducunt, quantum ad qualitatem ipſorum attinet, &c.) arridet dicere, tunc eſus carnium tempore quadrageſimę nõ eſt concedendus a medicis: & minus multo, ſi a ſiccitate oriatur, aut ab afluxu cum humiditate: ſiquidem quam plurimi ſunt homines vexati huiuſmodi doloribus, non vacantes ab operationibus, ſed pluſquam mediocriter potius illis vacantibus, Cephalalgia nempe, cephalea & hemicranea cum affluxu humorum, aut ſecus: verũtamen ſi quis ſenex, aut obeſus frequenter afficiatur his doloribus, poteſt medicus præſtare licentiam de eſu carniũ quadrageſimæ tempore, quia tam longo ſpatio per alimenta generantia humores craſſos, illi facillime corripi ſolẽt apoplexia: quod colligitur ex Paulo loco citato: & nos vidimus hominem quendam, & mulierem ſine dubio interfectos ex eo, quod ipſi obeſi carperint quadrageſimæ tempore, medico non indulgente de eſu carnium, ſed potius conſulente animaduerterent, potuiſſent ne ouis, & quibuſdam alijs vitam agere, piſcium condimenta ſuſcipere: & alimenta lacticinia: quæ facillime ſolent caput aſcendere, & tentare, vt notum ſatis conſpicitur in vtentibus intempeſtiue lacte, &

Dolor detrahendus.

Ex modo doloris percipitur cauſa.

Quando in dolore capitis non eſt concedendus carnis eſus.

Aliquãdo concedẽda eſt licẽtia.

ſte, & caſeo, qui à ſomno vehementer grauantur, & à dolore capitis: & hinc oportet animaduertere talia genera corporum. Tū etiam ſi conſiſtens homo hemicranea multoties apprehendatur & cum vomitu, poteſt recipere licentiam eſui carnium ſemper duobus diebus tranſactis poſt acceſsionem: & miniſtrare ſuffumigium illi in fine acceſsionis ex telis araneis nimis ſiccis, quo remedio multoties ſum vſus magna cum vtilitate. Item animaduertere oportet, quod ſi homo patiens dolorem fuerit concionator, Cathedræ moderator, confeſſarius, aut perſona valde neceſſaria in republica, & propter dolorem teneatur vacare ab opere, bene poteſt indulgeri, vt carnes comedat: nulla enim lex tenet contra charitatem; neque præcipit contra nimis vrgentem neceſsitatem: & ſic tenetur medicus præ oculis habere, quod dolor capitis, dicente Gal. 6. apho. 10. fit, aut propter inflammationem, aut propter crudos humores in capite aceruatos, aut propter ſpiritū flatuoſum, aut propter multitudinem ſanguinis, aut propter bilem mordacem, aut propter temperaturam: & quando fit cum tenſione ſine grauitate, ac pulſu, ſignificat ſpiritus crudi ac flatuo ſimul titudinem, cum pulſu membranoſi corporis inflãmationem, cum grauitate multitudinem intra membranas contentam, primo de arte curat. ad Glauc. cap. 15. & addit, quod cum mordicatione oſtendit vaporis vel humoris acritudinem: vt animaduertat medicus, quomodo iudicaturus fuerit de capitis doloribus, vt præſtet eſui carnium indulgentiam, interrogando iuxta Galeni præceptum ſecundo de comp. med. localium capite primo, cum inquit, Quapropter in doloribus circa caput ægros interrogare conſueui, qualis nam eorum qualitas ſit: quidam enim velut erodantur corpora, doloris ſenſum perceptant, quidam vero velut diſtendantur, aut grauentur, aut tundantur, aut ſolius vehementer inualeſcentis caliditatis aut frigiditatis, ſiquidem enim velut erodantur, aut pungantur ſenſerint, vel humorum vel huiuſmodi flatus, à credo cauſa putanda eſt: ſi vero citra morſum diſtendantur, repletionem diſtenſarum partium, vel ventoſum flatum, vel permulti humoris influxum cauſam putabimus: in quo genere inflammatio, & eriſipelas exiſtit, &c. Verum quia hic non agimus de dolore capitis, prout eriſipelati, aut alio ingenti morbo coniungitur: hac equidem ratione non eſt, quare eſſet dubium de carnium eſu, ſicuti nec quando per conſenſum naſcitur ex affecto ventriculo aliquo genere vermium, aut quouis aliquo

Suffumigium probatum.

Cauſæ doloris capitis.

Signa ad doloris capitis cauſas cognoſcendas.

Digitized by Google

affecto,de quo nec apud adoleſcentes medicos eſt dubitatio:ſed de ipſo ſolo nullo alio affecto cognito,etiam ſi,vt ſymptoma inuoluat affectionem,aut ſaltem neutram aliquam diſpoſitionem: ipſe autem dolor ex quacunque cauſa(inquit Cardanus,referente Ioanne Iacobo Vucchero Baſilienſi lib . de ſecretis) leuatur præcantatione hac:verba ſunt hęc auctoris. Capitis dolorem leuare vidi ſuſpenſum chirographum,vt hic vides, & recitando ter orationē dominicā vocatā.

Milát ☨ *Vitalot*

Vah.

Quod ex Hebræo latine videtur ſonare liberauit virgines in ea.

Subdit præterea,Magnes ipſe capiti admotus dolores, omneſque querelas eius obliterat : quod ex veteribus commentarijs ſe tranſtuliſſe ſcribit Olerius:aſt quia hic non inquirimus integram curationem : curans videat fuerint ne vniuerſalia remedia , antequam ad localia auxilia empirica,vel methodica perueniat neceſſario applicanda: vnde ad rem reuertentes dicimus cum Gal. primis locis dolorem capitis ſine alio non inuoluere periculum, & inde ſtatuta fuit illa regula.

Secundis vero locis, prout coniungitur alijs ſcilicet inflammationibus,ſeu morbis à comitiali,&c.exiſtimandum eſt grauem & difficilem cap.dolorem:& inde poſſe ex illo , quia iam & illa incęperint,ſicuti ex cōiuncto præſagire mala circa aliorum auctorum ſententias:vt ſignum igitur potius,quam vt cauſa indicāt malum,quia rem difficilem contingit occultare.

De Auribus.

Aurium partes.

VLterius animaduertenda eſt pars altera ad caput ipſum attinens,quę auris nuncupatur, & viæ ſunt, medijs quibus ſonitus peruenit ad inſtrumentū auditus, membrumque cartilaginoſum anfractibus quamplurimis inuolutum ſe terminans ad foramen petroſi oſsis capitis: & quia neruos continet , cartilagines , & inſtrumenta ad auditum ex illis conflata,inflammationes patitur , dolores,ſurdities, ſeu auditus graues,de quibus prout ad noſtrum attinet inſtitutum,placet nonnulla dicere . Primo , quod hic non loquimur de inflam-

inflammationibus aurium, quatenus Chriſtophorus à Vega 3. lib. de arte med. ſec. 3. cap. 1. dicit mentem fuiſſe Hippoc. morbi ſubire naturam periculoſi, & interimere intra ſeptimum, nec prout vulnera, exulcerationes, ſanies, & alia huiuſmodi continet de quibus late Gal. & de aurium curationibus ſermonem facit, libro 3. med. localium per totum c. Primo quia tunc certũ eſt, quod eſus carnium non eſt interdicendus, ſed ſolum dum apprehenduntur dolore aures nullo viſo nec ſuſpecto ex illis (ſicuti multoties contingit propter flatus aliquos, aut diſtemperiem paruam) quo euẽtu, neque præſenti ſonitu, etiamſi aliquantulum duret, conuenit eſus carnium, quia nec malum protendit vt cauſa, neque vt ſignũ: nam dolori illi paruo pro calore fit ſatis inſtillato roſaceo, pro frigido oleo amygdalorum dulcium, aut rutaceo, & pro vtriſque indifferẽter, cochleis confuſis & diſtillatis auribus, mirifice curabis. Tinitui vero ſatisfacies hoc remedio. Recipe olei amygdalorum dulciũ, & amararum ſing. vnc. iii. ſucci radiculæ, & vini albi optimi ana vnc. i. pulpæ colocyntidis ſcrup. i. coquantur ſimul vſque ad conſumptionem ſucci & vini, & poſtea applicetur auditui aliquo inſtrumento. Confert etiam vapor eleuatus ex vino, vbi decoctum fuerit abſinthium: & illud remedium ruſticorum, quod ſcribit Galenus de remed. paratu facilibus, quod eſt huiuſmodi. Recipe cæpam albam & caput allij, ſimul conterantur, ſuccum extrahe, & auribus infunde: ego multoties appoſui, & quibuſdam viſum fuit operari mirum in modum.

Quid obſeruãdum in morbis aurium.

Remediũ expertum ad dolorẽ aurium.

Ad tinnitũ aurium.

Tertius affectus auribus, ſeu animali perueniens medijs auribus maiorem inuoluit difficultatem, ſurditas, ſcilicet: nam ipſa ſolent quidam affecti oriri: alij poſt morbum, aut per ipſum morbum eãdem adipiſci: alios autem citra morbum cognitum, quaſi repente ſurdos fieri viſum quidem eſt: & ego ter vidi duos ſcilicet homines, & mulierem vnam, circa decimam horam noctis recte audire, altera autem die ſummo mane non ſolum difficulter audire, verum neq; vllo fere modo. Qui oriuntur ſurdi, quia à natiuitate ſic fuerint, ſurditatem naturalem habere ſcribunt auctores cap. proprio de ſurditate: cuiuſmodi fuit Neapolitanus ille, de quo legitur, quod eius caluaria inuenta fuit ſine foraminibus auricularibus. Cuius ordinis, ſicuti affirmat Cardanus libr. 2. de vtilitate capienda ex aduerſis titulo de ſurditate, omnes ſunt & muti, eo quod diſcamus audiendo loqui: cui ſententiæ fauet Megia illo libro ſuo de lectione varia capite 36. cuius rei aduocat

Surdi à natiuitate.

Plinium,lib.10.naturalis hiſtoriæ teſtem,hic nanque capit. 69. ſcribit, Auditus cui hominum primo negatus eſt,huic & ſermonis vſus ablatus: eidem ſententiæ videtur patrocinari Ariſtotel. quarto de hiſtoria animalium capit.9.quo habet, qui ſurdi ab ortu naturæ ſunt, ijdem etiam muti:nam & ſi poſſunt emittere vocem,non loquutionem:ſed equidem hic dicendi modus non caret difficultate:multi enim loquuti ſunt, qui nunquam audiuere pueri:& inde ille auctor loco allegato dicit,omnes homines oriri non ſolum mutos , ſed & ſurdos iuxta Ariſtoteles ſententiam locum non adducit,poterit tamen comprobari id ex quarto citato de hiſtoria animalium capit.9.& tertio problematuũ ſec. 11. vbi aſſerit,Pueri balbutiunt,quia ſicut cetera membra non poſſunt regere,ſic nec linguam:antecedens illud primo fit notum ex hiſtoria relata a Plinio lib.11.naturalis hiſtoriæ illius pueri , aut potius infantis loquentis ante quintum menſem verba quædam, a quo ceſſauit munere vſque in determinatum tempus,ſecũdo fit compertum ex alia hiſtoria,quam adducit Petrus Aponenſis particula 11.problemat.proble 27. in Ariſtoteles eueniſſe preſente Halieben ragel, de illo infante,qui,cum compleuit a natiuitate 24.horas,incepit loqui , & dicere,Ego ſum natus ad indicandum amiſsionem regni Agedeir,& deſtructionem gentis Almanæ: An hæc puerorum iſtorum auribus peruenere:aliaque multa huius generis longa ſatis recenſeri digna ? dicere autem hæc monſtra omnia,vt de illo vltimo refertur loco citato, & ſic & reliqua,quare ab eiſdem regula nequaquã ſumenda : reuera multa ſunt monſtra,ſed recipio libenter: & rogo ab illo auctore , nunquid oblitus fuerit eorum,quæ dixerat capit.25. eiuſdem operis, quo inquit,ſi duo pueri in deſerto collocentur loco, vbi neque perueniant gentes a quibus pueri audire valeant aliqua nũquid loquantur.Reſpondit ipſe ,loquerentur ſine dub.ſaltem prima illa, & naturali lingua(ipſe dicit) Hebræa: qua iuxta doctrinam Beati Auguſti.lib.de ciuitate Dei,& ſancti Iſidori lib. 9. ſuarum Ethymologiarum capit.primo Deus loquutus fuit ad Adam , & prophetas(& inde recenſenda prima,potius quam Caldea,vt alij exiſtimauere)& ad omnes homines: donec propter ſuperuiam & illorum malitiam orta fuit diuerſitas linguarum,& confuſio , ſicuti quis legere poteſt geneſeos 11.ergo ex ſententia eiuſdem bene poſſunt homines abſque dediſcendo , & audiendo , illam loqui linguã,quare ergo,ſi non eſt aliquo vitio alligatũ inſtrumẽtũ loquẽ-

Surdi non neceſſario muti.

Loquentes ſtatim a natiuitate.

Lingua hebræa prima

Digitized by Google

loquendi,etiã ſi non audiant,reliquas non loquerentur linguas?

Secundo Troglodita,& Zercomãdæ(ſicuti legitur in Theatro humane vitæ)recte audiunt,non tamẽ loquuntur:loqui ergo, aut ſecus non tam ex audire,aut ſecus ſuam continet radicem , quam ex alia cauſa. Dices,quæ ipſa eſt?Reſpondetur,impedimẽtũ inſtrumentorum loquellæ,ſic deducitur ex Ariſt.4.cita. de hiſt.animalium ſub his verbis,quibus animantum lingua libera abſolutaq; non eſt,ea neque vocem emittunt,neq; ſermocinãtur, &c. & hinc refert Nimphus in expoſitione eiuſdem loci, propterea quibus deficit lingua,vt inſectis,mollibus,teſtaceis,& cruſtaceis,nec vox nec loquutio:cui ſententiæ arridere videtur Gal.locus 8. de vſu partium capit.1.quo habetur,animalia ſunt muta, quibus deficit collũ,nam & tunc deficient & inſtrumenta aliquot,aut quid illorum gerens vicem. Hinc etiam Auic.fen.6.lib.3.ca.16. & fen. 10. tract.2.cap.primo homines immuteſcũt pro alligatione linguę ſciſione,aut aliarum partium ad ſermonem deſeruientium:alligatio vero multis contingit de cauſis,Hipp.nanq; 7.apho.58.dicit:fiũt muti quibus cerebrum aliqua ex occaſione concuſſum fuerit:cuius rationem docet Marſilius eſſe in expoſitione eiuſdem loci, quia pro commotione cohibetur delatio ſenſibilium,& motiuorum ſpirituum:quod ad rationem illius operis ſeruire aut in genere cauſæ materialis, aut quapiam ratione aliqua tenemur fateri. Hinc itidem Gal.8.de anothomaticis adminiſtrationibus c.6.dicebat,quibus tranſuerſa tota medulla ſpinę, &c.lib. de neruorũ diſſectione c.10.quib⁹ impediti ſunt aliqua ex cauſa muſculi exiſtentes & nerui ad radicem linguæ 4.de locis affectis ca. 6.ſi vel claudentes,vel aparientes guttur,muſculi immobiles reddantur, qui ſic afficiuntur,obmuteſcunt:has & ſimiles cauſas apud Hip. Gal.&reliquos iuuenio,nulla mentione facta de inauditione,aut auditione,quantum ego inuenire potui:quod ſi fuiſſet, exiſtimo, quod tantus ille Gal.in annumerãdis cauſis vitiorum corporum prouidus non tacuiſſet:cum & neutrorum ſtatuum præter naturaliũ,non naturalium,& impotentiarum naturaliũ cauſas etiã enumeraſſet diſtinctione magna,vt cõſtat ſecũdo de locis affectis dum inquit,etiam ſi integer acinnus ſine commutatione perſeueret in ventriculo,nec morbus , ſed naturalis impotentia exiſtimanda: erit ergo reſolutio, quod ſi non adfuerit impedimentum in aliquo ex annumeratis (ſermonis aut vocis)inſtrumẽtis à Gal. cit.4.de locis cap.6.notatu dignum,nequaquam homines,etiam ſi ſurdi,

Cauſę quare muti fiunt homines.

Digitized by Google

ſi ſurdi, fiet muti: nam quantumuis audire pręſtet ad diſciplinas veluti docet Ariſtot. lib. de ſenſu & ſenſili capit. primo, aut ad adipiſcendas has vel illas linguas: veruntamen ad loquendum illam perfectiſsimam linguam naturalem, audire non eſt opus, & ſic dum non adfuerit impedimentum, citra auditionem poſſent & illam loqui homines, iuxta quem ſenſum intelligendus eſt Ariſtotel. loco allegato quarto de hiſtoria animalium capit. 9 vbi Niphus videtur & illum amplecti, dum ipſe conciliare nititur illas duas Ariſt. propoſitiones, nempe, loqui ab arte eſt, & illam, loqui a natura eſt, dicendo quod eſt loqui ſic, vel aliter & hoc ab arte, & eſt etiam loqui, dum ſumitur loquutio pro voce: id eſt, naturali modulatione, quod eſt a natura, ſed nos vniuerſalius adhuc iuxta modum ſcriptum loquimur.

Ariſt. explicatur.

Præterea & noſtrum dicendi modum confirmat Corrella in ſuis interrogationibus aſſeuerans mutum hominem non eſſe, ex eo quod audiat: aut mutum, ex eo quod non audiat, ſed propterea quod neruus auditorius ita eſt cōiunctus neruo ad linguam deſcendenti auditioni obtemperanti, vt fuerit neceſſarium læſo altero alterum vitio alligari. Sed hæc ſententia illud inuoluit difficile de connexione lęſionis in illis neruis: nam ſi, vt fatentur omnes Anothomici, & ſecundo de anima Ariſt. ex ſeptem paribus neruorum radicē ducentibus a cerebro par tertius potiſsime deſcendit ad linguam deſeruiens motui, & ſenſui: quintus autē par auditum percurrit, hæc autem diſtantia ſufficiens conſpicitur, vt poſsit diſtemperari vnus ſine alio, & vitiari, ſiquidem ſpinalis medullæ medietas vitiatur altera medietate illæſa, vt confitentur medici in paralyſi vnius lateris tātum: maior tamen vnio hic reperitur, quam ibi, & in natura partis minor diſsimilitudo, nam vna fere continua ad oculos iudicatur ſpinalis medulla, etſi telicula tenuiſsima fuerit diſcontinuata: at nerui illi duo corpora conſpiciuntur nō ſolum diſcontinua, verum & diſtantia ſatis, quamobrem placet aſſerere, poſſe vitiari alterum altero illæſo. Quando vero homo fit mutus & ſurdus, vterque lęditur neruus, & ſic a natiuitate ſurdus, & mutus inuenitur, caſu tamen, non illa neceſsitate, & ſi poſſibile recipiamus ex vnius læſione, & alteri mandari lapſum: ſecus ſequeretur, Tragloditæ & Zereomandę illi dicti recte audientes, quod loquerentur, aut ſi non loquerentur, neque audirent. Et confirmatur hæc pars: nam poſt morbos quotidie videmus, aliquos fueri ſurdos, & non mutos, & è contra: ego vidi hominē

Homines muti propter morbū.

Propter quid læditur inſtrumentū auditus illæſo inſtrumento loquelæ & e contra.

Quare ſimul homo ſurdus & mutus.

hominem quẽdam: quod impoſsibile foret, ſi illa cõnexio illorum neruorum, vt dicebat Corellas, eſſet neceſſaria: muti ergo omnes a natiuitate, ſunt & ſurdi, quia extendatur lapſus ad vtrumlibet ex venis, & non ex eo quod vno affecto neruo neceſſario & alter ſit vitiandus propter connexionem.

Dubitare tñ quis poterit & merito circa ea, quæ dicta ſunt de infantibus fari incipientibus ante ſtatutum tempus a natura, & ceſſantibus poſtea vſque ad illud tempus, nunquid ſit ętas a natura data, & terminus præfixus loquutionis hominum, an vero ſecus, ſecundum illud Ariſtotelis particula 11. problematum probl. 27. vbi ſcribitur, Pueri nonnulli ante quam ætas veniat, quæ vocabula ſuo tempore explanare poſsint, fari incipiunt. Rei quidem huius cognitio, & determinatio multum conferre poteſt vtilitatis in re medica. Nam ſi infantem viderit medicus præſente iam illo tempore, non dum incipientem fari, aut turpiter, tenetur applicare remedia, ſi quæ ſunt in arte potentia linguam ſoluere, vt ſatisfaciat ſuo muneri.

Dub. ſecundum, an ſit hominibus determinatum ad loquẽdum tẽ tempus.

In hac dub. hiſtoriographus ille citatus antea dicit, quod huic dub. ſine diſtinctione nequit ſatisfieri: propterea quod ille, qui in ſuo habuerit exortu Mercurium Planetam in aſcendente & directum & orientalem, citius loquitur, & multo ante quam, vt in plurimum ſolet contingere iuxta aſtrologorum mentem inquit iſte auctor: verumtamen ipſe non recte conſilium ſuſcepit de hac re, nam Mercurius ex ſe planeta eſt indifferens, vt videre eſt apud omnes aſtrologos proprio cap. de Mercurio, adeo, vt dicatur bonus cũ bonis, malus autẽ cũ malis, & ex ſe ſolũ commune quid & vniuerſale ad ſcientias inclinãs recenſetur: determinatur autẽ ad hanc vel ad illam rẽ, prout cum hoc, aut cum illo adiungitur: quapropter ſi perueniat ſimul cum alio planeta loquutioni conferenti, iuuabit ad deligationem inſtrumentorum loquelæ, ſi vero cum infortunato ſecus: denique, ſi plures aſcendant Planetæ monſtrum videbitur in hoc genere, ſicuti ſcribitur de infante loquente ante vigeſimam quartam horam ſui ortus: nam aſtrologi quidam aſſeuerant, quod fuit aſcendens octo gradus libræ terminus Mercurij, & in ipſo fuerunt Iupiter, Venus, Mars, & Mercurius: veruntamen Mercurius planeta, etſi illam cõtineat communem rationem, amplectitur particulariter quodammodo dominium ſuper ſermonem, quapropter Hermes etiam dicitur, & facundus, & eloquens, vt Mercurius, referente Diodoro lib. pri-

Mercurius præſtat ad loquutiunẽ

mo

mo rerum antiquarum: & hinc potuit ſurripere occaſionem referendi hyſtoriographus ille talem ſententiam: ſed quia hoc quantum ad inſtitutum de re medica nil oſtendit animaduerſione dignum, audire decet Mocrobium lib. primo in ſomniũ Scipionis, quo ſcribit, Tempus & ætas determinatum & natura datum, eſt vigeſimus primus menſis completus, ſeptimus vero annus ad perfectionem pronunciationis literarũ vocalium. His ergo tranſactis, quoad primum & ſecundum medicus præſtet pro ſuo munere faciendo in hac re, nam ſecundum aliquando procedit ab incunabulis, aliquando ſequitur morbos vt paralyſim, cõuulſionem, inflãmationem, abſceſſum, ranulam vel continui ſolutionem, ita vt dicant pader, pade, dodigo, papater, &c. huiuſmodi, vitiata ſane pronunciatione.

Vigeſimus primus menſis tempus loquendi.

Conſequenter diſcutiendum ſequitur, ſurditas naturalis (occaſione cuius omnia hæc in mediũ attulimus) curationem ſuſcipiat, nec ne? nam quod fuerit morbus, ipſa oſtendit ratio ex definitione morbi ſurrepta, lædit nanque operationes animales ſenſitiuas, non quomodolibet, ſed ablatim. Verum ſi curationẽ non recipit, quorſum inueſtigare contendimus, conueniat ne eſus carnium ſurditate naturaliter affectis. Dubij eſt ratio, quia Gal. ipſe, aut ſaltem auctor lib. de med. paratu facilibus cap. 10. inquit, ad ſurditatem naturalem: capræ nuper iugulatę cornu caprino lotio impleto & ad fumum perdices nouem ſuſpendito: deinde vtere: lib. etiam de Dynamidis, titulo ad aurium vitia, ad vetuſtiſsimam ſurditatem deſcribitur hoc remedium. Recipe oua formicarum, tere, per linteum cola & adde poligonij ſuccum, auribus infunde, vetuſtiſsimum emendat ſurdum. Euonimius etiã in ſuo theſauro inquit, hęc aqua quancumque ſurditatem curat, iuuentutem conſeruat & amiſſam ſpeciem reuocat Recipe mellis deſpumati lib. j. aquæ vitę ſemi libram, ligni aloes vncias tres, gũmi arabici vncias duas, nucis muſcatæ, galangę, cubebarum, cinamoni, maſtichis, cariophilorum, ſpicæ nardi, moſchi, ſing. dracmas tres, ambræ dracmas duas, hæc omnia pariter trita miſce liquidis & deſtilla. Intinctũ ea linteum ſuperponatur. Auic. item fen. quarta lib. 3 capit. quinto quod deſcribitur, de cura nocumenti auditus, poſtquam capit. tertio eiuſdem annumerauit tres ſpecies, aut modos ſurditatis, dicens, & ſcias, quod nocumentum auditus aut eſt ab origine, & eſt ſurditas; aut tarax, aut vechar natiua, aut eſt accidentale, & intentio quidem ſurditatis eſt

Dub. 3. an ſurditas naturalis ſit curabilis.

Ad ſurditatem naturalem remedium.

Aqua mirabilis.

Surditas tripliciter.

Digitized by Google

tis eſt præter intentionem tarax, & hæc accidentalis ſurditas dicitur ab autoribus, ſecunda ſpecies ſurditatis: 3. nominatur recens ſurditas, vel guacren, inquit & confert omnibus illis ſuccus rutæ cum melle, & caſtoreo & oleo Anetheno, & vrina caprina, & felle eius, & proprie cum Galbano, &c. & omnibus hæc etiam prodeſſe remedia, Auctor marginalis affirmat exiſtimaſſe Gal. 3. de comp. med. localium capit. 1. cum inquit, eſt hæc, & aſphodeli radices oleo veteri incoctas vtiliter infundimus, caprinaque vrina aſsidue eluimus, &c. ſi igitur omnibus auditus nocumentis conferre illa aſſerunt remedia, ergo curare nituntur ſurditatem naturalem, tum, & nimis inueteratam: denique Rondoletius lib. de curandis mor. a quam conficit ad decenniam ſurditatem.

Contra omnem ſurditatem.

His tamen neque obſtantibus, practici cap. de ſurditate affirmant, non ſolum a principijs generationis contractam ſurditatem curationem non ſuſcipere, verum neq; antiquam & inueteratam, quam vocant, duobus tranſactis annis: docet ſic Rondoletius in methodo cap. 69. Taranta lib. primo ſuæ practicæ cap. de aurium affectibus, Iacobus ſuper Auic. loco allegato f. 4. c. 3. cum inquit, prima eſt illa ſurditas, quæ naturalis eſt, & congenita homini, vel guacrem, aut tarax, eidem conſimilis, quæ nullo ſuffragio medicinæ ſanatur, nec ſanari poteſt: ſecunda eſt ſurditas guarcen vel tarax accidentalis, quæ licet non ſit a natiuitate: diu tamen durauit, & cronica facta eſt, atque habituata, qua propter cura eius difficilis valde eſt, imo nec ſanandi admittit ſpeciem: raro etiam accidit, vt ſanetur ſurditas, quæ duobus annis integris durauit: raro magis illa quæ diutius permãſit, ex quibus reuera dubitatio ſatis anceps reddita eſt.

Surditas naturalis non recipit curationẽ.

In hac difficultate certum exiſtimo, nullum dubitare ſurditatẽ ſimilẽ illi quę eſt ab ortu, quia in caluaria defuere foramina auricularia, eſſe inſanabilem, neque expoſcere licentiam ad eſum carnium interdicto tempore, propterea quod nil pręſtabit ad depaſcendum tale vitium, neque medicamentum, neque aliquod genus aut victus ratio. Et de hac ſatis optime verificari poſſet 2. pars dubij, quia vt naturalis, nec recens, nec inueterata poſſet cedere remedijs: aſt naturalis poteſt vocari, quia naſcatur homo ſurdus propter verrucam, ſcirrum, aut callum orta in via illa, qua media fit auditio, & quia hęc curari poteſt, vt docet Vega loco allegato, hinc poſſunt auctores adducere illa remedia ad ſurditatem naturalem: quinimo, ſi recte perpendamus, omnes fere eadem in me-

Surditas quæ inſanabilis.

Surditatis cauſæ.

in medio oſtendunt remedia: nam Vega inquit, talis ſurditas curãtur cum oleo amygdalarũ & colocynthidis medulla, aut ſucco cucumeris cum melle, quę vim continent eandem cum remedijs Auicen. Galeni & aliorum antea depictis. Aſſerere tandem tranſactis duobus annis non curari, ſolum obtinet virtutem propoſitionis medicæ, quæ non excludit raros caſus, ſicuti illa Hipp. apoplexiam fortem ſoluęre impoſſibile, cũ tamen viſum fuerit quãplurimos poſtea viuere, & a monumentis ſurgere: vt quis legere poteſt in theatro vitæ humanæ, & in officina Textoris: igitur propter hoc potuere auctores adducere, & deſcribere remedia ad ſurditatem poſt duos annos, quia aliquando ſanitati fuerint reſtituti aliqui hac ratione ſurdi, aut ſaltem quia ſit poſſibile & factibile ſatis, ſanitati reſtitui eoſdem; verum neque his præſtanda eſt licentia eſui carnium, niſi aliquod occurrat accidens id expoſtulans: dignoſcuntur vero cauſæ iſtę, quia ſpecillo tanguntur & quandoque viſu deprehenduntur.

Surdi, quibus nõ eſt cõcedenda licẽtia eſui carnis.

Aliæ cauſæ ſurditatis.

Ex eiſdem cauſis ſolent poſt natalitiam, & poſtquam audiuere nonnulli, ſurditate affici, ſicuti ex carne adaucta ex cicatrice relicta a vulnere, ex lapillo, cimice, nucleo, ſordibus, humoribus, & huiuſmodi alijs de quibus ſcriptum eſt lib. ſexto codicis titu. 22. nullus eſt ſurdus poſtquam audiuit, & habuit vocem articulatã, adeo, vt ſiquis ſupra cerebrum eius loquatur, non audiat: cuius poterit ſignari ratio, quia inſtrumentum auditus terminetur vſq; in duram & piam matrem adhuc: & inde quod recipiatur vox, ſicuti quidam in pectore vlcerati deguſtarunt aquæ mellis dulcedinem, qua vlcus curabatur: verum illam propoſitionem intelligerem veram dum ſurditas facta non fuerit propter diſtemperiẽ accingentem & illas partes, cum quibus ſimpatiam, aut terminationem inſtrumentum auditus adeptum eſt. Ab his ſurditatis generibus etſi quã plurimi remedijs medicis fuerint vindicati, vt refert Ariſtides, lib. de rebus in Italia geſtis, Plutarchus libr. primo capit. 35. & Fulgus libr. primo capit. 16. ſi ego curationẽ tentarem, cum ex carne aborta fuiſſet ſurditas, ex ſordibus, lapillo, cimice, nucleo, non concederem indulgentiam carnium eſui tempore quadrageſimæ, quia facillime hæc extrahi poſſunt: ſed miniſtrarem victus rationem & reliqua iuxta Gal. doctrinam citato tertio de com. med. localium cap. primo: ex plaga vero, multitudine humorum, aut fractione aliqua ſi fuerit ſurditas contracta, libenter permittendus eſt carnium eſus.

Per cerebrũ audiũt aliqui ſurdi.

Quãdo in ſurditate nõ eſt concedenda licentia eſui carnis.

Aliquãdo cõcedenda.

Alius

Digitized by Google

Circa aures Parotis quid.

Alius affectus etſi non auribus, partibus tamen prope aures contingens, ſcilicet radicibus auris, parotis nuncupatur: paroti-des vero fere ſemper ſcribunt auctores ab Alex. Græco ſolenni parotide vocantur à para, quod eſt iuxta, & ota, quod eſt auris, referente Iacobo de partibus ſuper Auic. fen. 4. 3. capite 24. vnde Celſus lib. 6. capite 16. potuit arterias duas, dextram & ſiniſtram ſcilicet ſerpentes iuxta guttur, & ſurſum procedentes iuxta aures parotides appellare: & aurium cincinnæ apud Iulium Pollucem hinc etiam vocantur parotides. Ex quo patet, lato vocabulo vti auctores Græcos, cum dolores, qui iuxta dentes in gingiuis ſolent oriri, vocant parotidas: ipſæ autem ſic deſcribuntur libro de diffinitionibus medicis, parotides abſceſſus ſecũdum aures ſunt: ſuccedunt magna ex parte febribus, atque ab his liberant: & hinc Paulus capite 23. dicit, Parotis glandularum iuxta ipſas aures affectus eſt, materia morbi illic eructante, alias à capite humoribus videlicet in eo in pactis, alias à reliquo corpore in febribus critico modo proueniens. Docet igitur ſicuti Galenus, ſi Gal. auctor eſt libri de definitionibus medicis, aliquando parotides fieri ſine febribus. Inde equidem dictum eſt, ſuccedunt magna ex parte febribus, & tunc adhuc dupliciter, ſicuti recte adnotat Doctor Mercadus libro de febribus peſtilentibus, & malignis tractatu de ſymptomatum correctione, dicens parotides fieri aliquando non minus letales, quam quoduis aliud malum: aliquando vero ſalutares, præſertim dum eo ſtatu ſuperſunt vires. Verum ſiue lætales, ſiue ſalutares aſſocientur febres laborioſas, aut ſecus, iuxta doctrinam ſcriptam quarto apho. 74. aut materiam aliquam pernicioſam, non eſt denegandus carnium eſus eiſdem affectibus tempore interdicto. At ſi cauſam contraxerint ex pituita, quia nil habent dolori ficum, aut difficile, niſi aliud adfuerit, eſus carnium fruſtra conceditur: ſufficiunt enim tunc piſces ſaxatiles, oua, caules, maluæ, docente id Traliano lib. 3. cap. 2. ad finem: & quantumuis aſſerat: Quæ autem ſine febribus exiſtunt inter initia, ſi piſciculum, aut aphratum, aut columbum aſſumpſerint, nil offendentur: non exiſtimes inde tibi præſtare indulgentiã eſui carnium quadrageſimæ tempore: bene equidem ſtat columbum non offendere, & tamen eſus carnium quod non fuerit neceſſarius. Quantum ad curationẽ attinet, merifice Gal. cit. 3. de comp. med. localium, & reliqui adducti auctores tũ vniuerſalem curationem, tum remedia localia, Rondeletius in me-

Quando parotidib⁹ affectis carnis eſus cõueniat.

Cibi ad parotidas.

Digitized by Google

thodo c.66. Dioſcorides lib.1.c.78.lib.2. cap.151. lib.5.c.60.& Auic.præter citatum locum lib.1.f.4.c.25.& lib.4.fen.3.tract. 1.c.19. Petrus Foreſtus in ſuis obſeruationibus amplifice ſatis in medio oſtendunt:quamobrem, & quia nunc noſtri inſtituti non eſt,ideo his manum non apponimus,animaduertendo, Galenum cap.2.3.lib.citati localium medicamentorum propterea dixiſſe, Parotides è genere quidem ſunt inflammationum, fiunt autem glandulis circa aures affectis, non tamen in ipſis vtimur prima parte curationis partium inflammatarum: in illis enim vt plurimum curatione reprimente, ac repulſoria à medicis appellata vti non conuenit &c. propterea quod iſte affectus partibus eneruiat ab ipſamet natura conſtructis, vt reciperent excrementa, ſicuti ſub alis, inguinibus, & ſub mandibulis contigiſſe conſpicitur:non quia circa partes principes ſuboriatur, ſiquidé in phreniticis repellentia ponuntur, cum tamen non ſolum prope principem partem, ſed in ipſis homines tale patiantur malum, liquet illud ex Galeno tertio lib. de ſimplicium med. facult. capite 4. his verbis, at Herodotus medicus præ eximia videlicet ſapientia, ne miſtum quidem aceto roſaceum quod proprie Oxyrhodinon vocant, refrigerare nos conceſſerit, poſtea memor illo ſe vti in principijs morborum phreniticorum, &c. nec obſtat ſi dicas potius vt interdicat hoc remedium tradidiſſe ex Herodoti ſententia: ſicuti conſtare poteſt paucis interpoſitis lineis, quo loco ſit. Imo facilius puto fuerat refrigeratum, eo vti, caput perfundendo, auribusque inſtillando, ac naribus infundendo, totamque adeo frontem perfricando, quemadmodum Amaricino, Irino, cæteriſque eius generis vnguentis calidis vti aſſueuimus: non inquam obſtat ex eo quod lib.3. de locis affectis capite 9. quo accuratius morborum non ſolum cauſas annumerat, & eſſentias explicat, aſt & curationem methodicam introducit, non taxat hoc remedium, quin potius videtur illud amplecti, cum dicit, ac ſi coniugatus fuerit affectus per contrariam coniugationem ipſum curare conuenit, vt calidum & ſiccũ humectare, & refrigerare: humidum frigidũque exſiccare & calefacere: atque in reliquis duabus coniugationibus ad proportionem, &c. & paulo inferius: eſto enim, vt à flaua bile in corde & accumulata, & putredine affecta, phrenitis ſit excitata, nó ne delirare videbitur is, qui caput oxyrhodino (id eſt oleo roſaceo cum aceto) perfundere iuſſerit: nam, ſi hoc præſidio phrenitidis cauſa deuaſtari poteſt, non capiti, ſed thoraci ipſum adhibere

Parotis vbi.

In parotidibus non apponimus repellentia.

In phrenitide ponuntur repellẽtia quia à parte nobili pellitur humor.

Gal. recipit oxyrhodinum in phrenitide

adhibere debuerat: nec vniuerſo thoraci; ſed illi duntaxat parti, &c. vult ergo dum phrenitis cauſa in cerebro eſt, ſaltem, ſi illud prodeſt remedium, quod cerebro ipſo applicetur. & 13. methodi c. 21. ſic habet, Cum floccos carpentem quenquam cernunt, & feſtucas legentem audent oxyrhodino cap. madefacere noſtro exẽplo. Ecce, & paulo inferius hoc modo ſcribit: Cæterũ hoc ipſum oxyrhodinum, quod capiti phreniticorum applicamus &c. quã ſequutus doctrinam Auic. f. 1. lib. 3. tract. 3. c. 3. dicit, & pone ſuper cap. eius in principio oleum roſaceum cum aceto infrigidatum niue, &c. eandem etiam recepit ſententiam Rhaſius 1. continẽtis tract. 18. c. 2. ſed quare circa hoc moram facimus? equidem videbimur oleum, & operam perdere: nunquid ratione ex principijs à philoſophiæ peritis comprobari mens hæc poteſt? ſcriptum quidem inuenitur apud Ariſt. 1. Phyſi. tex. com. 81. Contraria mutuo ſe ipſa corrumpunt: & lib. de ſenſu & ſenſili c. 7. contraria impoſſibile eſt eſſe in eodem, & apud Gal. 4. apho. 76. contraria apponuntur contrarijs: ſi igitur phrenitis à cauſa calida, & ſicca ortũ continet, quare in dubium reuocatur conuenire remedium illud frigidum humidumque, videlicet roſaceum & acetum, oxyrhodinum? dices curando, benetu vero de repulſione ſermonem facis: ego autem id libenter concedo pro primo, ſed & ſecundum etiã amplector. Gal. principijs adſtãs, videas deprecor ipſum 13. meth. cit. c. 21. quo ſic. Atq; hoc quidẽ cõmune vtrique vitio, & ei quod cũ ſopore, & ei quod cum vigilijs incidit, cõmune præterea vtrique eſt, vt oxyrhodinum in principio admoueas, nã repellendus à capite humor eſt, quiſquis is fuerit. Nec ſolum in principio frigida apponit Gal. verum iuxta incremẽtum, vt quibuſdam lineis interpoſitis, aut nullis ſubdit, Iure ergo cũ in ſummo incremẽto ſunt, ijs vitijs, quæ peruigilio & delirio infeſtãt perfuſiones ex papauerũ capitibus applicemus: & paulo inferius, quippe ſopire, ac ſtupefacere principẽ facultatẽ oportet, cerebrũ ſcilicet, quod ſupra modũ incaluit, refrigerando, &c. igitur ſi affectui ſopori adiuncto oxyrhodinum concedit, cũ cauſa frigida adfuerit, methodice curare nõ poteſt: reuulſionẽ ergo quærit, etſi in alio curationi etiã ſubueniat, frigida enim illa & cõtrariantur calori cerebri, & conſtringendo vias fluxuro humori obeunt. Iecori etiam phlegmone affecto quantumuis partis principis obtinuerit naturam, apponit Gal. repellentia, vt quis legere poterit 13. metho. capite 15. ſub his verbis, Proinde de ea, quæ à particulis ſumitur,

Auic. vtebatur oxyrhodinis.

Sæpe vſus Gal. oxyrhodinis.

indicatione deinceps dicam, initio ab ea, quæ à iecinore ſumitur ſumpto: quippe vbi id phlegmone laborat, quę extrinſecus applicātur, ea miſtæ facultatis debere eſſe, poſtulat, idq; nō in generatione phlegmonis modo (eſt enim id omniū phlegmonarū cōmune) quando etiam ſi quis repellentibus tantum illo tempore vtatur, non peccet: en expreſſe, & qua ratione in parotidibus non applicentur repellentia: nam quantumuis eſſet iuxta partem principem pars in qua efficitur parotis, niſi ipſa eſſet emunctorium, & verſus quod multo melius eſt aduocare humores, quam repellere non ire inficeret repellentia. Cum non apponere audent medici repellentia in dolore lateris non debere eſſe propterea, quod pars vicina ſit cordi, vt quidam autumant, quod autem cor pars fuerit princeps docent omnes: nam affecta dura matre apponunt repellentia, & vicinius multo aſsiſtit illi cerebrum, quā cor muſculis intercoſtalibus: viæ nanque patent plurimæ, præcipue in latere dextro, per quas citra peruentum ad cor poſsit humor retrocedere: ſed propterea exiſtimo, non tunc apponi illa remediorum genera, quia reſpirationis inſtrumenta, muſculi ſcilicet intercoſtales præfigore aceti, & aliorum torpore afficerentur, & inepti valde ad motum tam neceſſarium redderentur, cui lapiui obuiam ire maxime conuenit, aut quia à cerebro nō in aliam partem principem expelleretur humor.

In phlegmonibus vniuerſaliter Gal. repellētia apponit.

Sed obijciet aliquis perperam Galenū & omnes medicos apponere repellentia, vt illa, quæ perueniunt verſus partes extrinſecas, intus reuocentur: nam ex eodem 6. apho. 37. ad cutem trāsferri paſsiones ex intimioribus, & principalioribus partibus cōfert, & comm. 4. de ratione victus in morbis acutis: fluxiones, quæ ad cutem veniunt, ſunt ſalubriores: at quotieſcunque in partibus externis applicantur repellentia, his fit obuia: igitur. Reſpondetur, ſine dubio aliquid tunc mali excitari veruntamen quia retroceſſus fit ad totum, illud autem multo melius pro virtutis efficacia poteſt vincere quantitatem aut qualitatem, ſi alterabilis eſt, (alias ſecutius eſſet detrahere talem humorem) ideo vtuntur repellentibus.

Fluxiones ad cutes ſalubres.

De oculis.

Condecorat caput & pars alia, Oculus ſcilicet mirifice adhuc elaboratus, vt aliquo modo ſui opificis excellentiam ſapientiamque maximam velit nobis patefacere: nam ipſe varijs partibus

tibus, ſubſt. figura, ſituque componitur: continet namque humores tres, membranas ſeptem, iuxta ſententiam diuidentium rigide eas: nam quidam ſenario præcingi numero ſolum cogitant, aſſeuerantes propter diuerſos tantum colores diuerſarum membranarum partes poſſe iudicari ſeptem eſſe: continet muſculos ſeptem ad motum, & firmitudinem: vnum quiuis opticum neruum amplectitur ad eius operationem, ſpiritus, & virtutem à cerebro mandatam: de quibus omnibus partibus Gale. longum ſatis ſermonem adducit per lib. de vſu partium, ſecundo de temperamentis, in 6. de mor. vulg. cōmen. quarto lib. 4. de locis affectis, lib. quarto de anothomaticis adminiſtrati. primo de motu muſculorum, lib. de oculis, & ſeptimo lib. de placitis Hippo & Platonis, etſi circa materiam pilorum ſuperciliorum, & productionem eius per Dei potentiam lapſus fuerit Gal. ipſe. Propter tot igitur, ac tam diuerſas partes oculorum, oculi ipſi fere innumerabilia patiuntur morborum genera, aliquot equidem ſine materia, cum materia aliquot. Vnde tumores, vlcera, dolores, tenſiones, obſtructiones partium, incrementa numerus additus, aut diminutus, figuræ aut ſitus mutationes, & videndi noxæ oriũtur, & hoc deprauate, diminute, aut ablate omnino, ſicuti in cæcis conſpicimus, qui iuxta Gal. doctrinam libr. prædicamentorum cap. 10. Carens viſu dicitur cum aptitudine, vt ſeparetur ab hac ratione non videns, cuiuſmodi lapis, & alia id genus, carentia vero debet eſſe vtriuſque oculi deperditio, vt dicit tex. in lege. P e. lib. 10. quamobrem cui in vno oculo eſt orbatio ſolũ, aut pupilla oculi obſcurata, non dicitur cæcus, neque excæcatus, vt notat Baldus, Angel. & Paulus de Ca. in lege binas ædes ff. de ſeruitute orbanorum. Vnde aſſerunt, non eſſe puniendos pœna ſtatuti excæcantis, propterea quod certum fuerit, illis nō fuiſſe impedimentum, quo minus fortia atque laudabilia facta gererent, vt docet de Philippo Macedonũ rege, & de Annibale Quintus Curtius in ſupplementis: & Iuſtinus li. 34. quem maiora multo vno amiſſo oculo quam antea effeciſſe narrant, ſpectat enim hoc ſolum ad genus deformitatis: quod vitium leuiſsimum recenſendum eſt inter corporeas calamitates hominibus euenientes, dicēte Cardano lib. ſecundo de vtilitate capienda ex aduerſis tractatu de deformitate, ſub his verbis, Quis erit mortalium dicere auſus, Platonem, & Ariſtotelem hoc vitij, ſcilicet deformitatis genere correptos (erat enim ille leuiter gibboſus, & ſic ap

Oculorum partes.

Taxandus Gale. circa materiã ſuperciliorũ.

Affectiones oculorum.

Cæcus, non videns, carens viſu.

pellatus, quod latam frontem habuerit: nam ante nomen illi verum fuit Ariſtocles, adeo vt nõ ſolum deformis eſſet, ſed à deformitate quaſi per irriſionem nomen illi inditum ſit: hic vero Ariſtoteles paruus, paruis oculis, gracilibusque cruribus imo totus ridiculus) non fuiſſe in admirationem omnibus gentibus, ac toti poſteritati, ſuis ſummis doctrinis, legibus atque præceptis? igitur ſi orbati illi ad vitiorum genus deformitatis ſolum attinent, nec illis in cauſa eſt, deficiant operationibus, non præſtet medicus illis indulgentiam ad carnium eſum träſactis iam doloribus, purgationibus alicuius materiei, vlceribus, aut vulneribus, alijsque huiuſmodi, ita vt ſolum orbationem, aut obſcuritatem patiatur, & tranſacto tempore curationis illius, duorum ſcilicet annorum: alias grauabit medicus cõſcientiam ſuam. Pariter iam excæcatis omnino poſt morbum aliquem hæc animaduertetur, & ſeruabitur regula: malum equidem nec eſt vnde augeatur, nec vnde reſarciatur niſi miraculoſe, ſicuti cæcitas etiam à natiuitate: quare neque his propter hunc affectum eſus carnium elargiēdus eſt à medicis. Patientes tamen viſus debilitatem ſiue in vno oculo, ſiue in vtroque aut naturaliter, aut propter aſſiduum ſtudium, vt multoties contingit, aut propter morbum aliquem, indulgentiam hac ratione recipient à medico. Perſona priuata, ſicuti ij qui dant operam literis, aut muneri maximo in republica, abſolute licentiam poteſt recipere: at vero perſona alterius ordinis, ſi tranſactis duobus annis non peius nec melius ſe habet, à tempore animaduerſionis, cum quibus vis comeſtionibus, non gaudeat licentia: nam nullius vtilitatis erit. Vtriſque autem dum optimo regimine vtuntur, maxime confert hæc multoties comprobata medicina in ſenibus, conſiſtentibus, & pueris. Recipe tutiæ optimæ præparatæ, clymiæ, auri, & argenti, Aeſcypri combuſti, ceruſæ bene lotæ, ſpumę maris, ſalis gemmę, ſalis amoniaci, triũ ſpecierum piperis, caryophilorum de geroffe ana. drac. i. cãphoræ ſcrup. i. cum aqua de Euphraſia ſilueſtri, cõficionētur ad modum colirij ad oculos. quod conferat etiam & aqua iſta dicta *del Dean de Cuenca*, multoties ſum expertus in diuerſis ætatibus. Recipe aquę clarificatę nimis lib. iij. aquæ feniculi vnc. vj. ſachari rubri, vnc. iiij. æruginis vnc. ſemiſ. tutiæ præp. q. p. ſalis gemmæ vnc. iij. quæ patiantur triturationem, triturentur, & ſimul cum aquis in olla recenti vitreata recipiantur, & lento igne coquantur vſque ad conſumptionem quartæ partis humoris, continuo deſpumando

Platonis et Ariſt, corpora.

Orbati nõ ſunt indulgendi de carnis eſu.

Cæcis non cõuenit cõcedere licētiam ad illud.

Animaduertitur perſona in oculorum morbis.

Remedia ſæpe experta ad viſus debilitatē.

mando eam: poſtea vero decoctione refrigerata, percoletur per linteum nimis adſtrictum, & in ampula vitrea obſeruetur cera cooperta. Hac, & illa vtatur debilis viſu mane meridie, & nocte diſtillando illas in oculis, mirumque videbit effectum.

Poſt continuam viſus debilitatem; ſequitur interſciſa, & hæc dupliciter, ſeu duplici inuenitur modo: quidam enim obiectum in quacunque diſtantia reſpectu aliorum proportionata & debita non percipiunt: perfecte approximatum tamen exacte & eius partes vident: alij vero, etſi diu ſpecies viſibiles animaduertant, nocte peruemente, aut de illis non iudicant, aut diminute ſaltem, aut deprauate; qui dicuntur pati nocturnam cæcitatem, quod Græci nyctalopas appellant; quoniam etſi interdiu videant, inclinante ſole obſcurius reſpiciunt, noctu vero nihil: & debilitates has quidam aſſequuti fuere à ſuo exortu, alij temporis diſcurſu pro malo vſu alimentorum, & nocturni exercitij: nam ex frigiditate oriri contingit hanc debilitatem, ſicuti & ex humore craſſo pupillam obſtruente, & album humorem incraſſante. Si à natiuitate quis eas adeptus fuerit, non eſt ratio, quare tempore interdicto ei concedatur carnium eſus, niſi ſenſibiliter valde perceperit augeri aſſumẽdo quadrageſimalia cibaria & pati: at ſi talis debilitas (morbo progreſſo) eluceſceret, ſine ſuę conſcientię periculo licentiam poteſt pręſtare illis eſui carnium medicus, cuiuſcunque muneris & conditionis fuerint homines: nam per maiorem incraſſationem humorum obſtructionem integram poſsibile eſt pupillam pati: & inde nec die, nec nocte hominem videre, neque in diſtantia debita, neque in indebita, ſed potius excœcari, aut ſic diminute videre, vt ceſſet ab operationibus, quod eſt fugiendum à medicis, non ſolum efficienter, ſed permiſsiue: nam quantumuis delectabilia eſſent, quę Cardanus adducit ſecundo citato de vtilitate capienda ex aduerſis (cum inquit) Tu ergo, cœce, ſtudijs liberalibus diligentiam adhibeas, ingenio melior, memoria firmior, nullis interim officijs occupatus, nullis diſtractus cauſis, mirum in modum proficere poteris ad multa quam videntes, ſine metu cœcitatis: quod in Cardani gratiam poteſt ſic confirmari, nam Dydimo Alexandrino non fuit cœcitas impedimentum ad latinam linguam: nam cœcus factus ſtudio tamen diſcendi oculorum cladem vicit, ita vt eruditiſsimus euaſerit, videre eſt apud Socratem libro quarto, capite 25. & apud Sozomenum libro tertio, capite 15. Ad poeticam

Viſionis interſciſio.

Cœcitas nocturna.

Cauſa debilitatis viſus.

Quando in debilitate conuenit, & non conuenit eſus carnis.

attem ſine oculis eſſe emolumentum maximum, docet Giraldus dialogo ſecundo hiſtoriæ poëticæ, imo ipſos excæcari, dixit Artimidorus in ſomnis his verbis, cum ſummo ſtudio poëtæ nitantur in contemplando, crebro oculis conniuent, atque claudunt, & excæcantur inde. Ad philoſophiam, & quod plus eſt, ad geometriam non fuiſſe cæcitatem impedimentum Dyodoro Stoico refert Pontaneus lib. ſecundo capit. 8. neque Phano, vt eſſet maximus vſurarius, docente Eraſmo in adagio illo, Phani oſtium. Ophion Meſeniorum vates fuit cæcus a natiuitate, ſed nec illi fuit impedimentum, quin adipiſceretur multa, ſcribit id Pauſanias apud Cœliū, ſimiliter Ariſo regi Aegyptorum nō offuit cęcitas, quin incolam inſulam, quæ Elbo dicitur, aſcenderet, vt videre eſt apud Herodotum lib. ſecundo neq; Ioanni Ciſco Bohemo ad militiam, vt refert Æneas Syluius lib. tertio commentariorum de geſtis Alfonſi: neque ad gubernandum, & corrigendum, fuit nanq; cæcus Appius Claudius, & gubernabat Romanā Rẽpublicam, referēte Plutarcho in Pyrrho, & habetur etiā tertio diggeſtorum titulo primo de poſtulando. Linius Aufidus prætorius in cæcitate ſententiam in ſenatu dicebat, & Græcam ſcribebat hiſtoriam, docet Pontanus libr. ſecundo capi. octauo de fortitudine domeſtica: denique Lucius Metellus fuit cęcus, & datum fuit ei cæco a ſenatu pro munere, vt curru in ſenatum veheretur ad iudicandum: videre eſt apud Alex. ab Alex libr. quarto capi. 11. verumtamen hæc & illa Cardani ridicula ſunt, vt medicus præſtet occaſionem cæcitati, aut adijciēdo hominibus non neceſſaria, aut detrahendo, quæ conueniant illis pro conſeruatione, tū illorum, tum ſuarum operationum ad viuendum, & ad perfecte viuendum. Quapropter exiſtimo exempla hæc cum Cardani doctrina tantum poſſe deſeruire cęcis, aut excæcatis iam, ſeu orbatis: vt his medicus, cuius munus eſt adhibere languidis, miſeris & morboſis remedium, cum nullum aliud inueniat, conſoletur illos, iuxta quod exiſtimo Cardanum loco allegato aſſerere, & ſurdis iam adducamus antidotum, propterea quod vulgo non cōtingit eſſe minoris exiſtimationis conſolationē, quam medicamētorum adhibitionem: vnde inquit, ſi ſurdus es, nunquam ineptias audies, ſecurusque eris ab innumeris malis: ſolemus enim dicere: corrumpunt bonos mores colloquia mala, imo magis ſermonem noſtrum inficiunt: quid aliud nobis Homerica illa fabula (in Odiſſea) Sirenum Vlyſisque ac ſociorum aures obturātium nobis

Cæcorum hiſtoria.

Cæci indices.

Antidotū miſeris cæcis.

bis innuere videtur, quam vt multis aures non præbeamus (quod tu ſurde iam habes) quibus nam? pluribus ſane, quã hi ſunt, quibus præbere vtile ſit, adulatoribus primum, inſidiantibus, improbis, ſcurris impijs, ſtultis, amaſijs, atque his, qui perturbatione animi aliqua detinentur, velut iratis, mœrentibus, auaris, timidis, amantibus iniuriam, laceſsitis: at vide quota pars hominum ab his omnibus reliqua ſit: itaque vndiq; Sirenes inuenias licet. Aſt quia de affectionibus oculorum non ſic grauiter vt contingit cæcis, aut ſurdis pars hæc noſtra huius capitis tenet, ſed ſolum amplectitur nyctalopes & myopes, ſupra dictis ſeruatis, his præſtet medicus hoc medicamem multoties comprobatum, Recipe, fellis gruis, perdicis, accipitris, corui, mellis percolati ſingulorum drac.j. olei ex Balſamo drac.ij. miſceantur bene, & diſtilletur oculis.

Cœci a quibus liberãtur malis.

Medicamẽtum ad nyctalopes et myopes.

Deinceps citra debilitatem conſideratione dignam aliquando homines oculorum doloribus cruciantur, quorum cauſæ animaduertuntur puluis, fumus, rerum acrium ſuccus, aut vapor, ſolis æſtus, aeris frigiditas, inſpectio lucis aſsidua in videndo res nimis ſplendeſcentes, aut in legendo minutiſsimas literas aſsiſtentia: qui aut diu perſeuerant dolores, aut ſecus: ſecundo modo nullus in dub. reuocauit, conueniat ne carnium eſus cum difficulter adhuc per duos aut tres dies perduret: ſi diu autem perſeuerauerit, pariter, niſi in perſona alicuius muneris in republica maxime neceſſarij, a quo propter dolorẽ illum tãtum deſiſteret ab illo opere, nec talẽ indulgentiam præſtarẽ, ſed ſolum conſulerem vti hoc remedio multoties experto. Recipe cadmiæ lotæ Aeſcypri, ceruſæ lotę, acatiæ, ana drac.j. opij, litij, caſtorei, croci, aloes, ana. ſcru.j. mucilaginis gummi arabici, & aquę roſatæ p. ęquales. q. ſit ſatis pro colirio: quo vtatur multoties patiens: & miniſtrarem tempore interdicto pro cibandi ratione oua, piſces ſaxatiles, & litorales, tructas, & piſcem qui vulgo dicitur beſugo, & reliquos, qui poſſunt facile concoqui, nam huiuſmodi piſces dicebat Hipp. ſecundo de diæta, leues eſſe, ſolos polipos grauare & ſepias oculos, deniq; piſces omnes qui inter edẽdũ nec viſciditatẽ, nec ſaporis fœditatẽ, nec inſuauitatem repræſentãt: iuxta Gal. doctrinam, lib. de ſuccorum bonitate, & vitio cap. 3. & piſciumque ad hæc ſaxatilium, &c. dicuntur autẽ ſaxatiles referẽte Gal. lib. de alimentorum facult. cap. 28. quia non in leuibus, aut arenoſis aut terreis litoribus, ſed in petroſis promontorijs, &

Quo modo in doloribus oculorum concedenda licẽtia eſui carnis.

Remediũ ad oculos.

Vi[illegible] ratio

vbi ſaxa ſunt, deliteſcunt, ac pariunt: de quibus ſeu potius inter quos inquit, ibidem, ſcarus excellere ſuauitate creditur: ſecundo, merulæ, ac turdi, tertio loco iuliæ, fucæ, ac percæ, porro alimentum, quod ex eis ſumitur, non modo ad coquendum eſt facile, ſed hominum etiam corporibus eſt ſaluberrimum, &c. a qua doctrina non videtur deuiare multum Auicē. cantico primo 126. dicens, piſcis notus habitans in rupibus eſt cibus congruus vexato ab exercitio & labore: ex quo videtur neceſſario dicendū, mediocris ſaltem digeſtionis eſſe, nā vexati ab exercitio, & extenuati, & aliquantulum calfacti neceſſario generabunt medium ſanguinem, vt dicit Gal. loco allegato.

Contra piſcium eſum Auicen. Obijciet tamen quiſpiam Auicen. taxaſſe piſcium vſum, aſſeuerante id Hieronymo Mercuriali in prælectionibus de oculorū affectionibus capit. ſexto hoc ſermone, Auicen. ſecundo lib. ſcribit piſces facere cœcitatem, & etiam vbi tractat de his morbis ſcribit piſces maxime vitandos eſſe, idque ſequaces Auicēnæ de omnibus piſcibus intellexerunt. Verum Mercurialis loco allegato inquit, reſtricte recipiendam Auic. doctrinam, nā mens Auic. ſolum tenet de his tantum piſcibus, qui craſſi ſucci ſunt, non vero de omnibus: Auic. autem verba ſunt hæc lib. ſecundo tract. 2. capit. 553. & comeſtio ſuichali cum eſt recens adducit cœcitatem oculo, imo omnes piſces: cui ſententiæ fauet etiam Rhaſius libr. vltimo continentis tract. 1. capit. 554. paulo vero antea in eodem capit. ea omnia, quæ Gale. dixit de piſcibus, & ipſe adducit *Auicē explicatur.* Auic. vnde Benedictus Rinius in annotationibus marginalibus Auic. pro eadem ſententia citat Gal. lib. tertio de alimento. facult. cap. 25. & lib. de bonit. & vitio ſucc. cap. 9. & lib. 8. met. ca. ſecundo, & Rhaſium loco citato. Quod autem ſermo Auic. dum piſcium eſum extollit, non ſit vniuerſalis præter explicationem Mercurialis, facit locus eiuſdem Auic. fen. 6. lib. 4 tract. 3. cap. 10. quo ſcribit, ex piſcibus frigidis, & proprie poſitis in loco humoroſo accidunt accidētia fungorum (à quo non diſſentit Halya. quarto ſuæ practicæ cap. 48.) accidentia autem fungorum aliquorum, vt refert ipſemet Auic. fen. 6. lib. quarto tract. primo ca. 1. ſunt, vertigo, ſingultus, & tenebroſitas oculorum: quod etiam cōfirmat Aetius lib. quarto ſer. 1. cap. 69. ex quibus videtur confirmatus primus locus, & dubitatio anceps multo, quæ augetur iuxta piſcium comeſtionem, propterea quod idem Auic. fen. 3. lib. 1. *Piſces cum lacte mali.* doctrina 2. c. 7. dicat, edēdi non ſunt piſces cum lacte, quoniam in

de ad

de ad ægritudines peruenitur permanentes, ſaltem ex mente expertiſsimorum Indorum, & aliorum: quam ſententiam cum non reſpuat Auic. videtur recipere, ſed cæcitas morbus permanēs eſt, ſuſpicandum igitur ſequitur, & hoc loco Auicen. ſentire, piſces oculorū morbos parere: & quia vt dictum eſt in alijs locis piſciū eſum exaltauit Auic. eius interpres Iacobus ſuper fen tertiam. 1. capit. ſeptimo doctrin. ſecund. inquit, ad primum dic, quod Princeps in canticis & Auerroes laudant piſces vexatis ab exercitio & labore non eadem die, qua ſe vexarunt, cum tunc afficiantur calore extraneo, quo corrumpuntur facile piſces, ſed alijs ſequentibus diebus poſt remiſsionem huiuſmodi caloris, vt humiditate ſua contemperent ſiccitatem corporis, & iuncturarum, quam labor inducit. Et ad ſecundum dic, quod Princeps laudat piſces in ſtomacho calido valde à calore innato, non aduentitio: piſces enim ſua frigiditate, & humiditate contemperant ipſum. Verum huiuſmodi conciliatio non tenet generaliter ad dubitationem adductam de piſcium vſu: neq; particulariter videtur recipienda, ex eo, quod nō percipit intellectus, qua ratione humiditas, & frigiditas piſcium contemperet calorem a calido innato ventriculo introductum, non vero a calido aduentitio: nam ſi pro ſubſtantia ſumatur nec vnū nec alterum, ſi pro qualitate velim intelligere bullā huius agētis naturalis frigidi, & humidi cum exceſſu reſpectu paſſi, propter quam qualitatem ſibi oppoſitam non contemperet: etiam ſi a diuerſis principijs ſuam habuerit radicem, dum modo illam excedat: nunquid caliditas ſolis producta in Petro verbi gratia, & caliditas natiua, vt caliditas pariter in balneo frigido contemperabitur? ego non dubito, neque id dubitare exiſtimo aliquem mentis ſanæ, neque primum quod dicit mihi placet, nā ſi Auic. vſum piſcium taxat non in eodem die exercitij, quia corrumperentur a calore aduentitio recepto in ſubiecto exercitio tradito; poſtea vero laudat illū, vt cōtemperet calorem & ſiccitatem inductam propter exercitium: ſi non aliud intendit Auic. quare non potiones frigidas commendat: vt alijs in caſibus ſolet ipſe citra periculum corruptionis piſcium ſubſtantiæ. Aliter multo Henricus Georgius Antiquez Luſitanus libr. de regimine cibi atque potus fol. 88. in explicatione illius text. Auicennæ. Piſces quoque, &c. quo poſtquam adduxit quam plurima ex relatis de piſcibus a Galen. & Auic. ad Auic. redeuntes dicimus (inquit) eſſe intelligendum de illis, qui ſunt tam facilis coctionis, vt ſunt

Piſces quibus conueniant ſecū dum Iacobum.

Iacobus redarguitur.

vt ſunt marini, & pelagij, & ſaxatiles, cæteri nanque cum nõ ſint tam facilis coctionis, & humidi cum ſint, ſi poſt fortem loborem (quo calor naturalis aliquantulum diſsipatur) accipiantur, cum non poſsint a calore vinci, reliquum eſt, corrũpatur, & inde graues morbi perueniant: at expoſitio hæc quantumuis verum teneat quoad hæc duo loca, videlicet canticorum 126. & fen. 3. primo doct. ſecunda, capit. ſeptimo, vniuerſaliter vero reliquas auctoritates non alligat: quamobrem arbitror aſſeuerandum cum Auic. lib. ſecundo tract. ſecundo capit. 154. citato, vbi cum Gal. conuenit, piſcium vſus cum conditionibus a Gal. depictis quod ſit optimus: ad finem vero capitis Auicen. intelligendus eſt, vt expreſſe ſonant verba eius, rigidiſsime loquendo: nam dicit, comeſtio ſuichali, alias turefulæ comeſtio cum eſt recens, facit cæcitatem, imo omnes piſces comeſti: quaſi dicat, quia comeſtio idem ſonat quod comeſsatio, & comeſſatio duo dicit, & comedere frequenter & large, Hiſpanice, *Como en boda y cofradia, y demaſiadamente*, & conuiuium nocturnum poſt cænam: erit ergo ſenſus Auicennæ, comeſtio turefulæ piſcis frequens poſt cœnam facit cœcitatem, imo omnes piſces comeſti intempeſtiue, & recenter poſt cœnam efficient cœcitatem, certum enim erit, tunc obſtructiones generari, & ineptam materiam produci ad generationam ſpirituum animalium per opticos deſcẽdentes ad viſionem, ſtrictiores igitur viæ redditæ, & ineptiores ſpiritus, quia ex materia frigida & humida piſcium generantur, quid mirum cœcitatem efficiant? hinc etiam exiſtimo f. 4. 1. doc. 2. cap. ſeptimo cum Indiarum expertiſsimis interdicere eſum piſciũ cum lacte, quia ex vtriſque multa copia vaporum frigidorum excitatur (inde ſomnus profundus) ex quibus viſus læditur, vt colligitur 3. aphoriſ. 31. 4. apho 17. 4. de locis affectis, primo de ſymptomatum cauſis, & 5. apho. 5. & propter eandem rationem intelligo ſcriptum eſſe ab eodem Auic. f. 6. quarti, trac. tertio capit. 10. ex piſcibus frigidis accidunt accidentia fungorum, quantumuis horum, ſicuti turefulę & aliorum non ſit comeſtio recens, ſeu frequens: quam particulam, quæ exponit primã, affirmare ſum auſus copulandam fore cum comeſtione, & non cum turefula: ex quibus liquet eſum piſcium cum Gal. & Auicen. cõditionibus, idoneum ſatis nyctypolis, & emypolis,

Piſces facilis & difficilis coctionis.

Explicatur Auic.

Frequens piſcium vſus quando infeſtiſſimus.

Rubedines oculorum.

Præterea oculis contingunt (nullo percepto dolore, neque viſus copulata, aut interciſa dibilitate) rubedines in vtroque angulo,

gulo, quæ ex vaporibus ſanguinis adeo tenues ſunt aliquando, vt ſpatio vnius horę ſæpe ſæpius euaneſcant: aliquando ex conſiſtētibus, vt per aliquot dies perdurent ex ipſo ſanguine craſsiore: a nullo enim humore alio valent ſuam educere radicem, iuxta illud Galen. apho. primo talis humor eſt in corpore, qualis color viget circa cutem: ſed neq; in vno, ac altero euentu eſus carniū eſt indulgendus: cibaria enim ſuperius ſcripta merifice cōueniunt, & guſtare poſſunt illis affecti anguillas ſale conditas, ſalubriores nanque ſic eas percipies, vtpote quod viſcidum earum ſic attenuetur, & ex illis vaporibus motus ſanguinis magis ſic impediantur, quam dum ſine ſale exiſtunt: ex quo videtur aſſeuerandum ad huiuſmodi præcipue affectus, quæ in mare capiuntur Anguillę, quod pręſtantiores fluuiatilibus, & lacuſtralibus ſint, quia iam fere ſalitæ fuerint, & inde impediunt & vapores ſanguinis, & illos abſumunt: qua propter & vti licet in his affectibus medicaminibus his ſale conditis & multoties expertis. Recipe ſalis gemmæ vnc. j. agitetur in lib. ij. aquæ in aliquo vaſe ad ſolis calorem, donec ſalis nil conſpitiatur, & poſtea laua oculos hac aqua linteo lineo madefacto ſummo mane & prope noctem: aut ſic, Recipe Celidoniæ manipulum vnum plantaginis manipulum vnum, ſalis quantitatem vnius auellanæ, & totidem aluminis, infunde ea omnia in lib. j. aquæ, & duobus tranſactis diebus bulliant ſimul ter, aut quater, & deinde deſtilla ea per mixum lanæ, & vtere.

Ad rubedinem negandus eſus carnis.

Anguillæ ſalitæ laudantur.

Anguillæ marinæ bonæ illis.

Medicamē ad rubedinem.

Si autem quis obijciat Anguillas, ſicuti vermes generari in terra per putredinem, vt experientia multoties commonſtrauit ex cadaueribus animalium in ſtagnis eiectis Anguillarum copiam magnam congenitam videri, aut ſicuti alij cogitant, ex eiſdē per ſenectutem mortuis putreſcentibus nouas generari: iuxta quem alterum, aut alterum modum videtur ab Ariſtotel. relatum ſexto de hiſtor. animalium capit. 16. Anguillas nec per coitum procreari, nec parere oua, nec vllam captam vnquam eſſe, quæ aut ſemen genitale, aut oua haberet: meatus quoque vel ſemini, vel vuluæ accomodatos nullos conſciſſos oſtendere: ſed hoc vnum inter ſanguinea genus totum ſine coitu, & ſine ouo procreari: & hinc quarto de hiſtoria animalium capit. 11. inquit, Anguillam non eſſe marem, aut fœminam: vnde qui diſtinxerunt marem a fœmina, quia mas habeat caput amplius & longius, fœmina vero rotundius, falluntur, quia non eſt

Quomodo generātur Anguillæ.

Anguillæ non pariūt ex Ariſto.

non eſt maris & fœminæ differentia, ſed potius generis: & inde euidenter poſſet quis intelligere non poſſe præſtare alimentum bonum, ſed prauiſsimum, & letale, ſicuti fungi (vt habetur libr. de bonitate & vitio ſuccorum, et ſeptimo de ſimp. med. facultatibus) efficiunt, quia exputredine generantur: ſecundo quia & ſunt qui dicant, Anguillas a piſcium natura ſeiunctas, vt refert Atheneus, mentem fuiſſe Homeri: verum hęc non debent eſſe idonea, vt homines ſe abſtineant ab eſu Anguillarum: nam quantumuis non præſtent abſolute optimum ſuccum, iuxta Galen. placitum lib. de bonitate & vitio ſuccorum, & lib. de attenuante victus ratione: propter quod lib. quinto de ſanitate tuenda dicit, quod ſenex cauere debet ab anguillarum eſu: illud tamen intelligendum venit ſine ſale, & hoc in multa quantitate: hæc enim ſunt verba lib. quinto citato capit. ſexto. Quo magis cauendum ſenibus eſt a multo farris, caſei aut ouorum, aut cochlearum, aut bulborũ, aut lentis, aut ſuillæ carnis eſu, multoque magis, ne anguillarum vſum frequentent: non igitur abſolute interdicit illas adhuc ſenibus, ſed frequentẽ vſum earũ: poteſt ergo recipi eſus anguillarum, generari autem ex putredine nondum liquet: contrarium quidem ſentit Plinius, lib. nono capit. quinto & Ophianus libr. primo: vnde Rondoletius lib. de piſcibus capit. 23. dicit anguillas igitur crediderim alias in putredine, alias ex maris & fœminę commiſtione procreari. Sed eſto per putredinem dicantur generari alicuius materiæ: nam ipſæ non poſſunt niſi per generationẽ, reuera nil mali ſequeretur iuxta Ariſtot. doctrinam primo metheoro. vbi inquit: & perfectiſsima, & valde noſtræ naturæ conſimilia alimenta ex putrefactione ſeminis generantur citra metum detrimenti ex alimento illorum: quare ergo pertimeſcendum propter talem producendi modum? Ad ſecundum quidquid exiſtimet Atheneus cogitaſſe Homerum ſuo carmine, dicendum eſt cum Ariſtot. ſexto de hiſtor. animalium capit. 13. anguillas inter piſces leues annumerandas, fluuiatiles ſaltem, cuius etiam eſt argumentum branchis ſpirare, piſcibus ſolum proprium, vnde Ariſtot. primo de hiſtor. animalium capi. quinto, ſecundo de hiſto. animalium capit. 13. & 15. lib. de congreſſu animalium capit. ſecundo, & octauo de hiſtoria animalium capit. ſecundo dicit branchias habere anguillas & ſi paruas, & Galen. libr. de bonitat. & vitio ſuccorum inter piſcęs annumerat illas, Eduardus Botonius lib. octauo de differentijs animalium cap. 165. cuius titulus eſt

Anguilla vnius generis.

Eſus anguillarum poteſt haberi.

Senes a quibus abſtinenũ.

Anguillarum generatio.

Piſces eſt anguilla.

Anguilla branchis reſpirat.

Digitized by Google

lus eſt De piſcibus longis, ſic ſcribit, qui longi ſunt piſces, & corpulenti, vt anguilla conger, &c. & cap. 146. ſerpentis quoque ſpeciem refert anguilla piſcis longus ac leuis, &c. Iceſius vir ſatis ſolicitus in perſcrutandis animalium naturis lib. de piſcibus docet hoc modo, certum autem eſt anguillas inter piſces optimum procreare ſuccum, & ſtomacho admodum gratas eſſe, abundeque nutrire, & edentes facile ſaturos reddere, vnde conſtat, & piſcis ſubire anguillas naturam & optimum generare ſanguinem: indeque cum alijs ſupra dictis piſcibus carnium eſu denegato, concedendas in rubedine oculorum omnibus, etſi ſenibus nō in magna quantitate.

Alimētum bonū Anguilla.

Vlterius, non ſentito dolore, non percepta debilitate, non viſa rubedine, quod affectus alius eueniat oculis quotidie conſpicimus: iſtiuſmodi imagines vocantur tum apud latinos, & græces, tum apud Arabes: videre eſt apud Galen. quarto de locis affect. capi. ſecundo, & primo de cauſis ſymptomatum cap. ſecundo, quo phantaſmata hæc appellat imagines, ſed vtitur & hac voce etiam idolum, cum alias dicat phantaſmata, quaſi in hoc caſu quod apparet, ſit imago aliqua corporis, & intelligatur eſſe quid diſtinctum a corrupta imaginatione, in qua interdum ſuſpicantur imagines iſtæ, ſed non vere apparent, qualiter contingit in phrenitide, & melancholia: tum etiam quid diuerſum ab imaginibus, ſeu pauoribus ſuperuenientibus pueris & maioribus, iuxta illud Galen. tertia apho. 24. quo aſſerit, nos ſiquidem non infantulis ſolum, ſed etiam ætate perfecta & grandis hominibus horrificas per ſomnum imaginationes fieri obſeruauimus, cum & multi & vitioſi humores ventriculum & ipſius os præſertim grauarent, & morderent: nam tunc non eſt opus videre aliquid, ſed ſolum imaginationem operari, quidquid alij dicant exiſtimantes Galen. cogitaſſe, tunc in humore albugineo poni huiuſmodi imagines: cum tamen iuxta alias imagines, de quibus nunc & quarum cauſæ perſiſtunt materiales vapor craſſus, vel tenuis, tum & humor, exiſtimauerit Galen. & Auicen. cum eo habere locū proprium inter corneam & cryſtallinum humorē, neque adeo ſupra ſenſibile ſedent, vt impediant ſenſationem, media enim luce recepta, & corporatura ſufficienti, in illa minima diſtantia poſſunt videri, noctu autem ſecus defectu lucis, & cornea non percipitur, vt iſte, etſi in tanta diſtantia pro tenuitate eius: in hoc denique affectu, prout

De oculorum imaginibus.

Imagines repreſētur per in ſomnia.

prout ad noſtrum attinet argumentũ, quia multoties ita fit à vaporibus ſubtilioribus, vt imagines adeo ſint leues, & momentaneę, vt fere nec medici aduocentur ad illarum curationes, & quãtumuis a vaporibus craſsis, vt exiſtimabat Auic. fiant efficienti bus obſcuriſsimas maculas: ſi non generetur morbus alius, non eſt illud adeo vitioſum, vt expediat quadrageſimæ tempore eſum carnium indulgere: ſat equidem pro illo ſufficiunt affectu quadrageſimalia impedientia aſcenſum vaporum ad caput, cuius generis videas corizam amygdalarum lacte præparatam, & conditum illud ex pane, Hiſpanice, *Hormigos, y almidon*; poſſunt etiam deguſtare præter piſces ſuperius depictos, congros recentes, eorum enim carnes, vt Philotimo placet, Gal. & Vottonio, conſiſtentiam habent, & non ad modum concoctionis difficilis, ſed mediocris ſucci: vti Xenocrates docuit: nec in ſua generatione in uoluunt difficultatem illam Anguillarum, quia quantumuis Ophiano placuerit, non aliter fieri ac Anguillarum generatio attritu ſcilicet corporum mutuo, indeque mucore quodam in arenã limumue deſtillante: veruntamen non ſic, ſed conger ouum continet arenidum & ſi minimum, & inde fœturam, vt colligitur ex Ariſtot. tertio de hiſtoria animalium capit. 10. & 6. de hiſt. capi. 17. & hanc ſententiam recipiunt Philotimus, Eduardus, Rondoletius, & alij quam plurimi capite proprio: accedit ad eius perfectionem, quod optimo vtatur alimento e contra ac Anguilla, nã ſemper veſcitur piſcibus, imo & alijs congris, vt refert Ariſt. 8. de Hiſtoria animalium cap. ſecundo, quo carniuoros eos vocat propter hanc rationem, & depingit bellum inter eoſdem, lacuſtas, polypos. & murenas ibidem: & 9. de hiſto. capit. ſecundo: dixi autem recentes, nam præparati illo modo, quo ad nos ſolent aſportari, ſine dub. illis non conueniunt, multam equidem flatuum copiam generant adhuc porris conditi, vt vnuſquiſque animaduertens die eſus illorum videbit: nanque ſibi habere veluti inflatam totam inferiorem regionem a ſepto tranſuerſo conſtabit, cuius exiſtimo cauſam modum preſeruationis illorum non ſale, ſed alio modo confectum. nec miretur quiſpiam ex hoc: cõſeruantur enim corpora emortua alijs multis modis a ſale, vt quis legere poteſt apud Miedem commentarijs de ſale. Inde etiam exiſtimo patientibus phantaſmata illa non conuenire flaceas caſtaneas melle adhuc conditas, flatus enim generant multos; propter quod & quia ex lentibus nigri eleuantur vapores: vt refert Dioſcorides proprijs

Cũ imaginibus oculorum non cõuenit carnis eſus.

Victus in imaginib⁹ oculorum.

Conger recens laudatur.

Congri ſalitiregjciũtur.

prijs capitibus pertimeſcẽdum eſt de illis,etiam ſicuti de flaccis caſtaneis: & indulgendum de borragine quouis modo condita quia de ipſa,vt refert Salernitana ſchola recte dicitur.

Borrago extollitur.

Ego ſum borrago,quæ omnia bona ago.
Neſcio quare morbificus ſit homo,
Cui adeſt borrago in horto.

Deniq; & affectis omnibus prædictis oculorum affectionibus & ſequentibus cucurbita non eſt damnanda: quia non eſt mali ſucci,ſed facile ſubſidet,ac deſcendit, lenit,et ſubducit vẽtrem, vt habetur 1.& ſecundo lib.de alimentorum facultatibus,lib.de bonitate et vitio ſuccorum:et inde ſcribitur a Gal.2.citat.de aliment.facultat. capit.3.cum alicui eorum,quæ vehementem habent facultatem,miſta fuerit,facile illi aſsimilatur,quod niſi optime eſſet naturæ non conueniret:defectus igitur oppoſiti cucurbitæ abſolute illi non arrident,niſi vt ibidem inquit Gal.cum parata vitioſe cucurbita fuerit, aut ſuccus prauus in vẽtriculo fuerit aceruatus,aut quia ipſa non fuerit naturæ optimæ: nam earum variæ ſpecies,ſi placet appellare,reperiuntur:genera equidem ſolum duo ab auctoribus depinguntur,ſatiuæ ſiue hortenſis alterum, alterũ autem agreſtis, de quibus legendus eſt Fuchſius c. 137.Dodoneus lib.quinto ca.32. Dioſco.lib.2.& ibidem Mathiolus ca.127.aut ſi comedatur cruda,præſtabit ergo optimum ſuccum cucurbita cameraria,ſiue maior,ſiue minor,ſiue longa , ſiue rotunda cotoneis condita: his enim omnibus citra eſum carniũ nutriri poſſunt quadrageſimæ tempore,& cum aliquibus mugilis fluuiatilibus,qui a carnoſis cirris barbæ modo dependentibus barbus Auſonio vocatus eſt,referente Rondoletio libro de piſcibus fluuiatilibus capit.19.

Cucurbita boni ſucci.

Cucurbitæ variæ.

Poſt imagines,oculis infeſtus eſt morbus alius magis ſenſibilis, ſuffuſio vocatus & a barbaris chararata, et eſt concretio humoris extranei ante pupillam: ob quam concretionem viſus impeditur aut aboletur: vnde ſequitur ꝙ ſit ſymptoma in genere actionis viſoriæ ablatæ,aut diminutæ.Hic morbus referẽte Gal.14. met. cap.13.in compoſitione eſt,in via ſcilicet, et in numero: an vero ſuam contineat ſedem inter humorem cryſtallinum & tunicã vueã, vt colligitur primo prognoſticorum 24.et lib.de oculis:an vero inter humorem cryſtallinum et corneam tunicam, vt legi-

Suffuſio oculorum.

Digitized by Google

tur libr.10.de vſupartium capi.primo, an inter albugineum & corneam, iuxta Auic.fen tertia lib.tertio capit.de ſuffuſionibus oculorum, an in alio loco circa placitum Cornelij Celſij lib.ſeptimo capit.ſeptimo, non tollit quo minus ſint indulgendi homines ſic affecti, cuiuſuis conditionis fuerint, ad carnium eſum tempore interdicto, quia propter hunc morbum priuantur homines a ſuis operationibus neceſſarijs, vt poſsint vitam degere.

Cum chataratis recte carnis eſus conceditur.

Sed dicet quiſpiam ſuffuſionis ſigna antecedentia, ſeu quæ apparent incipiente tantum hoc affectu, ſunt viſa quædam ob oculos verſari: nam vt culices aut muſcæ, aut feſtucæ, lanarum fila, aranearum telæ, & circula circa lucernas apparent: quæ ad imagines ſpectare videntur: ſed in his interdictus eſt carniũ eſus quadrageſimæ tempore, ergo & in illis: verũ diuerſa eſt ratio, & pro multitudine materiæ, quæ in re medica variam parit diuiſionem, pro ſitu, & conſiſtentia, atque pro operationũ impedimẽto reſpectu operum: nanque ſi imaginibus ad hoc perueniret homo, vt ſupra dictum eſt, alium affectum ab imaginibus recenſendum arbitraris.

Diuerſitas inter quaſdam imagines & chataratam.

Dices aliquando hoc ſymptoma reperiri oculo nullam affectionem patiente, vt refert Gal.quarto de locis patientibus cap.1.adeo vt cum a ſomno excitantur, viſus interturbatur, & ſplendores ſe offerũt, quales compreſsis oculis videri ſolent, varijque colores repræſentantur: ſed tunc cerebrum aut vẽtriculus patitur, & ſolum conſentit oculus, quid ergo tunc: conuenit ne eſus carnium: reuera tunc conſulerem de euacuando capit.pilulis arabicis Nicolai, & cochis pro capite ipſo, & pro ventriculo de Hiera ſimplici Gal. corroboraremque, poſtea oculos oleo de ouis, vt non reciperent amplius humores, oleum tamen paratur ſic. Recipe mellis intactæ vnc. iij. therebentinæ de veteę vnc. j. ouorum vſque ad duritiem ſummam concoctorum.n.xij.quorum poſtea vitella conterantur, & cum melle & therebentina agitentur ad ignem mitem, & poſtea extrahatur ſicuti oleum amygdalarum dulcium: & miniſtretur oculis tingendo ſeu inficiendo eoſdem: huiuſmodi oleum aliter conficit Rhaſius, aliter Meſues, aliter Siluius, aliter Nicolaus, aliter Euonimius in ſuo theſauro fo. 436. verum primum illud multoties eſt expertum ad prædictum affectum: carnium tamen eſum non concederem, niſi diebus preparationis humorum quatuor ſex ve poſt expurgationis dies: nõ enim tunc continet difficultatem, ſicuti quando per propriam paſsionẽ

Remedia in oculorũ offuſionibus.

Quãdo cõceditur caro pro quibuſdam imaginibus oculorum.

paſsionē, vt colligitur ex Gal. 11. met. in fine, ex Celſo li 6. ex Raze Paulo, Auic. Aetio & reliquis in prognoſtico ſuffuſionis oculorum.

Ad oculos vlterius perueniendo, humores aſcendentes aut a toto, aut a capite tantum, aut acres, aut ſolum aquoſi efficere ſolent lachrymarum efluxum præter eum, qui contingit a cauſa progreſſa, vt a fumo, puluere, pilis palpebrarum, leui ictu: & præter eum qui ſequitur inflammationem, vehemētiſsimum dolorē optalmiam, maximam carnis aſſumptionem, & oculorum vlcera: ceterum, ſicuti de his tertijs non eſt dub. de indulgentia ad eſum carnium tempore interdicto: & de ſecundis quod non ſit indulgendum, de primis eſt maxima dubitatio: nam in quibuſdam hominum generibus vacantibus ſcilicet literis cauſa eſt, vt ceſſent ab operationibus, & non aſſumpta rectiſsima victus ratione (qualis ex areſacientibus, dum ortum cōtinet ab aquoſis humoribus, quod dignoſcitur ex defectu pruritus, & morſus) carnibus nempe turturum, perdicum, turdorum, & auium montanarum, & ex humectantibus, & dulcorantibus acres humores, ſi ex illis radicē ſuſceperit: quod ſit certum, quia adeſt narium pruritus, ſternutatio: morſus in palato, & quandoque interni capitis dolores, qui deinde copioſe fluētibus lachrymis leuantur, quales pulli gallinarum, columbarum domeſticarum, & hædi, cuius tanta præſtantia præditus eſt eſus, quod dixerit Galen. tertio de alimentorum facult. arietis teſtes inſuaues, coctu difficiles, & mali ſucci: & genus omne auium non vndequaque laudabilis alimenti: ſolis autē hædis innoxie vtaris. Ecce quidquid vulgus illo ſuo adagio de carne peliaguda protulerit, quotidie augeatur, vt in maximam viſus debilitatem protrahantur, & fortaſsis in cæcitatem: quod ſolum aſsiduum exercitium literarum ſolet efficere: at vero agricolis & vacantibus mæchanicis artibus & otio aſſiſtentibus non ſic euenit: propter quod exiſtimo certum, illis literatis cum hoc affectu prȩſtandam eſſe licentiam eſui carnium quadrageſimæ tempore, alijs vero minime: vtriſque vero ſubuenies hoc remedio multoties comprobato, ex cauſa calida ſic. Recipe tutiæ præparatæ optimȩ, Antimonij, myrrhæ, thutiæ, cadmiæ, auri & argenti, corali, perforatarum, ſcammæ Aeſcy prij ana ſcru. ij. minutiſsime conterantur, & poſtea cum cāphoræ ſcru. ſemis, & moſci g. vj. in aqua pluuiali quantū ſuff. aquæ in qua bullierint tantiſper, adde ſumac. gran. decem, & myrtillorum totidem conficia-

effluxus lacrymarū.

In effluxu quando cōcedenda et quando negāda caro.

Ad lachrymarum effluxum ex cauſa calida.

Ad lachrymarũ effluxũ pro cauſa frigida.

conficiatur colirium ad oculos. Pro cauſa tamen frigida loco cãphoræ miniſtrabis roſarum rub. ſuc. & rutæ ſing. ſcrup. ij. & cõficiantur omnia in aqua fœniculi chelidoniȩ, & verbenæ: mundificabis vero ad vtrumlibet prius totum iuxta cauſam & locum à quo, & in quo.

Variæ oculorum affectiones.

A materia craſsiori, aut quia in ipſiſmet oculis incraſſetur, procreãtur & alij oculorum morbi, nebulæ videlicet, ſiue nubeculæ ex mediocriter craſſo humore: nam ex nimis craſſo cicatrices dicuntur, & albugines: vngula, quæ fortaſsis ſolum propter figuram à Græcis ſecernitur, & nuncupatur pterygion, id eſt, ala ab alæ ſimilitudine, & Onyx, quod eſt vnguis, quia albæ radici vnguis ſimilis eſt: grãdo, quia materia alba illa maiorem ſupereminentiam oſtendat: carnoſitates aliquantulum ſuper ptyrigion & onychem ſe oſtendentes: quȩ omnes affectiones, ſiue genitæ fuerint ex vlcere, cicatrice oculi, ſcabie, pruritu, ophtalmia, aut alia huiuſmodi cauſa, ſiue attingant hanc, aut illam oculi radicem, & partem, ad noſtrum inſtitutum dupliciter ſunt conſiderandæ: vno modo circa ſuam radicem & generationem, cum ſcilicet nondum inueteraſcit affectus, & tunc in quocunque homine poſſumus miniſtrare licentiam eſui carnis: quia oportet & quemlibet curare, defœdationem ſubripere, & impedimentum ad operandum ſubtrahere.

Ad carnoſitatem oculorum.

Subtrahitur carnoſitas, ptyrigion & Onichis poſt vniuerſalia, hoc magiſtrali colirio. Recipe aloes ſuccotrini ſcru. j. & ſemiſ. æruginis ſcrup. j. croci ſcrup. ſemiſ. fellis Hædi drac. j. & ſemi. tutiæ combuſtæ & extinctæ in aqua fœniculi ſcrup. ij. fiat pulueres ſubtiliſsimi, & cum vncis iiij. vini albi optimi, aquæ Euphraſiæ, rutæ & chelidonij ana vnc. j. & ſem. rhodomellis percolati vnc. j. fiat coliriũ.

Ad nubes oculorum.

Euaneſcit nubes hoc. Recipe mellis intactæ vnc. iiij. ſeminis lacerti apprehenſi menſe Maij, & tutiæ præp. ſ. drac. j. conficiantur pro oculis, & mane & nocte plumecula oculum inficies.

Ad grandinem.

Grandinem triplicem hoc extirpaui Recipe rhodomellis detracti per alembicum, quantum fuerit opus, in quo diſſolue quotidie parũ ſachari rubri: & infunde multoties ſupergrãdinem.

Quando in affectionibus oculorum neganda caro.

Si vero iam veteratæ fuerint affectiones iſtæ, neq; conſpicitur augeri, neque minui quibuſuis remedijs, fruſtra præſtabitur licentia carnium eſui tempore interdicto: tunc quidem miniſtrabitur victus non declinans ad craſsitiem iuxta ea, quæ dicta ſunt, & curatio non miniſtrabitur niſi per manus, vt colligitur ex Paulo lib. 7. capite 57. ex Celſo libro 7. capite 7. ex Donato ab Altomar

prijs capitibus pertimeſcẽdum eſt de illis, etiam ſicuti de flaccis caſtaneis: & indulgendum de borragine quouis modo condita quia de ipſa, vt refert Salernitana ſchola recte dicitur. *Borrago extollitur.*

Ego ſum borrago, quæ omnia bona ago.
Neſcio quare morbificus ſit homo,
Cui adeſt borrago in horto.

Deniq; & affectis omnibus prædictis oculorum affectionibus & ſequentibus cucurbita non eſt damnanda: quia non eſt mali ſucci, ſed facile ſubſidet, ac deſcendit, lenit, et ſubducit vẽtrem, vt habetur 1. & ſecundo lib. de alimentorum facultatibus, lib. de bonitate et vitio ſuccorum: et inde ſcribitur a Gal. 2. citat. de aliment. facultat. capit. 3. cum alicui eorum, quæ vehementem habent facultatem, miſta fuerit, facile illi aſsimilatur, quod niſi optime eſſet naturæ non conueniret: defectus igitur oppoſiti cucurbitæ abſolute illi non attrident, niſi vt ibidem inquit Gal. cum parata vitioſe cucurbita fuerit, aut ſuccus prauus in vẽtriculo fuerit aceruatus, aut quia ipſa non fuerit naturæ optimæ: nam earum variæ ſpecies, ſi placet appellare, reperiuntur: genera equidem ſolum duo ab auctoribus depinguntur, ſatiuæ ſiue hortenſis alterum, alterũ autem agreſtis, de quibus legendus eſt Fuchſius c. 137. Dodoneus lib. quinto ca. 32. Dioſco. lib. 2. & ibidem Mathiolus ca. 127. aut ſi comedatur cruda, præſtabit ergo optimum ſuccum cucurbita cametaria, ſiue maior, ſiue minor, ſiue longa, ſiue rotunda cotoneis condita: his enim omnibus citra eſum carniũ nutriri poſſunt quadrageſimæ tempore, & cum aliquibus mugilis fluuiatilibus, qui a carnoſis cirris barbæ modo dependentibus barbus Auſonio vocatus eſt, referente Rondoletio libro de piſcibus fluuiatilibus capit. 19. *Cucurbita boni ſucci.* *Cucurbitæ variæ.*

Poſt imagines, oculis infeſtus eſt morbus alius magis ſenſibilis, ſuffuſio vocatus & a barbaris chararata, et eſt concretio humoris extranei ante pupillam: ob quam concretionem viſus impeditur aut aboletur: vnde ſequitur ꝙ ſit ſymptoma in genere actionis viſoriæ ablatæ, aut diminutæ. Hic morbus referẽte Gal. 14. met. cap. 13. in compoſitione eſt, in via ſcilicet, et in numero: an vero ſuam contineat ſedem inter humorem cryſtallinum & tunicã vueã, vt colligitur primo prognoſticorum 24. et lib. de oculis: an vero inter humorem cryſtallinum et corneam tunicam, vt legitur *Suffuſio oculorum.*

tur libr. 10. de vſu partium capi. primo, an inter albugineum & corneam, iuxta Auic. fen tertia lib. tertio capit. de ſuffuſionibus oculorum, an in alio loco circa placitum Cornelij Celſij lib. ſeptimo capit. ſeptimo, non tollit quo minus ſint indulgendi homines ſic affecti, cuiuſuis conditionis fuerint, ad carnium eſum tempore interdicto, quia propter hunc morbum priuantur homines a ſuis operationibus neceſſarijs, vt poſsint vitam degere.

Cum chataratis recte carnis eſus conceditur.

Sed dicet quiſpiam ſuffuſionis ſigna antecedentia, ſeu quæ apparent incipiente tantum hoc affectu, ſunt viſa quædam ob oculos verſari: nam vt culices aut muſcę, aut feſtucæ, lanarum fila, araneatum telæ, & circula circa lucernas apparent: quæ ad imagines ſpectare videntur: ſed in his interdictus eſt carniũ eſus quadrageſimæ tempore, ergo & in illis: verũ diuerſa eſt ratio, & pro multitudine materiæ, quæ in re medica variam parit diuiſionem, pro ſitu, & conſiſtentia, atque pro operationũ impedimẽto reſpectu operum: nanque ſi imaginibus ad hoc perueniret homo, vt ſupra dictum eſt, alium affectum ab imaginibus recenſendum arbitraris.

Diuerſitas inter quaſdam imagines & chataratam.

Dices aliquando hoc ſymptoma reperiri oculo nullam affectionem patiente, vt refert Gal. quarto de locis patientibus cap. 1. a deo vt cum a ſomno excitantur, viſus interturbatur, & ſplendores ſe offerũt, quales compreſsis oculis videri ſolent, varijque colores repræſentantur: ſed tunc cerebrum aut vẽtriculus patitur, & ſolum conſentit oculus, quid ergo tunc: conuenit ne eſus carnium: reuera tunc conſulerem de euacuando capit. pilulis arabicis Nicolai, & cochis pro capite ipſo, & pro ventriculo de Hiera ſimplici Gal. corroboraremque, poſtea oculos oleo de ouis, vt non reciperent amplius humores, oleum tamen paratur ſic. Recipe mellis intactæ vnc. iij. therebentinæ de vetę vnc. j. ouorum vſque ad duritiem ſummam concoctorum. n. xij. quorum poſtea vitella conterantur, & cum melle & therebentina agitentur ad ignem mitem, & poſtea extrahatur ſicuti oleum amygdalarum dulcium: & miniſtretur oculis tingendo ſeu inficiendo eoſdem: huiuſmodi oleum aliter conficit Rhaſius, aliter Meſues, aliter Siluius, aliter Nicolaus, aliter Euonimius in ſuo theſauro fo. 436. verum primum illud multoties eſt expertum ad prædictum affectum: carnium tamen eſum non concederem, niſi diebus pręparationis humorum quatuor ſex ve poſt expurgationis dies: nõ enim tunc continet difficultatem, ſicuti quando per propriam paſsionẽ

Remedia in oculorũ offuſionibus.

Quãdo cõceditur caro pro quibuſdam imaginibus oculorum.

Digitized by Google

paſsioné, vt colligitur ex Gal.12.met.in fine, ex Celſo li 6. ex Raze Paulo, Auic. Aetio & reliquis in prognoſtico ſuffuſionis oculorum.

Ad oculos vlterius peruenïendo, humores aſcendentes aut a toto, aut a capite tantum, aut acres, aut ſolum aquoſi efficere ſolent lachrymarum efluxum præter eum, qui contingit a cauſa progreſſa, vt a fumo, puluere, pilis palpebrarum, leui ictu: & præter eum qui ſequitur inflammationem, vehemétiſsimum doloré optalmiam, maximam carnis aſſumptionem, & oculorum vlcera: ceterum, ſicuti de his tertijs non eſt dub. de indulgentia ad eſum carnium tempore interdicto: & de ſecundis quod non ſit indulgendum, de primis eſt maxima dubitatio: nam in quibuſdam hominum generibus vacantibus ſcilicet literis cauſa eſt, vt ceſſent ab operationibus, & non aſſumpta rectiſsima victus ratione (qualis ex areſacientibus, dum ortum cótinet ab aquoſis humoribus, quod dignoſcitur ex defectu pruritus, & morſus) carnibus nempe turturum, perdicum, turdorum, & auium montanarum, & ex humectantibus, & dulcorantibus acres humores, ſi ex illis radicé ſuſceperit: quod ſit certum, quia adeſt narium pruritus, ſternutatio: morſus in palato, & quandoque interni capitis dolores, qui deinde copioſe fluétibus lachrymis leuantur, quales pulli gallinarum, columbarum domeſticarum, & hædi, cuius tanta præſtantia præditus eſt eſus, quod dixerit Galen. tertio de alimentorum facult. arietis teſtes inſuaues, coctu difficiles, & mali ſucci: & genus omne auium non vndequaque laudabilis alimenti: ſolis auté hædis innoxie vtaris. Ecce quidquid vulgus illo ſuo adagio de carne peliaguda protulerit, quotidie augeatur, vt in maximam viſus debilitatem protrahantur, & fortaſſis in cæcitatem: quod ſolum aſsiduum exercitium literarum ſolet efficere: at vero agricolis & vacantibus mæchanicis artibus & otio aſſiſtentibus non ſic euenit: propter quod exiſtimo certum, illis literatis cum hoc affectu pręſtandam eſſe licentiam eſui carnium quadrageſimæ tempore, alijs vero minime: vtriſque vero ſubuenies hoc remedio multoties comprobato, ex cauſa calida ſic. Recipe tutiæ præparatæ optimę, Antimonij, myrrhæ, thutiæ, cadmiæ, auri & argenti, corali, perforatarum, ſcammæ Aeſcyptij ana ſcru. ij. minutiſsime conterantur, & poſtea cum cáphoræ ſcru. ſemis, & moſci g.vj. in aqua pluuiali quantú ſuff. aquæ in qua bullierint santiſper, adde ſumac, gran. decem, & myrtillorum totidem

Efluxus lacrymarũ.

In efluxu quando cócedenda et quando negãda caro.

Ad lachrymarum efluxum ex cauſa calida.

Ad lachrymarũ effluxũ pro cauſa frigida. conficiatur colirium ad oculos. Pro cauſa tamen frigida loco cãphoræ miniſtrabis roſarum rub. ſuc. & rutæ ſing. ſcrup. ij. & cõficiantur omnia in aqua fœniculi chelidoniȩ, & verbenæ: mundificabis vero ad vtramlibet prius totum iuxta cauſam & locum à quo, & in quo.

Variæ oculorum affectiones. A materia craſsiori, aut quia in ipſiſmet oculis incraſſetur, procreatur & alij oculorum morbi, nebulæ videlicet, ſiue nubeculæ ex mediocriter craſſo humore: nam ex nimis craſſo cicatrices dicuntur, & albugines: vngula, quæ fortaſsis ſolum propter figuram à Græcis ſecernitur, & nuncupatur pterygion, id eſt, ala ab alæ ſimilitudine, & Onyx, quod eſt vnguis, quia albæ radici vnguis ſimilis eſt: grãdo, quia materia alba illa maiorem ſuperemineniam oſtendat: carnoſitates aliquantulum ſuper ptyrigion & onychem ſe oſtendentes: quȩ omnes affectiones, ſiue genitæ fuerint ex vlcere, cicatrice oculi, ſcabie, pruritu, ophtalmia, aut alia huiuſmodi cauſa, ſiue attingant hanc, aut illam oculi radicem, & partem, ad noſtrum inſtitutum dupliciter ſunt conſiderandæ: vno modo circa ſuam radicem & generationem, cum ſcilicet nondum inueteraſcit affectus, & tunc in quocunque homine poſſumus miniſtrare licentiam eſui carnis: quia oportet & quemlibet curare, defœdationem ſubripere, & impedimentum ad operandum ſubtrahere. Subtrahitur carnoſitas, ptyrigion & Onichis poſt vniuerſalia, hoc magiſtrali colirio. Recipe aloes ſuccotrini ſcru. j. & ſemiſ. æruginis ſcrup. j. croci ſcrup. ſemiſ. fellis Hædi drac. j. & ſemi. tutiæ combuſtæ & extinctæ in aqua fœniculi ſcrup. ij. fiat pulueres ſubtiliſsimi, & cum vncis iiij. vini albi optimi, aquæ Euphraſiæ, rutæ & chelidonij ana vnc. j. & ſem. rhodomellis percolati vnc. j. fiat coliriũ. Euaneſcit nubes hoc. Recipe mellis intactæ vnc. iiij. ſeminis lacerti apprehenſi menſe Maij, & tutiæ præp. ſ. drac. j. conficiantur pro oculis, & mane & nocte plumecula oculum inficies. Grandinem triplicem hoc extirpaui Recipe rhodomellis detracti per alembicum, quantum fuerit opus, in quo diſſolue quotidie parũ ſachari rubri: & infunde multoties ſuper grãdinem. Si vero iam veteratæ fuerint affectiones iſtæ, neq; conſpicitur augeri, neque minui quibuſuis remedijs, fruſtra præſtabitur licentia carnium eſui tempore interdicto: tunc quidem miniſtrabitur victus non declinans ad craſsitiem iuxta ea, quæ dicta ſunt, & curatio non miniſtrabitur niſi per manus, vt colligitur ex Paulo lib. 7. capite 57. ex Celſo libro 7. capite 7. ex Donato ab Alto mar

Ad carnoſitate m oculorum.

Ad nubes oculorum.

Ad grandinem.

Quando in affectionibus oculorum neganda caro.

Digitized by Google

facie incipiendo a lepore naſi,&c.& vt colligitur ex Aretheo lib. primo de diuturnis paſsionibus capit.quarto Hipp.lib. ſecundo prædictionum,Gal.14.metho cap.17.Auic.lib.tertio fen.3.trac. 1.cap.6.in quibus locis deſcribitur,quomodo herpes,& eriſipylas differant,ex qua cauſa materiali,& quot ſpecies inueniantur harum paſsionum; de quibus etiã nonnihil inuenitur apud Gal. lib.ſecundo ad Glauc.capi.primo,apud Aetium ſermone ſecundo tractabili quarto capit.6.et apud Montananam lib. de herpetis agnitione & cura,et denique tertio de cauſis ſymptomatũ et 4.apho.64.apud Galenum com.eodem.Vnde ad argumentũ noſtrum perueniendo, placet rationabiliter aſſeuerare, cum herpete generali ſcripto diſtincto a corroſiuo, & miliare tempore interdicto nõ licet miniſtrare eſum carnis,quia nullam infert noxam,aut minimam,& citiſsime curſum ſuum currit propter ꝙ fortaſsis non fuit enumeratum a Celſo.In miliari & ſi aliquantulum magis affectus luceat in communi hominum commercio, non eſt elargiendus eſus carnis quadrageſimæ tempore: nam vt iam vidi ego, quidam agricolæ ſine vlla intermiſsione affecti in naribus herpe miliari,ſuis vacabant operibus,et tandem nõ ex eo morbo, neque ex aliquo ortum ducente ex illo fuere interfecti ipſi,quod in medicina ſatis magnum argumentum cõſtruitur ad iudicandum quid faciendum fuiſſet.In corroſiuo,ſicuti in hereſypelate,dum vlcera apparent,fœtor,et febris,non eſt dub. de indulto ad eſum carnis.

Eriſipelas vnde.

In herpete miliari ꝙ faciendũ.

Tertium, quod in naſo reperitur, ſunt pinnulæ ab alarum ſimilitudine,et extremitas eius pyrula a formula pomi pyri ex Diuo Iſidoro loco allegato:verum quia iſtæ partes non patiuntur morbum alterius ordinis a ſupra dictis,omittendo has,ad cauitatum morbos ipſius naſi,placet percurrere,vt enumeremus morbos illi contingentes inter quos magnifaciunt auctores polypũ cuius recordatur Galen.ſecundo metho. capi. ſecundo, tertio de compoſi.med.ſecundum locos,quarto de locis affectis, & 14. methodi, Auic.& Rhaſius lib.ad Almanſorem capi.de polypo, referẽte Ioanne a Vigo lib. ſecundo de apoſtematibus c.9.eiuſdem etiam mentionem fecit Paulus lib.ſexto & Leonardus Iachinus cap.27.in lib.9.Rhaſis ad Almanſorem:quo inquit. Polypus erit enim tumor præter naturam,velut ex initijs quibuſdam exilibus pendens, atque in latum ſeſe pandens, ac ſi polypum ſciris e lapide pendentem videris, quo igitur alligatur eſt naſi

In hereſypelate corroſiuo bene conceditur licentia.

interna

Digitized by Google

interna tunica, quæ ſenſim humore repletur, & extenditur, vt legitur quarto metho. ex quo fit ſatis notum, quod non ſolum ſit morbus in via, impediens ſcilicet meatus narium, ſed in quantitate aucta ſubſt. propter quod aliqui excogitarunt, quod morbus eſſet ſubſt. quia hic morb. eſt in ſubſtantia: nomen autem Polypi ab animalis ſimilitudine acceptum eſt, vt aliquando a rebus quibuſdam externis nomina ſumuntur, vt Elephas, cancer, rhimi, mirmeciæ, ficus, vt enim Gal. ſcribit, proprietate ſubſtantiæ piſci ſic nominato eſt ſimilis, quam ſimilitudinem eſſe dicit in colore aut conſiſtentia: vt enim illud vel colores mutat iuxta ea corpora, quibus adhæret, ita & hic pro natura humorũ, qui tumorem faciunt, colorem euariat, nunc albicans, nunc rubens magis. iſte duplex reperitur, cancroſus videlicet & durus adhærens partibus narium, latæ figuræ, in ſua ſede fuſci coloris, ſine humiditate, vt plurimum doloroſus, fœtidus, & eo maxime, ſi fuerit vlceratus faciens naſum aliquantulum tumefactum in ſummitate ſua, tumefactione tendente ad aliqualem liuiditatem, etiam cum aliquali indignatione naſi in parte exteriori: Ex quo primo patet, differre polypum ab Hæmorrhoidibus narium, quia nõ pendet, vt illę, ſed creſcit producens circumquaque radices non abſimiles pedibus polyporum piſcium, & aliquando cum duritie tendit in palatum, & partes oris, & in nolime tangere definit: ſecũdo quia ad Polypum nõ eſt opus, vt præceſſerit deſtillatio, vel defluxus a capite, ſed adeſt naſi claritas, & incipit ſicut granum frumenti, & deinde creſcit ſicut Auellana iacens in latere naſi, præcedẽte vero diſtillatione, & defluxu cum alijs ſignis efficiuntur Hemorrhoides: huic polypo debetur eſus carnis, quia licet videatur dare operam homines tali morbo affecti ſuis artibus citiſsime tamen in gangrenam, & corruptionem trahuntur. Alius vero eſt Polypus, qui eſt rubei, vel albi coloris, tractabilis, pendens, gracilis in ſua radice abſque dolore, atque fętore cum humiditate, cum quo ſicuti cum dictis Hęmorrhoidibus, neque puſtulis quibuſdam naſo euenientibus, eſus carnis traditur, quia nec morbus impedit operationes, nec ex illo imminet periculum.

Polypus vnde. *Polypus duplex.* *Polypus differt ab hemorrhoide narium.* *Cum polypo conceditur eſus carnis.* *Quando vetandus.*

Præterea ad finem cauitatum narium ſolet inueniri affectio quædam, qui mammillaris exitus nuncupatur, ex eo quod ad ſimilitudinem papilulę mammillę fit: eſt enim relaxatio cuiuſdã partis illius partis, in qua ſenſus olfactus viget cum Gal. quidquid alij cogitauere: ex hoc multoties ſentitur impedimentum non ſolum ad

Exitus mãmillaris in naribus et quid.

lum ad olfaciendum:ſed etiam ad loquendum:ità quod ſi contingat deprauatus color ſimul cum illo impedimento, putent aliqui, quod adfuerit iam luis Gallicæ radix: verum falluntur, cum iſte affectus non cedat adhuc ſudoribus, vnctionibus, & alexypharmacis præuiſis:ille vero extirpetur præuiſo toto per expurgationẽ capitis pilulis arabicis Nicolai, & cochis, apposita occipitio cucurbita, & expirato per nares puluere tabaci ſpatio triũ dierum. Vltimo accedit, nares omnino abſcindi propter morbos aliquos, & præcipue a gallico, vel ab alio morbo, quo euentu ſi iam cicatricem impetrauere, de eſu carnis non eſt dub. ſicuti etiam amputari contingat in bello, aut propter huiuſcemodi aliud. Quo caſu ſi morbus fuerit, illud animaduerſioni tradatur, et iudicetur, iuxta eum permittendo indulgentiam eſui carnis quadragеſimæ tempore propter morbum, non vero propter naſum amputatum et cicatrizatum:aſt dubium relinquitur, ſiquis expoſcat curationem naſi amputati, iuxta illum depictum modum a Hieronymo Mercuriali libro de decoratione c. 17. quid faciendum, inquit ille, nã in Calabria certum eſt quoſdam reperiri, qui reficiant nares:eſt etiam Bononiæ excell. Tragliocotius:qui dum eſſem Bononiæ, nuper mihi indicauit duos, quibus refecerat nares; certe res non eſt vſque adeo ſimilis, vt non dignoſcatur error, at certe multum eſt, et ſpero fore, vt indies ad maiorem perfectionem hæc operatio progrediatur: modus autem faciendi, vt breuiter dicam, eſt, ſcarificant partem naris amputatæ, & auferunt pelliculam, et etiam modicum carnis ex muſculo brachij: atque nares ita ſcarificatas ponunt arctiſsime intra illud foramen brachij, atq; tãdiu inibi cõſeruãdũ curãt, donec & nares, & caro brachij ſint vnitæ, et conglutinatæ, quod vbi factum eſt, acutiſsimo gladiolo circuncidunt carnem, atque ex ea parte auferunt ablatas nares poſt modum gladiolis concidunt, et in figuram amiſſam narium efformant:demum cannula plumbea aut argentea (ni fallor) nares obtegunt, atque ita curant, vt caro illa dura euadat, & veluti cutem faciat: ſubdit Mercurialis, Hanc operationem dicebat Fallopius eſſe nimis doloroſam, atque præſtare habere amputatas nares, quam huiuſmodi tormentum ſubire, at ego contra ſentio maxime, quia res fit abſque periculo, et vt mihi Traglicocius retulit, non etiam multorum dierum ſpatio, ni fallor enim dixit ſeſe opus perfeciſſe minus triginta diebus, hucuſque Mercurialis; ego etiam audiui a viro do-

Ad illum exitũ medicamina.

Nares amputantur.

Nares ſciſſæ omnino regenerantur & quo modo.

Digitized by Google

ro doctiſsimo & nobili, ſe vidiſſe duos homines habentes nares amputatas, ſanitati reſtitutos Pariſijs: propter quod ſentio chirurgos noſtri regni aut inuide, aut perperam taxaſſe huiuſmodi narium reparationem, tum voce, tum ſcriptis: ſentio & pariter poſt cicatrizationem, ſiquis ſe ſubijci velit huiuſmodi curationi quadrageſimę tempore, quod expectet vſque in finem, & ſic non eſſe indulgendum eſum carnis: ſiquidem nec vrget neceſsitas, nec imminet periculum morbi: ſecus vero ſi propter aliquam neceſsitatem alio tempore non poſſet ſuas recuperare nares: de quibus iam ſit ſatis.

De ore.

Os quid & vnde dictũ.

OS iam ſeſe offert animaduertendum, ſic dictum, quia per ipſum quaſi per oſtium & cibos intus mittimus, & ſputum foris proijcimus: vel quia ibi ingrediũtur cibi, inde egrediuntur ſermones, ex Iſidoro loco allegato. Oris primo animaduertere decet duo genera partium, alterum externarum, internarum alterum:

Oris duplex genus partium.

exteriores præcipue conſideratione dignæ, buccæ nuncupantur, & labia, illæ cõſtãt cute vera externa, & interna tunica aſcẽdẽte a vẽtriculo, pinguidine, & muſculis ſex, tribus ex quauis parte: patiunturque eryſipelas, & formicã miliarem, quæ generatur ex materia cholerica, & aliquando miſta cum phlegmate, interdum cum melancholia, & propterea eſt iſta formica tardioris reſolutionis: & inde iudicandũ de illa, & heriſypelate quoad eſum carnis iuxta periculum corruptionis.

Labia & vnde.

Iſtæ vero partes & labia a lambendo nominata diuidũtur in partem ſuperiorem, & inferiorem, ſuperiorem labium dicimus, inferiorem propter groſsitiem labrum: partes autem iſtæ patiuntur & ingroſsationem, & fiſsuras: inter quæ non ſolet eſſe paruæ conſiderationis, fiſsura illa, quæ Hiſpanice dicitur perrilla.

Labiorum morbi.

Ad labiorum groſsitiem fiat eorum attenuatio cum vnctione mellis, aut aqua in qua ebullierit radix draconteæ, ireos, vel ſcrophularię, vel etiam amidum in mulſa diſſolutum, & puluis marmoris, & puluis pumuſci aſsi, & oſsis ſepiæ: ſed eſus carnium nõ indulgeatur.

Remedia abſque eſu carnis.

Contra fiſsuras labiorum, quia ex multiplici cauſa euenit fore, ſic indulges, ſi propter oſculationes, vt ſæpe ſæpius contingit, valet inunctio facta de muſcilagine ſeminis pſylli, vel vnguento de lirio: ſi vero tales fiſſuræ fierent ex vento, vel aere & ſimilibus

facie incipiendo a lepore naſi,&c. & vt colligitur ex Aretheo lib. primo de diuturnis paſsionibus capit. quarto Hipp. lib. ſecundo prædictionum, Gal. 14. metho cap. 17. Auic. lib. tertio fen. 3. trac. 1. cap. 6. in quibus locis deſcribitur, quomodo herpes, & eriſipylas differant, ex qua cauſa materiali, & quot ſpecies inueniantur harum paſsionum: de quibus etiã nonnihil inuenitur apud Gal. lib. ſecundo ad Glauc. capi. primo, apud Aetium ſermone ſecundo tractabili quarto capit. 6. et apud Montananam lib. de herpetis agnitione & cura, et denique tertio de cauſis ſymptomatũ et 4. apho. 64. apud Galenum com. eodem. Vnde ad argumentũ noſtrum perueniendo, placet rationabiliter aſſeuerare, cum herpete generali ſcripto diſtincto a corroſiuo, & miliare tempore interdicto nõ licet miniſtrare eſum carnis, quia nullam infert noxam, aut minimam, & citiſsime curſum ſuum currit propter ꝙ fortaſsis non fuit enumeratum a Celſo. In miliari & ſi aliquantulum magis affectus luceat in communi hominum commercio, non eſt elargiendus eſus carnis quadrageſimæ tempore: nam vt iam vidi ego, quidam agricolæ ſine vlla intermiſsione affecti inuatibus herpe miliari, ſuis vacabant operibus, et tandem nõ ex eo morbo, neque ex aliquo ortum ducente ex illio fuere interfecti ipſi, quod in medicina ſatis magnum argumentum cõſtruitur ad iudicandum quid faciendum fuiſſet. In corroſiuo, ſicuti in hereſypelate, dum vlcera apparent, fœtor, et febris, non eſt dub. de indulto ad eſum carnis.

Eriſipelas vnde.

In herpete miliari ꝙ faciendũ.

Tertium, quod in naſo reperitur, ſunt pinnulæ ab alarum ſimilitudine, et extremitas eius pyrula a formula pomi pyri ex Diuo Iſidoro loco allegato: verum quia iſtæ partes non patiuntur morbum alterius ordinis a ſupra dictis, omittendo has, ad cauitatum morbos ipſius naſi placet percurrere, vt enumeremus morbos illi contingentes inter quos magnifaciunt auctores polypũ cuius recordatur Galen. ſecundo metho. capi. ſecundo, tertio de compoſi. med. ſecundum locos, quarto de locis affectis, & 14. methodi, Auic. & Rhaſius lib. ad Almanſorem capi. de polypo, referẽte Ioanne a Vigo lib. ſecundo de apoſtematibus c. 9. eiuſdem etiam mentionem fecit Paulus lib. ſexto & Leonardus Iachinus cap. 27. in lib. 9. Rhaſis ad Almanſorem: quo inquit. Polypus erit enim tumor præter naturam, velut ex initijs quibuſdam exilibus pendens, atque in latum ſeſe pandens, ac ſi polypum ſcirris e lapide pendentem videris, quo igitur alligatur eſt naſi interna

In hereſypelate corroſiuo bene conceditur licentia.

interna tunica, quæ ſenſim humore repletur & extenditur, vt legitur quarto metho. ex quo fit ſatis notum, quod non ſolum ſit morbus in via, impediens ſcilicet meatus narium, ſed in quantitate aucta ſubſt. propter quod aliqui excogitarunt, quod morbus eſſet ſubſt. quia hic morb. eſt in ſubſtantia: nomen autem Polypi ab animalis ſimilitudine acceptum eſt, vt aliquando a rebus quibuſdam externis nomina ſumuntur, vt Elephas, cancer, thimi, mirmeciæ, ficus, vt enim Gal. ſcribit, proprietate ſubſtantiæ piſci ſic nominato eſt ſimilis, quam ſimilitudinem eſſe dicit in colore aut conſiſtentia: vt enim illud vel colores mutat iuxta ea corpora, quibus adhæret, ita & hic pro natura humorũ, qui tumorem faciunt, colorem euariat, nunc albicans, nunc rubens magis iſte duplex reperitur, cancroſus videlicet & durus adhærens partibus narium, latæ figuræ, in ſua ſede fuſci coloris, ſine humiditate, vt plurimum doloroſus, fœtidus, & eo maxime, ſi fuerit vlceratus faciens naſum aliquantulum tumefactum in ſummitate ſua, tumefactione tendente ad aliqualem liuiditatem, etiam cum aliquali indignatione naſi in parte exteriori: Ex quo primo patet, differre polypum ab Hæmorrhoidibus narium, quia nõ pendet, vt ille, ſed creſcit producens circumquaque radices non abſimiles pedibus polyporum piſcium, & aliquando cum duritie tendit in palatum, & partes oris, & in nolime tangere deſinit: ſecũdo quia ad Polypum nõ eſt opus, vt præceſſerit deſtillatio, vel defluxus a capite, ſed adeſt naſi claritas, & incipit ſicut granum frumenti, & deinde creſcit ſicut Auellana iacens in latere naſi, præcedẽte vero diſtillatione, & defluxu cum alijs ſignis efficiuntur Hemorrhoides: huic polypo debetur eſus carnis, quia licet videatur dare operam homines tali morbo affecti ſuis artibus citiſsime tamen in gangrenam, & corruptionem trahuntur. Alius vero eſt Polypus qui eſt rubei. vel albi coloris, tractabilis, pendens, gracilis in ſua radice abſque dolore, atque fœtore cum humiditate, cum quo, ſicuti cum dictis Hæmorrhoidibus, neque poſtulis quibuſdam naſo euenientibus, eſus carnis traditur, quia nec morbus impedit operationes, nec ex illo imminet periculum.

Polypus vnde.

Polypus duplex.

Polypus differt ab hemorrhoide narium.

Cum polypo conceditur eſus carnis.

Quando negandus.

Præterea ad finem cauitatum narium ſolet inueniri affectio quædam, qui mammillaris exitus nuncupatur, ex eo quod ad ſimilitudinem papillulæ mammillæ fit: eſt enim relaxatio cuiuſdã partis illius partis, in qua ſenſus olfactus viget cum Gal. quidquid alij cogitauere: ex hoc multoties ſentitur impedimentum non ſolum ad

Exitus mãmillaris in naribus et quid.

lum ad olfaciendum: ſed etiam ad loquendum: ita quod ſi contingat deprauatus color ſimul cum illo impedimento, putent aliqui, quod adfuerit iam luis Gallicæ radix: verum falluntur, cum iſte affectus non cedat adhuc ſudoribus, vnctionibus, & alexypharmacis præuiſis: ille vero extirpetur præuiſo toto per expurgationẽ capitis pilulis arabicis Nicolai, & cochis, a pposita occipitio cucurbita, & exprato per nares puluere tabaci ſpatio triũ dierum. Vltimo accedit, nares omnino abſcindi propter morbos aliquos, & pręcipue a gallico, vel ab alio morbo, quo euentu ſi iam cicatricem impetrauere, de eſu carnis non eſt dub. ſicuti etiam amputari contingat in bello, aut propter huiuſcemodi aliud. Quo caſu ſi morbus fuerit, illud animaduerſioni tradatur, et iudicetur, iuxta eum permittendo indulgentiam eſui carnis quadrageſimæ tempore propter morbum, non vero propter naſum amputatum, et cicatrizatum: aſt dubium relinquitur, ſi quis expoſcat curationem naſi amputati, iuxta illum depictum modum a Hieronymo Mercuriali libro de decoratione c. 17. quid faciendum, inquit ille, nã in Calabria certum eſt quoſdam reperiri, qui reficiant nares: eſt etiam Bononię excell. Tragliocotius: qui dum eſſem Bononiæ, nuper mihi indicauit duos, quibus refecerat nares: certe res non eſt vſque adeo ſimilis, vt non dignoſcatur error, at certe multum eſt, et ſpero fore, vt indies ad maiorem perfectionem hæc operatio progrediatur: modus autem faciendi, vt breuiter dicam, eſt, ſcarificant partem naris amputatæ, & auferunt pelliculam, et etiam modicum carnis ex muſculo brachij: atque nares ita ſcarificatas ponunt arctiſsime intra illud foramen brachij, atq; tãdiu inibi cõſeruãdũ curãt, donec & nares, & caro brachij ſint vnitæ, et conglutinatæ, quod vbi factum eſt, acutiſsimo gladiolo circuncidunt carnem, atque ex ea parte auferunt ablatas nares poſt modum gladiolis concidunt, et in figuram amiſſam narium efformant: demum cannula plumbea aut argentea (ni fallor) nares obtegunt, atque ita curant, vt caro illa dura euadat, & veluti cutem faciat: ſubdit Mercurialis, Hanc operationem dicebat Fallopius eſſe nimis doloroſam, atque præſtare habere amputatas nares, quam huiuſmodi tormentum ſubire, at ego contra ſentio maxime, quia res fit abſque periculo, et vt mihi Traglicocius retulit, non etiam multorum dierum ſpatio, ni fallor enim dixit ſeſe opus perfeciſſe minus triginta diebus, hucuſque Mercurialis; ego etiam audiui a viro do-

Ad illum exitũ medicamina.

Nares amputantur.

Nares ſciſſæ omnino regenerantur & quomodo.

ro doctiſsimo & nobili, ſe vidiſſe duos homines habentes nares amputatas, ſanitati reſtitutos Pariſijs: propter quod ſentio chirurgos noſtri regni aut inuide, aut perperam taxaſſe huiuſmodi narium reparationem, tum voce, tum ſcriptis: ſentio & pariter poſt cicatrizationem, ſiquis ſe ſubijci velit huiuſmodi curationi quadrageſimę tempore, quod expectet vſque in finem, & ſic non eſſe indulgendum eſum carnis: ſiquidem nec vrget neceſsitas, nec imminet periculum morbi: ſecus vero ſi propter aliquam neceſsitatem alio tempore non poſſet ſuas recuperare nares de quibus iam ſit ſatis.

De ore.

Os quid & vnde dictũ.

OS iam ſeſe offert animaduertendum, ſic dictum, quia per ipſum quaſi per oſtium & cibos intus mittimus, & ſputum foris proijcimus: vel quia ibi ingrediũtur cibi, inde egrediuntur ſermones, ex Iſidoro loco allegato. Oris primo animaduertere decet duo genera partium, alterum externarum, internarum alterum: exteriores præcipue conſideratione dignæ, buccæ nuncupantur, & labia, illæ cõſtãt cute vera externa, & interna tunica aſcẽdẽte a vẽtriculo, pinguidine, & muſculis ſex, tribus ex quauis parte: patiunturque eryſipelas, & formicã miliarem, quæ generatur ex materia cholerica, & aliquando miſta cum phlegmate, interdum cum melancholia, & propterea eſt iſta formica tardioris reſolutionis: & inde iudicandũ de illa, & heriſypelate quoad eſum carnis iuxta periculum corruptionis. Iſtæ vero partes & labia a lambendo nominata diuidũtur in partem ſuperiorem, & inferiorem, ſuperiorem labium dicimus, inferiorem propter groſsitiem labrum: partes autem iſtæ patiuntur & ingroſsationem, & fiſsuras: inter quæ non ſolet eſſe paruæ conſiderationis, fiſsura illa, quæ Hiſpanice dicitur petrilla. Ad labiorum groſsitiem fiat eorum attenuatio cum vnctione mellis, aut aqua in qua ebullierit radix draconteæ, ireos, vel ſcrophularię, vel etiam amidum in mulſa diſſolutum, & puluis marmoris, & puluis pumuſci aſsi, & oſsis ſepiæ: ſed eſus carnium nõ indulgeatur. Contra fiſsuras labiorum, quia ex multiplici cauſa euenit fore, ſic indulges, ſi propter oſculationes, vt ſæpe ſæpius contingit, valet inunctio facta de muſcilagine ſeminis pſylli, vel vnguento de lirio: ſi vero tales fiſſuræ fierent ex vento, vel aere & ſimilibus

Oris duplex genus partium.

Labia & vnde.

Labiorum morbi.

Remedia abſque eſu carnis.

ſimilibus cauſis, tunc liniantur labia cum melle, & poſtea ſuper aſpergantur puluere colophoniæ, quod ſæpe ſum expertus: aut vtaris linimento ex cera alba & oleo communi igne agglutinato: vel recipe nucem magnam, & decoquatur ſub cinere calido, & nucleus teratur & fiſſuris apponatur, admixto oleo tartarino, & ſimiliter tunc non conuenit eſus carnium: cum illa vero quæ Hiſpanice dicitur, perrilla, ſi deſcendat ad mentum, neceſſarium eſt indulgere eſum carnium, quia ſolet terminari in noli me tãgere. Côuenit autem illi per initia ſuccus abſinthij, & decoctum ex ſemine lini, & ſaxifragiæ cum ſucco centaurę ſic efficiatur linimentum, prius in ciclamine concauato ſemen lini decoctum ſit. *Quãdo in fiſſura labiorũ côcedẽda caro.*

Patiuntur & labia conuulſiones, & relaxationes, vnde munera quibus deſeruiaut ipſa (ſcilicet motioni ciborum circa dentes, & vocis efformationi, literæ namque aliquot non enunciantur, niſi labia coeant) vitiantur: & illud aduenit, ex eo quod præter duas tunicas, cutim ſcilicet veram, & ſocialem ad externam partem deſeruientem, & internam aſcendentẽ ex ventriculo (propter quod contingit multoties ante vomitum, quod pręcedat tremor labij inferioris) & abſque ſpongioſa illa carne, qua media mandibulis contiguantur, quatuor continent muſculos, medijs quibus verſus omnes neceſſarias partes mouentur: talia autem labiorũ vitia quidam a primordijs generationis principijs continent, & tunc poſt iam ſeptimum annum puero, quia fruſtra eſt curatio, erit & indulgentia ad eſum carnis interdicto tempore: pariter ſi ex morbo fuerint conſequuta, tranſactis duobus annis. Verum inter initia, etiã ſi homo per illa vitia non ceſſet a ſuis artibus & operationibus dum tentetur curatio, elargienda eſt carnis comeſtio quadrageſimæ tempore, ne priuetur ab illis dictis, præcipue ſi eueniret hominibus quibus enunciatio literarum apprime eſt neceſſaria veluti concionatoribus, & magiſtris. *Labiorum conuulſiones & relaxationes.* *Quare tremor in labio inferiori ante vomitum.*

Partes internæ oris ſeptenario continentur numero, ſunt nanque mandibulæ, dentes, & maxillares dentes, gingiuæ, palatum lingua, larinx, & tõſile. Mãdibulæ duo ſunt oſſa, ſuperius alterum, alterum inferius, dislocatione afficiuntur adeo pro leui cauſa, vt ſolum pro oſcitatione dislocationem patiantur: tum etiam impediuntur, vt os non exacte circumcludatur, ex eo quod humor imbibatur in aliquo muſculo ex octo mouentibus mandibulas ipſas: verum propter hæc vitia, niſi aliud obſtet, medicus non indulgeat *Partes oris internæ quot.*

Digitized by Google

dulgeat eſum carnis:facillime enim illa reponuntur, & hæc diſcutiuntur. Dentes ſecundo loco in ore ſunt à medicis adnotandi, de quorum numero varie ſcribunt auctores: Gal. lib. de vſu partium 9.cap.8.ſic habet:Cur duos & triginta omnino dentes habemus,&c. Auicenna f.prima 1.doctri.5.cap.5.inquit,dentes quidē ſunt 32. eſt tamen, cum contingit quoſdam homines non habere (nuuaged) qui ſunt quatuor extremi,& tunc non erunt niſi 28. Ariſtoteles ſecundo de hiſtoria animalium capite primo, affirmat, dentes plures ſunt maſculis,quam fœminis,ſed non terminat numerum alterutris,nec alteris:quidam anothomicus cum Auicenna dicit:numerus ordinarius dentium eſt 32. licet aliquando ſolum 28 inueniantur.Ludouicus Bonatiolus illo ſuo lib. Aeneas muliebris capite 8.tenet quod 20.numero complentur, hæc ſunt verba, ſed ex dentibus quaterni primi, quia ſecant, temnici à Græcis nominantur, ij exinde quatuor caninis dentibus ex omni parte cinguntur: vltra quos vtrinque fere maxillares, ſeu molares quaterni ſunt, præterquam in ijs, in quibus tres vltimi, qui ſero gigni ſolent, non increuerunt: horum vtrinque bini caninis proximiores columellares vocitantur: quare viceni omnes erunt. Veruntamen iſta conciliari poſſunt: nam ex eo, quod dentium ordines diuerſi adnotantur pro diuerſis ætatibus, hinc numero diuerſo enumerantur, vt intelligas, o tu medice Iunior, quod etiam ſi poſt decimum quartum annum, aut vigeſimum primum, cui deficiant aliquot dentes, non eſt ſufficiens ratio, vt præſtes licentiam ad eſum carnis: nam quibuſdam in hac ætate, quibuſdam in illa illis perficitur numerus, aut pereunt ante exortum eorundem, exortū autem aut dentitionis naturale tempus depingit Bonatiolus loco allegato, cum aſſerit, pueris primores ſeptimo menſe dentes gignuntur, priusque his ſuperiores, illis inferiores, at omnibus fere prius parte ſupera haud dubium eſt: ſeptimo eodem anno decidere, ac alios ſuffici dilucet. Et Macrobrius libro primo in ſomniū Scipionis capite ſexto cum inquit, poſt ſeptem vero menſes dentes incipiunt mandibulis emergere: Poſt annos ſeptem dentes, qui primo emerſerant, alijs aptioribus ad cibum ſolidum naſcentibus cedunt: vnde inquit Bonatiolus loco allegato, quibus antea dentes renati ſunt, ſicuti Marco Curtio, & Cn. Papirio & Valeriæ, portentum inſinuare: veruntamen dentitionis tempus non ſic indiuiſibiliter debet computari iuxta Ariſtotelis placita: nam quantumuis ſexto de hiſtoria animalium capite 22, vi-

Dentes & illorum numerus.

Dētitionis tempus.

te 22. videatur aſſerere, dentium ſub ortu certa eſt ætas, id non ex plicite, nec ab auctoribus declaratur, & maturius ab eodem dicitur ſeptimo de hiſtoria animalium, capite 10. dentes illi infantes maturius edunt, quorum nutrices lac habent calidius: & hãc incertitudinem videtur inſinuare Galenus libro de fœtuum formatione capite tertio, & pro diuerſo ordine illorum diuerſum tempus animaduertendum: tum & nomen, nam primi præciſores dicuntur, quia omne quod accipitur, ipſi prius incidunt: ſequentes canini vocantur, quorum duo in dextra maxilla, & duo in ſiniſtra ſunt: & dicti canini, quia ad ſimilitudinem caninorum exiſtunt, & canis ex ipſis oſſa frangit, ſicut & homo, quia quod non poſſunt priores contundere, illis tradunt, vt confringant: hos vulgus præ longitudine & rotunditate colomellos vocant: vltimi ſunt molares; qui conciſa à prioribus, atque confracta ſubigunt, & molunt, atque immaſſant, vnde & molares vocati ſunt: aſt pro defectu quorumuis non debet eſſe cura medico de carnis eſu: quia ex eo neque contingit impedimentum hominibus in operationibus, ſicuti de primo dictum eſt. *Colemelli.*

Præfixo autem numero quolibet dentium, cuiuſuis ordinis, pro diuerſa temperatura, ętate, aut ſexu tenetur medicus de conſeruatione illorum habere curam maximam: præcipue in illis in quibus literarum enunciatio, vt prædicatoribus, & magiſtris eſt neceſſaria apprime: patiuntur namque caries, inſtabilitatem, corruptionem illam, quæ vulgo dicitur pulgon, & dolorem: ſed nec pro his, niſi aſsiduus fuerit dolor, & reliqua priuarent homines illos inſinuatos à præfixo opere, non miniſtrabit medicus licẽtiam quadrageſimæ tempore ad carnium comeſtionẽ: quia in reliquis, neque illis deficientibus, contingit operum defectus, neque vitæ abbreuiatio. Sed pro primo vtatur aqua illa Euonimij in ſuo theſauro ſic deſcripta. Recipe radicis piretri tenuiſsime cõtritæ lib. j. cum vino albo generoſiſsimo miſce, & fac miſturam, quæ ſit ſimilis aquæ vitę compoſitæ, hanc per alembicum diſtillabis, vſus tempore, coclear plenũ guſtabis, ore continebis, mane vel quando volueris, nam breuiter ſenties remediũ: ſanat dentes infirmos, corruptos, concauos, eoſdem purgat, & clarificat: loco huius pro parandi difficultate multoties hoc ſum expertus remedium, Recipe radicum piretri minutiſsime ſciſſarum vnc. ij. ligni Guaiaci pariter ſciſsi vnc. i. ſalis gem. g. 10. coquãtur in lib. iii. vini albi generoſiſsimi ad conſumptionẽ duarum vnciarũ plus minus ve, & ore

De dentium conſeruatione cura habenda.

Ad dentiũ affectiones remedia.

teneatur multoties. Pro inſtabilitate hoc ſum expertus: Recipe ſucci mali citri fœminæ dulcis vnc. iiij. ſalis gemmæ g. viij. diſtemperetur ibi: & tribus diebus, bis quotidie lauabis dentes. Poſtea autem ſomni hora radices illorum hoc puluere puluerizabis ſcilicet radices dentium, Recipe coci infectorij, coralis rubri, boli armenici. ſ. ſcrup. i. ſanguinis draconis ſcrup. i. balauſtrarũ vnc. ſemiſ. fiant pulueres ſubtiliſsimi. Ad illã corruptionem, quæ dicitur pulgon, præ alijs confert, vt notat Phallopius, & ego ſum expertus hoc, accipe carbonis roris marini puluerizati nimis, & ſubtiliſsimo linteo alligati, quantumuis frica dẽtes, & detrahes bruchum dentium: & vermem adhuc. Ad dolorẽ ex cauſa frigida multoties ſum expertus, lotione illa ex radicibus piretri ligni guaiaci & ſalis gemmæ. Et ex cauſa calida decoctum aceti acerrimi cum tæda. Verum tu ad hæc omnia totum prius reſpice, Iuxta leges patrum medicinæ noſtrorum, num indigeat aliqua euacuatione. Sed dicet quiſpiam, videris aſſerere dentes cruciari doloribus, ad quod ſentire eſt opus, cum dolor ſit ſenſus triſtis, ex Gale. 2. de locis, quomodolibet illud fuerit: cuius contrarium antiquorum quædam pars exiſtimauit, referente Galeno lib. 5. de comp. phar. ſecundum locos cap. 8. his verbis, quidã enim contradicunt aſſerentes cum os ſit dens, eum citra dolorem affici, &c. & Macrobio libr. 7. Saturnaliorum cap. 8. & alios enim in arte tibi ſocios, & ipſum te audiui ſæpe dicentem, cerebro non eſſe ſenſum: ſed vt oſſa, & dentes, &c. rationibus poteſt hęc pars firmari, nam ex Gal. 8. lib. de vſu partium, ſenſus prærequirit neruum, & non quomodolibet, ſed mollem: at dentes non cõtinẽt neruum in ſua ſubſtantia, vt oculi vident, & ratione conſtat, ergo nequeunt cõtinere ſenſum: & confirmatur, dẽtes ſunt duriſſimi, ſenſus autẽ fit per molle inſtrumentum, vt liquet ex lib. citato c. 5. & probatur, nam ſentire eſt pati, & molle eſt paſsibilius duro. Secundo, cum dentes ſuauiter liniuntur, vel aliquid ab eis cum ſerra tollitur, nõ dolẽt, ergo dens prout in ſe non ſentit. Enimuero quod ſentiãt dẽtes docet expreſſe Gal. ipſe c. 8. citato, cum inquit, nũc enim citra rationalem, & naturalem demõſtrationem teſtimonium his perhibere volo, quem ipſum dentem dolere aiunt: etenim cum ego aliquãdo dolerẽ, diligentẽ ſuper me ipſo animaduerſionẽ habui, vtpote qui iam audieram de hac dubitatione, percepi que manifeſtè non dolentem modo, ſed etiam pulſantem dentem: quemadmodum carnoſæ partis inflammatione vexatæ conſueuerunt, & paulo

Ad dolorẽ dentium.

An dentes ſentiant.

Dentes nõ ſentire.

Dentes ꝙ ſentiant.

paulo inferius ſic: quapropter vtriuſq; doloris ſenſum expertus alium quidem in ginguiuis, alium in ipſius dentis ſubſtantia eſſe clare ſcio, & id aſſerentibus teſtimonium præbeo, quod ipſi aliquando dentes dolent: tenet etiam id libr. de oſsibus capi. quinto & lib. 16. de vſu partium cap. ſecundo, Auic. fen. prima. li. primo doctr. 5. capit. quinto, cum affirmat, nullum præterea oſsium vllo modo ſentit præter dentes. Patrocinantur & huic parti expoſitores Auic. ibidē inter quos gentilis hæc tradidit verba dic primo, quod ſoli dentes inter oſsa ſentiunt, iuxta illud Gal. 16. de vſu partium cap. ſecundo, ineſt autem ventri & hepati & inteſtinis vniuerſis & viſceribus alterum genus neruorū. ſ. quid molle, quemadmodum & ex oſsibus omnibus ſolis dentibus, tum quod hi ijs, quæ ſibi occurunt, nudi ſint expoſiti, & quoniam oportebat eos ſimul ſentire & ſimul diſcernere cū lingua omnia guſtabilia: fauet huic etiam ſententię Ariſt. 3. problem. ſec. 4. & 2. problemat. ſec. 34. Celſus lib. 6. c. 9. Paulus Aegineta lib. 3. ca. 26. Alex. Tral. lib. 3. c. 10. & inter Neotericos ſcriptores Donatus ab Alto mari lib. de medendis corporis malis capit. 41. Iobertus cap. de quotidiana ſpuria, 14. vbi inquit, dentaria herba ſcilicet ex eo vocata, quod etiam carpo affricata, dentium dolorem mitiget, reuocatione facta humoris dentem laceſſentis in eum locum, Ioannes a Vigo lib. quinto capit. 6. vbi citat Halyabbatem ſermone 9. c. 10. lib. ſuæ theoricæ de diſpoſitione regali enumerantem ſex morborum ſpecies, videlicet, dolorem, correſionem, congelationem, dormitationem, limoſitatem ſeu fœditatem, laxationem ſeu commotionem: enumerauimus nos tantum quatuor in ſuperioribus, quia dormitatio nullius conſiderationis eſt, nec congelatio. conualeſcere poteſt etiam pars hæc, nam oppoſita ſuam eradicat ſententiam, propterea quod oſſeæ naturæ fuerint dentes, verum id non eſt aſſumendum certum, vt non inuoluat difficultatem non facilem: primo quia oſſa creſcunt in ſola adoleſcentia, vt colligitur ex 6. de morbis vulg. com. primo Galen. dentes autem in omni ætate. Secundo, quia oſſa generantur prima membrorum generatione ex ſpermate primo de ſemine, tertio de aliment. facult. & lib. de hiſto. philoſophica, dentes vero nō, iuxta ea, quę ſupra retulimus ex Ariſt. & Gal. tertio quia dentes in infantia totaliter radicitus perditi regenerantur fortiores, oſſa vero ſecus: ergo aut nō oſſa, aut altioris ordinis oſsium: 4. quia licet inter oſsa dētes eſſent enumerandi, non colligitur carere ſenſu, vt liquet ex

Dentium morbi.

Digitized by Google

Auenzoar 9. Theiſir ca. 12. primi lib. dicente, & ego credo quod dentes habent ſenſum, & non dico ſenſum groſſum, imo bonũ ſenſum: & exiſtimo ꝙ cætera oſſa habeant aliquid ſenſus. Ratione poteſt hoc etiam conuinci, nã ſi oſſa non ſentirent, eſſet propterea quod eis deficerent canales, & partes medijs quibus virtus ſenſitiua eis a cerebro mandaretur, ſicuti & neruo: verum illis non carent: nam ſi, quantũuis deficiant venæ oſsibus ſuſcipiũt materiam ad alimoniam, non perforatis arterijs, ſibi amplectuntur vitales ſpiritus craſsos ſatis ad vitam: quare ergo licet non perueniat neruus ad os diuiſum per multos neruiculos, non recipiét virtutem ſenſitiuã, præcipue cũ virtus animalis in ſuo exortu, & proceſſu non ſit debilior naturali & vitali, & iſtæ communicantur oſsibus non diuiſa arteria in alias minimas, nec vna in ordine ad oſſa, ergo. Et confirmatur ex illo argumento Gentilis, quia ſi oſſa non ſentirent, homo ſecundum maiorem partẽ ſui nõ eſſet animal, ſed planta ſolum, cum oſſa ſint maior pars hominis, vt colligitur ex Gal. 9. de placitis Hipp. & Plat. ca. 8. aſſeuerante compoſitum eſſe corpus, apparet oſsibus pluribus quam trecentis: minor probatur nam per ſenſum vel ſenſitiuam virtutem habet homo quod ſit animal iuxta illud Ariſt. 2. poſteriorũ, animalia omnia habent potentiam ſenſitiuam, & prædicabili. 3. animal eſt ſubſtantia animata ſenſibilis.

Dentes inter oſſa repenendi. In hac difficultate, oſſeę naturæ eſſe dentes certum eſt, & fuiſſe receptũ apud Gal. lib. de oſsibus loco allegato: & 16. de vſu partium, nam liber Galeno de natura & ordine cuiuslibet corporis, quo ſcriptum inuenitur, dentes enim noſtri oſſa non ſunt, Galeno ſolum adſcriptus eſt, non proprius, nec genuinus: & quantumuis eſſet talis, eodẽ loco diſſoluitur nodus, nam non negatur, quod ſit os dẽs, ſed quod ſit os habens medullã, & perforatus: oſſa equidẽ *Dentes nõ habent medullam.* duplicis ordinis inſinuantur a Gal. 11. de vſu partiũ, quorum alterũ foramen continet & medullã, ſecus alterum: & huius generis dẽtes inuenias: vnde Ariſt. 3. de hiſtoria animaliũ c. 9. dicebat, dentes naturã oſsium æmulantur, & 2. de partibus animaliũ c. 9. dentes oſſei ſunt, & dati ſunt alijs ad conficiendos cibos, alijs ad pugnandũ, cui arrident ſententiæ Auic. Paulus Celſus, & alij ſupra ſcriptis locis, & capitibus.

Oſſa haud ſentiunt. Secundo certũ inuenitur apud Auic. loco allegato, & iuxta reliquos, nulla oſſa præter dentes ſentire: ſic colligitur locis ſupra allegatis lib. de vtilitate reſpirationis 1. de elem. & 13. methodi, quo

Digitized by Google

quo ſcribitur, os capitis ſenſu caret: non redditur autē ratio, quare hoc os nō ſentiat, ſentiāt vero alia oſſa: & inde videtur os nullū pręter dentes ſentire: ſic tenent omnes ſupra citati auctores, et Ioannes à Vigo lib. 1. de anothomia c. 3. dicens oſſa præterea ſunt etiā membra ſimplicia, cæteris duriora, ſenſuq; carentia, pręter dētes, vt inquit Auic. nec datū eſt ſentire dentibus ſolū per neruos, vt quidam cogitant, ſed per ſuam ſubſt. iuxta illud eiuſdem Auic. fen. 7. lib. 3. c. 4. quo ſic, ſcias, quod dentes quandoq; dolent propter cauſam doloroſam exiſtentem in ſubſtantia ipſorum. Ab hac tamen ſententia videtur diſſentire Cardanus, cū tract. 5. li. 2. contradictione 16. affirmet & oſſa ſentire reliqua præter dentes, dū autem Gal. et reliqui id negent, eſt, quia parum ſentiant, ſicuti cum dicitur hominem aliquem non habere memoriam, quia non habet niſi parum, exiſtimat vero id agens philoſophū, quia Gal. lib. de plenitudine. c. 5. ſcripſerat. Porro ſi ligamentorum quoq; in eo genus vna cum carne mouetur (ex his ſiquidem omnibus ipſa muſculi ſubſtantia conſtat) ex nullo iſtorum grauitas ſenſus vnquam prodire poterit, ſed vel ex venis vel ex arterijs vel ex adipe, vel ex oſsibus, aut ex eorū aliquibus, &c. ex hoc igitur loco colligit Cardanus mentem Gal. fuiſſe oſſa omnia a dentibus continere ſenſum grauitatis: aſt ſi ipſe Cardanus textū cum appellatione rigida verborum perpendat, inueniet locū hunc explicādum per alia Gal. theoremata, quibus habet, oſſa omnia ſenſu carere præter dentes: dicit igitur hic, ex oſsibus ſenſum illum effici, aut ex aliquibus illorum oſsiū, quaſi dicat ex dentibus, etſi oſſeæ naturæ fuerint, poteſt excitari talis ſenſus. c. nanq; 8. lib. 5. ſecundū locos docet, non ſolū ſenſum grauantem in dētibus contingere, ſed & pulſantem, ſi autem quis pro Cardano contendat ad placitum illam explicationem illorum verborum, aut ex eorū aliquibus, rogo ab eo qualis ſit illa ſua explicatio locorū aliorū Gal. quibus aſſeritur, nō ſentiunt oſſa, id eſt, paucisſimū ſentiūt, nūquid ſedē poteſt habere in aliquibus Gal. verbis? nā mea explicatio tenet expreſſe in Gal. litera, vt ſit ſenſus, aut eorū ex aliquibus oſsibus, aut ex omnibus non oſsibus, ſed venis, arterijs, & adipe, aliquibus oſsibus vel ex his omnibꝰ copulatiue, ſentiūt igitur inter oſsa dentes propter illā rationē, vt ſcilicet animal medio illo ſenſu cū lingua & palato a quam plurimis vindicaretur: antiquos vero negātes id, conuincit ſatis ibidē Gal. Macrobius ſalſem ratione carnis inquit dolorem ſentiunt, ſed & ſi abſolute

Auic. particulare de ſenſu dentium.

Explicatur Gal. de ſenſu oſſium.

neget, quid ad nos, vt cum Gal. medico, & Ariſt. philoſopho nocetur? Gal. vero 8. de vſu partium, etſi expoſtulet ad ſenſum abſolute mollem illum neruum & naturam mollem, vt tangitur in cõfirmatione prioris rationis: veruntamen ad ſenſum frigidi & calidi, qui ſenſus reperitur magis in dentibus, non eſt illud opus. Bene quidem propter efficaciam caliditatis, & frigiditatis in operãdo, etiamſi dentes ſint vehementer duri, ſentiunt id: vt colligitur ex Ariſt. 34. particula problematum probl. 3. dum vero ſerra ſecatur pars, quod non ſentiatur, exiſtimo dicendum, quod pars eſſet deſtituta à temperie requiſita ad ſentiendam cauſam dolorificã: & inde & faciliſſime rumpitur, & non ſentit. Reliqua etſi viderentur pro noſtra militare parte, tamen quia inuoluunt, & probare contẽdunt, non eſſe oſſeæ naturæ, perpendenda cenſeo. Et ſic ad primum, quod quantumuis eſſet certum aſſumptum, quod reuera à Gal. redditur difficile ſecundo de temperamentis dicente, oſſa vltimæ ſunt partes, quæ perficiuntur: minor tamen eſt neganda, vt experientia denotat, dentes equidem non ſemper augentur. Ad ſecundum dicito, parum intereſſe, non ſimul eluceſcere dentes cum oſsibus ad variationem naturæ: ſicuti nõ refert aliquid, pilos quoſdam in hominibus apparere in principijs, vt variẽt naturam ſpecificam ab alijs, qui poſtea contingunt. Ad tertium dicendum, ſequitur illud verum eſſe propter diuerſum naturæ finẽ: id tamen non ſufficit ad variationem eſſentialem: ſcimus enim ex phyſicis, finem agere, & mouere metaphorice: quod autẽ præbet eſſe ſpecificum, vt forma, non ſic: ſed intrinſece realiter. Ad quartum, quia partim dictis Auenzoar aſſentimur, partim vero diſſentimus, arridet dicere, dentes ſentiunt bene: cetera ſentire oſſa negamus cum Gal. locis ſupra allegatis. Nec oppoſitum renet Auenzoar explicite, ſed dubie ſatis: inquit nanque cap. allegato, Non tamen definio hoc eſſe determinatum, nec illud: nec illud verificabo: & poſtea ſic: & iſtud eſt de rebus, in quibus remanſit apud me dub. & paulo antea dixit: quod inquiſitio huius eſt valde difficilis, quoniam non poſſumus peruenire ad os quodcunque, niſi prius incidatur, quod eſt in medio nerui, ſcilicet pellicula &c. quæ acutiſsimum habent ſenſum. Ex quo dices ad argumenta eorum, qui dicunt ſentire ſe ſentire oſſa: quod illud pertinet ad medium neruoſum, videlicet perioſtrum, & reliqua huius ordinis: in dentibus autem hoc tenere non poteſt: vidimus nanque ſæpe ſæpius dolente dente, etiam ſi tumor appareat, remanere in

Auenzoar dubius.

Ad argumenta dicentiũ ſentiri oſsa.

gingiuis

Digitized by Google

gingiuis, quod dolor penitus euaneſcat: & exiſtente diſtemperie in radice, ſcilicet in neruo: ſignum ergo eſt, cauſam dolendi perci pi in ſubſtantia ipſius dentis, & non ſentiri tantum ratione medij. Aſſeuerare vero, detracto dente, euaneſcere qualitatem, ratione cuius ſentiebatur dolor in neruo, aut carne; non autem in ſubſt. dentis, ſine ratione eſt dictum, propterea quod quantumuis aliquando contingat, communicari aliquid ab ipſo dente partibus alijs: tamen id non eſt ſemper neceſſarium, quia licet ſit communio maxima localis naturæ, eſt valde diuerſa ratio. Ad rationem primam inſequentem Auenzoaris dicendi placitum, dico, oſſa quantumuis ſine arterijs, & venis recipiant alimoniam, & ad vitã adiuuamen, ſenſum tamen non recipiunt: quia non continent ad illud diſpoſitionem neceſſariam, nec erat opus illis dari, vt dentibus: nec id difficile intellectu percipietur animaduertenti muſculos recipere qualitatem ad vitam, & ad nutritionem, non tamen ad conficiendos humores: quia non fuit data illis talis diſpoſitio, ſicuti iecori ipſi. Ad vltimum reſpõdetur, quod licet maior pars partium hominis eſſent oſſa (cuius contrarium eodem cap. docet Gal. cum inquit, ſed oſsibus pluribus quam trecentis longe pluribus etiam muſculis compoſitum eſt: vnde Ioannes à Vigo lib. 1. cap. 1. ex Auic. lib. 1 cap. de anothomia affirmat, quorum muſculorum completus eſt numerus 531.) nil conuincebat argumẽtum: propterea quod homo conſtituitur animal per vnam formã ſubſtantialem, quæ præeſt omnibus partibus partialibus accidentaliter, aut partialiter: de quibus quia cum dentibus ſat apparet, ad aliam partem oris deuenire placet. *Ad rationes oppoſitas.*

Gingiuæ ſeu cingiuæ ſic dictæ à gignendis dentibus, & factæ etiam ad decorem dentium, ne nudi horrori potius, quam ornamento exiſterent, partes internæ oris enumerantur ab auctoribus: & quod deſeruiunt dentibus ſicuti cuti pili, legitur apud Galenũ ſecundo de ſemine, 11. de vſu partium, quinto de compoſ. medicamentorum ſecundum locos: ipſæ autem ſiue componantur ex ſimplici carne iuxta aliquorum mentem, ſiue ſecus, vt alijs arridet, quia citra corruptiones, & inflammationes, quæ ſolent contingere ſimilibus partibus (de quibus nos non agimus) ſolum patiuntur illam laxitatem, ratione cuius dentium inſtabilitas ſuccedit. & de his diximus: iam ad palatum percurramus, partem oris aliam. *Gingiuæ quid et propter quid.*

Palatum poſt gingiuas in ore conſpicimus, nuncupatum ſic,

K 5 quia

quia ſicut cœlum ſurſum eſt poſitum,& inde palatum à polo per deriuationem,cuius ſubſtantia eſt oſſea, interna tunica ventriculi,ſub qua carnis aliqua etſi parua pars condecoratur: vnde Galenus 9.de vſu partium dicebat,ad palatum tria ſunt ſatis,os,mébrana & aden.Circa hoc autem abſolute,licet caput per palatum illud expurgetur,vt legitur 6.apho.2.1.apho.21.primo de arte curat.ad Glaucon.7.met.med.ſecundo de ſemine 8. de vſu partiū, & lib.de conſtitu artis medicę,Nil debet medicus animaduertere ad eſum carnium interdicto tempore, quia nil patitur in ſenſu dicto, niſi vlcerulas quaſdam:ratione quarum cum gingiuarum eroſione, & dentium,ſolet excitari oris fœtor: illæ autem & ſanātur & cōſolidantur hoc remedio.Recipe foliorum cupreſſi,& batinæ moræ,florum rois obſoniorum,& myrtillorum,oliuæ,& ſaxifraxiæ,& herbæ de ſ.Maria partes æquales, coquantur in partibus æqualibus aquæ,& vini, vſque ad conſumptionem medietatis,& lauetur os eo:vel hoc,& eſt millies expertum, Recipe roſarum,balauſtarum,foliorum oliuæ,Nauteæ,plantaginis, lenticularum,cacuminum batinæ moræ,hordei excorticati ſ.p.j.malorum granatorum dulcium & acrium ſ.vnc.j.aquæ capitū roſarū, & plātaginis ana vnc.vj.aquæ roſatæ vnc.iiij.ſitij,& rhodomellis percolati ana vnc.ij rob de moris vnc.j.aluminis vnc.j myrabolanorum citrinorum drac.iiij.gallarum non perforatarum. n. iiij. conterantur hæc & coquantur in lib.iii. aquæ ad tertias, & illo decocto tepido os abluatur. Si vero iam vlcera fuerint maiora, hoc vtaris experto.Recipe decoctionis hordei & aquæ plantaginis ana vnc.viii.arſenici,& eruginis ana drac.ij ſachari rub.vnc. j.& ſemiſ,rhodomellis colati vnc.ij.aloes vnc. ſemiſ. bulliant tantiſper,& adde poſtea myrrhæ vnc.ſemiſ. aquæ roſatæ & vini albi ana vnc.iiij.iterum bulliant,ſimul colentur & vtatis.ad fœtorem hoc conuenit.Recipe corticum granatorum vnc.ij. cornu cerui vnc.j.fol.hederæ m. ij. cinamomi,caryophili, & myrrhæ ana ſcrup.i.decoquantur in aceto,aut vino,& abluatur os.Si tamen ortum duxerit ex capite,ventriculo,aut aliqua parte,ſiue toto tranſmittente,illud reſpice, vt recte iudices de eſu carnium iuxta ea, quę dicta fuere in ſuperioribus

Ad fœtorem vlcerū palati.

(.?.)

De lim

De Lingua.

VLterius ſequitur in ore animaduertenda lingua pars eius interna, circa quam, vt mentē noſtram explicemus, ſicuti circa reliqua, iuxta eius morbos, videtur animaduerſione dignum, Gal. libro 2. de differentijs pulſuum irriſioni tradere c. 2. diuerſimode reſpondentes de ipſa: eius ſunt hęc. Ego vt hoc dediſſem quid eſt lingua, quęrebam? mox reſpondet quidam inſtrumētum animalis guſtui dicatum. Alter ſermoni dicatum dixit, tertius quiddam guſtui & ſermoni attributum, quos ego reſpiciens, etiam Calcei, inquam, & tibię lingua, inſtrumentum eſt animantis guſtus & ſermoni dicatum. Hæc Galenus: quibus non videtur explicitum quid fuerit lingua. Varro inquit nomen linguæ impoſitum a lingendo cibum.

Alij quod per articulatos ſonos verba ligat, ſicut enim pleƈtrū chordis, ita lingua illiditur dētibus, & vocalem efficit ſonum. Anothomicus quidam inquit, lingua membrum eſt compoſitum ex carne ſpongioſa, muſculis, venis, arterijs, neruis, conteƈta duabus tunicis, propria altera, linguæ & ventriculo communi altera, partibusque reliquis oris, eius munus præcipuum eſt iudicare de re guſtabili, deſeruire vocis efformationi, maſticationi comeſtorū, & deglutioni: quam definitionem videtur collegiſſe ex Auicenna fen 6. libro tertio capite primo dicente, & lingua eſt membrum oris ex inſtrumentis conuerſionis cibi maſticati, & inſciſsio vocis, & extraƈtio literarum, & ad ipſam pertinet diſcretio guſtus, & cutis ſuperficiei eius eſt continua cum cute meri, & interiori parte ſtomachi, & cutis (alnatha) eſt diuiſa in duo media coram cōmiſſura (alfechi) & inter illa duo eſt communitas in ligamentis, & tu iam ſciuiſti lacertos eius motiuos & ſenſibiles. Quibus expreſſe oſtenditur, quod detur per omne genus cauſæ. Eandem inquit Benediƈtus Rinius in annotationibus marginalibus Auicennæ deſumpſiſſe Auicennā ex Galeno comm. 1. in prorrithico Hippocrat. 4. de locis affeƈtis cap. 6. lib. 11. de vſu partium cap. 10. lib. 8. cap. 5. primo de cauſis ſymptomatum cap. 4. 4. de vſu pul. cap. 8. com. 4. in libr. de ratione viƈtus in acutis, & 6. apho. 32. verum id intelligendum eſt disiunƈtiue, quia diuiſim illa omnia retulerit Gal. linguæ arridere. Quia igitur lingua tot cōtinet partes, diuerſis valde afficitur morbis: nam aliquando inflatione corripitur, & ita efficitur magna, vt os totum repleat, morbus tamen

Lingua vnde dicatur.

Lingua quid ex varijs auƈtoribus.

Linguæ morbi.

Digitized by Google

tamen curatu facilis, modo ſtatim remedia adhibeantur, & ægri vires conſtent, & inde pro debito tempore condonandus eſus carnium: corripitur etiam a poſtematibus, & vlceribus, quorum magnitudines ſunt animaduertendæ, ad indulgendum eſum carnis tempore interdicto: contingunt adeo paruæ aliquádo, vt ablutionibus illis dictis, pro vlceribus palati paruis facillime corrigantur cum eſu ouorum, lenticularum, borraginis, ſpinacę, & piſcium ſaxatilium. Afficitur etiá excreſcētia illa, quę ranula nū cupatur, facta ſub eadē de qua iudicādū eſt ſicuti de magnitudine propter arteriarū, & venarū hæmoragias, quas pati poterat, raro autem, aut nunquam id videtur: & inde animaduertenda eſt magnitudo. Duo alia, quę propter linguam hominibus accidunt, maiorem multo conſiderationem expoſtulant, quia diuerſas valde inſequuntur cauſas: illa ſunt guſtus affectus, & locutionis defectus, primus cōtingit deprauate, ablate, & diminute, niſi velis quod diminutio in deguſtando reducatur ad deprauationem, ex eo quod dulcis mellis, verbi gratia, non tantum recipiatur, ſicuti eſt, & inde dicas quod non cognoſcitur obiectum quale, ſeu potius quantum eſt. Affectum hunc vniuerſaliter adeo reſpicit Gal. vt dixerit in primo de mor. vul. com. primo ſuper tex. 13. guſtare non poterat, quod idem ſignificat, ac faſtidioſus cibi. Hinc igitur noſtra incipiat oratio dicendo, ſi citra morbum, aut vterigeſtationem (ſolent nanque hæc duo comitari, vt legitur in tertio de mor. vulg. com. tertio, et quinta apho. 61.) reſpiciatur faſtidum, cui accidit ſemper ſapor amarus, aut ſiccus, iuxta humores peccantes in ore ventriculi, aut in parte illa, quæ deſcribitur inſtrumentum guſtus (ſicuti colligitur loco allegato, et quarta apho. ſecundo) euenerit, bene poteſt medicus indulgere eſum carnium diebus quibuſdam iuxta præparationem, & euacuationem humoris peccantis, non amplius: illius eſt ratio, quia quantumuis pro illo non ceſſaſſet homo ab operationibus neceſſarijs, promittit tamen iam morbum cōſideratione dignum, a cauſa præſenti præter ſymptoma præſens, & diſtemperiem, a qua oritur. Verum quia & id non tam pro vehementia cauſę, qualem depinximus ſemper, ſed ſæpe ſæpius pro leui oppilatione inteſtinorum venarum meſaraicarum, hepatis, lienis, & huius ordinis alterius venit, id diſtinguat medicus, dolore ponderoſo talis partis, & nō concedat eſum carnium quadrageſimæ tempore: licet enim expectare, donec illud pertranſierit tempus ad curationem, medijs quidem

Cibi pro quibuſdā affectioni b' linguæ.

Guſtus lapſus.

In lapſu guſtus quid faciendū.

quidem cibis tenuibus, & mediocriter aperientibus degere poſſunt vitam ſecure, vſque in pręfixum terminum, cum talis guſtus deprauatione. Non captantibus humoribus inſtrumentum guſtus a capite euenientibus, ventriculo, aut alia parte deprauationem guſtus & diminutionem adepti ſunt alij: ſolum quia illorum imaginatio fuerit diſtracta a ſaporibus, quinimo virtuti vere contracta: ſic legitur de Beato Bernardo aſſumente pro butiro ſeuum, & alia huiuſmodi: vnde non videtur valde neceſſario tenendam illam propoſitionem, quod ſapit nutrit: etſi aliquantulũ præſtat: quia illud valde quęrere, potius inquirere eſt Epicureorum leges, quam rectam nutriendi rationem: huius ordinis erat ſine dub. Ariſtoxenus Cyreneus adeo gulæ ſtudioſus, vt hortẽſes lactucas veſpere mulſo irrigaret, quo luxurioſius creſcerent, & ſaporis eſſent delicatioris, guſtuique gratiores: & hunc ſequuti Vitellius, Arippus Clodius, Domitius, Quintus Hortenſius, Aſtidamus miſere periere cum Sanctra, de quo Martianus lib. 7. nihil miſerius, nec guloſius Sanctra: ij ergo miſere, & breuiſsime mortui ſunt obtemperãtes guſtui: at alij non aduertentes, quin potius condemnantes guſtũ feliciſsime & longiſsime vixere, & viuunt, ſic Paulus primus eremita dictus annos 16. natus ſeceſsit in latebras nemorum, in quibus durauit annos 97. ſic Antonius, Hylarion, Onophrius, & alij quamplurimi, vt late notat Ioannes Rauiſius: deprauationẽ igitur guſtus ſimilem habentibus eſum carniũ interdicto tempore ego non concederem, vitam agentibus ſancte, quia nunquam eam credam expoſcere. Epicureæ autem viuẽtibus, etiam ſi ex magna ingluuie perdidiſſent guſtum, non indulgerem eſum carnis, comeſtiones nanque relapſæ ſufficiãt illis pro exercendo guſtu: præſtent igitur iam operam exercitijs, non guſtando de ciborum ſaporibus, ſicuti ſancti illi: nec illis erit impedimentum, vt vacent ab operibus neceſſarijs, nõ condeguſtando. præcipue, quia cum huius ordinis hominum Deus venter ſit, ipſi percontabuntur, & inuenient ſibi copioſe alimenta inter piſces, condimenta, & comeſtiones ſatis ad vitam & ſalutem tuendam: quamobrem ad ſecundum.

Hiſtoriæ de guſtu.

Guſtui obtemperantes.

Guſtui reſpuentes.

Secundo propter lapſus linguæ homines fiunt muti, balbi, & male pronunciantes literas, verum & hæc omnia ſolent hominibus euenire ab exortu generationis, & propter morbos: de primo ſcribitur erga Plinium, Quintus Pedius nepos Q. Pedij conſularis fuit natura mutus, & nos vidimus tres alios natos ſic. Propter

Muti, balbutientes.

morbum

morbum obmutuit Zoe vxor Nicoſtati martyris ſpatio ſeptem annorum: demum a beato Sebaſtiano curata fuit. Nauſimenis Athenienſis vxor cum filij ac filię ſuæ ſtrupro interueniſſet, inopinati monſtri perculſa conſpectu, & in præſens tempus ad indignandū & in poſterum ad loquendum obmutuit, Val. lib. primo capit. 8. Verus Antonius cum ex bello contra Marcomanos ſuſcepto Romam peteret in itinere apoplexia correptus, Altinū diuertens triduo mutus fuit, & mox interijt, referēte Valata, lib. 23. Anthrop. quam partem corroborant teſtimonia Hipp. & Gal. 7. apho. 58. lib. 8. de anothomaticis adminiſtrationibus, lib. de neruorum diſſectionibus, & quarto de locis affectis: dum ſcribitur, fiunt muti, quibus cerebrum aliqua ex occaſione concuſſum fuerit: à quo nō multo diſſentit Auic. lib. 3. fen. 6. cap. 16. & fen. 10. tract. 2. cap. 1. Obmutuere alij, etſi non ex primæuis generationis radicibus nec propter aliquam cauſam ex præfixis à Galeno, Hippocrate & Auicenna, ſed, vt exiſtimo, miraculoſe, ſicuti deducitur ex illo Sozomeni lib. 1. cap. 18. quod eſt huiuſmodi, cum Conſtantino magno iubente, Alexander epiſcopus Conſtantinopolitanus, cum philoſophis diſputaturus eſſet de religione, petijt Alexander, vt cū vno aliquo ſibi agere liceret tacentibus reliquis: vno ergo delecto, Alexander ſic eum affatus eſt, in nomine Domini Ieſu Chriſti præcipio tibi philoſophe, ne loquaris, at ille mutus illico factus eſt. Zacharias etiam cum audiuiſſet ab Angelo cœlitus ſibi miſſo, quod vxor eius Elizabeth ſterilis anus paritura eſſet ei filiū ob incredulitatem ad verbum Angeli mutus effectus eſt, vſque ad circuncisionem pueri, & tunc demum loquela reſtituta eſt ei, Luc. primo. Omitto exemplum illius muti cuius mentionem fecit Matthæus capi. 19. & ad balbos recurro primo ſic natos. T. Manilius Torquatus ob ingenij & linguæ tarditatem a patre rus relegatus eſt: referente Val. Maximo libr. ſexto cap. 9. Ludouicus Caroli Calui Frācorum regis frater, cui quoque & ipſe in imperio ſucceſsit, ab impedimēto linguæ Balbus cognominatus eſt, videre eſt apud Michaelem Ritium lib. primo de regibus Francorum. ob morbos & ego vidi quoſdam & balbutientes, & male pronunciantes, inter quos nobilem mulierem, & pauperem hominem præuiſa paralyſi, poſt vniuerſalem euacuationem, miniſtrata ſpacio 15. dierum theriaca magna calida in fundiculo occipitij, & ſaluia ſemper appoſita ſuper linguam, potu etiam miniſtrato ex eadem ſaluia & origano, Dei auxilio, ſanitati reſtitui. Sed iam

D. Sebaſtianus ſanauit mutū.

Muti ex morbo.

Muti miraculoſi.

Balbi nati.

Balbi ex morbo.

Digitized by Google

iam rem noſtram agamus. Mutis ex natalitijs, aut balbis cuiuſuis conditionis, & ordinis aut dignitatis eſum carnium non concedat medicus. Quia morbus non augebitur, vita non abbreuiabitur: ceſſatio ab operationibus neceſſarijs non ſequetur: quia defectus non oritur tam propter humorem impactum, quam propter alligationem alicuius partis, ex his, quæ ſupra retulimus, ex Galeno, & Hippocr. Verum ſi id percipiat medicus, cu ram agat, quo vſque pertráſeant duo anni miniſtrando neceſſaria & cum eſu carnis tempore vetito: & eandem regulam obſeruabit cum mutis, balbis, & inepte pronunciantibus: tranſactis vero duobus annis, requiſitis adhibitis, adeo pars indurata eſt exiſtimanda, vt non fuerit ratio propter quam medicus intelligat, quod effectus augebitur magis, quam homini ſano denuo perueniat: & hæc ſufficiunt de his, reliquum autem, quod ſolet ad notari, ſitis videlicet iuxta linguam ad caput de affectibus ventriculi remitto.

Balbis & mutis ab incunabulis non conceditur eſus carnis.

Sexto diſcutiendum iam ſe offert de ſexta parte animaduerſa in ore, quę Collumella nuncupatur a Galen. libro quinto de ſanitat. tuenda capite tertio, cum inquit, ijs inclinato capite, dorſo ve, aut humi volutatis exercitari non expedit: immo, tum ambulatione ſæpe, tum curſu mediocri, tum geſtatione in vehiculis citra fatigationem vti. Nec quibus prompte in columellam, &c. & a Paulo libro ſexto capit. 31. dicente, Gurgulio tanquam aliquod vocis plectrum ſubinde deſtillationem a capite recipit, idemque præter naturam auctus, ſi oblongior tenuiſque fuerit, columella nuncupatur: ſi vero craſsior ab ima parte & rotunda, vua dicitur, vtrumque autem nomen a ſimilitudine factum eſt. Verũ affectui nomen dat Paulus ipſius partis, ſicuti cum dicitur a pleura pleuriſis. Pars autem ipſa a quibuſdam ſublinguium, opercilium gurgulionis, vel quaſi parua lingua, quæ foramen linguæ recludit, operitque, appellatur. Huius particulæ vſum depingit Gal. lib. 11. de vſu partium capit. 11. ſub his verbis, liquet autem quod & columella non mediocriter confert, ne puluis, aut eiuſdem generis ſubſtantia quædam in laringem incidat, quem tertium huius particulę vſum pręter duos ante annumeratos numerabis, illi autem extant deſeruire ad reſpirationem, & ad vocis efformationem: vnde in his qui affecti ſunt lue gallica, quia contingit corrumpi ligulą ipſa, difficulter vox percipitur. Affectus, qui huic parti peruenire animad uertuntur

De columella.

Columellæ vſus.

Digitized by Google

uertuntur, depingere adnotabis Gal. lib. 6. de cõpoſitione pharmacorum ſecundum locos, c. 3. quo poſtquam animaduerſioni commendabit, quid ſit columella (id eſt, carnoſa quædam particula, quæ in ſummo ore apparet dependens, ſi quis aperto plurimum ore toto linguam deprimat, quæ à græcis Gargareon, & Ciõ, hoc eſt gurgulio, & columna: nam aliud nomen, ſcilicet ſtaphilem, id eſt, vba potius eſt cuiuſdam affectus parti ocurrens) inquit, vba raro ei contingit, verum valde ſæpe inflãmatur, & laxatur. Affectus vero qui adſcribitur columellæ lib. de diffinitionibus medicis erga finem, meo videri non inuoluit paruam difficultatem, ille ſanguinis hemorragia notatur, cum dicitur, ſanguinem quem nõ paruo negotio compeſcas, facile hæc loca profundunt, temporales muſculi, cerebri mẽbranę, palatum, columella, collum, alę, inguina, & id genus alia: nam ſi ſimplex eſt carnoſa particula, vnde hemorragia ſanguinis vt compeſcatur, difficilius intelligemus? verum dubitationem hanc diluet quis, ſi legat Andream Veſſalium lib. 6. capit. ſexto quod eſt de gargareone, vbi poſtquam adnotauit, quod hæc pars multis nominibus donatur, & propter quas cauſas, aſſerit venulas quaſdam ex vaſis palati tunicam adeuntibus in ipſius medio abſumi: igitur ſi venulas amplectitur & in illo loco difficulter poſſunt applicari cohibentia impetum ſanguinis, non eſt intellectu difficilis propoſitio illa ex lib. de diffinitionibus medicis: ſit ergo conſectarium noſtrum detracta omnino columella, tranſacta affectione, ratione cuius fuerit ſublata (præſecuit enim illam Gal. 9. de ſimpli. med. facult.) eſus carnium concedendus non eſt a medico quadrageſimæ tempore, quia illo conceſſo, nec æger liberabitur a deglutione pulueris offendentis viſcera, nec ab indebita vociferatione, aeris modulatione, nec expurgatione, neque ab alijs, quæ illa media efficiuntur: neque augebitur morbus. Pariter eſt dicendum, ſi tantiſper relaxetur, vt multoties euenit, propter ſolis ambulationem, aut vociferationem, aut aliud huius ordinis: aut ſi tantiſper retrahatur, ſed vtendum eſt remedijs a Gal. & ex mente eius, & Archiginis depictis loco allegato 6. ſecundum locos c. 3. & miniſtranda cibaria, circa illud quod diximus de capitis affectionibus. Si autẽ inflammationem cum febre, aut hemorragiam patiatur, non eſt dubitandum de eſu carnium.

Quare columellæ fluxus difficulter cõpeſcitur.

Quãdo neganda caro affectio columella.

Tonſillæ vltimo ſequuntur in ore contemplandæ, quas quaternario numero præcingi ſcribitur in introductione ſeu medico libr.

lib.cap.11.ſ.cuius rei cauſa tõſillæ numero quatuor creatæ ſunt: duæ ad linguæ radicem, vtrinque conſpicuæ, duæ his proximæ penitiores,&c.amygdalæ à quibuſdam nuncupantur: de his etiã recordatus fuit Galenus cum Hippocrate tertia apho.26. dum inquit. verum tertiam ętatem, quæ nunc proponitur, quæ vſque ad duodecimum, & decimum tertium annum progreditur, multis capi ait paſsionibus, quarum primas tonſillas (græce paristhmia) nominat, quæ ſunt locorum ad iſthimum attinentium inflammationes. Hic autem per iſthmum oportet intelligere partem illam, quæ os & gulam interiacet, quæ per metaphoram quandam ita nominatur ab his, qui proprie dicũtur iſthimi: eſt vero quoddam breue ſpatium inter duas cauitates, ſicuti illæ, quæ inſpiciũtur prope Achaicum, & Tratiuum, referente Pomponio, addens etiam partes has aliqui nuncupant: alij vero glandulas: aſt hoc in ſuibus intelligas, nam in hominibus tonſillæ aut amygdalę dicuntur. Celſus libro quarto, capite primo, vtitur hoc vocabulo, glandula, pro ipſa amygdala, dum ſana eſt: at vero libro ſecundo, capite primo vtitur hoc vocabulo glandula, pro glandularum ægritudine, ſicuti enim diximus de columna ſeu columella, quæ aliquando pro affectu ipſo nominatur: aliquando pro ſua natura: ſic & tonſillę: quarum vſum videtur tetigiſſe Hippocrates in libro de glandulis, & libro ſecundo de morbis, dum dicitur primo loco. Caput ſiquidem cauum, & rotundum ſuperiacet humoris totius corporis ſuperfluentis, & nimij vſus conceptaculum: nam exhalationes omnes ſupra corpus in capite mittit, quas rurſus caput in corpus reijcit: quod enim ſuperfluit, vbi ſedem nõ habet, manere non poteſt, niſi caput laboret, quare ſeſe cohibet, humoris attractionem efficit, ac in glandulis ea fluxio conuertitur, fluxumque illud nil moleſtat, donec modicum eſt, glandulæque ſuperant: nam ſi multum & acre ſuperfluat, ſicque ac glutinoſum permaneat, inflammat, fauceſque turgeſcunt. Reliquum igitur eſt ex Hippocratis ſententia quod tonſillæ patiuntur turgentiam, id eſt inflationes, & inflammationes, quod & Galenus recipere colligitur ex eo quod libro de ſimplic. medicamentorum facult. dixerit, tonſiliis tumentibus optimum gargariſmum caricæ cum hyſopo & careno decoctæ: & ſe primo de compoſitione medicamentorum ſecundum locos, ad tonſillarum fluxiones adducit gargariſſatum ex aqua frigida, iuxta Andromachi vſum capite quarto, & ad tonſillarum inflammationes commendat lac.

Tonſillarũ nomina.

Tonſillarũ vſus.

Tonſillarũ morbi.

L 9.lib.

Digitized by Google

9. libro de ſimplici. medicamentorum facultat. & ad tonſillarum abſceſſus, & tumores, varia adducit remedia, de remedijs paratu facilibus auctor. Verum enimuero quantumuis iſtę partes tot patiantur affectus, & poſitæ fuere iuxta reſpirationis viam, & deglutiendi, non tenetur medicus illis affecto, tempore interdicto concedere eſum carnium: vidimus enim multoties ex exercitio itineris aliquantulum in tumorem eleuari, aut ex inſolatione partes eas: facilime autem euaneſcere talem tumefactionem: quapropter, niſi adfuerit magna inflammatio, aut cum febre interdicatur eſus carnium: ſed ſit ſolicitus medicus in diſtinguendo, num angina fuerit talis inflammatio, an tonſillarum affectio: intereſt equidem multo hæc ſecernere: nam licet, quarto de locis affectis, capite quinto, Angina omnis affectus appellatur, qui in faucium, aut gutturis partibus reperitur, quoquomodo reſpiratione͂ reddat deteriorem, & tonſillarum inflammatio videatur, quod id efficiat: tamen ratio valde eſt diuerſa: hæc namque pars, vt colligitur ex Hippocratis doctrina relata, emunctorij inuoluit rationem: illa vero, id eſt, quæ afficitur in angina, ſecus: nam Cynagche, quæ prima ſpecies Anginæ à medicis recenſetur, in muſculis internis gutturis conſiſtit: Paracynagchi in exterioribus eiuſde͂. Synagche in faucium muſculis internis, Paraſynache in externis, vnde in his omnibus non ſolum dum actu adſunt: verum dum frequenter ſolent hominibus accidere, conuenit quadrageſimæ tempore carnium comeſtio: in tonſillis tamen non, niſi multum vrgeat tumor: vertebrarum luxatio an alicui ex his ſit reducenda affectio, dicemus Deo dante, circa affectiones collo accidentes.

Intereſt ſeparare tonſillaru͂ affectiones ab angina.

Cum Angina da͂da licentia eſui carnis.

De mento.

Mentum quid, & quare ſic.

MEntum in parte inferiore capitis conſpicitur, vocatum ſic, quod inde mandibulæ oriantur, vel quod ibi iungantur, in lib. medico cap. 10. dicitur, quod ſit id omne, quod labro inferiori longa orbiculari figura ſubiacet, afficiturque papulis ficoſis, mentagris appellatis, & ab aliquibus lichenibus agreſtibus, ſiue feris, depilationibus, & morbo illo, qui dicitur noli me tangere: affectus enim hic canceris ſpeciem ſubit rationem, veru͂ ſecundum, quod accidit huic, aut huic parti, ſortitur hoc aut illud nomen iuxta illud, quod ſcribit Ioannes à Vigo lib. 2. c. 10. dicens, Ca͂cer propterea à modernis & iunioribus doctori-

Morbi me͂ti.

Digitized by Google

doctoribus tantummodo diſtinguitur, ſecundum diuerſitatẽ ſpecierum ſumendo denominationem eius à loco: nam ſecundum ꝙ eius ortus plutibus in locis poteſt contingere, plura ſibi ſortitur nomina: nam ſi in facie videlicet, à mento ſupra oriatur, talis ægritudo à præfatis modernis doctoribus noli me tangere nuncupatur: verum ſi in inferioribus partibus, videlicet in coxis, & tibijs talis reperiatur ægritudo, ab eiſdem lupus vocari conſueuit. Vnde Galenus vniuerſaliter 1. de inæquali intemperie dicit, Cancer in parte eſt inæqualis intemperies cum fluxione, & tertio de temperamentis, & tertio de ſymptomatum cauſis, ex cachochimia, & vitioſis ſuccis dignoſcitur citra id, quod explicaſſet, in qua parte contingat: ſed quia iſti ſiue occulti fuerint, ſiue ſecus, vt legitur ſexto apho. 38. 14. metho. ſecundo de arte curatiua ad Glauc. lib. de tumoribus præter naturam, 4. aph. 24. & libro de atra bile, ſemper minantur periculum, nõ dubitet medicus indulgere eſum carniũ tempore interdicto patientibus noli me tangere: cum populis vero ficoſis, & lichenibus, niſi fuerit perſona priuata, nequaquam; nam morbus non cohibet operationes: neque defœdationem in alijs oportet cõſiderare, in priuatis vero perſonis, turpe illud eſt, & ſufficiens ratio, vt concedatur carnis comeſtio, ne perueniant ad omnimodam menti depilationem: nam quantumuis Gal. lib. 1. de compoſitione medicamentorum local. ſcripſerit cap. 1. mẽti vero & pudendorum pili minoris vtilitatis gratia producti vidẽtur, quàm palpebrarum, & ſuperciliorum: verum non negat abſolute vtilitatem: nec dum, quod quantumuis negaret, in ſacerdotibus ſaltem inmento cohibendæ ſunt depilationes, & lichenes, & defœdationes: ſcriptum quidem eſt, cum accederet homo, vt abſumeret ſanctum Sacramentum Euchariſtiæ, e manibus cuiuſdam ſacerdotis habentis pro lichene defœdationem magnam in mento, & depilationem, ſancto Sacramento abſumpto, dum lauatorium ex vaſe conſecrato reciperet, quia in illo conſecraſſet ſanguinem Chriſti, & corpus ſacerdos ille, & abſumeret, horruit homo ille, & ſtatim apparuit Dei miſericordia, nam correptus fuit homo defœdatione illa, & ſacerdos & Chriſti miniſter omnino liberatus: igitur ne talia contingãt, etſi defœdationes non cohibeant operationes, quia fuerint in mento, omnibus vijs, & curis à medico cohibeantur: inter reliqua autem, quæ ſolent prodeſſe ad recuperationem pilorum menti, eſt hoc præſtantiſsimum, recipe oſsiũ dactillorum & ladani partes equales, pulueriꝫentur, & miſce cũ

In noli me tangere cõceditur eſus carnis.

Hiſtoria notanda.

Ad menti depilationes.

Digitized by Google

olei Mirtillorum quantitate debita pro linimento. Hoc vtaris ſpatio 30. dierum continuo, & poſtea recipe apum nu. 20. plus minus ve, torrefiant in caniſtro ad ignem & diſtempera cũ oleo lentiſcini & vtere, addendo drac. i. pulueris ſtercoris Soricis, & patum roſacei, & videbis conſpicuam vtilitatem. Denique circa externas capitis partes affirmant auctores, hæc accidere Epinictis (quæ inter puſtulas inquit Celſus, peior eſt, aliquantulum liuida, nigra, aut alba cum maxima inflãmatione circunſtante, & cũ vlcere ſordido, dolore excedente magnitudinem apparentem eiuſdem, cõtingens partibus ſupernis) & talparia dicitur, quæ tumor eſt capiti adnaſcens, fere ſemper cum carie cranei, & cornu, quod deſcribitur inter abſceſſuum genera capiti adnaſcentia, ſicuti teſtificatur Lanfrancus trac. 7. doctrina ſecunda capit. 3. aſt inter has affectiones, etſi videatur eadem ratio, quia eueniant eidem pati ad condonandam licentiam carnium comeſtioni, interdicto tempore & ex eo quod antracis ſit ſpecies Epinictis, et inde quod non ſit dubitandum de elargienda tali indulgentia. talparia etiã, quod morbus fuerit pernitioſus, colligitur ex Hipp. lib. 2. de morbis, titulo caries oſsis capitis, dum inquit, cum caries facta fuerit in oſſe, dolor ex oſſe corripit, temporis autem progreſſu cutis de capite, alia, atque alia parte diſcedit: talia vero patitur is cui in ſecunda oſsis lamina pituita ſuperueniens reſiccata fuerit: hac enim parte rarum fit, & omnis humiditas ex ipſo deficit, & quia aridum eſt, cutis ab ipſo diſcedit, & hic morbus letalis non eſt. Hæc Hippocrates. Diximus nos quod pernitioſus eſt, id eſt, magnus pro principatu partis, iuxta Gale. doctrinam 4. lib. metho. cap. 6. & hoc ſufficit ad carnis eſum, licet non fuerit mali moris, neque habeat ſymptomata praua, nec cito intereat, ſicuti magna capitis vulnera, ſeu vlcera, cuius fortaſsis extat ratio, etiam ſi aliquando penetret ad intima: quia cum ſit ab humoribus frigidis, tardæ & lẽtæ operationis, natura quaſi aſſuefactionem adipiſcitur propter lentam & paulatinam operationem: & inde nõ cruciatur, ſicuti ſi affatim, & ſubito alteretur: ad ꝙ etiã accedit, quod humor frigidus ex ſua natura & ſiccus, mitiora introducit ſymptomata, vt colligitur ex Galen. in 3. lib. de morbis vulg. com. 1. & 7. apho. 12. 13. metho. & 4. aphor. 44.) verũtamen de cornu alia excitatur ratio, nam ſcribitur ab auctoribus, quod ſit de genere verrucarum conflatum ex melancholia, & craſſa pituita: vt colligitur ex Auic. fen. 7. lib. 4. tract. 3. cap. 14. ex quibus dedu-

Epinictis quid & vnde ſit & quotupliciter.

Quid in talparia obſeruandum.

Digitized by Google

deducitur vacare a doloribus, ab impedimento operationum, & alijs huiuſmodi, atque propterea quod ſit eſus alia ratio, ſed in hac difficultate aduertere decet nunquid tuberculus iſte in vna parte capitis ſolum obtinuerit ſedem, vt in occipitio, vel bi gratia, aut alia huiuſmodi parte: nam ſic, alijs non cogentibus, non conuenit eſus carnium: at ſi in pluribus partibus, iuncturarum videlicet, habeat radices, vt multoties viſum eſt, quia iam impedit operationes, bene & ſine periculo conſcientiæ poteſt medicus indulgere eſum carnium quadrageſimæ tempore; ſpectant enim & hæc ad partes alias a capi. ſcilicet ad manus, & ad pedes, ſicuti verrucæ, & ſcirrhi (de quibus poſtea) quia vniuerſaliter in omnibus partibus fere reperiri contingat. Nunc vero ad morbos qui ſolent citra febres (quia de his non agimus) infeſtare partes internas capitis tendamus.

Cum cornu quando cōceditur eſus carnis.

De affectionibus capitis, internis partibus euenientibus.

CAPVT IIII.

Intra cranei oſſa membranæ conſpiciuntur, dura ſcilicet, & pia mater, atque ſubſtantia cerebri, & hoc ſeparatur, & inde maius, & minus nuncupatur: ſeparatio autem perficitur media illa ſecunda membrana: minus cerebrum nullum continet ventriculum, maius vero cauitates amplectitur quaſdam, & diuiditur verſus longitudinem in duas partes: nam a radice naſi vſq; ad cōmiſuram laudē per durā mēbranam interciditur, in dextrum & ſiniſtrum: verum diuiſio hæc non penetrat ad cerebri profunditatem, quoniam in parte anteriori partitio terminatur paulo poſt primum ventriculum: in parte autem poſteriori progreditur, & in piam matrem: denique & venæ & arteriæ, vt proficuę ſatis in vaſis vtriuſque membranæ adnotantur, vtraq; etiā continent cū ſubſt. cerebri ſuam temperiē & inde varijs morborum generibus quotidie cruciantur. Videre eſt com. 1. de victus ratione in morbis acutis 7. apho. 58. 1. de ſymptomatum cauſis 4. de preſagatione ex pulſibus 3. de locis affectis 1. de compo. phar. ſecundū locos c. 3. & 2. lib. Hipp. de morbis: qui vero attinent ad noſtrū argumentū (quia reliqui cōtinēt

Partes internæ capitis.

Digitized by Google

ſæpe ſæpius febrem, & ſic de illis non eſt dubitandum ad indulgentiam eſui carnis) duodenario numero præcinguntur: ij nanque ſunt vertigo, aſsidua vigilia, ſtupor, ebrietas, ſternutatio frequens, incubus, mania, melancholia, congelatio, memoriæ læſio, epilepſia, catarrhos.

Capitis partium internarum affectiones.

Quantumuis caros non ſecum inuoluat neceſſario febrem (ſicuti expreſſe colligitur ex Auic. f. prima lib. tertio trac. 4. c. 1. ex Gale. 13. met. ca. 1. quo loco habetur, hoc differre carũ a lethargo quod lethargus ex neceſsitate habet febrem, carus vero minime & ratione etiam hoc poteſt oſtendi, nam inter cauſas a Paulo depictas cari, qui videbatur inſinuare, quod amplectatur in ſua eſſentia caros febrem, ſunt compreſsio ventriculorum cerebri, & maxima conſumptio animaliũ ſpirituũ, vt deducitur ex lib. 3. c. 9. at vero has cauſas non neceſſario ſequitur febris: ſicuti cõſtat ex Gal. 1. de differẽtijs febriũ, tum quia licet aliquãdo radicẽ aſſumpſerit ex pituita, ipſam putrefieri nec eſt neceſſarium opus, ſufficit nanque pro frigiditate, & humiditate media corporatura illum effectum procreare: vnde quando Paulus loco allegato inquit, febris carum præcedit, eaque vehementior, lethargũ ſubſequitur: ſic debet intelligi: non quod neceſſario caros ſequatur febrẽ, vt nõ poſsit primo inſultu excitari, ſed quia aliquãdo cõtingit, carum excitari in vigoribus quarundam acceſsionum febrilium; & hic verus eſt caros, & non improprie, vt illi qui excitantur ex vino, & poſt longas vigilias: vt eſt videre in 1. prorrheticorũ com. 2.) tamen non recenſuimus illum inter præfixos morbos, de quibus magna poteſt excitari controuerſia nunquid laborantibus illis conueniat eſus carniũ tẽpore quadrageſimæ: quia ille peſsimꝰ morbus eſt vt habetur li. de Dynamidis ſub illis verbis, Ad expurgandam vero & remouendam prolixam humorũ diſpoſitionem vtimur charactico in paralyſi, & apoplexia, & atrophia, & in peſsimo morbo qui caros dicitur. Hinc Gal. 5. aph. ſuper text. 5. poſtquã dixit iuxta Hipp. mẽtẽ, muti ex quacũq; cauſa vocantur, qui caro laborant, docet, verum proprie caros nominatur totius corporis inſenſibilitas, atque immobilitas repentina, in primum etiã lib. prorrhet. Hipp. com. ſecũdo ſuper illum text. 29. ſopor an vbique malus, declarat Gale. quid proprie fuerit caros, quomodoque differat a ſomno profundo, qui ſolet peruenire poſt longas vigilias infirmis, infantibus, potatoribus vini, & alijs huiuſmodi, de quibus etiam nonnulla dixit Galen. tertio de

Caros nõ aſſociatur neceſſario febri.

Caros quare nõ enumeratur cum illis mor. 12.

Caros quid.

tertio de temperamentis. 4. de locis affectis, 1. de ſympt. cauſis, & lib. de inſtrumẽto odoratus, atque de ſymptomatũ differ. c. 3: quo inquit, eſt igitur huius quoque alia veluti paralyſis, ſiue reſolutio quædam: quam græci carum nominãt, & com. 2. in lib. Hipp. de articulis ſuper tex. 22. illum, huiuſmodi enim muſculi inexpugnabilem dormiendi neceſsitatem inducũt, quãdo alienantur & præter naturam extenduntur. Ex quibus locis liquet, caros eſſe ſomnum profundum ſine læſione reſpirationis, quia etiam ſi læſio iuxta Gal. ſententiam caro adſcribatur, non eſt vt ſignum pathonomonicum (hoc enim ad apoplexiã attinet, & hoc hæc duo ſeparantur inter ſeſe) ſed tantum quando multum increſcit caros aut coniungitur cum alio, vt cum Angina v. g. aut cum obſtructione viarum reſpirationis aliqua: & hac ratione concilianda ſunt loca Galeni & aliorum medicinæ patrum, quæ videntur pugnare inter ſe, aliquando dicendo, habere coniunctam reſpirationem, aliquando vero ſecus carom, & ſine febre delentem omnes potentias rectrices, iuxta illum aphor. 5. quintæ citatum quo dicitur, eſt totius inſenſibilitas, &c. & 4. de locis patientibus c. 2. etiam ſi non apprehendat niſi duos ventriculos anteriores cerebri, & præcipue ad cauitatem quã ad ſubſt. e contra ac contingit in apoplexia. Propter quas omnes cauſas, etſi ſine febre conſtituatur caros, non eſt dubitandum de eſu carnis, dũ ad fuerit vetus: ſicuti non concedendus talis eſus cum alijs ſpeciebus duabus, niſi alius præfuerit morbus.

Caros definitio.

De vertigine.

PEruenjendo igitur iam ad illas duodenarias affectiones, de quibus inſinuauimus poſſe eſſe dub. an deceat dare licentiam ad carnium comeſtiones patientibus eaſdem, inter quas primo enumerauimus vertiginẽ, poterit quis nobis obijcere, quod perperam de vertigine id in dubiũ reuocamus: nã vertigo, vt caros morbus magnus eſt, vt c. 1. retulimus ex Gal. 6. de ſanit. tuenda c. 12. dicente, verũ qui ex leui cauſa male afficiuntur, vt magnis morbis aſsidue vexentur, veluti comitiali, & vertigine, &c. & 3. apho. 17 vertigines ſunt magnum malum ad omne opus animæ ad vitam, & ibidem, quod vertigines proximæ ſunt morbis comitialibus, & apoplexijs: quod etiam ſcriptum inuenies lib. introductorio: quare igitur condonatur laborantibus carom abſque controuerſia illa licentia,

quia fuerit morbus magnus, his vero, id eſt, vertiginoſis magna controuerſia præuiſa.

In hac difficultate exiſtimo nullum ſanæ mentis eſſe, qui iam non percognouerit opus fuiſſe, ad eius enodationem explicare, quibus contingat modis, & propter quas cauſas vertigo ipſa: quæ, vt colligitur ex Gal. 3. de locis affectis, cap. 8. & 4. apho. 17. affectio cerebri eſt, in qua omnia quæ videntur apparent moueri, licet quieſcant. Senibus ergo cum Hipp. inquit Gal. 3. aphor. 31. vertigines ſæpe quidem accidunt, propter ſpiritũ vaporoſum, qui in regionibus cerebri inordinato cietur motu: ſæpe etiam in ventriculo vitioſis ſuperfluitatibus aceruatis ad cerebrum fertur exhalatio vaporoſa: dicit etiam Braſobolus mentem fuiſſe Gale. loco allegato, vertigines contingere propter medicamentum aſſumptum à corpore ſano: veruntamen com. cita. 31. id non inuenio, etſi lib. de purgatione cap. 1. clare id pronunciauerit Gal. cũ inquit, ſalubria habentes corpora difficulter purgantur, nam & vertigines ſuccedunt. Paulus lib. 3. cap. 12. de vertigine affirmat, vertiginum affectus naſcitur, cum frigidus glutinoſuſque humor cerebrum occupat. Contingere etiã videtur huiuſmodi affectus, quando quis molendini rotas circumuoluentes reſpicit, & Azarabius docet, quod vertigo fit ex aſpectu de alto loco in profundum: & fit etiã ex eo, quod quis aquas alicuius fluuij nimis currentis attente per longum tempus animaduertat, oculis motum illum conſpiciendo: vnde Forliuius ſuper Auic. loco citato aſſerit, ſciendum eſt, quod non ſolum ſumitur vertigo pro diſpoſitione, in qua apparent res verti, ſed etiam quocunque modo moueri: ſicut etiam videtur homini, qui imaginatur, quod cadat, ſiue ſit à cauſa intrinſeca vel extrinſeca, poteſt dici vertigo. Paulum vero loco allegato apparet inſinuare, quod eſt neceſſarium in cerebro adeſſe humores: nam poſtquam dixit, vertiginum affectus naſcitur, cum frigidus glutinoſuſque humor cerebrũ occupat, ſubdit, vnde leui occaſione protinus etiam concidunt, veluti quãdo aliqua circũagi extrinſecus aſpexerint, vt rotas, verticesue: aut quando etiam ipſi circumaguntur. Ergo quando ex leui occaſione apparent res in gyrum moueri, vult Paulus, quod adfuerit malum aliquod in cerebro, & quod non ſit ſufficiens cauſa reſpicere res in gyrum motas deficiente interna cauſa. Illud autẽ Iſidori 4. Etymologiarum videtur huic dicendi modo arridere, dicitur autem vertigo, a verto vertis, & eſt globus, conuolutio, & coagi-

Vertigo quid.

Vertiginis cauſæ.

Vertigo vnde.

coagitatio, quæ ſit in terra à vento: & in capite à morbo. (cccc) vertigo igitur eſt, quotieſcunque ventus ſurgit, & terram in circuitu mittit: ſic & in vertice hominis arteriæ & venæ ventoſitate ex reſoluta humectatione, & in oculis gyrum faciunt: vnde & vertigo nuncupata eſt, differens ſolum ab ſcotomia, non vt vnus affectus ab alio: ſed ſolum per ſymptoma illud, quod in tenebricoſa vertigine ſcil. viſus videatur tenebris circunfundi, ex eo ꝙ cauſa affectionis oculis communicatur: ſicuti contingit in quarta na cum vomitibus & deiectionibus, propterea quod cauſa aliqua communicatur ventriculo diuerſa ab illa, quæ ſine illis euenit defectu talis communicationis. Nec ſolum contingit vertigo ex vapore eleuato à pituita, vt cogitant aliqui, ex eo quod Paulus id explicuiſſet in hoc cap. nam ſi experientia docet, euenire vertiginem per conſenſum cum ventriculo laborante fluxione biliosa, ex qua materia eleuantur vapores, & caput aſcendunt iuxta Hippocratis, & Gal. doctrinam 4. apho. 17. quo ſic Hippocrates, non febricitanti cibi faſtidium, cordis dolor, vertigo tenebricoſa, & oris amaritudo purgatione per ſuperna opus eſſe ſignificat, & Gal. in comment. inquit, Oris vero amaritudo ſolius pallidæ & flauæ bilis appellatæ ſymptoma exiſtit, Aetius itidem cap. de vertigine tenet vertiginē excitari à vaporibus acribus & calidis, qui ſine dub. à bile excitantur. Nec opus eſt, diſsipari aſcendendo in caput vapores biliosos, aut ſanguineos: nam quantumuis ſit verum id poſſe, tanta conſtipatio poſsibilis eſt, vt non euaneſcat flatus talis: & inde ab illis excitari exiſtima aliquando vertiginem, & à melancholico quantumuis longo temporis ſpatio fuerit opus ad hoc, frequentius tamen à pituitoſo vapore generatur: & in hoc ſenſu intelligendus eſt Paulus c. a. citato, Auic. etiam allegato loco, & Gal. 3. apho. 23. dicens vertigines quoque cerebri læſiones conſequuntur, ſicuti & apoplexia, &c. quinimo ſunt qui dicāt, quod per ſolū lapſum imaginationis fiat vertigo, vt apparet in his, qui oculis clauſis affirmāt res in gyrū moueri. Prælibatis igitur his, ſit cōcluſio prima, laborātibus vertigine ſolum, quando conſpiciunt res motas (& alias nunquā) ſiue ſenibus, ſiue ſecus non cōuenit eſus carnium tempore interdicto: ratio huius eſt: quia quantumuis eſt neceſſarium, vt flatus aliquis eleuatus ab aliquo humore communicetur oculis, moueaturque ante humorem cryſtallinum, quod bene deprehenditur animaduertendo ea, quæ contingunt in externis: nam vt ea, quæ videntur

Quia clauſis oculis id etiam appa ret, non videtur neceſſario illud.

Vertiginis cauſæ.

Obſeruatio in vertiginoſis quo ad carnis eſum.

media aqua mota moueri apparent, nam propter denſitatem aquæ ſpecies reflecti poſſunt in medio (quod non contingit in aere propter eius raritatem & tenuitatem) ita dicendum venit, quod cum flatus craſſus ante humorem cryſtallinum mouetur, propter reflexionem ſpecierum obiecta videntur moueri: nec opus eſt ipſos videri flatus, intra oculos exiſtentes, vt cauſent ſymptoma illud: quia impoſsibile eſt aliquid intra oculos contentum videri: ſicut neque videntur tunicę ipſorum, quantumuis magis diſtent ab humore cryſtallino: ſi enim aqua quæ exterius eſt, intra oculos contineretur, etiam ſi videri non poſsit, faceret neceſſario vertiginis ſymptomata: quia eſſet ſpecierũ reflexio, quæ conducit ad prædictum ſymptoma ſine viſione medij: ante humorem vero debent peruenire ex ipſo cerebro, & ibi aliquid mali exiſtere, vt inde morbus cauſa ſit ſymptomatis: alias ſi ſufficeret exiſtentia vaporum in cauitatibus, & inde oculis clauſis viderent res in gyrum moueri, cuius contrarium docet experientia.

In aliquibus fit oculis clauſis. Nec ſufficit dicere, quod motis illis ſpiritibus in cauitatibus, vi imaginationis poteſt percipi res in gyrum moueri: etiam ſi flatus non perueniant ante humorem illum, quo medio fit viſio: nam actiones rectrices, cuius generis eſt imaginatio (etiam ſi dicas, quod ſpiritus non medij, ſed inſtrumenti continent rationem) nequeunt exerceri medijs illis, ex eo quod cum ſint actiones immanentes, non poſſunt fieri ſeparato inſtrumento: tales autem ſunt ſpiritus, habent enim diuerſam exiſtentiam ab agente principali, etiam ſi contigui ſint ſecundum quantitatem) veruntamen tũc adeo eſt leuis cauſa morbifica, vt ſufficiant quadrageſimalia alimenta, dum modo homo ſe abſtineat à lacte: nam lac omnibus vertiginoſis valde nocet, vt quis legere poteſt apud Auicennam lib. 2. tract. 2. cap. 442. quo ſic, lac facit euenire tenebroſitatẽ viſus, & caliginem, & ſicuti deducitur 5. apho. 64. & lib. 4. de ſimplic. med. facultatibus.

In vertiginoſis aliquãdo conuenit eſus carnium. Secunda concluſio, Quibus accidunt frequenter ſymptomata vertiginis ſenibus, conſiſtentibus, adoleſcentibus, iuuenibus, pubeſcentibus, aut pueris, non viſis rebus motis debetur eſus carnium: quantumuis aliunde non fuerit ſignum multitudinis materiæ morbificæ: quia ſi hoc deficiat, & illud contingat, magnam inſinuat debilitatem capitis tale ſymptoma, præcipue quando etiã ſedentibus illud accidit: vidimus nanque aliquando hominem ſedentem adhuc, qui afficiebatur ſymptomate illo; vnde quando

Ariſt.

Digitized by Google

Ariſtoteles ſect. 4. problematuum, quæſtione quarta, vbi quęrit, quæ nam ſit cauſa propter quam ſedentes non afficiantur vertigine ſicut mouentes ſe, & reſpondet, quia in ſedentibus humores manent incluſi in vno loco, in ſurgentibus vero humor ſeſe expandit, quaſi dicat, mouetur, debet intelligi iuxta illud, quod frequentius contingit: nam aliquando & ſedentibus, & iacentibus in torulis illud accidit; nec id difficile intellectu videbitur animaduertenti, aſcendentibus vaporibus, & in vertice attingentibus impedimentum, propter quod reuertuntur, & iterum aſcendentibus gyroſum motum effici, præcipue autem id in fornace contingit aſcendente flamma. Si igitur quando ex humoribus ſaltem calidis eleuantur vapores, etiam ſi homo quieſcat, poterunt & moueri, & attingendo partes ſuperiores reciprocari, & inde globum fieri ſymptoma illud, haud eſt difficile: eleuantur autem vapores, propterea quod morbus exiſtit in tẽperamento, id eſt, in diſtemperie frigida, quæ propter remiſsionem caloris valet efficere, vt eleuentur flatus craſsi, & non diſsipentur. Nec opus eſt, vt illa diſtemperies ſit inæqualis, vt videtur inſinuatum à Galeno 4. acuto. com. 42. & 3. lib. de locis patientibus cap. 8. ſufficit nanque ad vaporum eleuationes diſtemperies, ſiue ita ſit æqualis, vt in qualibet parte cerebri haberet ſimilem intenſionem, ſiue ita dicatur æqualis, quia ſit independens à cauſa. Vnde inæqualitas intemperiei poteſt ſubire rationem conditionis, & eadem doctrina intelligenda eſt de tenebricoſa vertigine: quandoquidem ſolum differt à vertigine, quia maior generatur opacitas, & inde obſcuritas: vt etiam videmus in aere multoties.

Vertigo ſupponit diſtemperiẽ.

De Vigilia.

SEcundo iam reliquum videtur, an vigilias patiẽtibus citra phrenitidem, morbum acutũ, aut aliud huiuſmodi conueniat eſus carnium quadrageſimæ tempore, & diebus interdictis per mãdata ſanctæ catholicæ Eccleſiæ Romanæ, quibus tenemur obtemperare, nam quantumuis vigilia ſit vna ex ſex rebus non naturalibus, teſtificante id Gal. lib. artis medicæ cap. 85. tamen dum plures ſunt, oſtendunt futuram ægritudinem, eodem lib. cap. 82. & poſſunt dupliciter cõſiderari & vt ſignum, & vt cauſa: vt ſignum quia calidos humores & mordaces ſequantur, ex Gal. in tertium de morbis vulgar. commẽ. 1.

Vigilia res non naturalis.

& de

& de victus ratione in mor. acutis com. ſecundo & tertio lib. de locis affectis: vt cauſa, quia corpus exſiccat, lib. artis med. c. 86. in ſexto de mor. vulgaribus com. quarto. 7. methodi, vires lædit 12. methodi, & eaſdem reſoluit, & febres accendit, primo de ſanitate tuenda: verum hoc, dum modum excedant multo debitum cuilibet temperiei vigiliæ, quia hac ratione iam potius ſubire videntur rem contra naturam, quam non naturalé: & ſic potius obeſt naturæ, quam proſit, iuxta illud ſecunda apho. 3. ſomnus atque vigilia, ſi alterutrum modum exceſſerit, malum: & colligitur etiam ex Auic. fen. 2. lib. primo doctr. 2. capi. 15. de his equidem vigilijs de quibus diximus ſermonem facere, Paulus libro primo capit. 98. ſic loquitur: quæ autem ſanos infeſtant, hoc loco nobis exponendæ ſunt, ſolent nanque excitari ob mærorem, aut curam, animi paſsionem, aut ex cibi copia. Verum propter nullam ex his cauſam conuenit eſus carnium interdicto tempore, ſed ſi propter primum id, quod moleſtat, quatenus licet, protinus amputabimus, deinde ſuauium, inquit Paulus, inſtrumentorum ſono mens a ſolicitudinibus abducenda eſt, id quod non nulli leni aquæ murmure machinantur: qui enim ſic permulcentur ſomno facile capiuntur: preterea balneis præſertimque veſpertinis cum bene concoxerint vtentur: (& pro ſecundo etiam.) pariter naribus hora ſomni applicabantur linteum vino albo calido madefactum, temporibus oleum papaueris, populeonis vnguentum, & ceruical cum lana & folijs hioſciami præparatum, quod ſi non ſufficiant, miniſtrabis fellis leporis drac. ſemiſ. in vnc. iiij. vini albi in potu: nam de ipſo ſcribitur: quod ſomnum conciliabit, donec recipiat aceti quantitatem vnc. iiij. Doctor Mena lib. de curandis febribus inquit: & ego ſoleo vti hoc malagmate. Recipe radices mandragoræ, aut hioſciami, calycum papaueris albi ana. p. æquales torreantur deinde atterantur cum vino & roſaceo, quantum ſatis ſit, apponanturque fronti, & temporibus quanquam efficacius erit ex eiſdem non toſtis: ſubdit aliquando prudés dedi caſiophiſtulæ vnc. j. in aqua tepida, & maxima cum diligentia imperabam vigilijs: ſed clanculum ſeruos monebam, vt dum ſomnus obreperet, tacite ianuis clauſis & extinctis lucernis foras exirent, & dormire laborantem ſinerent: quod & ego feliciſsime experimento comperi. Alimẽta denique quadrageſimalia ſufficiunt, ex quibus vapores eleuantur humidi, ſic cum lacte poſſunt multa præparari condita, & ex borragine, & ex lactuca

Cauſæ vigiliæ.

Remedia contra vigilias.

Somnũ conciliantia.

Alimenta vigilantibus.

ctuca coctis:non tamen intelligas nomine lactucæ omnia olera, vt ex antiquis percepere quidam, referente Galen. ſecundo de alimentorum facultatibus, ſed olus illud, quod hiſce temporibus lactuca nuncupatur: quæ nil habet auſteri, acerbi, ſalſi, et acris, iuxta eiuſdem Gal. ſentẽtiam loco allegato nuper: hęc enim ſomnum conciliat, vt habetur eodem ſecundo de alimentorum facult. cit. ſecundo & tertio de locis affectis, & ſecundo de temperamentis, & adeo pręſtat optimum alimẽtum, quod dixerit Gal. loco citato, lactuca, ſi ſanguinem multum generaret, eſſet omnibus edulijs pręferenda, ipſa autem cocta manducetur, quia ſic præſtantiori modo humectat, & ſomnum conciliat, teſtificante id Gal. loco allegato capit. 40. quo hæc omnia refert de lactuca: & reprobat ſententiam accuſantium lactucam, quia multum generaret ſanguinis, nã ſi id eſſet augendo exercitium poterat corrigi, & abſumendo illas ego dicerem in pauca quantitate. Piſces etiam facilis concoctionis eſſe idoneum alimentum, docet Paulus loco allegato, dum facilis digeſtionis fuerint, non ſaliti, præcipue ſi vigilia fuerit propter melancholiam, aut propter pituitã ſalſam, vt ſolet in quibuſdam ſenibus, iuxta Auicennam canticorum parte quarta textu 11. *Lactuca coctа ſomnũ conciliat.*

De ſtupore.

Tertio de ſtupore diſſerendũ venit, qui licet in omni parte fieri poteſt, iuxta Gal. mentẽ, 2. de locis affectis, c. 2. & 5. ſed vt dicebã ſtupor non particulæ cuiuſpiã proprius affectus eſt, ſed diſpoſitio, quę quidẽ in omnibus corporibus fieri poteſt, ſed nõ in omnibus ſenſibiliter, &c. & 5. apho. com. 5. ſtupor proprie eſt totius corporis inſenſibilitas, & immobilitas repentina, & lib. de dignotione, & curatione renum affectus, docet, quid ſit ſtupor, & quo modo fiat in crure exiſtẽte lapide in renibus: tamen inter paſsiones, quæ ſpectant ad partem internam cerebri eſt accingendus, vt clare ſatis liquet ex Gal. 7. apho. ſuper text. 14. dicentem a capitis ictu obſtupeſcentia, & deſipiſcentia malum, vbi Gal. ſic obſtupeſantia vero, græce eclyſis, quando neque aliquid dicunt neque agunt ſed apertis oculis quieti manent, ſimiles his qui ex timore ſunt attoniti: quod vero hæc omnia huiuſcemodi fiant cerebro patiente manifeſtum & oſtenſum eſt ibi, &c. & ſecundo etiam de locis affectis c. 8. & apud Auic. fen. ſecunda lib. 3. c. 13. vnde *Stupor affectus communis omnibus partibus* *Stupor quid.*

Taranta

Taranta lib. primo cap. de ſtupore, inquit, ſtupor eſt obdormitatio cum aliqua inſenſibilitate, cuius cauſa externa eſt ventus frigidus, externũ frigus, compreſſio, fortis ligatura, torpedo, piſcis, morſus animalis venenoſi, & nimia mora in balneo: interna cauſa eſt paucitas ſpirituum, & innati caloris, ſiccitas magna neruos corrugans, & conſtringẽs, obſtructio ab humoribus craſſis & viſcoſis, reſolutio facta ab humida intemperie: quas etiam cauſas ſignauit Auic. loco allegato, & fen. 1. 1. doc. 5. cap. primo & diuiſim Hipp. & Gal. ſecunda apho. 6. ſecundo de locis affectis, cap. ſecũdo, 9. met. c. primo & lib. 11. ca. 8. & Rhaſius lib. diuiſionum ca. 15. vnde ſi cauſæ cerebrum apprehenderint cum perſeuerantia, aut vniuerſum corpus: quia minatur apoplexiam, epilepſiam, cõuulſionem, vel paralyſim, decet concedere eſum carnium quadrageſimę tempore: ſi vero in alia parte ignobili, a capite, & cauſa nec fortis, nec perſeuerans, quadrageſimalia iuxta oppoſitionem cauſarum ſufficiunt.

Stuporis cauſæ.

Prognoſticum.

De ebrietate.

QVantumuis ebrietas tot genera morborũ inducat, vt inſinuatũ quis videre poteſt de cauſis morborũ. c. 5. quo ſic, iuxta vero ſecundam cauſam, aut morbũ attonitum, aut comitialem, aut motus ſenſus, lęſionẽ ve ex ebrietate aliquis ſubit: & 6. apho. 28. vbi dicitur, quod podagram efficit, & 6. apho. 32. balbutiem parit, ſecundo de difficultate reſpirationis, delirium generat, primo de differentijs febrium, febrem inducit: & capitis fit affectus prouenіens ſcilicet a nimia vini potatione: nam cauſa eſt vapor a vino ſumpto reſoluto, qui cerebrum aſcendens ipſum impedit a ſuis operationibus, & ſpiritum animalem diſſipat: nam dum vinum ſuperflue ſumitur calor naturalis hebetatur. & nerui relaxantur: veruntamen ebrijs non eſt concedendus eſus carnium, ſed potius eius abſtinẽtia cõſulenda eſt, nam licet quibuſdam viſum eſt, quod ſemel in mẽſe, aut bis inebriari cõfert: propterea ꝙ virtutes alleuiat animales, & requieſcere facit, & vrinam prouocat, & ſudorem, & ſuperfluitates reſoluit, referente id Auicen. fen. tertia lib. primo doctrin. 2. c. 8. ipſe tamen potionem vini ad ebritatem, aut eius immoderatum vſum ſummopere taxat præcipue in habentibus caput debile, & in pueris, vt liquet ex eodem cap. & canticorum parte ſecunda

Quæ mala ſequantur ebrietatem.

Ebrietas quid.

Bona ex ebrietatę iuxta aliquorũ ſententias.

Digitized by Google

cunda text.34.ex Haly abbate primo pract.capit.nono,ex Rhaſio tract.quarto capit.quinto ex Galen.libr.quinto de ſanitate tuenda capit.quinto,& primo de ſanitate tuenda cap. 12. & taxandus eſt, eo quod infamia ſequitur magna ex ebrietate, homines efficiuntur inepti ad dignitates:& ſi frequēs eſt,hepatis,& cerebri cōplexionem corrumpit,neruos debilitat: & ad neruorum ægritudines perducit,& apoplexiam,& ſubitaneam mortem & inquorundam ventriculis in malam choleram rubram conuertitur, & in aliorum ſtomachis in acetum malum, quia non poſsit ſuperari a calore:quod ſi hæ perſuaſiones non ſufficiant, miniſtret medicus neceſſaria,vt ebrius vinum odio habeat,inter quæ tenet præſtātiſsimum locum hoc remedium,Recipe caput Agni integrum cum capillis,dentibus,& oſsibus omnibus, pilorum hominis P.j. ſanguinis Agni lib.j.Iecur anguillæ cum felle, mitte hæc omnia in ollam vitreatam, & cooperiatur maſſa typhæ, & torrefiant donec poſsint puluerizari, & huius pulueris accipiat drac. j.in vino albo:vel confert vinum ipſum,in quo fuerint ſuffocatæ anguillæ,ſeu murenę,potatore neſciente,quia ſic vniuerſaliter abhorret vinum,miniſtrando equidem per longum tempus vinum hac ratione conditū,nec tradetur homo infamię,nec morbis.Nā illud ꝙ ſcribitur de braſicę folijs,quod naturaliter ebrietati reſiſtant.2. de comp.med.ſecundū locos,& de amethijſta,& de myrta,nullius eſt momenti,nam præter quā,etiamſi impediat aſcēſum vaporū ad caput,non reſiſtit intēperiei producendæ & morbis generandis: & neq; conſtat qualis braſicæ folia id præſtent,nā apprime ſunt variæ,& diuerſæ,alia nanque dicitur braſica alba vulgaris leuis satiua,alia braſica alba,criſpa,alia capitata albida,alia capitata Polycephalos,alia Pōpeiana aut cypria,alia aſparagodes,alia rapoſa, alia rubra,alia Nigra,alia tenui folio laciniata, alia ſilueſtris, & huius deſcribit Fuſius tres ſpecies,ſeu tria genera,alia marina ſoldanela officinarum,alia ſilueſtris a Monoſpermos Penæ: videre eſt apud Dioſcoridem,lib.ſecundo cap.125.libr.2 cap. 54. apud Dodoneum lib.3.capit.54. apud Matthiolum ſuper Dioſcoridem in libr.2. capit.115. iuxta Theophraſtum lib.ſecundo cauſ.capit. 7.apud Cordum lib.primo plantarum ca.31.& lib. ſecundo cap. 89.apud Cluſium libr. ſecundo ſtirpium, Hiſp. capit. 61.apud Dodoneum libro quinto capite ſexto , apud Dalechampum, apud Catonem lib.19.cap.octauo,circa Plinium lib. 20. capit.9. ſed tenetur animaduertere medicus, num ebrius repente obmutuerit

Mala ex ebrietate.

Contra ebrietatem.

Braſicæ diuerſæ.

Ex ebrietate ſolẽt obmuteſcere homines.

tuerit: quod euenire ſolet circa Galen. doctrinam quinta apho. comment. quinto quia ſcriptum eſt, tales conuulſos mori, & tunc decet operam dare curationi per vomitus, & alia remedia proficua barbarorum locis allegatis, & aliorum auctorum.

Dub. de ebrijs.

Dubitabis fortaſsis curioſe, quæ eſt ratio propter quam ebrij quidam riſu, ira alij, nonnulli triſtitia, & quandam pigritia magna agitantur, & ipſi quandoque proferunt docta quædam, quæ tamẽ non intelligunt? dub. primo ſatisfacere poſſet quis ex his, quæ docet Gal. quinta aphor. comment. quinto nempe quod quemadmodum ebrietas non ſoluitur eodem tempore in omnibus, ſed ſecundum temperiem potatoris, & ætatis, pariter & affectus, ſeu ſymptomata diuerſa oriuntur iuxta prædominium humoris abſolutæ, aut cuiuſuis naturæ, circa quod quidam ex babarorum ſectatoribus inquit, geſtus ebriorum variantur ſecundum temperamẽtorum varietatem: nam ſanguinei rident, gaudent, cantant, bilioſi vero ira agitantur, rixas commouent, nemini parent, vigilant, & multa loquuntur. Pituitoſi efficiuntur hebetes, pigri, & ſomnolenti. Melancholici triſtantur, & plorant peccata ſua, atque defunctos. Aſt modus iſte dicendi difficilis ſatis intellectu videtur: nã expreſſe dicit vinum operari ad modum humoris vigentis in corpore quod nõ capit intellectus, nam ſi manet ſub natura vini ſemper, quum habeat lętificare cor hominis, abſque dubio generabit gaudium: ſi vero corrumpitur, quorſum vomitoria vini miniſtrant in curatione ebrietatis auctores omnes? tum a quo dicendum venit, quod corrumpatur? nunquid in pituitoſis a pituita ipſa, & in melancholicis a melãcholia? quo principio aut qua actione? hinc poſſet alter alium dicendi modum excogitare, iuxta Ariſto. doctrinam tertia particula problematum problemate ſecũdo, ſcilicet quod ex eo, quod maxime aut parum fuerint inebriati, hos aut illos efficiant effectus, Problema quidem eſt huiuſcemodi, amplius parum ebrij vel ſobrij quidem magis recte iudicant, ebrij autem vehementer, neque conantur iudicare, parum autem ebrij iudicant, propterea quod non ſunt ſobrij vehementer inebriati: male autem propter id quod non ſunt ſobrij, & cito hos quidem contẽnunt, ab his autem parui pendi putant: quod etiam repetit eadem particula 3. proble. 28. vbi ſic, propter quid parum ebrius magis inſanit, quam ebrius & ſobrius, aut quia ſobrius quidem bene iudicat, qui autem omnino eſt ebrius, propter id quod ſenſus ſuffocati ſint, nequiens grauitatem ferre non iudicat: non iudicans autem

Ebriorum ſigna.

Ariſt. reſponſio.

autem, non eſt inordinatus, &c. verum etſi doctrina hæc verum amplectatur, iuxta id quod in his problematibus quæritur, nam nimis ebrius eſt, ſicuti attonitus, aut mortuus, ea nõ fit ſatis dub. noſtro, in quo quæritur, quare iudicans, aliquantulum hic, & ille plus minusue, alter plorat, alter vero ridet: hic rixas parit, ille quaſi retractus timet: nam licet ſit etiam verum problema aliud 24. eiuſdem particulæ, videlicet, quod vinolenti ſunt ad lachrymandum propenſiores magis (nam propter multam humiditatẽ & caliditatem aliquam vini redduntur incontinentes, & non valent cohibere fluxum lachrymarum, retentrix enim facultas ſiue fuerit vna cum alijs, ſiue ſecus, alia pollet temperie ad retentionem, quàm humiditate: nam hac potius fiunt res incontinentes: propter ꝙ dicebat ipſe Ariſt. 4. metheororum, humidum male terminatur termino proprio: bene autem alieno: quia ad retentricem alia attinet qualitas ab humiditate) veruntamen ante tantam diſtemperiem, aut ſimul cum illa & fluxum lachrymarum reddere contingit, & reliqua, quæ diximus: non quidem lachrymari illis opponitur, vt ſimul nequeant coire. Vnde dicendum eſt ad primam partem dub. abſque contentione cauſam exiſtere illorum effectuum humores diuerſos vigentes in ebrijs, nam ex vino eleuati vapores humorum quaſi in ſuos accipientes citra aliam actionem, corruptionemue vini id poſſunt efficere: vapores autem humorum, aut ipſi humores a calore cõmoti, quod id valeãt efficere, deducitur clare ex Galen. com. 53. particulæ 6. apho. vbi poſtquam Hipp. retulit, deſipientiæ, quæ cum riſu fiunt ſecuriores, quæ vero cum ſtudio periculoſiores: Galen. inquit, differunt autem (deſipientię ſcilicet) inuicem per cauſas ipſas efficientes, nam aliæ ex ſanguine, aliæ ex ſuper aſſata bile, &c. & ibidem Braſobolus, idque fit ex vaporibus in cerebrum aſcendentibus, et ſecundum materierum naturam fumi eleuantur, qui diuerſos deſipientiæ modos faciunt: ſunt enim infinitæ fere deſipientiæ ſpecies, neq; eſt quare quis exiſtimet ſtare rationẽ vnã deſipiẽtiæ, quæ contingit in ebrijs, & aliam in phreniticis, aut melancholicis: cum omnia contingant medijs humoribus aſcendentibus ad caput. *Ad dub. de ebris.* *Riſus an ex vapore ſanguinis.*

Sed obijciet aliquis, difficile intellectu eſſe ex vaporibus ſanguinis aſcendẽtibus poſſe illas geſticulationes excitari, & riſum: primo, nam riſus duplicem paſſionem profupponit, & internã lætitiam, & admirationẽ: at vero ex eo ꝙ ſanguis iam ſit in cerebro ſiue propter vinũ eleuatus, ſiue ibi cõmotus, nõ videtur cõuicẽs

ratio, quare gaudium, & admirationem inducat. Nec valet aſſerere, ſanguinis ſplendorem diſpoſitionē ad lætitiā patere, tenebroſitatem autē humoris triſtitiam: nam admiratio eſt neceſſaria ad riſum, hæc vero naſcitur ſemper ex nouitate obiecti. 2. lib. de motibus manifeſtis & obſcuris habetur, quod in riſu motus clibani pectoris eſt. Et lib. 3. de partibus animaliū c. 10. eſt enim titillatio riſus per huiuſmodi motum partis, quę aliam complet: vnde Nimphus in expoſitione huius loci aſſerit, non eſt intelligendum fieri riſum titillatu ipſius ſepti, ſed titillatu mēbrorum annexorum ſepto ipſi extrinſecus, precipue axillarum, & laterū ventris, per hoc enim quod hæc membra extrinſecus mouentur, cōmunicatur titillatus ipſi ſepto, & tandem cordi: quid igitur commune his & illis videri poteſt? nunquid quia titillatio fiat in his partibus, excitabitur receptio noua obiecti, & efficietur geſticulatio? an quia vapor ſanguineus, an ſanguis recipiantur in capite, titillationem in ſepti vicinis partibus effici erit poſsibile? non equidē, quia nec cōmunitas, nec ſympatia talis euentus hucuſq; eſt cognita.

Quomodo ira ex vino & bile. Vlterius continet etiā non paruā difficultatem, quomodo vini vapores & bilioſi caput aſcēdentes iram efficere valeant: nā, ira ſicuti liquet ex Ariſt. 1. lib. de anima, duplici definitione explicatur, dicitur nāq; ira appetitus vindictę, & feruor ſanguinis circa cor: hec per materiam datur definitio, illa vero dialectice per rationem & formā, tex. com. 16. a qua ſententia non diſſentiens Gal. 1. de differentijs febrium dicebat, ira eſt veluti feruor quidā *Ira quid.* ac vehemens motus potentię iraſcibilis in ipſo corpore cordis ſita, & 2. lib. de ſanita. tuenda, Ira vindictę appetentia eſt: difficile autē eſt explicare, quo pacto vapore bilioſo cū vino exiſtente in cerebro ſequatur vtrūq;, quod eſt neceſſarium ad irā: Nā ſiquis dicat in ebrijs cor nō tātū reddi calidius, ſed ſpiritus vitales etiā & ſanguinem illius, ex quo magis redditur ſanguis aptus ad ebullitionem, & cor magis aptum ad irā, iuxta Gal. ſententiā lib. artis med. c. de ſignis calidi cordis, quo loco inter ſigna talis cordis ponit audaciam, & irā: & inde videatur diſpoſitionē produci ex parte cordis, & ex parte ſanguinis: verū hæc ratio non ſufficit, propterea quod ante efferueſcētiā ſanguinis, & pręter cordis diſpoſitionem eſt neceſſaria cognitio obiecti moleſtantis, ſine qua adhuc alijs exiſtentibus, non erit ira.

Tertio videtur eadē difficultas in ebrijs pituitoſis, & melācho-

 licis

licis:quia nõ videtur quare illæ excitẽtur paſsiones. Sed quia hęc omnia nil conuincunt, vt verũ exiſtimemus oppoſitũ, dicendum conuenit ad primũ, admirationẽ in tali ebrio non poſſe habere ortũ ex explendore ſanguinis, ſed potius quia cũ ille deprauatã habeat rationem, & actũ potentiæ internæ rectricis, poteſt apprehendere obiectũ ſecundũ ſe, vt nouũ, (imo omnia videtur ebrijs noua) quod ex ſua natura non erat, & propter defectum diſcurſus poteſt ignorare cauſam, quare illi videatur nouum.

Ad illud de motu clibani, & axillarum dicito, quod tunc recipit homo aliquid noui, quando ei fit titillatio illa, quia ſentit pruritum propter tenuitatem cutis iuxta illud Ariſtot. eodem, capit. 10. lib. tertio de partibus animalium, quo ſic, cauſę autem cur homo animalium vnus titelletur, & cutis tenuitas eſt, & quod ſolus omnium animalium rideat: vnde quando dicitur, quod titillatio non eſt aliud quam riſus, intelligendũ eſt cauſaliter, quia titillatione deprehenſa, noui aliquid deprehenditur: & inde fiunt geſticulationes, quæ apparent in riſu. Ad ſecundum de ira dicendum eſt, in ſimilẽ cauſam reducendã eſſe cognitionẽ huius iræ, ſcilicet obiecti, ſicut ſupra diximus de deſipientia cum riſu: propterea enim in ebrijs, etiamſi obiectum contumelioſum non fuerit, apprehẽditur ab illis per modum aſpernationis: quia deficit perfecta obiecti cognitio: ſicut enim in calidiori temperamento cerebri, & cordis contingit, nulla exiſtente cauſa, ſic et in ebrijs, aut phreniticis, in his propter defectum perfectæ cognitionis: aut rationis (quia perturbantur) ſequitur ira, aut temeritas: in illis propter vapores calfactos a vino bilioſos & commotos in cerebro obiectum apprehẽditur per modum contumelioſi, eo quod ratio nõ perfecte conſiderat, quid fuerit in illo.

Reliqui effectus, qui conſpiciuntur in ebrijs pituitoſis, & melancholicis ſequuntur humores ipſos: nam pituita parit pigritiã & reliqua, vt legitur 8. de placitis Hipp. & Pla. 2. de naturalibus facult. 2. apho. 19. & lib. de natura, & ordine cuiuſuis corporis. c. primo, quo ſic, ſanguis facit homines boni voti, ſimplices, modeſtos, blandos, euchymos ſiue plenos: cholera rubra facit homines iracũdos, ingenioſos, acutos, leues, macilẽtos plurimũ comedẽtes & cito diggerentes: cholera nigra id eſt, melãcholia facit homines ſubdolos cũ iracũdia, auaros, timidos, triſtes, ſeditioſos, inuidioſos habẽtes ſæpius cicatrices nigras in pedibus vel in alijs membris. Phlegma facit homines cõpoſitos inuigilantes, inter ſe cogi- *Cõditiones ſequentes humores.*

tantes, cito afferentes, canos in capite, minus audaces, quod etiã inſinuatum inuenies, lib. quos animi mores corporis temperatura ſequatur. Ex quibus etiam liquet de ebrijs melancholicis.

Quare ebrij docta proferant.

Dubij ſecunda pars illam inuoluit difficultatem, quare ebrij quandoque proferant docta, quæ non intelligant: quam tetigit Ariſt. Ethicorum. 7. cap. 3. & ipſa mihi videtur continere eandem rationem cum illa, quare melancholici Latinam linguam, Græcam, & alias, quas ignorarũt, loquuntur: viſum equidẽ eſt, ebrios latinam linguam loqui, & poeticam proficue exercere artem: ſicque exercere non ſolum docta, quæ non intelligunt, quia pro tunc non eſt mirum, verum neque illa, quorum ſpecies vnquam recepere, eſt credibile. Circa ea, quę contingũt in locutionibus à melãcholicis Doctor. n. Petrus Garcia Carrerus cõmentarijs manu ſcriptis ſuper Paulum à Gineta in cap. de melãcholia morbo, ſic loquitur: exiſtimare oportet cum hæc, quæ diximus videntur, (id eſt, locutiones alienæ) in aliquo melancholico potius virtute

Quare melancholici loquantur aliena.

Dęmonis contingere diuerſo modo mouentes linguam ad varios ſermones proferendos: & ita refert in vita Hilarionis D. Hieronymus, docetque quendam melancholicũ, qui Syria verba loquebatur antea ignorata, curatum fuiſſe ab Hilarione fugãdo Dæmonem: de quo exemplo ego non dubito, neq; multoties id cõtingere: vidi nanque hominem, quem dicebant vexari à Dæmone enũciare multa, quæ ipſe ignorabat, poſtquã liberatus fuit Dei miſericordia. Audiui etiam, propterea ſancitum eſſe inter alias rationes, vt initio morborũ homines confiterentur peccata ſua, ne daretur locus Dæmoni, vt approximaretur: quia illo approximato, & melancholici & phrenitici multa occulta, & futura ſolerẽt dicere. Verum mihi genuit difficultatem ingentem, quod viderim in hoſpitio B. M. Virginis de Antozana melãcholicum, qui nondũ prima, vt mihi retulere ſocij eius, Grammatices rudimenta guſtauerat, in principio quarundã erraticarũ acceſsionũ, quibus tũc vexabatur, exactiſsime latine ſatisfacere omnibus interrogationibus obiectis, circa oblata, circa ſomnum, ſitim, famem, & reliqua: alijs vero temporibus nequaquam. Vidi etiam grãmaticę præceptorem quendam correptum ebrietate, & ſacietate mirifice artem poeticã exercere, cum alias fere nihil in tali arte effeciſſet: nunquid iſti virtute Dæmonis illis temporibus talia efficiebant, poſtea vero minime? tum ebrij multi, ſolum dum ebrij ſunt exercent partem artis poeticæ, poſtea vero nequaquam, an virtus

Dæmo-

Dæmonis tunc viget, præterea vero nullo modo? propter quæ exiſtimo, quod etiam ſi aliquando Dęmonis virtute illa eueniant, non tamen ſemper: ſed quod aliquando cõtingãt pro diſpoſitione ſeu temperie, quæ aut medijs vaporibus vini, vt in ebrijs, aut melancholiæ in melãcholicis in cerebro ipſo producitur: ad quã cum ſequatur aliquid de nouo, illud facit, illa efficere, quæ alias ignorabant. Neq; hoc videtur difficile: nam ſi aliqui a natura poetæ, aliqui muſici, inueniũtur, ex eo quod in tali diſpoſitione anima valet id efficere, ergo ſi per vinũ aut morb. venit homo in illã diſpoſitionem, poterit id: qui dicendi modus poteſt fundari in Ariſtotel. literis 11. particula problematum problemate 27. vbi quæritur, propter quid aliquando puerorum quidam prius quam accedant ad ętatem, in qua explanare conuenit ipſis loquentes & manifeſte dicentes, &c. & Reſpond. Quod poteſt reduci ad diſpoſitionem, quã poſsibile eſt reperiri in ortus principijs: eundẽ dicendi modum videtur amplexatum fuiſſe Stapulẽſem ſuper 7. ethicorũ citato tertio cap. Petrum de Apono ſuper allegatũ problema, & eundem habere Leuinium Lemnium lib. 3. de ocultis miraculis Naturæ cap. ſeptimo & Doctor ſanct. Ioan. lib. de ingeniorum examine, refert noſter Doctor Petrus Garcia loco citato ſuper Paulum: & licet vir iſte acutiſsimus dicat nullam poſſe cõtinere probabilitatem, videtur difficile qua ratione præfuiſſet Dæmõ in exemplis adductis, & fugatus nullo præſidio habito. neque opus eſt in ebrijs recurrere ad illud antiquum reminiſci Platonis, quandoquidem medijs ſpeciebus cõfuſis, & illa diſpoſitione pro vini vaporibus introducta ſufficienter illa ciere valent: ſicuti dormientes inauditos & inopinatos diſcurſus pariunt, abſq; alio principio quam diſpoſitione illa, quæ producitur pro diuerſa ratione alimentorum ingeſtorum, in hac aut illa quãtitate, & pro cõfuſis, quas continent ſpecies: & quia noſtro videri his hæc ſufficiũt ad ſternutationem placet iam deuenire.

Quare pueri loquantur quidã ante tempus.

De ſternutatione.

DICET quadam calamitate temporis, vt quidam refert Hiſtoricus, media ſternutatione, ſeu ſimul cum illa corpus ab anima ſepararetur: propter quod ortum habuit ſaluberrimus ille ſalutandi modus, dum quis ſternutamentum mittit (Deus te adiuuet) & ſternutationes plures oſtendant futuram ægritudinem, ex Gal. lib. artis medicæ re-

Digitized by Google

ferente id Braſabolo in indice in lib. Galeni, ſymptoma que ſit: indeque præter naturam quid, vt colligitur in 6. de morbis vulgaribus com. 5. 6. apho. 59. & ſecundo de ſymptomatum cauſis, & in omnibus morbis pulmonis, ſiue præfuerit, ſiue ſuperuenerit, periculum oſtendat: verum tamen afflictis perpetuo ſternutationibus, niſi aliud præfuerit, medicus abſque periculo ſuæ conſcientiæ non poteſt indulgentiam ad eſum carnis tempore ab Eccleſia ſancta interdicto concedere. Nam multi illo ſymptomate perpetuo vexantur, propter leuiſsimas cauſas. Videre eſt ſeptima apho. 51. vbi ſic, ſternutamentum fit ex capite cerebro calefacto, aut humectata parte inani capitis: aer enim ibi contentus extra erumpit, ſonat autem, quoniam per anguſtum exit: & libro de inſtrumento adoratus, aliquando excitatur ſternutamentum ſolum per aſpectum in ſolem: eſtque, vt habetur ſecundo de ſymptomatum cauſis, ſternutatio expultricis virtutis validus motus: & inde 5. apho. 35. ſcriptum inuenitur, ſternutatio ſignificat naturam ad opus accingi, & inde mortuum reuiuiſcere, quinta aphor. 35. citato, habentur & alia auxilia ſternutamenti, & ſecundo de ſympto. cauſis, vias expurgat: vt tibiæ & fiſtulæ ab opificibus expurgātur per ſternutationem: humores in arteria adhærentes, magis expellit quam tuſsis: capitis dolorem leuat. 6. de mor. vulg. com. 6. ſternutatione ſingultus ſanatur. quinta apho. 35. allegato, vterinis affectionibus mulierum confert: in caro, & lethargo iuuat: & in grauedine capitis libr. de inſtrumento odoratus. ſeptima apho. 51. & ſecundo prognoſticorum. Et licet verum ſit, quod ſupponat quid præter naturam, iuxta illud lib. 6. de morbis vulgaribus comm. 5. ſternutatio opus naturæ eſt: ſed ab affectibus morboſis prouenit: & 6. apho. 59. ſternutatio eſt motus, quo natura conatur motu violentiore expellere. Verum tamen parui adhuc illud momenti inuenies: vt citra aliud quam odorem mouētibus ſcilicet aniſo, ocimo, ſtipula contuſa poſsis illud ſanare, dum caput prius exſiccaueris, referente Paulo lib. 3. c. 24. quin potius videtur inſtitutio naturæ ad ſalutem ſternutamentum, iuxta illud Gal. de Simplicium med. facultatibus lib. 2. cap. 17. vbi ſic, Nam vt alias quoque multas natura hominibus ſalutis gratia ingenitas indidit paſsiones, ad eundem modum & ſternutationem: & hinc iuxta Gale. doctrinam in hoc cap. Auicenæ, & cum eo omnis barbarorum ſcholæ libro tertio. f. 5. tractatu 2. capite 13. ſcribitur, ſternutatio eſt motus proprius cerebri ad expellendum humorem, aut nocumentum aliud, cum au-

Sternutatio quid.

Bona propter ſternutamentum.

Remedia.

cum auxilio aeris naribus attracti ſubito per viam naſi & oris: nã ſic cito euaneſcit: quæ ſint ſatis de ſternutatione.

De incubo.

Incubus vnde dictus.

QVemadmodum dæmones quidam propter aggrauationem ſeu incubationem, quam pariunt, incubi dicuntur, iuxta illud, quod refert Maleus maleficorum parte prima, quæſt. 4. ex D. Iſidoro, ſub his verbis, ad idẽ eſt Beatus Iſidorus libro 8. capite vltimo, ſic dicens, Piloſi, qui grece Paniti, latine incubi appellantur, vnde & incubi dicuntur ab incubando, hoc eſt ſtuprando, ſæpe enim improbi exiſtunt etiam mulieribus, & earum peragunt concubitum, quos Dæmones Galli Duſios nuncupant, quia aſsidue hanc peragunt immunditiam, quem autem vulgo incubonem vocant, hunc Romani Faunum ficarium dicunt: ad quem Horatius dixit, Faune Ninpharum fugientium amator, per meos fines & aprica rura lenis incedas. Pariter & ſymptoma quoddam, quo grauatur cerebrum inter dormiendum cum perturbatione ſenſus & motus, propter vaporem craſſum efficiendo obſtructionem in cerebro, non in tanta quantitate ſicuti in apoplexia, & epilepſia, neque per vigiliam, ſicuti per ſomnum, quia per illam diſsipantur vapores, & non viget calor ſicuti in hoc, vt multi eleuentur, & faciant morbum in obſtructione, dicitur incubus, quem Paulus libro tertio, capite 15. dicit, Græcos vocaſſe Ephialtes, propterea quod cum contingit, videatur homo ſentire phantaſma graue ſuper ſe cadens, & comprimens ipſum, & inde anguſtatur eius ſpiritus, & interſecatur vox, & motus eius, & exiſtimat præfocari. Cuius etiam recordatus fuit Haliabbas lib. 9. ſuæ theoricæ c. 6. Aetius lib. 2 ſer. 2. cap. 12. Rhaſius 1. continentis tract. 12. c. 1. & lib. 9. ad Almanſorem c. 11. & lib. diuiſionum c. 10. tanti fuit apud vulgus ſymptoma hoc, vt veraciter credant fuiſſe calcatos ab aliquo, ſiue Dæmone, ſiue vetula, aut beſtia, cum id falſum ſit: quia ſufficit humor cõtentus ad tale ſymptoma in cerebro ad læſionem ſenſus & motus: & licet antecceſſor fuerit trium ægritudinum, apoplexiæ ſcilicet, aut epilepſiæ, aut maniæ, vt legitur apud Auic. f. 1. li. 3. tra. 5. c. 5. verum tamẽ non expoſcit carnium eſum quadrageſimæ tẽpore: non enim cauſa eſt, vt homo ceſſet ab operationibus quibuſuis neceſſarijs; & ſatis homo ſanitati reſtituitur abſtinẽdo ſe ab ebrietate, largis comeſtionibus, à ſomno diurno, & nocturno, ſtatim poſt cœnã, & ſem-

Incubus quid.

Adſuſcitandum incubum ſufficit ſolus humor.

 per plus

per plus vigiliç, quã ſomno elargiẽdo: nã vix incidũt in incubum vtẽtes optima victus ratione: raro premuntur incubo dormientes in alterutrum latus, nec recẽnti, aut antiqua carentes repletione, & non vtentes vaporoſis alimentis, & vino mero, nec dormientes ſupine: quia talis forma iacendi eſt cauſa opilationis, faciẽdo materiam declinare ad poſteriora, vnde Auic. fen. tertia libr. primo cap. de ſomno & vigilia inquit: ſupine dormire, eſt malum, ad malas præperans ægritudines, ſicut apoplexiam, & phreneſim, & incubum. Si tamen cui increuerit malum hoc, vt in vigilia ei accidat modus incubi: iam non decet dubitare de eſu carnium tempore interdicto, quia id iam ex aliqua ægritudinis cauſa prouenit inſigni: multus enim eſt vapor, qui in vigilia non reſoluitur, & inducere iam valet phantaſma, & ſic illo cõceſſu oportet properare ad curationem, quia iam prope eſt apoplexia, epilepſia, aut alius huiuſmodi morbus cerebri. Quam obrem & ad illos placet conuertere noſtram orationem, & deſcurrendi modum.

Quando concedendus.

Propter diſtemperiem quãdam, ſiue cum affluxu humoris, ſiue ſecus cerebro mandatam inſurgunt delitij ſpecies, & ſubripiũt hominum rationem: iſtiuſmodi ſunt mania, lupina inſania, melancholia, & amor, cum quibus licet cogitare ineſſe diſtemperiem, aut ſolum quod fuerit corruptio virtutis imaginatiuæ falſa repræſentantis rationali facultati, aut quidpiam aliud.

De Mania.

EST igitur Mania delirium ſine febre, & abſq; metu & triſtitia, primo diſtinguitur a phrenitide, nam quantumuis tertio de locis affectis capit. tertio & ſeptimo inſinuatum fuerit accingere febrem Maniam, illud non eſſentialiter, ſed accidentaliter contingit. Secundo a melancholia ſecernitur, ei nanque præeſt metus & mçſtitia, maniç vero furor & audacia propter flauã bilem vſtã, aut naturalem melancholiam: his licet aliquando operibus vacant plurimi, non adhærẽtque torulis, non eſt denegandus eſus carnium tempore interdicto: res enim miſera eſt, ratione carere: vnde & ſi denegandum ſit eis vinum odoratum, quod calorem & humiditatem inducit oppoſitam iam temperiei factæ cerebri illorum: vt liquet ex Gal. de attenuante victus ratione cap. 12. dicente, atq; quç odora ſunt & alijs vinis calidiora, ei merito caput tentant, quo circa vitanda eiuſmodi ijs erunt, qui cæphalea, aut hemicranea, aut cephalalgia laborant, vt & epilecticis, & ma-

Caro conceditur maniacis, negatur vinum.

& maniacis: & vt in ſumma dicam omnibus, quibus caput infeſtatur, ſunt fugienda: caro autem non deneganda, ſed concedendus eſt carnium eſus optimam temperiem inducens, vt habetur ſecundo lib. de alimentorum facultatibus, dum non fuerit illarum carnium, quæ faciunt humores melancholicos, de quibus recordatus fuit Galenus tertio lib. de locis patientibus, & primo libr. de alimentorum facultatibus, & hoc idem obſeruandum erit cũ patientibus inſaniam lupinam.

De lupina inſania.

HÆC lymcamtrophia alias vocitatur, in qua propter corruptam imaginationem, deprauate imaginatur homo, ſe in lupum mutatum fuiſſe: & inde diu abſcõditus in agro, noctu ad monumenta & ſepulchra recurrit: alij apprehẽdunt ſe in canes conuerſos, & huiuſmodi alia: ſicuti etiam ex melancholicis quidam iam teſtas, gallos, aut reges fuiſſe conuerſos declamant.

De melancholia.

MElancholia delirium ſine febre eſt a melancholico humore cum metu & triſtitia, quibus ſeparatur ab inſania & mania: per defectum febris a phrenitide: nã ſi quandoque ei adiungatur febris prope Gal. placitum tertio de locis patientibus cap. tertio, illud non expoſcitur neceſſario ab humore melancholico naturali, aut ex nigro humore quodammodo genito per vſtionem diſtemperiem generante in cerebro, in qua ſtat ratio huius affectionis, ſicuti deducitur ex Gal. quinto de locis patienti. cap. ſexto, quo loco dum explicat hanc ſententiam, ſi humor melancholicus vergat ad corpus, facit epilepſiam: ſi vero ad animam facit melancholiam: nomine autẽ animæ dicit intelligendam temperiem, iſta autem ſicca erit, non calida, vt aliqui cogitant, ſicca vero, non ſicut naturalis, de qua Gal. lib. quod animi mores corporis temperaturas ſequantur, ex Platonis ſententia in Thimeo, & Ariſt. lib. ſecundo de anima, dixit quod parit maximam prudentiam, ſed præter naturam valde reddita: & multo aliter quam in maraſmo, & mania ipſa, ſiccitati ſic coniunctus humor niger, & quia eſt defectus ſpirituum, cauſa ſunt, vt excitetur metus, & mœſtitia, dum nõ fuerit alia cauſa potentior, ſicuti quando ſimul tanta adeſt ſanguinis copia, vt riſus excitetur, ſicuti multoties euenit cerebrum quidem, vt ad ſenſa- *Rident aliquando melancholice.*

Digitized by Google

tiones cõcurrat, ſuo modo certam expoſcit diſpoſitionem: quæ deficientibus ſpiritibus animalibus, ſiue luciditate præditis, ſiue ſecus, ſiue in hoc aut illo genere concurrentibus ad operationes facultatum rectricum: & præſente nigritie illa diffunditur, quantumuis ille color non ſentiatur, vt placet Auerroi tertio collect. capit. quarto, & quantumuis, quæ ex ſe ſunt lucida, per iuxta poſitionem opaci non obtenebrentur: veruntamen per admiſtionẽ obtenebrationem adipiſcuntur, verbi gratia, bene eſt verũ, quod ſol quia ex ſe habet luciditatem, per nullius corporis appoſitionem obtenebrationem conſequitur: aſt lacti lucido, aut niui, aut ſpiritui ſplendido (ſi talis eſt eius natura) cum corpora nigra nõ tantum anteponuntur, ſicuti ſoli corpus aliquod, ſed ſuo modo miſcentur, abſque dub. amittit ſplendorem ſeu læuitatem ſuam. Exemplum eſt etiam in ferro lucido, cuius ſuperficies facta liſa eſt, in cuius poris ſi atramentum introducas, deperditur læuitas eius. Pari ergo ratione licet lumen ſit actus diaphani, ex Ariſtot. ſecundo de anima capit. 7. & cerebrum non ſit diaphanum, vt aer, cryſtallus, & alia huiuſmodi, ſufficit habere læuitatem quamdam, ſeu læuorem, quæ amittitur per admiſtionem corporis nigri melancholici, eo modo quo clara aqua per iuxta poſitionem terræ non apparet læuis, ſed quaſi fuſca: nam in poris cerebri valde iuſta poſitis, & in ſuperficie vaporibus nigris, ſicuti vapor niger adhærens ſuperficiei læui redditur ineptum, vt in ſuo genere deſeruiat non probe actionibus: & inde non diminute, ſed deprauate mollitur actio: ſed eſto non ſic, ſed quod cerebri nulla pars per nigredinem improportionetur ad actiones tantum, nil conuincitur dicendo, non propter nigredinem, quia cerebrum non eſt lucis capax, nec ſpiritus ſplendidi, neque inſtrumenta: nam & in maniacis eſſet metus & mœſtitia: nec propter ſiccitatem: quia in patientibus maraſmum appareret: nec propter conſumptionem ſpirituũ: quia in iuuene poſt velociſsimum curſum, in cuius fine cecidit diſsipatus, ſine dub. conſpicerentur metus & triſtitia, cuius contrarium conſtat experientia: ergo non propter hæc tria ſimul, vt diximus, neganda eſt conſequentia, tenet argumentum a diuiſo ad compoſitum negatiue: ſicuti quando arguitur, Petrus non portat lapidem, & Ioannes non portat: ergo Petrus & Ioãnes non portant, ſimili ergo modo non valet dicere, improportio illa propter humorem nigrum non ſufficit, concedo, quia eſſet in maniacis; neque ſiccitas præter naturam, quia adderet in laborantibus

Spiritus quomodo obtenebrãtur.

Propter quid metus & mæſtitia in melãcholicis.

rantibus

rantibus maraſmum, fateor: nec propter conſumptionem ſpirituum, quia eam haberet iuuenis exſufflatus ab ſpiritibus, recipio: ergo non propter tria illa ſimul, nego conſequentiam, propter fallaciam commiſſam in argumento.

Sed dicet quiſpiam, metus & triſtitia ſeu mœſtitia, quę ſolum differunt penes hoc, quod metus expectatio eſt mali futuri, tertio ethicorum capit. ſexto, triſtitia vero reſpectu præſentis, vt deducitur tertio de anima text. comment. 29. paſsiones ſunt appetitus animæ ſenſitiuę: libr. de ſenſu, & ſenſili capit. primo & libr. de cognoſcendis curandiſque animi morbis capit. tertio, lib. 12. metho. & ſecundo de ſymptomatum cauſis, prima part. S. Tho. quæſt. 113. artic. 7. quæ neceſſario requirunt cognitionem obiecti, ſed ex ſiccitate, defectu ſpirituum, & humorum nigritiæ, ſiue copulatiue, ſiue diſiunctiue non cognoſcitur obiectum factum contriſtabile, aut timoroſum, ſi antea non erat tale: non eſt igitur ratio, quare excitetur metus, ſeu timor in melancholicis cũ triſtitia, aut mœſtitia. Nihilominus dicendum eſt, quod quando aliquis homo diſpoſitionem fuit conſequutus, ad aliquam paſsionem, ſiue ex naturali temperamento, ſiue aduẽtitio propter morbi cauſam obiectum apprehendit, iuxta exigentiam paſsionis: iuxta illud Ariſtot. tertio ethicorum capit. quarto, Qualis vnuſquiſque eſt talis finis videtur, & quemadmodum ſiquis ex temperamento cordis propenſionem habet ad iram, obiectum iræ videtur conueniens, & inde videtur illi conueniens Iraſci: pari ratione ſiquiſ ſimul cum temperamento melancholiæ, nigritiæ ſiccitate, & defectu ſpirituum propenſus eſt ad timorem, & triſtitiã, apprehenditur ita vt conueniens timor, & triſtitia. Neque hoc fit: quia ſpecies ſemel producta ab obiecto aliter repręſentet ipſum quam erat: nam ſicut in brutis animalibus propter naturæ inſtitutum elicitur ſpecies inſenſata obiecti apprehenſi, quę repræſentat obiectum inimicitiæ per imaginationem apprehẽſum ſub ratione timoroſi, & contriſtantis: pari ergo ratione in homine. Si igitur adfuerit metus, & mœſtitia inſequens propriam paſsionem cerebri, aut per conſenſum cum vniuerſo corpore, aut cum hipocondris: nam his tribus modis ſolet euenire, teſtificante id Paulo lib. tertio capi. citato, Galen. libr. tertio de locis affectis, Auic. fen prima libr. tertio tract. quarto capit. 18. & fen tertia lib. 1. doct. ſecunda c. 7. Rhaſis 1. continẽt. ca. 1. diuq; perſeuerauerint talis metus & mœſtitia: quantumuis homo ſua

Quomodo differãt metus, & triſtitia.

Metus & triſtitia paſsiones partis ſenſitiuæ.

exerceat

exerceat munera, bene poteſt medicus præbere licentiã ad eſum carnium tempore interdicto ab Eccleſia. Morbus enim maximæ conſiderationis eſt Gal. & alijs, præter quam in adductis locis li. 17. de vſu partium, & ſexto apho. 21. ſolent enim quam plurimi interire propter eundem, ſicuti ſcriptum reperitur lib. de melancholia ex Galen. Rufo, & Poſidonio. §. cur ſe ipſos perimunt, & prædominãte melancholia, miniſtrandus eſt cibus neceſſario calidus & humidus: circa illud de diſſolutione cõtinua primo cap. §. & quãdo corpori nigra colera dominatur, oportet, quod nutriatur cibis calidis & humidis: expedit ergo melancholicis carnis eſus: non quidem ſalitæ, quia tarde nutrit, difficilioriſque eſt diggeſtionis, & facit humorem melancholicum, liquet ſecundo aph. 18. & lib. tertio de locis affectis. Sed miniſtrabitur illis caro cocti cum borragine: quia familiaris eſt eſus nimis homini, ſecundo de aliment. facult. & quantumuis melancholici libidinoſi reddantur, ſicuti quis legere poterit citato lib. de melãcholia ex Gal. Rufo & Poſidonio. §. euadunt plerique melancholici in venerem proniores, &c. & in ſexto de mor. vulg. com. tertio propter cuius correctionem & ieiunium conuenit & abſtinentia alimentorum copiam ſpermatis generantium, qualis potiſsime caro: quia ex ea facillime ſanguis fit. Veruntamen quocumque optimo poſſibili modo cum obſeruatione legis Dei noſtri ſobẽdi ſunt & nutriendi, magnum enim adeo hoc malum ſtat, vt dæmones immiſſos ab inimicis veneficis ſibi quidam ſuſpicantur: & impoſsibile eis frui Deo opt. max. alij noxium quidpiam deuoraſſe credunt, quidam amicisſimos formidant: alij omnes homines metuunt, quidam in lucem prodire timent, alij tenebroſum aerem ſectantur, quidam vinum, oleum, aquam, & omnia liquida timent, ſicuti hydrophobi: alij ruinam turrium & parietum ſuper eoſdem: prorſuſque morbus hic varius eſt, & inexplicabilis, atque eius ſymptomata fere inexcogitabilia.

Melãcholicis conceditur eſus carnis.

Melancholici nutriẽdi calidis & humidis.

Effect⁹ melancholiæ.

De amore.

OPortet præterea medicus animo teneat, amantibus ex his aliquot non propter humorem parturientem id, ſed propter falſas imaginationes ſine cauſa euenire: quo euentu non ſolum deneganda eſt comeſtio carnis, quin potius maxima abſtinentia conſulenda, & vſus frigidorum; atq; fuga talis rei, niſi licite, & honeſte potiri valet re amata. Confert qui-

Digitized by Google

fert quidē illā ab imaginatione ſemouere: quod fiet, ſi amans alio diuertat animũ: vt ad pœnitentiā, venationem, piſcationē, ludũ licitũ, muſicā, & deambulationē cum ſocijs; & amicis, per virentia prata, ſiluas, florētes hortos & huiuſmodi alia, aut ſibi matrimonio alterā ducēdo.

Amantib⁹ quæ conueniant.

Si quis attētè cōſpiciat Hip. libello de in ſomnio per initia dicētē videt, etenim anima dū vigilat, atq; corpori vires adminiſtrat, in multa diſpertita loca, nequaquā vacat ſibi, ſed ſingulis corporis fūctionibus intēta eſt: quippe ipſis ſenſibus auditus, &c. cū vero quieſcit corpus, illa mouetur atq; egrediēs ē corporis partibus ſuo domicililo cōtinetur, ibi omnib⁹ illius fungitur officijs: corpus enim ſomno captum nil ſentit: at ipſa vigilans cognoſcit: videnda videt, audiēda audit, vadit, tangit, mœret, temporis momento ratiocinatur: ibique in ſomnis tum ſua, tum corporis obit munera omnia, &c. quam ſequutus loquutionem Andreas Brentius Patauinus in Epiſt. ad Sixtum Pontificem ſic habet. Cū vero corpus quieſcit, & nihil ſentit tūc ipſum moueri ſentire: tum in omnes corporis partes ſerpendo eius ſedem & domicilium diſponere, eius inde omnia munera tranſigere: intuetur nanque viſibilia, audit audibilia anima; &c. ſubdit hic auctor oſtendens ſpecialiter hæc: quoniam, ea animi pars quæ appetitum, eferitatem quandam, atq; agreſtem immanitatem in ſe habet, a philoſophis noſtri temporis concupiſcibilis appellata, ſi nimio potu & immoderato paſtu obſtupefacta fuerit, ſtupra, inceſtus nefarios, & deteſtabiles cum cognatis, & belluis etiam, cōcubitus videt. Similiter iraſcibilis, ſi vt ſuperior affecta fuerit, trucidare, cedere, cruentari, multaque facere impie cum dementia & crudelitate videt: at vero illa tertia pars, quæ mentis & rationis particeps eſt, proptereaque ab eiſdem philoſophis intellectiua dicta, ſi homo quidem ſanus, & habitu integer, moderatoque victu ſe quieti tradiderit, tranquillas res atque veraces in ſomnis maxime perſpicit: quorum euentuum videtur nobis tradidiſſe rationem Galen. libello de in ſomnijs dicens: hæc ſi ita ſe habent, quid miraculi eſt, quum animalis facultas a graui humorum copia moleſtetur, vix moueri, ſe pondere quodam onuſtos per ſomnium imaginari: e contrario leuis vbi fuerit, nilque ſuperuacui contineat diſpoſitio, aut volantes ſe, aut citiſſime currentes ſic affectos ſomniare? &c. tum etiam ſi quis viderit & Ariſt. rem hanc merito adſtringentem, inueniet hoc manifeſtum, quod ſenſitiui quidem eſt ſomniare, huius autem ſecundum quod phātaſticum, &c. (pro-

Inſomnia vt fiant.

Multa apparent per inſomnia.

&c. probauit n'ique 1. Ariſt. ſomnium non eſt per ſe paſsio ſenſus: neque per ſe paſsio intellectus) circa quę verba B. Thomas ſic ſcribit, primo oſtendit, quod eſt per ſe paſsio partis ſenſitiuæ, ſic. Circa idem ſunt ſomnus & ſomnum: ſed ſomnus eſt paſſio partis ſenſitiuæ, ergo & ſomnium, & ſic colligit cum eodem Ariſt. quod ſomnium eſt apparitio ſimulacrorum in ſomno: ſi igitur quis attente hæc conſpiciat; exiſtimo nos minime taxaturum, quod agentes de paſsionibus internis capitis, de in ſomnijs recordaremur: ſimiliter nec accuſaturum, quod poſt delirij recenſitas ire ſpecies aliquot, quid iuxta noſtrum inſtitutum faciendum ſit cum ſomniantibus ſignemus. Si animo libero, omiſsis in ſomnijs çuenientibus propter artificiales imagines appoſitas ſub capitibus dormientium: quarum mentionē facit Hermes Trimegiſtus: aut propter machinamenta alia, Perſarum, Indiorum, AEgiptorū, de quibus Artemidorus, & Syneſius nec fuere obliti proprijs cap. de inſomnijs, aut propterea quod quis ſecū portet prætioſum illum lapidem Heliotropia, cuius mentionem fecit Plinius lib. 37. c. 10. Albertus lib. 2. tract. 2. c. 5. Iſido. c. 16. Marbodeus libello de de lapidibus, vbi hæc ſunt carmina inter alia recenſentia 67. virtutes huius lapidis.

Quæ exci tent inſom nia.

Sed quoque geſtanti dat plurima vaticinari,
Atque futurarum quaſdam prænoſcere rerum.

Aut denique propter fictiones alias hominum, iuxta illud Augerij Ferrerij lib. de inſomnijs 5. noſtris temporibus vero, licet huiuſmodi ritus non amplius admittantur, non deſunt tamen ſuperſtitioſi quidam homines, qui certum locum ſibi deligunt, in quo poſt multas, ac varias expiationes, poſt religioſas quaſdam obſecrationes, de quibus negotijs ſcire cupiunt, dormientes admoneantur. Nam hæc omnia delitia præ omnibus deliramentis, vana ſuper vanitates, & ſuſpecta, non ſolum Chriſtianus, verum & prudens ſolum philoſophus ſine dubio tenetur habere. Nam quid deprecor, figura ſub ceruicali dormientis poteſt dormienti prę̨ſtare, vt immodicus aſſumptus potus, aut cibus poſsit eleuare vapores, & repręſentare imagines? & ſic de reliquis. Nunquid ſine contactu, & applicatione principij corporalis? quod nec Dæmonibus, nec Angelis conceditur: prout ſic iuxta illud D. Tho. 1. p. q. 105. a. 1. ad 1. 5. dæmones, & Angeli operantur circa hæc viſibilia, non quidem imprimendo formas, ſed adhibendo corporalia ſemina, & iuxta illud 1. p. q. 114. & 2. 2. q. 115. 5. ad producēdos

Vane ex in ſomnijs deſideratur cognitio rerum.

effe-

effectus opus eſt dæmonibus applicare actiua paſsiuis: licet corpora poſsint mouere localiter applicando ſolum voluntatem, vt videre eſt 1. 2. q. 80. & præter illa, quę docet nos ſomniare aliquãdo Hipp. cita. lib. de inſomnijs, cum inquit, Solem & Lunam ac cœlum, tum ſidera ipſa pura ſuo quæque modo motuque agitãtia ſomniare: aliquid horum aliquando extingui: ab aere & nube pati aliquãdo: ignem exſuperantem, aut extinctum: quo tempore inquit connotare flauæ bilis exſuperantiam: quod etiam amplexus fuit Gal. lib. ſuo de inſomnio dicens, in ſomnium quoque corporis diſpoſitionẽ nobis indicat, vbi quis ignem accenſum videre ſe per ſomniũ exiſtimat, a bile flaua infeſtatur: ſi fumum, aut caliginem, aut tenebras ingentes ac profundas ab atra. Pluuia frigidi humoris abundantis index eſt, nix, glacies, grãdo, pituitã frigidã portendunt: ſubdit Hipp. quod ignis accenſus, & quod euaneſcere videatur in ſomnis, fugere aduerſarios, reuerti, cœlũ pati, nos à Deo munera recipere, viſum & auditum impediri, arborum ſterilitates conſpicere, fluminum mutationes in ſanguinem, mare fluctuãs, terrę motum, terrã cõburi, in lacus ſubmergi, veſtibus cãdidis & pulchris condecorari, mutationem mẽbrorum mõſtroſa corpora videre, ſolicite capere potum, aut cibum, pugnã committere atq; ſtimulari, aut vincere, hoſtes armatos & monſtra deformia videre, præter hæc deniq; omnia, ſiquis ſe ipſum conſulat ſomniantẽ aliquãdo nuptias inter moniales & monachos, auri mõtes, & alia innumerabilia machinata, exiſtimo, vt dixi, nec nos reprehendere, quod poſt ſpecies illas delirij, ſermonẽ de inſomnijs faciamus. *Radix in ſomniorũ.*

Ad noſtrum tamen inſtitutum deueniendo dicimus, quod quãtumuis vera illa aliquãdo fuiſſent: quæ de his docet Hipp. (credo enim omnia, quæ ſic ſcribit Hipp. aut vidiſſe, aut audiuiſſe) vt videlicet quod cũ diurnis functionibus ſomnia aduerſantur: ita, vt inter ipſa non cõueniant, indicatur corporis perturbatio: ita q; ex forti, forte malũ portẽditur: & ex debili imbecille: et ſi Solẽ, & Lunã, ac cęlũ, tũ ſidera ipſa impura, nõ ſuoq; modo motuve agitãtia per inquietudinẽ cernat: morbũ quẽpiã corpori minãtur: & ſi quid ſiderum extingui, lædiue, aut abolerij, vel ab orbita, ſiue attributa abſiſtere videris, eadẽ quoq; parte morbũ occupaturum indicato. Si ſidera atra, aut obſcura videãtur in ſomnijs, & in Occidentẽ delata, aut ad mare, aut ad terrã deuergant, aut ferantur ſurſum, morbum portendunt efficacius. Quæ ſurſum nituntur, *Animaduertantur in ſomnia ex Hipp.*

capitis

capitis indicant deſtillationes: quæ ad mare dimittuntur, puſtulas in carnem deſignant erupturas: quando vero in cœlo atrum, atq; impurum obſcurumque fuerit, morbum minitatur, quanquā nō a repletione, aut inanitione, ſed ab eo quod extrinſecus ingruerit. Et denique quæcumque mala in ſomnis viſa, promittūt morbos iuxta ordinem illorum, huius ſcilicet, aut illius partis, humidi videlicet, frigidi, aut calidi, &c. defectūs cibi, potus ve, aut repletionis redundantiā exceſſum aut defectum enunciant. Tum etiam verum teneāt inſinuata de diuinatione ex inſomnijs, a Gal. lib. citato, ab Ariſtot. & alijs omnibus auctoribus de hac re agentibus. Tamen ſomniantibus hæc, & timētibus illa, adhuc pro quacunque vehementia, niſi alius adfuerit morbus id exigens, tempore interdicto ab Eccleſia non eſt concedendus eſus carnium, neque conſulendum de non ieiunando: nam præter quam quod Hipp. potius per detractionem alimenti has perturbationes curāt: ſic enim ipſas nuncupat hoc modo, & curare conſulit, cum inquit, circa prima inſomnia relata, igitur id, quod aduerſatur, ſi validius ſit, & vomitus cōfert, & leuiorum ciborum vſus ad diē quintam vſque: tum de ambulatio poſt cibum frequens atque concitatior, moderatæque præterea exercitationes: & ſi minus validum ſit id quod oppugnat, omiſſo vomitu, tertiam demittito ciborum partem, quam viuendi rationem dies item quinque promouero: de ambulationibus vrgeto: vocis vtitor cōtentione, dijs immortalibus vota concipito (tu Chriſti aſſecla vni Deo optim. max. immortali) atque ita ſedabitur perturbatio: & circa ſecundum, Preterea quinque dies totos expedit victitare, tertia dempta ciborum parte; quaſi dicat, non ſolum de cœna tertia ciborum pars, verum de quacumque cibatione, quę ſemel, aut bis plus minuſue exerceri ſolet: & ſi valentius videaris pati ab aere, nube, aqua, aut grandine: hęc enim nuncupamus inſomnia: ſecunda iuxta Hipp. ordinē, cibi ſicciores, acres; & tum aſperi meratiores atque labores maxime exſiccātes ſint: & iuxta tertia in ſomnia de atris aut obſcuris, &c. quantumuis promittant capitis deſtillationes, aut puſtulas in carnes, cōmode ab his tertia pars cibi eſt detrahenda, & hoc vſque in quartum diem: & quantumuis in ſomnia hæc de atris, atque impuris nō traxerint radicem a repletione, aut inanitione inquit, cōfert victus modus mollis, leuiſque eſto ad quartam vſque diem: & quando per in ſomnium viſus & auditus impediri videantur, quia caput ægrum indicant, matutinæ de

Somniantibus negatur eſus carnis.

Curantur ſomniātes ab Hipp.

Cibus minuendus ſomniantibus.

næ deambulationes conueniunt: & præſertim à prandio (intellige concoctione peracta, nam ſecus diſtributio incoctorum exercetur) obſeruata prius viuendi ratione: & ſi crura male habeant, vomitu materia diſtrahenda erit. Cum terra, aut domicilium moueri videantur, homini ſano langorem protendunt: & tũc inquit, ſanus ſuæ conſulet valetudini, ſi victum alium perſcribat ſibi: primum vomat, deinde pauxillo cibo reficiat ſe. Dum maris, aliarum ve aquarum dilluuio terra obrruta, morbum ſignificat: quia multus humor in corpore eſt, vomitu, atque inedia, & vſu ſiccorum vtendum conuenit: & poſt hæc paulatim priſtina victus repetenda lex eſt. Qua ſententia oſtendit expreſſe iuxta illius placitum, & Gale. 2. apho. 7. vbi quæ longo tempore ex tenuata ſunt corpora ſenſim reficere oportet, quod vti teneantur ſic ſomniantes plusquam per tres, aut quatuor dies, ſicuti alij diæta: & præter hoc, quia repente replere periculum eſt, omne ſiquidem nimium inimicum naturæ 2. apho. 51. & apho. 50. eiuſdem: conſueta etiam ſi deteriora ſint, inſueta minus moleſta eſſe ſolent, & quando quis reſpicit ſomniando atram terram, atque exuſtam: licet vehementis letaliſq; mali radicem inſinuet, inquit, ſit hic contentus phtiſſanæ decocto, abſtineat ſe à ſiccis, calidis, acribus, & his, quæ vrinam mouẽt: vtatur mollibus cibis, ac leuibus, ſed paucis: cuiuſmodi proſunt lactucæ coctę, maluę, poma dulcia aſſa, & cõdimẽtum liquidum ex amygdalis ſeminibus melonum, & aliorum huiuſmodi. Quando quis in lacu, mari ue, aut fluuio vrinare ſe ſomniet, docet malum eſſe, quia exuberantia humoris indicatur: ſed confert & tenuis victus. Cũ monſtroſa corpora in ſomnis oſtendunt ſeſe, atque hominem territant: tum coniiciemus, inſuetis cibis, atque exuberantibus grauatos eſſe nos, bilem quoque & morbum periculoſum minitantur: ſed adhuc vomitum conferre inſinuat, & quinque diebus cibaria leuia, denique quãdo pugnam committere, atque ſtimulari, aut vinciri videmur: tollit id vomitus, & attenuatio per leuiora cibaria: quæ poſt vomitum dies quinque continuabis, & præterquam etiam, quod ſcriptum ſit ab Auic. f. 2. lib. 1. doct. 3. ca. 3. inſomnietatem ſemper redundantiam indicare: & conſequenter inde vſum iri attenuatione, ſecundum illud 2. apho. 22. quæ à plenitudine fiunt euacuatione curantur. Teſtificor vere, quod dum grauatus varijs inſomnis fuiſſem: ineunte quadrageſima anni Domini 1596. & meæ ætatis 40. quãdo operam huic operã dabam, non tam conſulendo Hippocraticis

Somniatibs quæ cõferant.

Alimenta aliquibus inſomniãtibus conuenientia.

Prognoſtica ex inſõnis.

dictis, quam obtemperando ſancto ieiunij præcepto, fere liberatus fui ab inſomnijs varijs, me rigide moleſtantibus: quod argumentum in re medica ab experimento ſcilicet deſumptum nō parui facit, vt deducitur prima apho.1. Experimentum inſtrumentū remediorum.

Inedia nocua in ſomniantibus arguitur.

Obijcere tamen quis poterit ex eodem Hipp. eodem lib. hanc doctrinam in vniuerſum non tenere: quia ſic docet, fluminum mutata facies ſanguinis motū repræſentat: plus iuſto tumidi ſi fluāt, exceſſum: ſi minores defectum agnoſcas: largiore victu his opus eſt. Ecce & paulo poſt: membrorum modus alius, atque à natura conſtitutus nil boni pollicetur: peius vero eſt, ſi minore ſit quantitate, quam ſi maiori: victus in altero euentu augendus: enim denique iuxta finem lib. inter dormiendum, qui putat ſeſe aut cibum, aut potum ſolitum capere, is intelliget, & minus capere nutrimenti, qnam par ſit. At facile reſpondetur his textibus: neque propterea conuinci, quod eſus carnium conueniat, neque conſilium de non ieiunando: largior enim cibus poteſt miniſtrari, citra carnis eſum, & reduplicationem aſſumptionis cibi: vt pote quod ſemel augeri poteſt quantitas, quam pro vſu, ſeruata ratione de conſuetudine. Nam ſi vera docent aliqui de vitellis ouorū, de tractis, de ſpinancijs, & lacte, & de alijs huius ordinis: copioſus poteſt de his fieri cibus adhuc ad ſanguinis augmentum abſq; carnium eſu, & pluribus comiſtionibus.

Reſpondetur.

Dub. de inſomnijs.

Inſomnio an præſtāda fides.

EXiſtimo iam quoſdam, & non abſre aſſerere, quod licet medico fidem præſtare in ſomnis ad præſeruādū homines ab aliquibus morbis ſignatis per aliquot inſomnia, res vero ſatis ambigua & difficilis, nam Ariſt. libr. de diuinatione per ſomniū ſtatim per initia ſic habet. Diuinationem, quæ per ſomnum fit, quęve ab ipſis contingere dicitur ſomnijs, neque facile eſt ſpernere, neq; rurſus illi omnino fidem præſtare: quod enim omnes, aut plures, aliquam habere ſomnia ſignificationem arbitrantur, tanquam ab experientia dictum, fidem facere poteſt: quia autem nulla ratione conſtans intercedere videtur cauſa propter quam fiant, id profecto illis fidem non pręſtare facit, quibus ambiguitatem parit in animo. Plato etiam dialogo ſecundo de republica ad finē ſomnium Agamenonis deridet, & Hipp. lib. de inſomnijs per initia ſic: quæ

Dubiū anceps ex Ariſt. et Pla.

ſic: quæ per ſomnia conijci poſſunt, ſi quis nota habeat, magnum ad omnia ſane momentum ea conferre intelliget. Et paulo poſt: ſicut igitur recto hæc erunt comprehenſa iudicio (inſomnia ſcilicet) ei magna ſapientiæ pars fuerit comparata: & finem ponit huic lib. his verbis, hęc eſt viuendi ratio, quæ pro humano captu, Dijs bene iuuantibus, a nobis eſt inſtituta: ſignat igitur, ſi remedia adducit, aliquando fidem fore inſomnijs præſtandam: primis autem duabus propoſitionibus rem inſinuat arduam. Galen. ſimiliter non minorem nobis gignit in hac re difficultatem: nam poſtquam lib. de inſomnijs per initia refert, inſomnium corporis diſpoſitionem indicat, quod oſtendit exemplis ſupra ſcriptis de ſomniantibus bilis redundantiã, per ignem accenſum, &c. & in libr. 1. Hipp. de mor. vulg. com. 3. ſuper primum tex. 5. nam ſi quis, per inſomnium videat incendia, hunc offendit flaua bilis: ſic ſane ſi niuem, glatiem, & grandinem, pituita frigida: ſiquis in fœtido loco ſe eſſe putet, putredinem humorum, ſi gallorum gallinaceorum criſtas habere, aut rufa quædam, ſanguinem exſuperare, &c. & 14. methodo capite 8. fidem præſtaſſe in ſomnijs fatetur illis verbis: Ceterum ea nocte euidentiſsimum per quietem inſomnium noſtrum homini conſilium approbauit, ac materiam ipſam medicamenti diffiniuit: lactucæ ſucco colui iuuens, quo modo ille ſolo vſu prorſus eſt ſanatus, nullius alterius egens: curauat enim linguam tumidam. & patrem eius fidem pręſtaſſe inſomnijs docet nono methodi capit. quarto ſermone iſto. Mox patris euidenti in ſomnio moniti ad medicinæ ſtudium excolendum venimus, denique poſtquam certam enarrauit illam hiſtoriam ex libro de inſomnijs. 5. Nam ſomniauit quidam, crus alterum lapideum euaſiſſe: idque complures huiuſmodi rerum periti ſomnium ad ſeruos ſpectare iudicarunt; verum neruorum reſolutionem, quam paralyſim appellant, in crure illo vir paſſus eſt. Et hoc contra noſtram omnium opinionem. Et illam etiam, Pugilum ſane qui in ſanguinis vaſe quodam ſtare, & vix eminere ſeſe putabat, ſanguinis copia ipſum laborare, & euacuationem requirere coniecturabimus, & alias huiuſmodi. Scribit etenim, experientia hoc confirmat: inſomnia quæ ex corpore proueniunt, magno ad modum & dificili negotio diſcerni poſſe. Vlterius Maro falſa eſſe inſomnia, nec tacuit, vt legitur tertio capite, lib. 1. in ſomnium Scipionis, & 6. AEneidos: ſic,

Affirmatiua pras ex Gal. multis exemplis.

Sed falſa ad cœlum mittunt inſomnia manes.

Difficile ergo valde exiſtimandum venit, quid tenendum ſit à medicis, referentibus hominibus ſanis, aut languidis inſomnia morbum inſinuantia.

In hac re ſuppoſita definitione inſomnij ex Ariſt. & D. Tho. loco citato ſupra, arridet dicere, quod quantumuis a Gal. & ab Hip. dictum fuerit, quod ſolum duplex contingit ſomnium, nempe diuinum, & naturale, & à Cicerone, huius quinque eſſe ſpecies: aut enim proprium, aut alienum, aut commune, aut publicum, aut generale eſt: & a D. Greg. lib. 8. moralium cap. 13. & 4. lib. dialogorum cap 48. ſex genera ſomniorum ex totidem cauſis, videlicet ex plenitudine, vel inanitate corporis, aut ex antecedentibus diurnis curis, aut ex illuſione Dæmonis, aut ex cogitatione hominis, ſimul & dęmonis illuſione, aut ex reuelatione Dei, aut denique excogitatione hominis ſimul & reuelatione Dei. (Referente Collegio Coimbricenſi ſocietatis Ieſu in commentarijs ſuper libro Ariſt. de inſomnijs cap. 3.) quod reuera poſſunt conſiderari ad dilucidationem noſtri dubij. Somnia, aut diuina, aut dæmonica, aut naturalia, aut animalia, vt habetur eodem loco cap. 4. diuina eſſe dicunt, quę à Deo inſpirantur, ſiue id fiat immediate à Deo, ſiue angelorum interuentu, vt plerunque accidit: cuiuſmodi dicunt eſſe in veteri teſtamento ſomnia Iacob cap. 28. Geneſeos: Ioſephi, cap. 37. eiuſdem lib. Pharaonis cap. 41. In nouo, vt Matthæi 1. & 2. vbi legitur: admonitum fuiſſe diuum Ioſephum in ſomnis ab Angelo, vt puerum Ieſum & matrem in Ægyptum differret, &c. Dæmonica ſomnia (inquiunt) dicuntur, quæ à Dæmonibus inducuntur: poſſunt vero ab illis induci eo pacto, quo ab Angelis, cum vtrique ſimilem naturam, ac virtutem habeant: tametſi non eundem finem ſpectent. Exempla tamen horum inſomniorum depingunt multa, quæ memorat Tullius libro 1. de diuinatione, & primo de natura Deorum, Herodotus libro primo, Valerius Maximus libro primo, capite 6. Alexander ab Alexandro libro 5. capite 25. quid vero tenendum ſit, circa fidem præſtādā his, & illis inſomnijs, & propter quem finem fiant, determinant Sanctæ Theologiæ Doctores, & Sancti: nos autem rem noſtram agamus.

Inſomniū multiplex.

Somnia diuina.

Inſomnia dæmonica a quibus relata.

Præterea capite 5. eiuſdem, ſic ſcribunt: naturalia ſomnia dicuntur, quæ ex affectione corporum, temperamento, humorum incurſionibus, alijsque eiuſmodi naſcuntur: & apponūt exempla circa

Inſomnia naturalia.

circa illa omnia relata ſupra a Gal. & Hipp. de melancholia, bile &c. & ſic videtur hæc diffinitio collecta ex verbis Hipp. & Gal. lib. de in ſomnijs & de diuinatione eorum, & lib. de plenitudine capit. 11. & loco ſupra allegato de morbis vulg. animalia inſomnia ſic declarant, quæ verſantur circa res eas quibus per diem occupati fuimus: harum nanque ſimulacra, vt ſunt recentia, ita plerunque magis mouent: dicunt autem plerunque, & merito, quia ſæpe ſimulacra antiquiſsima ſolent mouere: & parere & per vigilias, & per inſomnia: teſtimonium apertiſsimum huius euentus refert recordari magis aliquorum ſimulacrorum, quæ ætate puerili euenere, quam alijs ætatibus.

Somnia animalia.

His prælibatis ſit aſſertio, naturalibus ſomnijs medicus poteſt præſtare fidem: vt vtatur medicinę parte præſeruatoria, & curatoria, vt humor & de trahatur peccans, & cauſans has corporis perturbationes, & promittens alia peiora, ſcilicet morbos, iuxta ea, quæ diximus ex Gal. & Hipp. hanc partem inſinuat expreſſe Diuus Thom. 2. 2. q. 95. artic. ſexto, & ſuper lib. Ariſt. de adiuinatione ex inſomnijs, quo idem docet Ariſt. ibidem Auguſtinus Nimphus, & omnes expoſitores, & collegium Coimbricenſe, pronunciato tertio capi. tertio in eumdem Ariſt. libr. eandem probant illæ experientiæ relatæ, conuinciturque ſic. Non eſt ratio apparens, quare propter principia aliorum inſomniorũ eleuentur vapores, aut excitentur phantaſmata repræſentantia criſtam galli gallinacei, locum putridum deſcendere, &c. huius ordinis: ergo coniecturare licet ex humoribus redundantibus excitari: ſicuti de incubo propter abundantiam ſuccorum crudorum affirmant omnes practici.

Naturalibus ſõnijs fides dãda.

Sed dicet aliquis, quia poſsibile eſt, etiam ſi non adfuerit redũdantia humorum expoſcens ſanguinis miſsionem, expurgationẽ dictam, aut exercitium ſeu lauacra, moueri a Dæmone vapores, & excitari phantaſmata repræſentantia illud, Num medico poſſint aliquot ſigna rem hanc oſtendere, ſaltem coniecturabiliter? Reſpõdetur re vera illa eſſe cõſpicua ſatis, vt videre decet apud Tacuinorũ canones, can. 45. ad finem: vbi ſic, ſigna ſanguinis pigritia laſsitudo, alues, oſcitatio, multus ſomnus, grauedo capitis, mens impedita, perturbatio ſenſus, prauus appetitus cibi: & videre in ſomno res rubras: ſigna choleræ, citrinitas coloris, amaritudo oris punctio oris ſtomachi, ardor, nauſea, lamentatio, ſitis valida, ſiccitas linguæ, vrina cetrina; videre in ſomno vſtiones, res ce-

An ſomnia naturalia eſſe ſignis dignoſcibile fuerit.

Sanguinis redundantis ſigna.

Bilis ſigna

trinas, coruſcationes & lites: ſigna melāc holiæ, liuiditas coloris, acetoſitas oris, paucus ſomnus, multa cogitatio, malus animus, macida facies, ſtrictura ſuper os ſtomachi, & ſomnus perturbans & horribilis: videntur mœrores, res nigræ, & obſcuræ, & turbedo aſpectus: ſigna flegmatis, pigrities, tarda mens, negligentia, fluxus ſaliuæ, multum ſputum, multus ſomnus, grauedo capitis, inflatio faciei, paucus appetitus cibi, videre in ſomnis flumina, niuem, pluuiam, incubonem. Quę ſigna quoad aliqua inſinuata fuere à Gal. lib. artis medicæ à c. 52. vſque in 59. Si igitur appareant inſomnia illa ſimul cum his ſignis, licet præſtare illis fidē ad vtendum remedijs, iuxta exigentiam cauſæ morbi, aut neutræ diſpoſitionis: alias nec licet vti remedijs prẽſtādo fidem in ſomnijs: neque alio modo loquitur Hipp. nec Gal. neque intelligēdi ſunt, vt liquet per lib. apho. de ſangui. miſſ. & de ratione victus, quibus cōmendat ſanguinis miſsionem, expurgationēque, & præcipit exercitia, frictiones, vnctiones, & lauacra, aut conſulit diætam & victus attenuationem. Conſtat vero illud aperte propter fallacias, quæ contingere poſſunt ex inſomnijs: niſi humorum illa videas ſigna, quæ complicata prout hoc, aut illo modo, ſignificare valent. Reliqua ſcripta à Gal. Hipp. & alijs, neque argumēta Ariſt. & aliorum, quorum mentionem facit liber, cuius titulus eſt de hiſtoria philoſophica, quid contra hunc dicendi modū colligunt, cum mere hæc omnia naturalia fuere: & inſequētia ſigna certiſsima medicis: pariter contradictiones locorum Hip. Gal & omniū ceſſant hac explicatione. de diuinatione ex inſomnijs, de animalibus inſomnijs nil cōſideratione dignū ad medicos ſpectat. Vltimo poteſt in dub. reuocari, quomodo talia in corpore excitentur hominis dormientis, propter redundantiam humorū, ſeu peccatum illorum in quantitate, & qualitate: nā ſi recta eſt definitio Ariſt. lib. de ſomnijs c. 1. & 3. ſcilicet, inſomniū eſt apparitio exhibita per internū ſenſum, in his, qui ſomno cōſopiti ſunt (vbi dicitur per internum ſenſum, vt reiciātur notiones potētiæ intellectiuæ: quas dormiētes interdum effingunt, quæ non recte ſomnia vocantur: vt Ariſ. loco proxime citato ait, & qui ſomno cōſopiti ſunt ad remouēdas ſenſiones internas, quæ accidūt amātibus, & phreniticis, vt bene notat collegium ſupra citatum) quomodo vapores commoti ab illis humoribus valent internum ſenſum mouere ad tales apparitiones? Gal. li. de inſomnijs videtur reſpondere, quod ipſa anima tempore ſomni, nullis diſtracta, perſentiſcens

Signa pituitæ.

Quomodo inſurgunt inſomnia.

tiſcens,quæ ſunt in corpore,prædicta inſomnia effingit. Citatum vero collegium in li.de inſomnijs c.5.docet, quod hęc explicatio Gal.ſuperficiaria eſt:& inde quod dicendum, fieri poſſe, vt humor exuberans v.g.pituita apprehēſa tunc aliquo ſenſu externo, vt tactu vel guſtu(nec enim in talibus ſomnis oportet omnes ſenſus externos omnino ligari)immittat ſui ſpeciem ad phantaſiā, ex qua fiat apprehenſio quorundam coniunctorum & conſimiliū,vt ex ſpecie pituitæ,quæ aquea eſt,&dulcis,nunc memoria,ſeu cogitatio imbrium,nunc dulcium ciborum, atq; in cæteris rebus ſuo modo ſe habebit. Adde etiam fieri poſſe,vt abſque tranſmiſsione ſpeciei facta in ſomnis excitetur in phantaſia aliqua talium rerū apprehenſio ex ſpecie iam ibi infixa, modificata tamē per humorem in corpore dominantem. Verum hæc etiam explicatio quantum contineat profunditatis,ſi Gal.eſt ſuperficiaria , non clare conſtat:id equidem eſt quod quæritur , quomodo phantaſia ſeu imaginatio iuxta modificationem vaporum humoris prædominantis , aut modificantis operētur,cū tā diuerſi ordinis fuere:ſed ad hæc reſpōdendum eſt iuxta illa, quæ diximus de melāc holicis, & inebriatis c. proprijs:quamobrē ad alia iā progreſſū faciamus.

De congelatione.

Abſq; febre,& alia cōtingit affectio partibus internis cap.quę cōgelatio dicitur,priuatio nēpe ſenſus & motus propter obſtructionē in occipite factā: & licet a cauſa frigida ortū ducat,cū ſiccitate & affluxu materiæ aliquādo,aliquādo ſecus:aliudquā refrigerari producitur:ſcilicet cōgelari:hæc nāq; differūt,teſte Gal. 1.de ſimpl.med.fa.c.17.quo ſic:hæc ergo memoriæ mādare oportet:tū ꝙ nō idē ſint cōgelari,& refrigerari,nā refrigerari,eſt frigidā capere qualitatē:at cōgelari eſt dureſcere præ rigore: congelatis autē nullum mouetur mēbrum,niſi ſpirituale:parū, aut nil audiūt,aut vident:cōtinent apertos oculos:& remanēt in eo ſtatu,in quo à morbo fuere apprehenſi. Quamobrem,alij iacent erecti,ſicuti tetanici:alij curbi ad partem anteriorē,veluti empiſtotomatici:alij ad poſteriorem,quemadmodum affecti opiſtotono. Ad latus alij,ac conuulſi reliqui, & veluti rigidi : qui ſecundum quod adipiſcuntur declinationem verſus hāc , aut illam partem, hanc aut illam denominationem ſciunt(ſed de conuulſis poſtea) in congelatis autem hæc obſeruetur regula . Si quis frequenter affligatur congelationibus his, ſolet enim & hoc accidere iuxta

Congelatio quid.

N 4 Gale.

Gal.placitum lib.1.de differentijs morborum, probe ſatis meretur eſum carnium, tempore interdicto, quantumuis iam aliquod præceſſerit tempus ſine tali affictione: verum ſi ſolum pro vehementi frigore ſemel quis fuerit illa apprehenſus, corrigatur cito à medico: alias homo congelatus morietur ſtupidus: tranſacto tẽpore multo à conualeſcentia non indulgeat medicus eſum carnis, ſed conſulat de abſtinẽtia à frigido aere, & de vſu calidorum & ſiccorum alimentorum. Iſti à conuulſis diſtinguũtur in capite adhuc: nam etiam ſi vtriſque illa euenerit præſignata figura: & quandoque obſtructio orta in quibusuis accedat: verum tamen conuulſi opiſthotono, empiſthotono, aut tetano, nec oculos apertos, palpebras ſine motu, aut dolorem ſtupefactiuum, ſicuti congelati habent.

Congelatis danda licẽtia ad carnis comeſtionem.

De memoriæ lapſu.

DEinceps, ſine febre, propter cerebri affectiones homines memoriæ lapſus patiũtur: videre eſt lib. de virtutibus noſtrum corpus gubernantibus. §. memoria actio eſt dependens à capite per ſe, & lib. artis med. §. memoria oſtendit firmam, ac ſtabilẽ cerebri ſubſtantiam: igitur defectus memoriæ inſinuat cerebri inſtabilitatem. Iſta autem, quidam cogitant, quod contingat diminute, aut ablate, deprauate nequaquam, ex eo, quod Gal. inſinuet lib. de his quæ in medicina fiunt com. 26. memoriæ munus tãtum eſt conſeruare, & retinere ſpecies, & inde de differentijs ſymptomatum cap. 3. ſolum modo recordatus fuit diminutæ actionis, & abolitę memoriæ, non vero deprauatæ, & tertio de locis patientibus ſolum curationem horum ſymptomatum cap. 2. alij vero plus tribuendo memoriæ, nempe continentiam operis in genere cauſæ efficientis, pariter ei negant deprauationem, ſaltim quoad augmentum, in quo cum alijs potentijs rectricibus conuenire affirmant: propterea quod tale augmentum ab anima principio intrinſeco, & facultate recte operantibus ſuam protraheret radicẽ. Poteſt autem probari, habere operationem effectiue memoriam ob id, quod facultas ſenſitiua locupletiſsime fuerit diuiſa ab Ariſtot. in apprehenſiuam & appetitiuam: ſed memoria non accingitur ab appetitiua parte, vt liquet ex ratione formali conſtitutiua appetitus: igitur ſpectat ad apprehenſiuam continens aliquam operationem ab ipſa procedentem. Secundo quia memoria eſt facultas vitalis, & inde debet habere aliquam operationem vitalẽ: ſicuti

Memoria non deprauatur.

ſicuti deducitur ex Ariſt.10.Ethic.cap.4. & 1. Politicorum cap. 3.conſeruatio autem ſpecierum non ſubit rationem vitalis actionis,cum & non viuentia hoc aſſequantur munus.Et iuxta hunc dicēdi modū,ad oppoſita reſpōdetur:ad primū ex lib.de his;quę in medicina fiunt,quando dicit: memoriam conſeruare ſpecies , & nihil inuenire,eſſe intelligendum, quod nihil inueniat de nouo, quin auxilium recipiat ab alia priori potentia:nam certum eſt,alias facultates prius operari circa idem obiectum,licet non ſecundum eandem rationem formalem. Ad ſecundum ex lib.de differentijs ſymptomatum , verum eſſe in illo caſu ſolum recenſuiſſe illa duo ſymptomata, & non tertium:verum non colligitur inde bene:ergo non eſt tertium,quia Gal. illius non fecerit recordationem. Ad tertium,quod obijcitur ex 4 . de locis patientibus cap. 2.cum ſolummodo adducit duas ſpecies ſimplices delirij Galen. Reſpōdetur,quod loquebatur de illis ſpeciebus, quarum ſæpiſſime fuit recordatus,iuxta quas tantum depinxit exēpla. Verum circa primum affirmant,hac actione poſita in memoria,deprauationem verſus actionem auctam reperiri in eadem : nam etſi auctio procedat ab anima, & facultate,quæ ſunt naturæ principia: ſat eſt, quod illa principia ſint diſpoſita contra naturam ad illud augmentum extenſiue:neque hac ſolum ratione poteſt memoria deprauate lædi: ſed etiam illo deprauationis genere , quod iuxta medicorum doctrinam proprie appellatur delirium.Conſtat ſic, nam ex Ariſt.obiectum memoriæ eſt præteritum, cum differentia temporis & perſonæ:poteſt tamen optime alicuius rei recordari, verum tamen quæ conueniebant Petro,Ioanni tribuere: & hoc neceſſario dicendum eſt,ſpeciem eſſe delirij,& doctrinā conſequentem illum dicendi modum:videlicet,quod à memoria proditur quid in genere cauſæ efficiētis. Sequitur etiam neceſſario, cum hoc dicendum,memoriam non ſolum lædi à frigore,vt eſt inſinuatum ab Hipp.lib.de mor.ſacro.c.3.& à Gal.lib.de locis patientibus 3.cap.2.ſed etiam à calore, nam deprauatio non proficiſcitur à frigore:cum hoc tantum diminutionem , aut ſublationem introducat:calor autem deprauationem generat, nunquam autem diminutam,aut ablatam actionem.Cuius hanc præſignāt rationem,quia calor ſecundum omnium medicorum ſententiam inſtrumentum eſt omnium facultatum rectricum operationum: creſcente autem frigore,quia diminuitur vel aufertur inſtrumentum,diminuitur,vel aufertur actio:creſcente vero calore,quia in

Delirium memoriæ.

Memoria læditur à calore.

Digitized by Google

Memoria patitur deprauationẽ

trumentum immoderatum fit, deprauatur actio memoriæ, quam ad ſuam operationem maiori calore indigere, quam alias duas potentias ex nullo alio principio poteſt colligi, præter quam ex operationibus ipſis: nam cum memoriç actio recordatio ſit, & præter hoc aliqualis reminiſcentia, videtur in maiori motu conſiſtere, quia ordinem ad præteritum dicit: efficiente igitur calore motum in ſpiritibus, propter quod cõſiſtit ſpicierum reflexio, & cõfuſio, excitatur delirium: hoc autem facit calor diſpoſitiuè, non vt inſtrumentum: quia primæ qualitates non poſſunt concurrere inſtrumentaliter ad actiones animæ ſenſitiuæ: nam ſunt alterius inferioris ordinis, & inde frigus diſponendo inſtrumentum, non per motum, ſed reddendo illud ineptum ad motum, tardam, diminutam, aut ablatam actionem in ſuo efficiendi modo perficit: ex qua doctrina diſsoluitur dub. quoddam, quo ſolet interrogari, quo pacto cum actio non poſsit vitiari, niſi vitiato agendi principio, & calor licet multum ſuperabundet, quia ſit alterius ordinis, neque vitiet facultatem ſenſitiuam internam, neque animam (non equidem deſcendunt intra ſpheram actiuitatis primarum qualitatum.) quæ principaliter operatur, poteſt efficere vitioſam actionem, aut læſam, videlicet quod cum ad operationes facultatum internarum neceſſaria ſit ſpecies, quæ ſe tenet ex parte conditionis, iat eſt hanc vitium pati, vt actio vitietur: & quia hoc ſe poteſt habere ex parte principij ſuo modo, hinc poteſt defendi illa propoſitio, quantumuis alias poſsit falſificari: vt cum nõ contingit illuminatio, non defectu principij illuminantis, ſed ſubiecti recipientis lumen, ſufficit ad defectum actionis, ſeu, vt vitiata conſpiciatur.

Calor et frigus quomodo ad actiones animæ ſenſitiuæ.

Verum enim vero quantumuis fuiſſet poſsibile, primas qualitates non tantum diſponendo concurrere, ſed inſtrumentaliter, ad actiones animæ ſenſitiuæ, & inde ad actiones memoriæ, ſiue diminutionem ſolum patiatur, ſiue ablationem, & nõ deprauationẽ, exiſtimo obſeruandum à medicis in memoriç lapſibus; niſi præfuerit morbus aliud expoſcens, quod non eſt concedenda licentia quadrageſimæ tempore (neque in fatuitate prout ſic) ad carnium comeſtionem: ſed conſulendum de aſsiduo exercitio literario, aut huiuſmodi alio neceſſario iuxta illud primo de anothomaticis adminiſtrationibus, memoria rerum aſsiduam requirit conſuetudinem, & lib. de ſubfiguratione impirica: memoriam parit obſeruatio, pariter & exercitium: tranſacto vero tempore quadrageſi-

drageſimæ, facillime pro diminutione memoriæ, aut lapſu poſſunt recipere curationem illam, quam deſcribit Vega, libr. artis medicæ tertio capit. 10. de memoriæ iactura: eam quidem multoties ſum expertus feliciſsime ſatis, & prçſtantiſsimum eſt etiam illud Meſues tractatu de ægritudinibus cerebri titulo de diminutione memoriæ. § medicamen. noſtrum expertum ad deſtructionem memoriæ, &c. & remedia illa depicta ab Euonimio in prima parte ſui theſauri fol. 129. 202. 215. 352. 373. & 383. nam confectionis ana cardinæ vſus quantumuis ſummopere a Meſue magnificetur (cum inquit, tractatu de electuarijs ad finem, confectio anacardina eſt confectio ſapientum & eorum qui deſiderant ſcire: acuit enim intellectum, & ſubtilem reddit ſenſum, & memoriam reparat, & confert dolori ſtomachi, & vētris à frigiditate facto, & clarificat ſanguinem, & colorem bonum facit,) veruntamen non vacat difficultate, nam vt aſſerit Gregorius de honeſtis ibidem tantum conuenit corporibus frigidiſsimis in complexionibus: & quando quærimus aliquam inflammationem in ſpiritibus cum calore febrili: ſed tutius eſt ipſam non abſumere, nam licet Galen. multa ſcripſerit ſigna, ad cognoſcenda corpora frigida libr. artis medicæ: id omnibus medicis non eſt notum, ſaltem iunioribus: & inducere febrem diariam præter aduentum febris putridę, timoroſum eſt: tutius igitur erit abſtinere ab vſu anacardinæ confectionis. At ſiquis præ oculis depicto periculo, velit periculũ facere, ei miniſtetur, iuxta præcepta grauiſsimi medici, & quantitas non ſit antiquorũ illa drac. j. vſq; ad drac. j. & ſemiſ. vt placet Chriſtophoro: aut ad drac. ij. vt inſinuat Meſues: pro hominibus nanque huius temporis, qui facillime agitantur, & alterantur, ſit vſus à drac. ſemis vſque ad drac. j. cum decocto fœniculi, coriandri præparati, florum roris marini, aut ſtechados, aut huius generis alio: aſſumpta vero confectione, ſi opus fuerit caput corroborare, aſſumat illius pulueris ſupra ſcripti capit. pimo huius ſecundi luminaris coclear vnum, cum aqua meliſæ. Puluis autem eſt cuius ordinata recipit cardamomi maioris, & minoris, piperis albi & omnium piperum ana ſcrupulum vnum, ſeminis peoniæ, & radicis peoniæ, macis, & cubebarum ana ſcrupulum vnum & ſemis, oſsis de corde cerbi numero vnũ, ſpicæ nardi, celticæ, aniſi, fœniculi, omnium ſantalorum, Ligni aloes granæ tinctorum, ana ſcrup. i. & g. 5. croci ſcrup. j. moſchi perfecti g. iij. coralli rubri præparati drac. j. & ſemis, perforatarum ſcrup. ii. ſacha-

Qui curationem adducunt memoria deperdita.

Anacardina confectio laudatur.

Aßumere Anacardinam timoroſum.

ij.ſachari candidiſsimi in dupla quantitate, pro his omnibus: fiant pulueres ſubtiliſsimi, & his vtatur modo ſupra dicto. Reliqua, quæ hic poſſunt deſiderari, poterit quis videre tertio de locis affectis loco allegato, et capit. 4. & 5. apud Auic. fen. prima lib. 3. tract. 4. ca. 14. apud Aetium capit. proprio. apud Rhaſium primo continentis tract. 10. c. 2. iuxta Paulum lib. tertio capit. 11. & ſuper eum Doctor noſter Petrus Garcia commentarijs manuſcriptis legatur, qua propter ad epilepſiam tendo.

De epilepſia.

EX his morbis, qui ſuis peractis acceſsionibus ſolent eſſe cauſa vt homines ſuis operationibus neceſſarijs defuerint, non minoris exiſtimationis, & momenti videas epilepſiá: tum propter principem, quam occupat partem iuxta illud Gal. (ſi Gal. lib. fuerit) de virtutibus noſtrum corpus diſpenſatibus. §. epilepſiæ ſunt ægritudines capitis: tum propter eius magnitudinem, iuxta illud de puero epileptico, epilepſia eſt magnus morbus: & tertio de locis affectis. §. epilepſia habet magnitudinem, tum propter magna quę infert ſymptomata: quod deducitur etiam ex illo de natura humana. §. in epilepſia ſenſus intellectus, & memoria perdũtur, & de puero epileptico, epileſia naturas immutat: vnde Ariſtoteles ſeptimo ethicorum capit. quinto propter epilepſiam efficiuntur quidam beſtiales. Hic autem affectus prout connotat vitiatã figuram ventriculorum cerebri, aut propter expellendum corpus ibi genitum, aut aliunde, id eſt, per conſenſum accenſum vaporem aut qualitatem irritantem cerebri ſubſtantiam, vſquequo ipſa comprimatur: nam qualitas quia non replet, nõ obſtruit: ſed ipſa ſubſtantia compreſſa cauſa eſt, vt minor efficiatur cauitas vẽtriculi: inde cauſa fit etiam propter quam concuſsio ſiat in toto, & non ſtatuatur eſſentia vna ad epileſiã per propriam paſsionem, & altera ad epilepſiam per conſenſum, aut prout connotat concuſsionem ipſam, varia nomina ſortitur: nam dicitur morbus ſideratus, Herculeus, comitialis, epilepſia, morbus ſacer, morbus attonitus, morbus magnus, fulgor, morbus puerorum, aut mater puerorum, & Hiſpanicæ nuncupatur, *Gota coral*, eo quod mente conceperit vulgus frigidam quandam guttam a cerebro in cor deſcendere: præter rationem tamen, nam licet quandoque viſum fuerit, fateri aliquos ſe ſenſiſſe frigiditatem prope cor: illud ſolũ

Epilepſia magn⁹ morbus.

Nomina morbi epileptici.

In epilepſia non deſcendit gutta in cor.

Digitized by Google

lud ſolum euenit, quia cerebro refrigerato, propter humorem frigidum, a quo ſolet ſæpe originem trahere, vt deducitur ex lib. de Dinamidis: nam quando, ibidem dicitur & lib. de ſpermate, quod ex tribus humoribus contingat radicem habere, non ponitur frequentius contingens, ſed raro & quia cor per conſenſum patiatur, cor refrigeratis etiam partibus circum vicinis eius illud ſentit frigus.

Epilepſia igitur, aliter ex ſupra ſcriptis modis nuncupata lunaticus morbus, quia & per conſenſum cerebri cum aliqua alia corporis parte, aut per propriam paſſionem videas (& ex Galen. ſententia tertio de locis affectis, lib. de venę ſectione aduerſus Eraſiſtratum, lib. de Dinamidis, & de puero epileptico, & ab experimento, vidimus nanque nos in hac academia complutenſi adoleſcentem fere iam ſcholaſticum hoc morbo correptum ex vapore aſcendente a parte alta pedis, quem inde inchoare moueri fatebatur ipſe & caput vſque aſcendere, ſtatimque ſenſu & motu priuari. vidimusque tres mulieres nulla totius corporis parte male ſe habētę correptas hoc morbo præter ventriculum vitiatum: iuuenem, & iuuenculam in hiſpitio S. Mariæ de Antozana conſpexi, & infantes quam plurimos, ex quibus non facile parcipies, nū per conſenſum, an per propriam paſſionem talem affectionem patiantur: quorum aliquos Dei auxilio iuxta aliquot præcepta aſſumpta ex Galen. locis allegatis, Alexan. Tral. lib. primo ca. 15. Rhaſio primo continentis tractat. tertio capit. ſecundo Hipp. 5. apho. 21. Paul. libr. tertio capit. 13. Veg. lib. tertio artis med. cap. 13. ſaluti reſtitui) definitur hoc modo a Paulo loco allegato: morbus comitialis cum totius corporis ſit conuulſio, cum principijs animæ functionum noxa, partim ſane in ipſo cerebro, partim vero in vniuerſis huius ventriculis cauſam habet cōſtitutam: quam definitionem videtur deſumpſiſſe ex Gale. lib. 2. de differ. ſymptomatum cap. tertio: & lib. 3. de locis patientibus capit quinto vbi aſſerit epilepſia eſt conuulſio totius corporis non perpetua, vt emproſthotono, & tetano: ſed quæ ex tēpore accidit per interualla, cum ſenſus mentisque lęſione: a qua explicandi ratione Auic. fen. prima lib. tertio tract. quinto capit. octauo non diſſentit. Verum tamen, quia ſæpe ſæpius vidi mulieres nonnullas: & homines inebriatos apprehenſos ſimilibus ſymptomatibus abſq; comitiali morbo, ſed ſolum propter animi deliquium, aut propter dictas rationes, vt poſtea notuit, non pigeat præ oculis habere deſcriptio-

Epilepſia per conſenſum.

Epilepſia quid.

Digitized by Google

criptionem illam a Valeſco de Taranta traditam lib. primo ſuæ practicæ capit. proprio, quæ eſt eiuſmodi: epilepſia eſt affectus paroxiſmalis, ſenſum, motum ordinatum, erectionem, intellectũ, viſum, auditum, & memoriam auferens, cum conuerſione, & oris ſpumatione: quibus viſis ſignis, & ſi ſemel, vt iam ad noſtrum placitum perueniamus, non pigeat medico indulgere eſum carnis tempore interdicto ab Eccleſia ſpatio totius integri vnius anni: vidi enim ſola recta victus ratione ſemel capit. expurgato ſanitati reſtitutos quoſdam: & audiui dum hoc commendarem, a quibuſdam ſenibus, ſe & quoſdam ab hoc morbo liberatos vidiſſe, quia ſpatio vnius anni ſolum modo carnes Hiſpanicas arietinas, gallinaceas, aut perdiceas ciceribus et croco coctas diguſtauerint: neque exiſtimes, has paruas fuiſſe, de quibus Gale. lib. de attenuante victus ratione refert: epilepſias paruas ſanat victus attenuans: nam reuera illorum ſymptomata magna valde conſpexi, & quantumuis Gal lib. de puero epileptico capit. quarto aſſumere permittat olus vel ſalſamentum, vel oliuas puero epileptico, & paulo inferius ſic habeat, ex oleribus igitur nec a lactucis, nec a malua, nec ab atriplice, nec a blito prorſus illum prohiberi iubeo, & deguſtare poteſt braſicam, betam, apium, ſinyrnium, & ex fructibus mora, ficus, &c. minus ego hæc omnia concederem, primo, quia ex eodem Galen. lib. de bonitate, & ſuccorum vitio capit. octauo, olerum nullum quidem boni ſucci eſt: & lactucas agreſtes non quomodolibet mali ſucci eſſe paulo inferius docet: quinimo ſumme omnino mali ſucci, ſicuti omnia olera agreſtia: lib. itidem de diſſolutione continua ſcriptum eſt capit. ſexto, & olera omnia ſunt mali chimi, propter multitudinem ſuperfluitatum: & paulo ante ſic, & cibariorum mali chimi tres ſunt ſpecies: eorum enim ſunt quæ addunt in phlegma, & eorum ſunt, quę addũt in choleram, & eorum quædam ſunt, quæ addunt in choleram nigram, &c. igitur ex quacunque cauſa ortum contraxerit epilepſia, vſu olerum non poterit non augeri: ergo licite non eſt concedendus talis vſus epilepticis. Secũdo quia cum oliuæ variæ inueniantur, quemadmodum liquet ex eodem Galen. lib. ſecundo de alimentorum facul. 4. 6. & 9. de ſimplicium med. facult. ſecundo & ſexto de compo. medica. ſecundum locos, & ſcriptum fuerit libr. ſecundo de compoſitione pharmac. ſecundum locos capit. primo ad finem, quod oliuæ nigræ vitandæ ſunt in capitis doloribus, quomodo igitur in diſtincte guſtare oliuas edocet, tum de malua doce

Epilepſia definitio.

In epilepſia victus ratio commendatur.

Olera in epilepſia neganda.

Generaliter olera mala.

docet Dioſcorides lib. ſecundo capi.109.quod ſint duæ ſpecies, quarum domeſtica præſtantior ad comeſtionem eſt: & tamen vẽtriculum offendere hanc docet: quomodo ergo Galenus abſque diſtinctione,an epilepſia nata ſit per conſenſum cum ventriculo, aut aliter, condonat epileptico puero maluarum vſum. Braſicæ etiam eſus magnam amplectitur difficultatem ex eodem Dioſcoride lib. citato cap. 11. nam inquit, ſi perfecte ſit cocta, ventrem aſtringit, licet non mediocriter cocta eumdem lenificet: quis tamẽ percalluit hucuſque, leuiter an perfecte ſit cocta: ſuſpitionem ergo debet eius comeſtio producere in corporibus morboſis, & epilepticis, precipue de beta capi. 112. affirmat quod ſiue fuerit alba ſiue nigra, propter eius nitroſitatem prauos generat humores, an generatio prauorum ſuccorum conuenit epilepticis, non credo. Vlterius cum Galen. permittit fructus arborum, guſtandi mora licentiam condonat, de quibus Dioſc. libr. primo capit. 43. inquit, facillime in ventriculo corrumpi, ei aduerſari, & eundem laxare. Ficus etiam epilepticis concedit Galen. ſed reuera non debent eſſe recentes, ſed inueterati: nam recentes ſtomacho nocent, relaxant ventriculum, puſtulas per vniuerſum corpus faciunt pullulare. Propter quæ omnia exiſtimo ſecurius, vt dixi, ſpatio vnius anni ſolum deguſtẽt epileptici carnes arietinas Hiſpanicas, gallinaceas, nouas perdices, pullos columbarum, hædorum: ex quibus cum croci parua quantitate condita diuerſa multa valent effici: & potus ſit aqua, ſeu decoctum ſaluiæ, origani, aut radicis peoniæ, & pendeat a colo radix eiuſdem cum ſirico rubro: cauitas autem illa ad finem ſpinalis medullæ & occipitis continuo theriaca magna mediocris ætatis inungatur: habeat etiam collo ſuſpenſam auellanam plenam argento viuo ſublimato; & crucem confectam ex viſco quercino: foramen autem auellanæ cera benedicta cooperiatur: tempore denique acceſſionis dicat aliquis deuote in aure languentis ter, purget, & mundet, & muniat nos titulus triumphalis, IESVS NAZARENVS, Rex Iudæorum, & ſtatim iuſſu Dei ſurget: vel dicatur, Gaſpar fert myrrhã thus. Melchior, Baltaſar aurum, hæc tria qui ſecũ portuerit nomina regum: ſoluitur a morbo caduco (Dñi pietate) & his dictis ſurgit: vt expertum fuit inquit Tarãta, ꝙ & ego vidi etiã, dicẽte hæc verba. D. Georgio de Mendoça, & magiſtro Pardo Complu. confert etiam infantibus aſſumere drac. ſemis theriacæ magnæ, aut ſmeragdonis, cum ſcrup. ſemis pulueris cranei humani hominis, ad ho-

Braſica nõ vtatur epilepticus.

Beta animaduertitur.

Victus pro epileptic.

Verba deuota viſũ eſt pro deſſe in epilepſia.

ad hominem: & mulieris, ad mulierem: pueri ad puerum: & puellę ad puellā, aut cū vnc. & ſem. olei amy da glarū dulciū. Et hoc cōditum maxime eſt expertum, Recipe ſeminis & radicis peoniæ, ſing. drac. i. conſeruæ de ſaluia dra. iij. panis ex auro n. iij. pulueris Hiacinti, & ſmeragdonis ſ. g. iij. fiat cōditum: & cum aqua ſtechados miniſtretur in quātitate drac. ſemis: reliqua ſatis optime auctores ſupra ſcripti ad curationem huius morbi neceſſaria docent tum vniuerſaliter, tum particulariter.

Conditū ad epilepſiā.

Vnum itidem animaduertat iunior medicus, quod ſi tranſacto anno non reccurrit acceſsio, etiam ſi homo maneat fatuus, non tenetur cōcedere tempore quadrageſimæ indulgentiam ſuā ad carnis eſum, ſicuti neque fatui ab ortu & prima generatione, quia & illud factum eſt quaſi naturale, & non augetur nec minuitur pro cibo.

De catharro.

VLtimam affectionem capiti aduenientem, vt capitis ægritudinem (iuxta illud ex lib. de virtutibus noſtrum corpus diſpenſantibus ꝟ. ad has autem ſuſpenſiones ſequitur neceſſario deſipientias quidem & manias, & melancholias, & phreneſes, & lethargos, & Catharros, & apoplexias, & epilepſias, primi principij eſſe ægritudines: & omnino in eis pati caput, vel primū & ſolum vel compatiēs alteri particulæ) catharrum enumerauimus dicitur etiam & rheuma ſeu humorum fluxus a capite ad reliqua membra: vnde rheuma idem eſt quod radix mali, aut res mala, aut mater ruinæ, aut minans ruinam, aut ruens materia, & hinc Cornelius lib. quarto capit. ſecundo differit de catharro, & rheuma ſub hoc nomine, deſtillatio: & ab aliquibus dicitur hæc deſtillatio rheuma, a remis ſumpta ſimilitudine ab illo acerbiſsimo motu facto a remis in mari conflato tempeſtatis tempore: quod ſub illo nomine, catharrus, intelligant aliqui rheumas, ſiue peruenientes ad guttur, ſiue ad viam naſi, conſtat ex illo Auic. fen 5. li. tertio tract. primo cap. 11. quo ſic, verum quidā hominū ſunt, qui appropriant nomini catharri illud, quod deſcendit ad guttur: & nomine corizę quod deſcendit ex via naſi. Et quidam homines ſunt, qui nominant totum illud catharrum: ſiue ad nares fluat, ſiue currat ad fauces, ſiue ad guttur, merij, pectus, aut ſtomachum: ita quod genericum nomē fluxus fuerit, ſeu deſtillatio, vt voluit Celſus. Poeta vero quidam ſic eos diſtinxit, ſi fluat ad pectus, tunc dicitur rheuma catharrus, ad fauces brancus, ad nares dico cori-

Catharrus quid, et vnde

zas: de

ras: de quibus omnibus legendus venit Gal. 3. de ſymptomatum cauſis cap. 4. 2. prog. 49. Aëtius lib. 2. ſer. 4. cap. 53. Haliabbas 9. theoricæ cap. 15. Rhaſius tract. 9. cap. 14. Hipp. 2. apho. 40. & 3. apho. 13 & 14.

Circa hunc affectum primo ſe offert animaduerſione dignum, quod merito dicitur minans ruinam, ſeu mater ruinæ, aut radix multorum morborum: nam ſi materia ruens ſit acris & mordax, & fluat ad nares, generat vlcera, puſtulas, aut polypum: ſi ad oculos, lachrymas, & acrimonias: ſi ad aures, dolores, apoſtemata, & fortaſsis ſurditatem: ſi ad gingiuas, aut mandibulas, dentium dolores, & tumores: ſi ad ligulam raucedines, deſcendendo per cannam, & tumorem ligulæ: ſi ad linguam, contingit ranulam parere, conuulſionem ex repletione, inflationem, magnitudinem, & apoſtemata: ſi ad glandulas, anginas & raucedines. ſi ad pectus vſque peruenerit, tuſsim, aſma, empyematem, & phtiſim: ſi ad pleuram dolorem pleuriticum: ſi ad ventriculum vomitum, aut inappetentiam, aut auerſionem ciborum, ſi ad inteſtina profluuium alui: denique ſi ad articulos, poteſt efficere ſquiadem, chiragram, podragamque. Sed quauantumuis minetur tot mala catharrus non expoſcit, niſi pro magna, & vehementi cauſa eſum carnium, leuiſſimus nanque multoties excitatur, & non impediens operationes hominum: neque minans ruinam, aut morbum aliquem magnum: quo euentu ouorum eſus, ſiccorum, lacticiniorum, & condita ex melle varia, quę poſſunt parari, ſufficiunt tempore interdicto.

Quare dicitur minãs ruinam catharrus.

Multa ex catharro mala, ſed tõceſsi ecarnis aduertenda.

Secundo notandum ſequitur, materiam huius affectionis aliquando eſſe calidam; cauſam autem fluxionis frigidam, vt ſi cerebro calido contingat propter infrigidationem conſtipatio: & inde exciteturtheuma illius materiæ calidæ. Aut poteſt eſſe materia frigida, cauſa autem calida: veluti quando cerebrum ſcatens excrementis frigidis patitur magnam inſolationem, aut aliunde calefactionem liquefacientem materiam frigidam ad rheumam: aut materia frigida, & cauſa frigida, vt ſi cerebrum nimis frigidũ infrigidiſsimo aere conſtipationem ſufficientem ad rheumam adipiſcatur: aut cauſa & materia calida, veluti quando cerebrum viloſum v. g. & ſanguineum multum calefacit, & deſtillationem producit ex materia calida.

Catharri varia materia, & cauſa multiplex.

Ex his recte infertur primo, perperam vulgi opinionem exiſtimare, ſemper in catharris, corricis, ſeu broncis, propinandam

eſſe potionem aquæ calidæ, cum origano, aut huius generis decoćto alio: tum & miniſtrandum eſſe ſemper ſirupum capillorum veneris, ex radice dulci, &c. huiuſcemodi. Nam aliquando potius expedit decoctio florum violarum, prunorum, ſirupus violaceus, roſatus ex duabus infuſionibus, & reliqui frigidi, dum conſtipationem aliquam, aut acetoſitatem non amplectantur: ſicuti de endibia, & alijs: ſic vnctiones etiam & ſuffumigia ſequantur hanc eãdem intentionem: ſecus medicus & cauſam iuuabit: & materiam augebit: ſi vero cauſa fuerit frigida, & materia, vetularum ſequatur medicus viam: abunde equidem parant remedia interna, & externa. Dum vero cauſa calida, & materia frigida, aut è contra, attendat medicus, num cauſa fuerit præſens, aut indicet quid, aut ſecus, & iuxta præſentiam cauſæ, & naturam materiæ operetur.

Variare oportet remedia in catharris.

Infertur ſecundo, minus bene pro comperto, & indubitabili vulgi opinionem exiſtimare in catharris, quod haud liceat ſanguinem detrahere: nam ſi materia fuerit ſanguis redundans, & homo ſanguineus, qua alia via rectius poteſt ab hoc affectu liberari, & reſpectu aliorum morborum, qui ſolent à ſanguine ortum ducere, præcaueri, quam per detractionem cauſæ? tum ſi complexio patientis fuerit calida, & materia calida, etiam ſi non ſanguis: refrigerationis cauſa bene ſanguis deducitur: quam doctrinam inſinuauit Meſues capite de cura catharri, & Auicenna capite 13. lib. 3. citati cum dicit, & fiat ſolutio ventris: & incipiat ab extractione ſanguinis. Tertio decet euacuare per phlebotomiam in catharris, vt notat Rhaſius nono ad Almanſorem Regem capite de cura catharri, quando adeſt febris: alias quia eleuantur denuo vapores, & caput aſcendunt, augetur rheuma, dolor capitis, & multa alia ſymptomata: deficiente aut plenitudine, aut impetu materiæ in aliquam partem principem, non conuenit ſanguinis miſsio: niſi in caſibus præfixis: ſecus cerebro infertur magna debilitas: & inde recipit copiam magnam excrementorum, & ſuperfluitatem: quam, neque materiam catharri valet ſuperare, neque concoquere.

In catharro quando ſanguinis detrahẽdus.

Tertio licet adnotare circa materias ſuffumigij ad catharros, apud quaſdam tranſlationes Meſues, & Auicennæ ſcriptum eſſe, quod conuenit ſuffumigium ex ſulphure: verum taxanda eſt talis tranſlatio: nam potius legendum venit, ex furfure: nam quantunuis ſuffumigiũ ex ſulphure exſiccet multo, vetuntamen ſuo tetro odore,

Suffumigia aduertẽda in catharris.

odore, & calore multo nocebit quamplurimum. Cum igitur intendimus exſiccare, ſuffumigium ex furfure, corticibus ligni roris marini, telis araneis, corticibus ſeu cruſtibus panis, adeo merifice confert, vt vnuſquiſque poterit experientia comprobare. Reliqua neceſſario ad curationem catharri animaduertenda, legenda ſunt apud Galenum libro ſecundo de ſymptomatum cauſis capite 4.3.apho.12 5.metho.cap.13.6. de ſimplici medicamẽtorum facul.7.8.& 9. iuxta Auicennā loco allegato capite 13 & f.1.libr. 4 tract.1.capite 9.circa Paulum lib.3.cap. 28. & Rhaſium libr. diuiſionum capite 18.& tractat. 9. capite 14.apud Aetium lib.2. ſer. 4.cap.53.raucedinem denique poſt catharrum hoc remedio multoties experto curabis. Recipe malum granatum dulce, extrahe eius coronam, & aliquot grana, vſque ad cauitatem nucis cauitati ſimilem, hæc cauitas repleatur ſacharo rubro, & glutine ſachari, ſeu penidio, vulgo *Alfenique*, Deinceps, protege foramen illud ſua corona, & totum granatum inuolutum ſtupa madefacta coquatur ſub ignito cinere, & ſingulis diebus ſummo mane aſſumat vnum ſic paratum æger, & liberabitur per paucos dies. Sed quia iam hæc ad partes colli attingere videntur, ad morbos ipſius arridet deuenire, & neceſſaria prout ad noſtrum attinet inſtitutum adducere.

Ad raucedinem remedium.

De morbis ſpectantibus ad colli partes.

CAPVT V.

Collum quod ſit idem, quod ceruix. ſcribitur lib. de oſſibus cap.7.§.ceruix capiti annectitur, dicitur vero collum quod ſit rigidum & rotundum: vt columna baiulans cap. & ſuſtentans quaſi capitolium: & quantũuis dictum fuerit à Galeno libro 8.de vſu partium corporis humani ca.1.collum factum fuiſſe propter pharingam, vt liquet §.ea igitur ratione pharinx pulmoni eſt affinis, tantosq; animalibus præſtat vſus, eiuſque gratia collum extitit: cui fauet etiā ſententia Auicen.f.1.lib.1.doct.5.ſumma c.cap. 8. §.non ſubtrahitur non habere fines prędictos, imo & alios: vt conſtat etiam ex eodem loco §.quocirca muta ſunt ea animalia, quibus collum deeſt: & decimo de vſu partium §.collum factum eſt mobile propter oculos: & ſexto de morbis vulgaribus commen. primo collum

Collum vnde dictum.

conſiderandum pro capite. Vnde collum à quodam anothomico deſcribitur, quod ſit membrum compoſitum, ad vocis beneficium, ad caput ſubleuandum propter ſenſus, ad motum capitis, ante & retro, & circum circiter latera. Propter primum, dictum fuit illud, quocirca muta ſunt animalia ea, quibus collum deeſt: & iuxta ſecundum habetur lib. 12. de vſu partium collum pars ſpinæ eſt conſtituta: componitur enimuero ex muſculis, venis, arterijs, & neruis: & intra ſe accingit gulam, ſeu Eſophagum, trache arteriam, ſeu viam, qua trahitur aer ad pulmones, vt inde cor vſque feratur & partem ſpinalis medullæ: quia ex muſculis componitur, patitur inflammationes.

Collum ex quibus partibus.

De Angina.

SCinanche, & paraſcinanche. Synāchæ, & paraſynanchæ, primæ inflammationes in collo notantur: quibus inflammationibus viſis, & ſpeciebus anginæ, non eſt in dub. reuocandum, de eſu carnis tempore quadrageſimæ, non tantum affecto homini actu, ſed ei, cui ſoleāt frequenter illæ contingere ſpecies: interdicunt nanque homines à ſuis neceſſarijs operationibus: & ſolent multoties eos ſuffocare ſpatio quatuor dierum: morbus nanque acutus depingitur 2. aphoriſ. 14. & peracutus prima aphor. 12. & & prognoſticorum 3. text. 16. ſ. Anginæ autem grauiſsimæ ſunt, ac celerrime interimunt: quæcunque nec in ceruice, nec in faucibus conſpicuum aliquid efficiunt: plurimum vero doloris inferunt, ac ſpirationis difficultatem: quæ non niſi erecta ceruice trahatur: hæ enim & eodem die, & ſecundo, & tertio & quarto ſtrangulant. Et licet à quibuſdam receptum fuerit, aliqua anginæ ſpecies quod ſit non ſolum morbus longus, ſed & longiſsimus: verum tamen non abſolute illud intelligendum eſt, vt non ſit morbus periculoſus & tunc ſicuti liquet ex eodem Hippoc. & Gale. ibidem tex. 17. ſ. ſed paulo longiores, quam ſuperiores ſunt, ſi rubor fuerit magnus: & textu decimo octauo, ſi quibus vero fauces rubent & ceruix, hæ diuturniores ſunt: at neque iſtę omnino vacant periculo, iuxta illud Galeni quarto de locis affectis: Anginam nullo exiſtente in gutture proprio affectu raro vidi, & libro de voce, & de anhelitu, Angina interior & exterior dicuntur Epiglotidis apoſtema. Cum igitur exaratum ſit à Galeno ex his apoſtematibus, facillime animal ſuffocari, non eſt dubitan-

Cum Angina eſus carnis abſque febre,

Angina quomodo morbus longus.

Digitized by Google

dubitandum de periculo cuiuſuis ſpeciei, ex quatuor recenſitis anginis, ſed dum de morbis, quos non ſequitur febris: noſtra teneat oratio anginas enumerauimus: quia licet frequenter coeant, aliquando ſine febre conſpiciuntur, ſaltem in parte externa. Sed dicet quiſpiam, nunquintæ ſpeciei anginæ (cuius recordatus fuit Galen. quarto de locis affectis capit. 3. ad finem, cum aſſerit, at ſupereſt adhuc alius ceruicis affectus (dixerat nanque prius, ſeu paulo inferius: & cum eo Auic. f. 9. lib. tertio, cap. octauo, atque hæc ſunt quatuor eorum genera: primum vbi fauces inflammantur, fauces autem voco internum oris locum, vbi ſimul conueniunt, & gulæ & gutturis partes extremę: alterum cum neque fauces, neque reliquæ oris partes neque etiam externarum partium vlla inflammata videtur, laborans tamen ſuffocationis periculũ in gutture ſentit: tertium vbi extrinſecus circa fauces inflãmatio appa ret, quartũ, vbi gutturis partes tũ externę, tũ internę ſimiliter affectæ ſunt,) quem ipſi ſilentio pręterierunt, vbi ad anteriores partes vertebrę luxãtur: & quidam ſolis interdum muſculis, qui cum ipſis communicant, tumore præter naturam affectis, vel nato ibi tuberculo: interdum etiam gula pariter vitiata, non nunquam muſculisquoque, qui gulam gutturi iungunt: quin etiam proprijs aliquando gutturis muſculis, qui ipſum aperiũt oblæſis) alia fuerit ratio, an vero eadem: nã ſi eadem regula, non erit nec obſeruatio diuerſa, ſi autẽ diſtincta, dicito quid fuerit obſeruandũ. Huic dub. Reſp. 1. ſiquis attendat eſſentiã cõſtitutiuam illarũ quatuor anginæ ſpecierum primarum & rationem conſtitutiuam earũdem ſine dubio valde diuerſa eſt ratio, nam illæ ſuam continent eſſentiam in inflammatione muſculorum laringis, aut facium: hæc vero quinta ſpecies reſpicit pro ſua eſſentia morbum in compoſitione: quia anguſtia quædam eſt orificij, per quod aer inſpiratur, quę poteſt ſolum ex luxatione illa oſsiculi radicem habere, etiam ſi inflãmationi, aut tuberculo, quæ per accidens poſsint in ſequi luxationem, aliquando iungatur. neque oppoſitum quis recte colligere poteſt ex Hipp. ſecundo epid. ſec. 2. prognoſticorum tertio text. 17. Paulo lib. tertio cap. 27. Auic. fen. 9. lib. tertio capit. octauo, ex Rhaſio ſeptimo continentis tract. ſecundo capit. primo, Haltabate 9. theoricæ capit. 18. & alijs auctoribus, de his ſpeciebus differentibus: nam quando enumerant quatuor illas ſpecies, ſolum præ oculis continent inflammationem: quando vero quintam illam amplectuntur, reſpiciunt ſimilitudinem ſymptomatum,

Anginæ an plures, quam quatuor.

Luxatio vertebrarum colli non eſt ſpecies anginæ.

Digitized by Google

matum, ab omnibus provenientium: nempe difficultatem deglutiendi, inſpirandi, loquendi, anhelandi, &c. & quia in accidentibus fere conueniunt, & in periculo, quantumuis hæ non dependeāt à fluxu, ſicuti illæ: bene eſus carnis conceditur patientibus eandem, etſi citra febrem: Reſpondetur ſecundo nos non enumeraſſe quintam Anginæ ſpeciem illam: quia recenſendo morbos ſpectantes ad partes colli, pro tunc animaduertebamus affectiones proprias muſculorum colli: illa autem potius oſsi luxato, vt cauſæ condonatur, non inflammationi muſculorum.

De ſtrumis.

Struma vnde & quid.

PArtibus etiam colli contingunt affectiones illæ, quæ à latinis appellantur ſtrumæ, ſeu ſcrophulæ: ex eo quod dum fiūt, valde multiplicentur: ſicuti ſues, quæ vocantur ſcrophæ: aut quia hæc animalia ſæpe ſæpus patiantur affectionem hanc, à Græcis dicuntur Xyrades propter ſimilitudinem, quam habent cum lapidibus quibuſdā nigris viſis iuxta maris littora porcis ſimilibus. Verum quibus colli partibus accreſerint nondū clare liquet, apud auctores: nam ſi quis legat lib. de definitionibus medicis, inueniet verba hæc. Struma caro eſt ſicca, quæ nec facile ſoluitur: ex quibus verbis colligitur, muſculis colli contingere ſtrumam: nulla equidem pars carnoſa alia reperitur in collo. Galenum vero innuare apparet 13. metho. cap. 5. ſtrumam glandulis colli euenire, hoc ſermone, quin etiam in collo, & ſecus aures ſępe numero glādulæ ijs, quibus in collo, capite, vel aliqua vicina parte vlcus eſt natum, intumeſcunt; nominant autem ipſos Adenas: cum ſic intumuerunt bubones. Quod ſi ſcirro ſior earum partium phlegmone aliquando fuerit, hæc & ægre ſanabilis eſt, & Chæras, id eſt, ſtruma dicitur: quam ſententiam videtur amplexaſſe lib. etiam de tumoribus præter naturam cap. 15. ſunt quoque qui dicant, in inguinibus & alijs ſolis phygethla fieri, quod adenum, quæ ibi ſunt, inflammationes ſint. Hi cum indurati ſint affectus, Cheras, id eſt, ſtrumę nominantur: patrocinatur huic parti ratio, nam in veſica continentur ſtrumæ, vt experientia connotat. Veſica autē inter partes carnoſas, ſicuti nec inter glandulosas, quia referat naturam ſpongiarū, recipi nō poteſt, quamobrem dicendum arbitror, rigide ſtrumas ad glandulas potius, quam ad muſculos peruenire: auctor autē libelli definitionum, Auice. fen. 3. libr. 4. tract.

Struma ad glandulas.

2. capite

2.capite 9.& ibidem Gentilis eius commentator,& Rhaſius 27. continentis tract.2.capite primo,cum affirmant: plurimum quidem accidunt in carne molli intelligendi ſunt,iuxta illud de anothomia viuorum §.& verum eſt quod glandulæ ſunt ſpecies carnium &c.non quod in rigore caro ſit glandula,vt colligitur 2. de locis affectis capite 2.& 10.methodi,capite 11. §. vocatur autem caro tantum ea,quæ in muſculo eſt:reliquarum nullam homines carnem vocant,præter quam admodum pauci,&c.ex quo liquet, & ante Galenū,& poſt,ſicuti & Auicennā,& reliquos quoſdam, alias partes à carne muſculorum carnem nuncupaſſe. Verum tamen ſiue proprie conueniant tantum partibus glanduloſis , ſiue etiam carnoſis,ſiue ſolum efficiantur in collo,ſiue etiam in mammis,ſub alis,in inguinibus,aut retro aures, ſiue contineant maximum dolorem,ſiue ſecus,ſiue cum inflammatione,aut aliter,ſiue cutaneæ peruenerint,aut intrinſicus nimis : ſiue figuram acutam,aut latam impetrauerint : ſiue alligatæ , quod vulgo dicitur *Enfiltrados*, ſiue non fuerint alligatæ,ſiue magno numero,aut nullo fuerint comprehenſæ(quibus differentijs ſolent ſeparari,& diſtingui)eſus carnis,quantumuis vacent febre , & non ſint cauſa ceſſationis ab operationibus plurimis neceſſarijs , non eſt denegandus:ex eo quod morbus mali moris eſt, vt colligitur ex ſupra citatis locis illorum auctorum:& id confirmat Cornelius Celſus capite proprio cum non ſolum præſente febre,ſed citra illā magnum hunc vocat morbum,quod neceſſario eſt intelligendum : & cachoetes,& eſſentia,etiam ſi non apprehenderit partem principem:& Arnaldus de Villa noua in ſpeculo introductionum medicinalium capite 83. de rebus contra naturam : idem etiam inſinuat AEtius libro decimo quinto , capite quinto , Paulus libro quarto,capite 33.Plinius libro 20. capite decimo tertio , & omnes fere auctores de hac re differentes:à quibus vulgi opinio exiſtimans morbum eſſe incurabilem , non diſſentit : Verum auctores quidam facillimam breuiſsimam,& ſecuram curationem promittunt:ſicuti Iacobus Hollerius libro primo inſtitutionum chirurgicarum cap.de attrahentibus,emplaſtro decupreſsibus ſuper poſito,& reperito ter per tres triplicatos dies. Licenciatus Fragoſus,emplaſtro ranarum. Tagaultius,emplaſtro illo condito excinere ſerpentis fœno Græco & melle. Quidam Empiricus poſt vniuerſales euacuationes parabat foramen magnum aut , paruum, vnum,aut plura,iuxta magnitudinē, aut paruitatem ſtrumæ,aut

Strumæ vn de dividuntur.

Strumæ curabiles.

numerum ſcraphularum ferro ignito (melius tamen auro ignito fit opus illud) & in foramine apponebat granum vnum argenti viui ſublimati, aut duo, & in ſuper applicabat linteũ butyro bacino imbutum: altera autem die extirpabatur, & extrahebatur ad modum terræ tuberis quædam pars ſpongioſa: ſi autem quid adhuc ſuperabat, eradicabat id ægyptiaco vnguẽto, aut puluere aliquo corroſiuo: & mundificabat partem Apoſtolorum vnguento: deinceps vtebatur vnguento illo aureo ex Guidonis compoſitione: & pulueribus incarnaticijs a chirurgis nuncupatis (opus tamen hoc viuentis non poteſt eſſe niſi a principio intrinſeco, & inde abutuntur vocabulo incarnandi) denique ſuperimponebat ſocrotium cicatrizans, donec ſanitati reſtituebantur: & quam pluri mos curaſſe hac ratione, audiui a ſene quodam Chriſtianiſsimo, & poſtea inueni id ſcriptum, apud auctorem experientiarum libr. ſecundo fol. 24. valitudinaria ſoror aſsiſtens orohanotrophio de Antoçana curabat ſatis optime ſcraphulas (prius re͠to præuiſo,) hoc ordine, aſſumebat anguem vigentem in arido campo, pariter & bufonem, & in lib. iij. olei communis concoquebat vſque ad exſiccationem ingentem & poſtea oleo extra ignẽ inijciebat pul ueris tenuiſsimi colophoniæ vnc. iiij. & illa omnia agitabat vehementiſsime, addendo aceti acerrimi vnc. vj. olei ſcorpionum, & viperarum. ſ. vnc. ij. deinceps aſſumebat radicum altheæ manipulũ magnum, concoquebat illas optime, expreſsione aquę facta ſimul cum vnc. iiij. adipis, ſine ſale illas exactiſsime macerabat, deinde cum ſufficienti quantitate olei præſcripti parabat emplaſtrum, cuius in linteo ſuper imponebat ſtrumis extẽſam debitam quãtitatem per ſingulos dies, donec ad ruptionẽ apparerent ſtrumæ paratæ: quo animaduerſo pulueriżabat cum arſenico ſublimato non elauorato ſtrumas iuxta magnitudinem illarum magna cura animaduertendo ne ſuper partes ſanas aſcendat arſenicũ alias excitantur ampullæ, & fit denuo dolor & ligando ſtricte partes arſenico pulueriżatas, tranſactis 24. horis, arſenicum ſublimatum detrahebat: & denuo applicabat emplaſtrum, quo vſque extirpabat emplaſtrum ſtrumas: omnino autem extirpatis vlterius aduertebat ſi autem intrinſecus radix aliqua, aut ſtruma remanebat, iterum pulueriżabat arſenico partem coinquinatam: progrediebatur vero hac methodo, vlcera vino albo lauabat, & puluere tenuiſsimo per cribrum ſericum extracto pulueriżabat: capacitatem mixis rhodomelle imbutis replebat, & ſuperimponebat

Cura ſcrophularum.

Remediũ ad ſtrumas.

ponebat vnguentum Baſilicon vſque ad integram ſanationem.

Alius curare affirmat ſtrumas huiuſmodi pulueres, dum modo quantitate vnius dracmæ aſſumantur, ſpatio, 30. dierum continuo. Recipe ariſtoloquiæ, lõgæ & rotundæ. ſin, drac. ij. gentianæ, cõſolidæ maioris, dyptami, filipẽdulę, ſcraphularię, paucedani. ſ. drac. j. ſachari rubri vnc. j. ſalis gemmæ drac. iij. diacridij drac. j. ſachari albi vnc. j. & ſemis, fiant pulueres.

Curato alia ad ſtrumas.

Ex his vnum eſſe inferendum placet dicere, nunquam ſcilicet ferro eſſe attingendas ſtrumas, non tantum ad apertionem, verum neque adminiſtrandos mixos cum rodomelle: quod poteſt comprobari ex Hipp. lib. de articulis, & lib. de glandulis. Apprime autem id probat quotidiana experiencia: chirurgi enim vidẽtes maturationi adeptas ſtrumas, ferro aperientes eaſdem, aut mortem inducere, aut in longum multo curationem ſubleuarunt: vt ego iam ter, quaterue vidi in orthonotrophio dicto.

Du. de ſtrumis.

Et ſi relatum mihi ſit certiſsimum, dubium tamen valde eſt, ſi ſtrumæ ſuam habent radicem ex pituitoſa materia, vt expreſſe deducitur ex Hipp. loco allegato de glãdulis per initia. 5. ſi vero diſſeces, ſanguis largus erumpit ſpecie albus, & velut pituita, & ex Auic. capit. nono ſupra allegato, & alijs fere omnibus citatis, vera autem eſt medicorum doctrina: ex materia pituitoſa generantur morbi mitiſsimi, & tardæ actionis, fereque ſine dolore, cuiuſmodi videas paralyſim, oris torturam: apoſtema molle, febres quotidianas, & reliquos huiuſmodi: vnde fit ſtrumas ex ſimili materia reddi mali moris: & tam praua continere ſymptomata, vt oculis quotidie conſpicitur, & auctores conſcribunt (verum ſi quis animaduertat, multa mitiſsima natura ſua noſtræ naturæ, pro diſpoſitione diuerſa, corruptione, aut alteratione in peiora multo abire: quam alia non ſic noſtræ naturę amica, luce clarius ei fiet, vnde illa ortum contraxerint, ſic concipitur in ſemine cuius natura cum familiariſsima ſit noſtræ, præ alijs, tam in primis qualitatibus, quam in ſecundis, dum corrumpitur, varia adhuc inducit genera morborum, & ſymptomatuum, vt iam potius venenum iudices quam quidpiam aliud noſtrę progenei amicum, & famaliare generationis principium. Videre eſt apud Gal. libr. ſexto de locis affectis capi. 5. libro nono de compoſitione pharmacorũ ſecundum locos capit. 10. iuxta Auic. fen 21. lib. tertio tract. quarto c. 16. & f. 13. lib 3. c. 2. circa AEtiũ lib. 4. ſer. 4. c. 68. circiter Rhaſium 22.

Strumęque modo ex pituita mali moris.

Quãto præſtantiſsima aliqua in peius mutantur.

Digitized by Google

ſium 22. continentis tract. 4. c. ſecundo ſimile fere de lacte legitur lib. 3. de alimentorum facultatibus: cum igitur pituita naturalis nullatenus mutata alteratione, aut corruptione, quouiſque alio modo mitis ſit, & ſuauis, vt valeat efficere homines moris ſuauis, pigros, tardos, negligentes, ſomnolentos, albo colore preditos: ſi tamen adipiſcatur aliud, innumera fere mala gignit. Hinc legitur lib. de ſpermate, pituitam ſalſedine præditam quandoque gignere quartanam lib. 2. de differentijs febrium, pituitam accidam, & vitream peſsimas accidit introducere febres: lib. de palpitatione, à pituita vitrea fit rigor 6. aphor. 1. pituita accida facit ructus accidos, 3. apho. 12. pituita ſalſa facit ventris fluxum, 3. apho. 16. pituita facit morbum comitialem, quod confirmatur etiã 3. apho. 20. 3. de locis affectis cap. 17. 6. apho. 56. pituita facit apoplexiam, conuulſionem & cęcitatẽ. Tum. 4. de cauſis pulſuum: à pituita fit lethargus, & 3. allegato de locis affectis: quædam pituita facit dẽtes torpeſcere, 5. vt nonnunquam dentes torpedine afficiantur: aliaque multa auctores conſcribunt pituitam genituram fore mutatam: vt iam non ſolum tollerabilis videatur aſſerẽtium opinio: omnes pœne morbos materiales ortum trahere à pituita ex cerebro deſcendente, verum & quoſdam immateriales. Vnde non eſt quare admiratione rapiamur, tam praua illa ſymptomata in ſtrumis etſi à pituita excitari: quare iam ad alios affectus partibus alijs colli contingentes reuertimur.

Pituitæ effectus.

De Hernia gutturis.

COllum cum præter enumeratas partes ſuam etiam cõtineat cutem, inter ipſam, & aſperam arteriam abſceſſum patitur illum: qui a Latinis dicitur hernia gutturis, aut gutturis ramex, vt legitur lib. de definitionibus medicis 5. Broncocelæ, quaſi dicas gutturis ramex tumor eſt gutturi adnaſcẽs: differtque ab eo, qui in Scroto progignitur: à Græcis vero dicitur bronchocele, vt ibidem liquet: & lib. 2. de comp. medicamentorum per genera, cap. 8. 5. & faucium tumores, quos Græci brochocelas appellant, & libro tertio eiuſdem capite 8. 5. ad hæc gutturis tumores, quos Græci Bronchocelas appellant: & libro ſexto, de compoſitione medicamentorum per genera capite 14. 5. aliud ad diſcutiendam bronchocelem, &c. à barbaris Botium nuncupatur, vt videre eſt apud Albucaſim libro ſecundo ſuæ chirurgiæ. Huius affectus duas

Broncocele quid.

Digitized by Google

duas inueniri differentias, refert Paulus libro ſexto, ca. 38. & Aetius libro tertio tractatu quarto, capite ſexto, deſumptas ex diuerſa natura materiæ conficientis tales abſceſſus. Verum ſiue efficiantur ex materia flatuoſa, aut ſimili mellis, aut craſsiori iam magis multis & diuerſis modis, iuxta placitum Cornelij Celſi, libro ſeptimo, capite 13. aut ex dilatatione vaſorum, neque extirpari poſsit, niſi vehementiſsimis remedijs: ſicuti ſcraphulæ: aut quia hæreditariæ ſint: aut quia contigerint ætatibus iam grandioribus, aut quia venas vſque ſuas ſeminauerint radices, non expoſcunt, aut merentur eſum carnis tempore interdicto: ſufficiunt namque patienti quadrageſimalia mediocriter exſiccantia. Primo, quia non continent prauam materiam, ſicut ſtrumæ, neque ſtupenda ſymptomata, neque ceſſare faciũt ab operationibus, ſecundo, quia nec præuiſo toto ſolent facillime, vt legitur de illo Clemente Sertorio, ſexto de compoſitione medicamentorum per genera capite 14. citato, curari. Et ex ſimili materia ſub cute audiui, Doctor ille Portugues chirurgius Complutenſis quod curauit abſceſſum, ſolum ruptura facta: materia ſeuo ſemili eradicata, & cauitate puluere ſiccisſimo ex pariete collecto repleta, ſine vllo alio remedio, & ſtatim miſit hominem, vt daret operam literis, ſcholaſticus quidem erat & hæc retulit mihi, qui vidit, & iurauit: videamus ergo iam & nos reliquos colli partium affectus.

Botiumque modo & ex qua materia.

Notantur etiam colli partes Eſophagus, trachea arteria, & epiglotis, tum etiam venæ, arteriæ, tendones, & nerui: aſt, de his, quæ ſpectant ad illa quatuor priora, quid fuerit notatu dignum, conſtat ex ſuperioribus: dum de ſpeciebus ſuffocationis ſermonem egimus: arterijs vero aneuriſma accidit aliquando paſsio: verum quia in hac parte nunquam ſecatur, etiam ſi retro aures in vertigine, de ea Deo dante poſtea dicemus, ſicuti etiã de paralyſi, & conuulſione, quæ accidere nõ implicat neruis colli: quia iſtæ paſſiones & in brachijs, & cruribus fiũt cõmunes. Tẽdonibus denique circa collum contingit affectus ille, qui à Græcis nuncupatur Anchile. Paſsio autem eſt tendonum circa collum, vel articulos, qua functio impeditur.

Quandoq; de illa ſcilicet aneuriſma.

De Anchile.

At quia hæc affectio raro conſpicitur: & quantumuis contingeret multoties, non eſt quare medico fuerit maxima ei cura: ex eo quod tendones neque omnino inſenſiles ſunt, neque ſenſiles, vt nerui: vt habetur primo de motu muſculorum: imo quidã ſunt

ſenſus

ſenſus expertes, videre eſt lib.3.de alimentorum facultatibus, c. 4.ad finẽ ſ. quæ autem in partibus excarnibus neruoſa ſunt corpora, ad ſimilitudinem quidem ita nominantur: ſunt autem oſsiũ ligamenta ſenſus expertia, & præterea tendones quidam: vnde quando Gal.5.de ſanit.tuenda, & primo de motu muſculorum affirmat, quod ex leui cauſa dolent. quæ videtur ratio, non tantummodo ſentientis mediocriter, verũ ſummopere ſentientis ſecundum illud commune axioma: exquiſite ſentiẽtia e leui alterantur cauſa, intelligendus eſt ratione nerui ibi exiſtentis: vt deducitur primo de motu muſculorum, vbi ſcribitur, tendo ex neruo, & ligamento conſtat. Et in hoc ſenſu intelligitur etiam ibidẽ auctor, dum aſſerit, tendonibus patientibus eadem fiunt: quæ fiunt patientibus muſculis, & primo de arte curatiua ad Glauconem, ex tendonum doloribus animi defectus contingit, & lib.artis medicæ tendonis punctura facit conuulſionem: & quarto methodi, in tendonibus vlcera ſunt doloroſa, & ſpaſmoſa, & delirium facientia: hæ enim paſsiones ſunt potius neruorum, vt clare deducitur, eodem citato de arte curatina ad Glauconem cap.14. & primo de motu muſculorum. Sit igitur regula, prout noſtrum expoſcit argumentum: patientibus Auchile, ſi neruus non fuerit læſus, non conuenit carnium comeſtio tempore quadrageſimæ: at ſi neruus patiatur, ſiue hic, ſiue in quacunque parte affectum notatu dignum, non eſt denegandus carnis eſus, eo quod ſymptomata illico excitantur prauiſsima: & animalis vita detrimentum patitur.

Ex tendonibus quæ mala.

Dub. de ſãguiſugis.

Merito tamen quis poterit in dub. reuocare: licet ſatisfactum fuerit pro ſtrangulatione, & ſuffocatione ex Anginæ ſpeciebus, luxatione oſsis, & inflammatione Epiglotidis, ſi contingat periculum ſuffocationis ex poſitione alicuius quantitatis alimenti in gula, vt multoties videtur: aut ex ſanguiſuga, quid fuerit obſeruandum: nam tunc non patitur pars, ſcilicet canna inflammatio, nec dolorẽ, aut quid ſimile, quinimo cauitas nec pars viuẽtis eſt, in qua ſpina, bolus, aut ſanguiſuga ſtat, verum res hæc magnam ſibi expoſcit medici conſiderationem, miſſerrime quidem quam plurimi fuere interfecti propter aliquod ex dictis, etiam ſi febris de fuerit, hinc auctores merito quam plurima animaduertunt notatu digna pro his, videre eſt apud Auic.fen.9.lib.tertio a ca. tertio vſque in ſeptimũ, apud Galen.quarto de locis affectis cap. quinto, 11. de ſimpli.med.facul, iuxta Paulum lib.6.cap.31. & lib. quinto capit.57. prope Dioſcoridem libr.ſecundo capit.32. circa

Haliab.

Haliabbatem lib.6.ſuæ practicę cap.3.prope Rhaſium 7.continent tract.2.cap.2.& tract.9.cap.48.circa AEtium lib.2. ſerm. 4.cap.50.igitur quotieſcunque viderit medicus hominem ſpuentem ſanguinem,bene tamen alias valentem,cum triſtitia, & colli,ſeu gulę anguſtia,abſque tuſsi,pectoris,aut capitis ſenſu triſti, ſuſpicetur de ſanguiſuga ſuſpenſa;& ſummopere percõctetur,nũ in parte ſuperiori ſuſpendatur ſanguiſuga , an vero intus multo: cuicunque autem adhæreat loco,eſus ſit alliorum,cœparum,conditum ex pipere,ex rebus amaris,& nimis ſalſis , copioſe autem nutritus laborans illis, apponatur in balneo, cuius aqua vſque in partem,cui exiſtimet medicus adhærere ſanguiſugam,aſcendat à pedibus:vbi multo temporis ſpatio quieſcat, quantum poſsibile fuerit(aqua calefacta)& vſque ad animi deliquium:corpore autẽ nimis calefacto,non ceſſet adimplere os aqua frigidiſsima,etſi opus fuerit vſque ad animi deliquium perſiſtendo in balneo nimis calido.Verum ſi nec fugiendo calorem intus calefacientem , nec amplectendo frigiditatem externam, ſcilicet inore exiſtẽtem,moueatur,patetur hic extrahendi modus alio modo , nempe copia alliorũ aſſumpta pro cibo feratur in agrum , aut quampiam aliã partem,in qua fuerit fons frigidiſsimus,&corpore ſoli expoſito, os hominis accedat vſque ad aquam fontis:& ibidẽ expectet,donec extrahatur ſanguiſuga,aut peruenerit ad partem, in qua chirurgico inſtrumento euellatur, quo etiam vti decet , quando in parte ſuperiori affixa eſt ſanguiſuga.Cum hæc nec proſunt, quidam miniſtrant quinque, aut ſex animalia fœtidiſsima , & dictu quoque faſtidiẽtia, vt inquit Plinius,quæ in lectis naſcũtur(ſunt nanque & alia agreſtia,quæ in maluis reperiuntur cimices videlicet appellata,trita & in aceti aut vini vnc.iij.vel iiij. diſſoluta, vt bibantur,vel fiat ex eis,prunis impoſitis,aut aquæ feruẽti, ſuffumigium,cuius fumus ad guttur vſque trahatur, ſuo nanque fœtore,alia proprietate,ſanguiſugas aut extrahent,aut ſuffocabũt, at quia lib.11.de ſimpl.med.facult.hęc ſunt præfixa verba,ſed & de cimicibus quibuſdam traditum eſt,quod ſi,cum aceto bibantur, hirudines abſortas eiiciant : at nobis cum eas perpetuo alliorum eſu eiecerimus,haud opus fuit cimicibus : quæ etiam verba tranſtulit Edoardus Votonius lib 9.de differentijs animalium c. 222.ſuſpicionem mihi genuit tale remedium:indeque exiſtimo ſecurius multo eſſe,perſeuerare vſu alliorũ, ſucci abſinthij amari, & reliquorum quæ amaritudinem continent , cum aliquo ordine ad

An fuerit ſanguiſuga conſiderandum.

Alimenta et remedia ad ſanguiſuga cruciatos.

Gal. dub. de illo remedio.

ne, ad corroborationem ventriculi: nam his, ſiue per gargariſmata, ſiue per ſuffumigia, ſiue quouis alio modo ſecurius vtimur: quantumuis ſanguiſuga ſuperiori, aut inferiori, internæ multo, aut externæ adhæreat parti, aut etiam ventriculum iam pertigerit: reliqua namque remedia ad extirpandas ſanguiſugas, quæ aliam ducunt curationem, non exiſtimo tuta: cuiuſmodi ſunt gargariſmata ex erugine & aceto, ex aſſa fœtida & aceto, & eiuſcemodi alijs, ſeu caput purgis. Gargariſmati quidem cum ſucco foliorum ſalicis ineſt proprietas in extrahendo ſanguiſugam, docet Auic. c. 7. citato: & Rhaſius 76, 3. verum remedium hoc meo videri quædam inuoluit difficilia. Primum quod iſti auctores non explicauerint, quæ ſalicis ſpecies illum præſtet vſum, varia nanque genera eius explicantur ab auctoribus diuerſa, aut ex vſibus, coloribus, locis quibus gignũtur, a quoſis videlicet, arenoſis, lapidoſis, maritimis, aut ex ipſis arboreſcentibus, aut ſecus: videre eſt apud Teophraſtum lib. 3. hiſto. cap. 13. Plinium lib. 16. cap. 37. Columellam, lib. 4. cap. 30 & lib. 17. cap. 20. Mathiolum lib. 1. in Dioſcoridem cap. 117. Tragum lib. 3. cap. 60. Fuſium lib. 6. cap. 7 Ruellium libr. 1. cap. 141. Scaligerum lib. 3. hiſt. cap. 2. Gal. lib. 6. de ſimpl. medicamentorum facultatibus: ſecundo quia ex auctoribus citatis nullus huius remedij mentionem facit, nec recordatur. Tertio, quia non ſolum ſuccus, verum & foliorum decoctum non tantum ad generationem reddit ineptas mulieres, ſed & homines etiam; & hinc dicitur, ſalicis folia contrita, & pota, intemperantiam libidinis coercent, atque in totum auferunt vſum. Supereſt ergo alijs vti ſcriptis remedijs: etſi affigatur ſanguiſuga tempore interdicto non concedat eſum carnis medicus, illa vero detracta animaduertat, quæ ſuperent ſymptomata, & iuxta eorum prauitatem iudicium proferat.

Suſpicio de erugine.

Salix multiplex.

Salix cõtra libidinem.

Si vero ſtrangulationis periculum recurrat propter ſpinas, fruſtra ligni, oſſa, aut bolum, quidpiamque aliud huiuſmodi, niſi diu durauerit, & ſequatur magna iam diſſipatio virium defectu alimenti, potius conueniunt alimenta vomitum excitantia, quam ventriculo grata: & inde quadrageſimæ tempore, aut alijs interdictis diebus non eſt dandus eſus carnis, ſed vtendum inſtrumentis ad illa extrahenda iuxta auctorum placita, & documenta.

Vlterius veniunt in collo conſideranda oſſa, ea autem ſunt octonario numero alligata: nam reperitur os illud Ioydes nuncupatum, ſimile y, Ipſylon, quod linguæ ſedem deſtinauit natura: cuius non

Colli oſſa.

Digitized by Google

lis non animaduertitur à medicis aliquid iuxta noſtrum inſtitutū conſideratione dignum: ſunt ſpondiles ſeptem, ſeu vertebræ voci tatæ, quorum duo priores ad motum capitis deſeruiunt, quia ſuper ipſos caput ante & retro circa vtrunque latus & circumcirciter mouetur: reliqui motui proprio colli, ad cuius motionem vertitur & caput, recurrunt: tum etiam & vt partes ſpinalis medullæ, & vt radices ſeptem parium neruorum: quorum primus ſecūdus, & tertius munus præſtant muſculis colli: & radicibus quorundam germinum neruorum faciem aſcendentium: par quartus, cum ramo quodam tertij vſque ad pectus per internam partem, & diafragma permeat. Quintus tandem, ſextus, & ſeptimus ad brachia recurrunt: & quia præter dislocationes de quibus iam diximus, & paralyſes, & conuulſiones, de quibus iam iam ſumus diſſerturi, nil his, nec illis accidit, ideo ad brachiorum morbos mouere ſermonem conuenit.

De affectionibus Brachiorum.

CAPVT VI.

Brachium, quod à fortitudine dicitur, quantumuis ſecūdum aliquos os ſolum vocetur ab Hippo. vt habetur apud Gal. com. 2. in lib. Hipp. de fracturis, ſuper text. illum 35, qui incipit: Crus binis oſſibus cōtinetur &c. & ſuper tex. 1. illum: at vbi humerus perfringatur, & lib. introductorio ſeu medico cap. 10. §. harum pars ab humero ad cubitum vſque pertendens brachium vocatur: verumtamen non ſic aſſumimus brachium, ſed vt comprehendit omnes partes, ſicuti enumerantur ab Hippocrate lib. de oſſium natura §. ipſum vero brachium incuruum foras, & anteriore parte obliquum, non rectum eſt ad acceptabulum, &c. ita vt amplectatur totum id terminatū ab humeris vſque in digitos. Hac acceptione brachiū receptum, multitudinem oſſium accingit. Primum dicitur adiutorium, quod incipit ab humeri oſſe, & deſcendit ad alia duo oſſa cubiti ſerpentia vſque ad manus. Humeri quaſi armi dicuntur. Cubitus quod ad cibos ſumendos in ipſo cubamus: Manus totius corporis munus: ſiue ſumantur, primis ſuppoſitis pro ipſa tantum parte, quæ à branchiali tendit, ſiue pro brachio, id eſt, primo

Brachium vnde.

Humerivm de cubitus, & manus.

primo illo oſſe adiutorio nuncupato, pro cubito, id eſt, pro alijs duobus oſsibus dictis, & pro ſumma parte à branchiali: vt ſumitur lib. de inæquali intemperie capite 2.6. item manum, in brachium, cubitum, & ſummam manum. Duo illa oſſa prædicta fociles appellantur: inter huiuſmodi oſſa, & manum ſummam oſſicula octo adnotantur fortiſsime alligata: & hæc branchialia merentur vocari: ſequuntur oſſa hæc octo quatuor alia, quæ poſt brachialia nuncupantur deſcendentia vſque ad digitorum oſſa: quæ ſciunt triplicem ordinem ſub numero 15. & inde liquet omnia oſſa brachij in hac acceptione. Omnia hæc in ſummis partibus adipiſcuntur figuras, medijs quibus pixidant inter ſeſe: & adiutoriū incaſtrat cum oſſe ſcapulæ, pœnes quorum ſeparationem excitatur dislocatio: quæ iuxta Pauli doctrinam lib. 6. cap. 111. duplici contingit via: nam ſi omnino os amiſerit ſuam incaſtrationē, nuncupatur exarrherma aut luxatio: verum ſi aliquantulū ſeparetur, tantum vocitatur pararrhema: cui reducenda eſt quæuis tortura, aut oſsis tranſmutatio. Et his generibus morborum primo animaduerſis in brachijs, dicendum placet, oſſe omnino dislocato quacunque fuerit parte, quia excitatur ſtatim inflammatio, non eſt denegandus carnium eſus tēpore ab Eccleſia interdicto: propterea quod præter inflammationem, quæ ſolet in tali caſu euenire, comitantur corruptio & alia mala: vnde nec oua ſufficiunt, nec lacticinia, nec alia quadrageſimalia arrident, cum pararrherma, tortura, aut tranſmutatione leui dōnec videatur inflammatio, ſufficiunt oua, lacticinia, & condimēta ex borragine, & piſces ſaxatiles, & tructæ pro diuitibus, & hæc omnia intelligenda ſunt de oſſibus, tum cruris, tum cuiuslibet alterius partis.

De dislocatione.

In dislocatione cōuenit eſus carnis.

De oſsis fractura.

De fractura.

SEcundo circa oſſa conſiderandus venit alius affectus, qui fractura dicitur: hæc vero prope Gal. placitum lib. 6. met. cap. 1. ſolutio dicitur continui in oſſe: & hoc idem docet lib. artis medicæ: cap. 91. lib. 2. de fracturis, & primo de cauſis morborum, eius vero varias notant differentias auctores, & diuerſas cauſas, vt quis videre poteſt com 2. allegato de fracturis, & lib. introductorio: generice autem affirmant auctores chirurgi, quod in duplici differentia inueniuntur, duæ videlicet ſimplices, & duæ compoſitæ: his adhærent contuſio, callus ſuper auctus, nimia ſiccitas, aut humidi-

humiditas prioribus non eſt hæſitandum de carnis eſu,comprehendendo contuſsionem reliquis vero minime,eo quod primum amplectitur periculum,ſecundum vero aut nullum, aut minimũ, & ſine ceſſatione ab operibus neceſſarijs.

Continet brachium deinceps muſculos,& præter quatuor illos a pectore ſerpentes,ad motũ oſſium humerorũ ſeruientes,qui rigide nuncupantur ſcapulæ:vt moueretur os brachij ſcilicet ſeptẽ alios habet,quorum quatuor deſeruiunt motibus rectis: & originem ſuam ducunt à pectore,pixide humeri,ſpina,& ſcapula: tres reliqui obtemperant motui circulari,duos alios præterea muſculos amplectitur brachium incipientes prope medium oſsis adiutorij,& infociles incaſtrant:ab his recurrunt & quatuor reliqui muſculi,& vſque ad brachial os perueniunt.Gaudet deinceps,& alijs quatuor muſculis brachium,vt ſurſum, & deorſum moueatur:& hic motus communis fit cubito,& brachiali:denique & digiti ad motum ſuos habent muſculos,omnes tamen cum ligamentis,tendonibus, & fibris integram adipiſcuntur fortitudinem ad motum. His hæc mala ſuperuenire contingunt,etiam etſi in alijs partibus,vt arenoſis quandoque naſcantur,furunculus ſcilicet,de quo diſſeruit Gal.lib.de tumoribus præter naturam c.15. Rhaſius lib. diuiſionum cap.131. Auic.fen.3.lib.4.tract.1.c.32. ſub hoc nomine Aldemenu,Paul.lib.4.c.32. Alzarabius lib.ſuæ pract.tract. 29.cap.4. *Brachimuſcula.*

De Furunculo.

FVrunculus eſt abſceſſus adnaſcens muſculis,vt in plurimum cũ inflammatione,& dolore,præcipue cum peruenit ad maturationem,ſeu ſuppurationem:in quo eleuatur cuſpis admodum pinacea nuclea,congenitus ex craſsis humoribus: qui abſque vllo remediorum genere ſæpe ſæpius peruenit ad integram & perfectam ſanationem:ob quam cauſam Cornel.Celſus lib.5 c.28. habet,eſſe hunc affectũ ſecuriſsimum, etiã ſi non ſuſceperit curationẽ. Alij autem recenſentur tales ſolum ſub cute:alij quidem apparent multo intrinſecus,vt legitur apud Gal.lib.de tumoribus præternaturam cap. 9.& apud Plinium lib.26.cap. 12. licet hoc iam genus potius ad antraces recurrere exiſtimauit Rhaſius loco allegato circa explicationem Ioannis de Guido tract.2. de apoſtematibus capite 2. quamobrem primis viſis eſt denegandus eius car- *Furunculus quid.*

 nium

nium tempore interdicto: ſecundis autem animaduerſis nequaquam, ſiue ſint de genere antracium, ſiue ſecus furúculum curat Gal. lib. 7. 8. & 10. de ſimpl. med. facult. & 5. & 6. de comp. med. per genera.

De Carbunculo.

ANtrax quod ſcaroſum vlcus dicitur a Gale. 6. apho. 45. vocatur: autẽ & antrax, ideſt, carbo vlcus ſcaroſum, cui iungitur multus corporũ circunſtantiũ feruor: & lib. 2. de arte curatiua ad Glauc. cap. 1. ℣. cum vero ſanguis influens calidus ſufficienter exciterit, & craſſus quodcunque membrorum ſubito occupauerit, hoc comburendo facit vlcus cum cruſta: quidquid vero circumiacet, inflammat, & leuat: inde efferueſcit, grauiterque dolet: vocatur autem antrax, id eſt, carbo huiuſmodi paſsio, quod etiam inſinuatum inuenitur lib. de definitionibus medicis, & lib. 5. de compoſitione medicamentorum per genera, quantumuis videatur inſinuare Auic. lib. 4. fen. 3. tract. 1. cap. 17. quod deſcribitur de althaun, vel althoym, ſiue antrace, paſsionẽ eſſe ſeu apoſtema cõueniens emunctorijs, & partibus glanduloſis, verum tamen carnoſis partibus, vt muſculis rigide carnoſis accidit, vt liquet ex Gal. loco allegato ℣. quodcunque membrorum ſubito occupauerit: nec dum quod neque Auic. negat & illis accidere: quantumuis etiam Vigo, & Guido inſinuent, Antracem differre a carbunclo: ſatis cõſtat, loco citato Galenum, idem eſſe affirmare: nam inquit, antrax, id eſt, carbo. Quaſi dicat quod a Græcis Antrax appellatur, a latinis carbo, ſeu carbunculus: quia cruſtulas parit fere carbonibus ſimiles, eius duæ ſignantur à chirurgis ſpecies, nam legitimus alter, illegitimus vero alter adnotatur. Aſt quia vterque fit ex ſanguine calido atrabiliari, vt habetur in 3. de morbis vulgaribus cõmen. 2. lib. de atrabile 1. de differentijs febrium: nam ſub illo nomine poſſunt intelligi materia calida craſſa, ſuperflua calida, bilis nigra: quæ deſignantur locis citatis materia carbunculi. Viſis eorum ſignis (nempe tumore, rubore, ardore excedente ardorem flegmonis, animi deliquijs, nauſea, cordis tremore, cruſtulis nigris, aut fuſcis: quibus & febris ſolet euenire, licet aliquando deficiat, aut pro paucitate materiæ aut diſtantia magna a corde) non hæſitet medicus concedere carnium comeſtionem diebus interdictis ab Eccleſia: nam ex quocunque alio eſu non generatur materia conueniens languenti: præcipue quia ſæpe ſepius comitatur febris an-

Antrax quid.

Antrax duplex.

Signa antracis.

bris antracem: qua exiſtente vt initio huius adnotauimus, non eſt dubitandum de carnium eſu: ſed quia, vt diximus, aliquando citra febrem inuenitur: breuiter hæc de antrace adnotauimus. Circa curationem eorum emplaſtra ſatis experientia comprobata deſcribunt Paulus lib. 4. cap. 25. Aetius lib. 14. cap. 8. Gal. lib. 2. de arte curati. ad Glauc. cap. 2. lib. 5. de compoſitione medic. per genera cap. 6. Cornelius Celſus lib. 5. cap. 28. Andreas Lacuna libello de peſte, Valeriola lib. 6. obſeruationum 3. capit. Alexander Benedictus lib. de peſte, Ioannes Thomas tractatu etiã de peſte. Et hoc vnum ego vidi: dum in digito maiori pedis cuiuſdam virginis Antracem cum ſignis illis preſcriptis conſideraui prope ſolis diſcenſum die martis, præcepi iuxta Monardes perſuaſionem tractatu de Tabaco, vt ſuccus eius applicaretur in mediocri quantitate, & partem, quam ipſe vocat *borujo* ſuper imponere parti affectæ, die vero mercurij ſine dubio omnis infectio carnis cum cruſta quod euanuiſſet reſpexi: appoſito autem ſucco in linteo cauitati cum *borujo*, die ſabbathi cauitas tanta, ac in auellana videtur, carne erat repleta, & mulier ſanitati reſtituta, Dei miſericordia.

De Aneuriſma.

PRæterea & oculus videt, & ratio oſtendit, quia brachium viuẽtis eſt pars, & arterias fuit conſequutum: quarum quæ potiſſimæ præ oculis habetur, illa eſt quæ ſuam ſedem continet, ſub baſilica vena, in flexura brachij: hæc autem defectu incidentis venas ſolet interſecari: & inde paſſionem illam, quam Gal. lib. de tumoribus præter naturam c. 12. Aneuriſmam vocat excitari: quæ quãtumuis quis exiſtimet, cum Paulo lib. 6. c. 37. & 38. quod ſolum veniat arterijs ſub alijs aſtantibus, in inguinibus, & collo: ſuper accidit etiam illis, quæ in brachijs ſuam habent ſedem, & in alijs etiã partibus ſicuti clare deducitur, ex Gal. 5. met. ca. 4. & 5. & lib. de definitionibus medicis: 5. Aneuriſma, id eſt, dilatatio venoſi vaſculi relaxatio eſt, id eſt, arterioſi tu percipe iuxta Ariſt. Platonis, & aliorum antiquorum loquẽdi modum, aut diſperſio ſpiritualis materiæ ſub carne per diſſultationem ſeſe diffundentis diſtribuentisque, & ex Aetio cap. proprio dicente, in quacunque parte corporis fit Aneuriſma, licet in collo multoties. Vnde intelligendus eſt Paulus de periculoſioribus, & ſuſcipientibus curationem difficilem, propter amplitudinem vaſorum ibidem adſtãtium: harum *Aneuriſma quid.*

duplicem ſortem auctores animaduertunt, & inſinuantur duplices lib. de diffinitionibus medicis verbis allegatis. Prima contingit vulnerata arteria, & dicitur externa: ſecunda ex diſtillatione ſanguinis ſpirituoſi & arterialis, ex corroſione vaſorum, aut apertione pororum: aliaq; huiuſcemodi cauſa, vt videre eſt apud Gal. 5. met. ſed quacunque cauſa ipſa ſequatur, ego non concederem quadrageſimæ tempore carnis eſum patientibus eam: dum nō aggrediatur quis curationem illam præfixam a Gal. lib. de curandi ratione per venæ ſectionem ſcilicet ſeparando carnem & omnino ſecando arteriam, & ligando per vtranque partem, quia tunc periculum imminet de inflammatione excitāda, ſecus vero, quia nec materia ſuſpicionem, aut malitiam conſideratu dignam inuoluit, nec partem principem, aut notatu dignam diſruptam ſupponit, quinimo in primis iam coaleſcentem, & in ſecundis potius præſtat alimentum generans craſſos humores & temperatos: & inde facile compeſcitur ardor, & incendium materię calidæ, vt inflammatio non aſſequatur, quin potius, vt ſufficiēter ſanetur ſicuti appoſitione frigidorum: inter quæ, proficue Nicolus Florent. ſer. 7. tract. 5. cap. 24. niuis vſum extollit. Prodeſt etiam ſuccus Solani Hortenſis, & Solani Haliacacaui cum caſeo recenti admiſto, & plūbi tabella perforata ad modum ſcalpri, aliaque huiuſmodi frigida: quibus & ſi non ſanetur, impedimentum pariunt, ne cutis amittat temperiem, nec exulcerationem conſequatur: propter quæ ſiſterem a largiendo indultum ad carnis comeſtionem.

Aneuriſma duplex.

Ad Aneuriſmam remedia.

De Conuulſione.

DEinceps in brachio conſiderantur a medicis nerui: ipſi autē ortum tenēt ex 5. 6. & 7. oſſe colli & ex 8. & 9. pare pectoris: patiuntur tamen varia & diuerſa genera morborum, nempe puncturas, inter alias partes corporis animaduerſione dignas li. artis medicæ cap. 92. videre eſt, & 6. methodi cap. 2. & lib. 3. de comp. pharmacorum ſecundum genera cap. 4. & 3. omnimodam ruptionem, vt liquet locis citatis: & notat Aetius ſermone 2. tract. 4. ca. 88. & Guido tract. 3. de vulneribus cap. 4. contuſionem, repletionem & inanitionem, vt habetur primo de cauſis morborum, quarto methodi; 6. aphoriſ. 39. comment. quarto, de articulis, & alibi millies, vbi conuulſionem fieri paſsionem neruorum ſcribitur, quam & ex repletione, & ex inanitione ſuā continere ſedē liquet,

Neruorum morbꝰ multiplex.

7. apho.

Digitized by Google

7.apho.57.5.apho.1.6.apho.36. ſecundo de ſymptomatum cauſis 3.de locis affectis, 8.de compoſitione medicamentorum ſecundum locos: denique paralyſim 3.de locis affectis cap.6.5.Neque enim illi, aut conuulſionem, aut paralyſim ad colligantes neruos referunt: ſed eorum neruorum, qui voluntatis imperio obediunt, &c. verumenimuero, cum primariæ illæ affectiones, etiam ſi per initia, & in quacunque parte comitentur febres, circa illas non facio moram: ſed libenter recurro ad conuulſionem, & paralyſim: de quibus ad noſtrum inſtitutum poteſt eſſe difficultas non parua.

Obijciet tamen aliquis, conuulſionem paſsionem non eſſe neruorum, vt colligitur lib. de tremore, rigore, & palpit. cap.2. quo ſcribitur muſculos affici per conuulſionẽ & li. de differẽtijs ſymptomatum cap.4. habetur, ſingultum conuulſionem eſſe ventriculi: & ſexto de locis affectis ca. vltimo reperitur, in ſtherica affectione vaſa vteri conuelluntur. Ex definitione etiam cõuulſionis (quam huiuſcemodi colligunt auctores, ex Gal.3.de locis affectis, cap.4. ſecundo de cauſis ſymptomatum cap.1.3.apho.com.39.3. de fracturis com.42. conuulſio eſt retractio muſculi verſus ſuam originem pręter voluntatem à cauſa præter naturam exiſtente in illo) conualeſcit & hæc pars: quibus conuincitur omnibus, conuulſionem alijs à neruis conuenire: & ratio id etiam ſuadet: nam conuulſio ſymptoma eſt facultatis motiuæ in deprauata actione, ergo illius partis debet eſſe, cuius eſt mouere: conſtat autem muſculum inſtrumentum eſſe localis motus animalis primo de motu muſculorum, vbi ſic, à muſculis motus procedentes ſunt animales, 16.de vſu partium, muſculi ſunt conſtructi ad motum voluntarium, 6.methodi, & lib. de voce, & de anhelitu, muſculi ſunt inſtrumenta motus voluntarij, 4.apho.15. muſculorum motus fiunt ex appetitu: igitur muſculis arridet conuulſio, & non neruis. *Conuulſio quid.*

In hac difficultate bipartiti ſunt auctores, quidam nanque affirmant, primario paſsionem hanc conuulſionis conuenire muſculis, etiam ſi confiteantur, non per conſenſum affici neruos, ſed etiam per propriam paſsionem, quandoque patientibus per conſenſum muſculis: quia ſæpe ſæpius per propriam paſsionem patiuntur in conuulſione muſculi, & per conſenſum nerui. Vnde ad illa Gal. loca reſpondẽt, nõ debere intelligi de vera conuulſione, ſed aut de motu conuulſiuo, vt liquet in ſingultu, aut de contractione, intelligendo generice ſub nomine conuulſionis contra- *Conuulſio paſſio neruorum ex quibuſdã primo conuenit muſculis.*

ctionem quancunque: quæ in alijs partibus à muſculis, & neruis non reputatur à medicis conuulſio: propterea quod ſigna illa, quę ſunt apud medicos præfixa, ex Gal. ad cognoſcendas conuulſiones veras, & indicant quoad curandi rationem, non reperiuntur in contractione aliarum partium, vt patet quando contrahitur caro, ex eo quod combuſtionem ſuſceperit. Alij potius primariam affectionem neruorum affirmant conuulſionem: ex eo quod conuulſio motus dicatur: motus vero primo neruis accidit, quod poſſet probari, ex eodem Gal. lib. 12. de vſu partium, quo ſcriptum inuenitur, à neruis corpus primo accipit motum, & lib. de neruorũ diſſectione, ſine neruo nulla pars animalis habet motum, & ſecundo de decretis Hipp. & Plato. à neruis mouentur muſculi, & primo de motu muſculorum nerui deducunt vires muſculis: ergo certum colligitur, paſſionem quanuis motus primo accidere neruis, quam muſculis, ſi totum requiſitum ad motum mãdatur muſculis per neruos.

Conuulſio 1. neruis accidit.

Difficultas hæc meo videri dilucidabitur, ſi animaduertamus, quid muſculus ſit: quidue neruus, quaſque amplexãtur partes inter ſeſe ad ſua exercẽda munera: muſculus ergo, vt videre eſt lib. artis med. c. 50. hoc depingitur modo: totius vero corporis habitus in illis maxime dicitur partibus, quæ primæ oculis ſubijciuntur, ſunt vero hæ muſculi, qui omnia ambiunt oſſa, carnes quædã cõpoſitæ ex prima & ſimplici carne, & præterea fibris quibus innaſcuntur. Propria enim muſculorum ſubſtantia his duobus conſtat, quæ vero ad ipſos vaſa pertingunt, veluti riui quidã ſunt, qui non eorum ſubſtantiam complent: ſed eis ſub miniſtrant: vt in vita permaneant, & lib. de diffinitionibus medicis, videtur & hoc idẽ inſinuatum ſ. muſculi ſunt neruoſa corpora permiſta his etiã carne, ad partium corporis motum procreati, & li. 1. de motu muſculorum c. 1. & lib. de anathomia viuorum. Ex quibus clare ſatis liquet, cum anothomici affirmãt, muſculum membrum eſſe compoſitum ex venis, arterijs, neruis, ligamentis, & perfecta carne ad implente cauitatem, ipſum vero veſtitutum paniculo quodam ad conſeruationem ſuarum partium, adducere & partes integrãtes, & integrales ſimul: niſi intelligas Galen. amplexaſſe ſub nomine nerui, quidquid à vera carne ſtat in muſculo, iuxta quorundam dicendi modum exiſtimantium tendones, & neruios, & copulas vniuocari, vt colligitur tertio de locis affectis com. 3. de fracturis 3. de comp. med. per genera, & 2. de locis affectis. Sed quia Gal. dixit eo-

Muſculus quid.

xit eo-

xit eodem 3. de comp. med. per genera, neruos eſſe ligamenta, cre dunt, qui ipſa ignorant, & li. 6. methodi c. 4. nerui putãtur ab ignaris ligaméta, & tendones, vt patet §. Ergo vbi teretia ligaméta tendonesque viſſuntur, qui diſſectionum ſunt ignari, neruos eos imaginantur, &c. potius recipio primum aſſerendi modum.

Neruus autẽ lib. de anothomia viuorum titulo de neruo, ſic explicatur. Neruus eſt membrum mediocre in duritie, dilatabile & extenſibile, ſolutionem continuitatis non difficile recipiens, ſiue rupturam, ſuſtentaculum motus & ſenſus ad vniuerſa corporis membra. Quibus prælibatis placet dicere, primario paſsionẽ eſſe neruorum conuulſionem: quod præterquam comprobari non dubito, ex adductis pro ſecundo aſſeuerandi modo, luce clarius id colligitur, ex Gal. 6. methodi citato c. 4. cũ inquit, tendones quoque, quoniã compoſitam eorum eſſe ſubſtantiam ex neruo ligamẽtoque oſtendimus, quatenus nerui participes ſunt, eatenus ex cerebro oriuntur: ceterum minus ſaltem quam ipſi nerui cõuulſionem accerſunt, ſi igitur tendo ex eo quod ex ligamento, & neruo componatur, minus conuulſionem patitur, quam neruus, & muſculus etiam, vt ex dictis fit compertum, componitur ex eiſdẽ, neceſſario videtur dicendum, & minus pati conuulſionem. Secundo muſculus mouetur ad motum nerui, quemadmodum frænum ad motum habenæ, ergo quidquid accidit motus muſculo per neruum ſuppeditatum iri eſt credẽdum: cum ergo conuulſio motum inuoluat illum animalem deprauatum ſaltem, ſupponendum arbitror lapſum primo in neruis. Tertio quia non minus cauitates cõtinent nerui, vt cauſa morbifica valeat imbibi in ipſis, quã in muſculoſa parte, rigide loquendo: quin imo pars magis intrinſece, rigide loquendo, muſculi neruus eſt, iuxta ea, quæ adduximus ex Gal. & inde primario poteſt affici neruus, etiã ſi per propriã paſſionẽ pars muſculi altera in ſe cauſam morbificam recipiat. Quapropter facile ad partem contrariam fit ſatis aſſeuerando ſolũ loca Galeni conuincere partem aliam muſculi à neruis recipere per propriam paſsionem cauſam conuulſionis: ad reliqua ex dicendis conſtabit.

Neruus quid.

Conuulſio paſsio neruorum primario.

Sed dices videris aſſeueraſſe conuulſionem pro cauſa efficienti impetraſſe morbificã cauſam: indeq; continere rationẽ ſymptomatis magis quã morbi: cuius contrariũ pro primo expreſſe deprehẽditur ex Gal. inſinuãte locis ſup. cit. pro de definitione cõuulſionis hoc differre ſolũ conuulſionem à motu naturali: quod præter volunta-

luntatem contingat motus conuulſionis: naturalis vero per volun tatem, in principio autem effectiuo neque diſcriminatio aliqua videtur adhuc a Gal. inſinuata. Secundo quia ſi conuulſio fieret, à cauſa morbi, & non à facultate, ſequeretur, non eſſe ſignabilem rationem, propter quam in conuulſione muſculus potius contraheretur verſus ſuam originem, quam verſus aliam quamuis partē: patet, quia fibris omnibus hoc eſt commune, vt cōtrahantur verſus illam partem, verſus quam, cauſa morbifica inclinat ſolum, & non determinate. Tertio quia epilepſia conuulſio nuncupatur à Gal. de ſymptomatum differentijs, de ſymptomatum cauſis, & tertio de locis affectis: aſt, epileſia non ſolum à cauſa morbifica, ſed & à facultate exercetur iuxta illud Gale. 1. de ſymptomatum cauſis, in epilepticis talis conuulſio eſt, qualis in ſentiēdi functione per vigiliam: igitur.

Pro ſecundo deducitur oppoſitum, ex Auic. fen. 2. lib. 3. ca. 5. quo inquit: ſpaſmus eſt ægritudo neruoſa, qua mouentur lacerti ad principia ſua, &c. & ex Gale. ſecundo de cauſis ſymptomatum, cap. 2. 6. apho. 39. & 3. de locis affectis cap. 6. primo de differentijs morborum cap. 11. & primo de cauſis morborum cap. 11. quibus aſſerit locis, conuulſionem inter morbos ſolutionis continuitatis recenſendam. Dicendum tamen his non obſtantibus arbitror, conuulſionem potius habere rationem ſymptomatis, quam morbi, vt clarè deducitur ex Gal. lib. 2. de cauſis ſymptomatum, cap. 1. ſed quia in conuulſione non ſolum inueniatur ſymptomatis ratio, ſed etiam morbi, propterea auctores, & medicinę parentes quandoque accipiunt eam pro morbo, quandoque pro ſymptomate. Quod autem Gal. dixit conuulſionem eſſe morbum ſolutæ vnitatis, non ſic debet intelligi, vt ille ſit morbus, à quo precedat conuulſio, vt ſymptoma: ſed quia poſsibile eſt, ibi ſolutionem inueniri, pro eo quod diſtentio partium quarūndam ex contractione reſultat: & morbus etiam inde in figura, etſi ab illa non procedat prædictum ſymptoma. Quapropter non decet dubitare cōuulſionem reuera eſſe ſymptoma, & in actione læſa non diminute, aut ablate, ſed deprauate: ſic colligitur ex Gal. 2. de cauſis ſymptomatum cap. 1. vbi dum enumerabat plura ſymptomata, dixit conuulſionem illegitimum eſſe motum: id etiam inſinuauit, libr. de tremore, rigore, & palpitatio. cap. 5. primo de differentijs ſymptomatum cap. 3 quo aſſerit, at motiuarum actionum ſymptomata ſunt immobilitas, & vitioſa mobilitas: huius autē vitioſi motus altus

Conuulſio inter ſymptomata.

tus altus

tus alius tremulus, alius palpitans, alius conuulſiuus, alius vibrãs: nomine autem conuulſiui motus, non ſolum intelligitur ille, qui fit à natura ex irritatione cauſæ, qualem diximus epilepſiam eſſe, aut ſingultum, ſed etiam intelligitur vera conuulſio, vt clare conſtat ex ſupra dictis. Et liquet per hoc argumentum ex Gale. principijs petitum: nam in conuulſione non ſolum in via, vt exiſtimabat Auice. loco allegato, ſed & in termino eſt actio: probatur nã Galenus 2. de motu muſculorum cap. 3. & lib. de tremore, rigore, & palpitatione inquit, differre motum propriæ dictum ab actione: poteſt enim ait, aliquid quieſcere à motu locali, & cum hoc quod agat: quod oſtendit exemplo hoc, nam, cum aliquod animal volatile detinetur in aeris regione, quieſcit reuera à motu locali: & tamen non ab actione ceſſat, ſed retinet ſuum corpus, alias cederet, veluti corpus graue non viuens: eodem modo quandoque ex voluntate contrahitur muſculus, & detinetur in contractionis termino cum actione reuera ſine locali motu. Pariter ergo contingit, quando pars eſt in termino conuulſionis, nam ibidem actio eſt, non tamen motus localis, propterea quod à cauſa morbi detinetur, & ſic actio eſt ab illa, quemadmodum à facultate, cũ detinetur brachium in hac, aut illa figura. Vnde ad illud ex oppoſito reſpondetur, ex Gal. doctrina 1. de cauſis ſymptpmatum cap. 1. & de differentijs ſymptomatum cap. etiam 1. quod conuulſio eſt ſymptoma, non tamen procedens ab aliqua facultate, ex his quæ ſunt ſecundum naturam in viuenti corpore: ſed tantum procedit a morbo, vel a morbi cauſa, cuius eſt actio, non facultatis. Et ſic quando Galenus dixit, conuulſionem eſſe ſymptoma facultatis animalis motiuæ, non debet intelligi procedens ab illa efficiẽter in genere cauſæ efficientis.

Circa primum maior videtur difficultas, nam quantumuis ex dictis colligi videatur, conuulſionem pro efficienti cauſa continere morbificam cauſam, nulloque modo facultatem: & id ex doctiſſimis certiſsimum eſſe fatetur etiam quidam. Primo propter hoc argumentum, quia ſi a facultate aliqua eſſet, ab animali id contingeret: at quod ab hac facultate fit, implicat fieri præter voluntatem, nam huiuſmodi facultas non operatur, niſi pręcedente cognitione, & appetitu: ergo operatur libere, & ſpõte. Neque ſignabilis eſt aliqua cauſa, quę in conuulſione poſsit facere, vt facultas illa operetur violenter (quia id eſt impoſsibile) aut neceſſario in conuulſione, atque adeo nullo modo pręter voluntatem: ſiue hęc

particula ſumatur pro violenta actione, ſiue pro neceſſaria. Secũ do quia ſecundum Auic. ſententiam, tantum eſſet conuulſio contractio, quæ eſt in via: & non in termino: probatur aperte, quia in termino pars quieſcit a locali motu: ſi autem in termino eſt irritatio cauſæ, ſequeretur, quod cum talis infert moleſtiam, quod nullo modo eſt quies, ſed fuga: præſertim cum non poſsit eſſe irritatio in parte ſentiente ſine dolore: conſtat autem plurimos laborãtes conuulſione dolorem non ſentire, atque adeo ſequitur, veram eſſe Gal. doctrinam dicentis, conuulſionẽ non eſſe ſymptoma procedens à natura irritata à cauſa morbi, ſed à ſolo morbo. Quæ vero in contrarium obijciebantur facile (inquiũt) ſolui poſſunt. Ad primum quod indifferentia aſsignata à Gal. inter conuulſionem, & animalem motum, quod illa fiat præter voluntatem, hęc particula non ſignificat fieri quidem à facultate, ſed non voluntarie operãte: ſed tantum intelligit negationem facultatis animę. Ad ſecundum quod etiam ſi conuulſio à ſolo morbo fiat, contrahitur muſculus verſus originem: potius quam verſus aliam partem: huius eſt ratio: quia ſicut ſi fides aliqua ligata eſſet ex vno extremo, & ab aliqua cauſa contra naturam contraheretur, abſque dubio cõtractio fieret verſus illud extremũ: ita contingit in muſculis ratione neruorum, qui in muſculos terminantur, vt colligitur ex Gal. li. de tremore rigore, & palpitatione c. vlt. Ad tertium quod epilepſia non ſolum continet rationem conuulſionis, ſed & conuulſiui motus: & inde continet & facultatis opus. Verum magnam is dicendi modus inuoluit difficultatem: nam licet dum cõuulſio imperratur ex repletione, cauſa morbifica, quantitas ſcilicet nimia pro vaſorum capacitate valeat extẽdere vaſa, & inde retracta verſus latitudinem, retrahantur verſus ſuam originem: licet quantitas per ſe non ſit cauſa motus localis, & ſine operatione facultatis, & naturæ irritatæ à cauſa morbifica, ſed ſolum ipſius cauſæ morbificæ. At dum ex inanitione fiat, nõ percipit intellectus, qua ratione à cauſa illa morbifica ſcilicet a defectu, pars cõtracta moueatur localiter, non quidem continet quantitatis defectus virtutem ſufficientem ad illum motum, ſicuti quantitas redũdans: hæc nanque cum non ſe compatiatur cum alia, etſi non efficienter illã pellat, occupat enim locum in genere cauſę formalis, cauſa eſt vt diſtendantur vaſa continentia, defectus tandem quantitatis neque id valet. Exiſtimare autem quod ſiccitas tunc id præſtare poteſt, ſicuti contingit in corijs, & corrigijs exſiccatis, ridiculum eſt aſſe-

Cõuulſio à ſolo morbo.

Conuulſio ex inanitione à quo.

Digitized by Google

rere efficienter, neque alio modo, quam occaſionaliter id poſsit producere ſiccitas. Natura nanque amans continuitatem, aut irritata id perficit: quamobrem cogito aſſeuerandum, quod quantumuis in conuulſione ex repletione non fuerit naturæ opus aliquod neceſſarium: at dum ex inanitione proſequitur naturæ, eſt aliqua operatio, aut propter irritationem, aut propter illam continuitatem, aliudque huiuſcemodi, quidquid cum Galeno alij cogitent. Sed in hac re, ſiue conuulſio fuerit primaria paſsio neruorum, muſculorum, aut tendonum, ſiue alterius, ex his, quæ in integra muſculorum compoſitione accidunt: ſiue ſuſtinere ſit poſsibile, inuoluere non ſolum rationem ſymptomatis, ſed & morbi etiam: ſiue a facultate, & non ſolum à cauſa morbifica cauſetur cõtractio: non tantum in conuulſione exinanitione, verum & in cõuulſione ex repletione, ſiue ſecus, vt ad noſtrum attinet argumentum, dicendum arridet, quantumuis conuulſio ex repletione curetur 2. apho. 26. 5. apho. 1. lib. de tremore con. & rig. in 6. de mor. vulg. com. 6. lib. de optima ſect. & 7. apho. 57. conuulſio vero ex inanitione aut difficulter, aut nunquam iuxta illud 12. metho. cõuulſio ex ſiccitate incurabilis, & 2. apho. 16. & 5. apho. 1. conuulſio ex ſiccitate eſt pene inſanabilis, & quinta apho. 70. conuulſio ex euacuatione acutiſsima eſt, & perniciosiſsima, non ex repletione, quod præſente conuulſione ex repletione, quia danda eſt opera curationi, eſus carnis pro toto illo tunc eſt elargiendus. Viſa autem exinanitione, dum iam præterijt longum tempus, & non adeſt aliud, iuxta quod dictum inuenias quarta apho. 57. conuulſiones, quæ ſequuntur febres ardentes, fiunt ſiccitate, & ſunt letales, & quarta apho. 66. conuulſiones ex febribus acutis malum, quia ſine auxilio, & ſine nocumento quocunque, aſſumpto cibo, & per multos annos permanere contingit, tranſacto curationis tempore perperam eſus carnis conceditur, cuiuſuis ordinis fuerit homo, & conditionis: propterea quod iam in illo euenta, vt diximus, nec morbus augetur eſu quadrageſimalium ciborum: quin fortaſsis pro eorum humiditate extirpabitur, neque carnis vſu curabitur, neque defectus operationum reſarciri videas factibile, & hac etiã ratione diiudicabit medicus de inueterata paralyſi, nam dum recens eſt, ſicuti & conuulſio exinanitione oportet vt curetur, & quiuis cibandi rectus modus miniſtretur pariter, vt relatum inuenies de conuulſione ex repletione.

Conuulſio ex repletione ſanabilis.

Conuulſio ex inanitione non curatur.

In conuulſione non conuenite ſus carnis.

De Paralyſi.

DVbitabit tamen quiſpiam, & merito: quo paralyſis, & conuulſio ex obſtructione ſeparentur: nam paralyſis, quæ ab aliquibus vniuocatur cum emiplexia, ab apoplexia ſecernitur: quia in hac homo totaliter ſenſu & motu deſtituatur: in illa vero ſolũ pars, brachium nempe, crus, oculus, &c. ſic, vt colligitur ex Gal. 2. de ſymptomatum cauſis, quo aſſerit, paralyſis linguæ nullum nomen habet, & lib. introduct. paralyſis affectus eſt communis toti palpebræ, & paralyſis corneę eſt affectus: cum quidam autẽ contendunt probare, non diſtingui penes dictum, paralyſim & apoplexiam, ex Gal. ſecundo de ſymptomatum cauſis cap. 2. quod dixit Gal. paralyſis totius corporis eſt apoplexia: & inde quod fuerit etiam priuatio ſenſus, & motus totius corporis, & non ſolum partis: eis ſatisfit dicendo, potius Gal. aſſeuerare oppoſitam propoſitionem, quæ tenet verum, vt liquet eodem capite §. quod autem apoplexia totius corporis ſit paralyſis, & epilepſia totius corporis conuulſio, ſupra eſt dictum. Verum quo diſtinguatur paralyſis à conuulſione nondum liquet: cum & vtraque ex obſtructione neruorum habeat ortum, & meo videri non ſatis ſeparant eaſdem affectiones aſſeuerando; aliquando tamen eſt differentia in loco, vbi fit obſtructio: nam in paralyſi obſtructio eſt in cauitate, quæ impedit deſcenſum animalis ſpiritus: in conuulſione vero ex repletione cauitas pororum tantum eſt impedita: nam rogo, ſi vtrobique multoties contingit priuatio ſenſus & motus, quo dignoſcitur talis diſtinctio? nam Galenus 3. de locis affectis c. 4. inquit nullum adeſt loci affecti ſignum, vt conſtat §. illo de perdita memoria nullum affecti loci ſignum, neque tumor præter naturã, neque dolor aliquis, neque excretio, neque aliud quippiam extat: quemadmodum neque in melancholia, phrenitide, mania, morbo comitiali, lethargo, ſopore, & in ea affectione, quam recentiores medici catochem (id eſt vigilantem ſoporem) nominant, atq; captaleſim, id eſt, occupationẽ: ac nec in totius corporis ſpaſmis, vel in ſaltibus, vel in dimidij corporis paralyſi, quod veluti radix eſt, vllum ſignum prodit, &c. Secundo, quia ſi vera eſt doctrina aſſeuerantium neruos præter opticos nullam continere cauitatem, ad deſcenſum facultatis animalis, quod poſſet cõprobari, ex illo Galeni 15. de vſu partium, cap. 1. §. quandoquidem, qui propriè appellantur nerui: qui a cerebro, ac ſpinali medulla oriuntur: propter quam

Paralyſis, & conuulſio ab obſtructione.

Digitized by Google

terquam, quod nullam perſpicuam habent cauitatem, neque ſua natura dilatantur, neque contrahuntur, &c. quomodo diſtinctione illa poſſunt diuerſa cogitari? aſſeuerare autem, quod nō ſic, ſed propterea quod pituitoſus humor, ſecundum quod diuerſo modo afficit neruos, cauſat paralyſim, & conuulſionem: nam inquātum replet poros neruorum faciendo diſtenſionem, facit diſtenſionem ſecundum latitudinem, & inde conuulſionem: quia nerui contrahuntur ſecundum longitudinem: at inquantum idem humor pituitoſus humectando neruos laxitatem parit, producit paralyſim. Cū autem laxitas & membrorum caſus ſit propriū & peculiare ſymptoma paralyſis, hinc percipitur ſeparatio. Verum neque hoc placet. Primo, quia cum paralyſis nil aliud fuerit, quam priuatio ſenſus & motus, iuxta Gal. ſententiam primo de ſymptomatum cauſis cap. 5. §. poſtea vero omnino ſenſus motuſque expertes fiunt (nerui ſcilicet) & vocatur quidem eiuſmodi neruorū vitium Græce Paralyſis (id eſt, neruorū reſolutio) ſed hæc priuatio poteſt oriri ex pluribus alijs cauſis, ex eodem Galeno ibidem, paulo ſuperius §. proinde nerui, qui vel funiculis, vel manibus ſunt conſtricti, & qui ab externo aliquo, quod vel phlegmone ſit obſeſſum, vel cum ſenſus noxa induratū (ſcirrum vocant) premuntur: & qui aut luxatis, aut fractis oſsibus anguſtantur, omnes principio quidem torpent, poſtea vero omnino ſenſus, motuſque expertes fiunt, & ſecūdo de ſympt. cauſis cap. 2. id inuenitur confirmatum, & lib. de ſpermate ſcriptum eſt, paralyſis paſsio eſt atræbilis: ergo non ſolum contingit ex illa cauſa: nam quantumuis lib. de atra bile reperiatur, paralyſim pariunt lenti, & craſi humores: non dicitur, quod tantum ex illa.

Paralyſis ex pluribꝰ cauſis.

Alij videntur habere certum, differre penes ſuū eſſentiale principium media aliqua differentia, penes quod eorum ſymptomata differunt ſpecie: & non ſecundum magis, & minus tantum, vt aliqui autumnant: patet quia in conuulſione ſymptoma eſt deprauata actio, in paralyſi vero ablata: quæ duo ſpecie diferunt, licet actio diminuta videatur, quod ſolum differat ab ablata ſecundum magis & minus, a deprauata vero ſpecie. At quia neque vnde habuerit radicem tale principium, iſti declarant: dicēdum eſt, quod quantumuis aliquando eandem partem neruorum comprehēdat vtrumque, & propter obſtructionem generentur: tamen diſtinguūtur, quia & illa ſymptomata a diuerſis cauſis multo valent fundamentum eradicare in paralyſi: ſecus ac in conuulſione ex repletione:

Paralyſis & conuulſionis diſtinctio.

tione: hæc namque, niſi adfuerit copia humoris ſufficiens nunquã per frigus generabitur: licet ſtante frigore, & illis valeat produci. Tum etiam ex illis omnibus luxatis ſcilicet oſsibus, & illis relatis a Gal. conuulſio ex repletione fieri non eſt poſsibile, ſicuti paralyſis: & penes hoc fieri poteſt ſatis argumentis omnibus adductis in contrarium.

Præterea in vltima parte manus, ſeu brachij, quæ in rigore vulgo, manus, vocitatur à medicis alij duo affectus adnotantur, chiragra videlicet. & impetigo, ſeu lichẽ: nam quantumuis in omnibus partibus corporis inueniri videas, adeo vt in mento mentagra nuncupetur: verum tamen, quia in manibus ſæpe ſæpius videtur, hoc loco de ipſa ſermonem inſtituere placuit pro omnibus partibus. De chiragra vero cap. de morbis crurum, ſimul cum podagra, & ſquiade differendum erit.

De Impetigine.

SIue impetigo, de qua Paulus lib. 4. c. 3. Auic. fen. 7. lib. 4. tract. 3. c. 3 Rhaſius 36. cont. tract. 2. c. 2. Dioſcor. lib. 1. c. 137. & c. 139 Gal. 5. 7. 8. 9. & 10. de comp. med. ſecundum locos, Hipp. 4. epid. & 1. de morbis, Plin. lib. 26. cap. 1. differt a lichene, & mentagra, & à pituita ſalſa: quæ ſolet manibus euenire, in quacunque ætate, & temperie: vt contendit probare Hieronymus Mercurialis lib. 2. de morbis cutaneis cap. 6. propterea quod lichẽ ſit morbus vetuſtiſsimus, impetigo ſecus: ſecundo quia mentagra ex Plinio erat ſine dolore, & ſine periculo vitæ, lichen vero menti ex Gale. morbus periculoſus, cum pruritu & dolore: tertio quia mentagra ſoli proceres tentabantur, ad lichen menti indifferenter depaſcebatur omne hominum genus: quarto quia Gal. 5. de med. localibus ter mentionem fecit mentagrę. Tum etiam & longum ſermonem facit de lichene: & 5. quia Marcellus medicus diligẽtiſsimus mentagram ab impetigine ſeu lechene diuerſam facit: ſiue hæc omnia ſub nomine lichenis, ſeu impetiginis poſsint intelligi: ſicuti & ille defœdationis morbus: qui ſolet reperiri in mento, dum adeſt morbus Gallicus; ad noſtrum inſtitutum ſolum ſufficit animaduertere, quod licet impetigo dicatur defœdatio cutis cum pruritu, ſeu aſperitas quædam cutis cum pruritu, quod etiam expreſſe habet ille morbus, qui Hiſpanice dicitur *flegma ſalada*, & mentagra dicatur fatui morbus, nomen ſortita à mento, in quo oritur, & interdum occupet totum vultum, oculis tantum immunibus, ta-

Impetigo an differat à mentagra & lichene.

Impetigo quid,

Digitized by Google

bus, tamen, vt quidam notant, deſcendit nonnunquam in collum, pectus, ac manus; quo tempore conſtat poſſe impetiginem nuncupari, quia ab impetendo taliter dicatur. Et hinc Gullielmus impetiginem ignem volatilem vocitat, quaſi dicat volat per omnes partes: licet ſpeciatim aut per partem, in qua ſubiectatur, aut per maiorem, & intenſiorem mutationis humoris, à quo nuncupetur ſic, aut ſic, & hinc videtur non à ratione alienum dixiſſe Auic. loco allegato: quęlibet ſaphati i. bothor, ſeu parua apoſtema poſt dici impetigo, iſta omnia, vt ſic poſſunt dupliciter conſiderari vno modo, quando ſine ſigno malignitatis apparent: nempe quando ſolũ furfuraceę laminæ comparent, ſine pruritu conſideratione digno: cuiuſmodi vidi in mento cuiuſdam adoleſcentulæ, & inguinibus cuiuſdam viri, & pectore cuiuſdam ſenis, impetigines ſatis extenſas: aut quando malignitatis ſigna aliquot fert, cum ardore ſcilicet magno, pruritu, emanatione alicuius humoris, aut vlcuſculis ſubfurfureis & ſcammis.

Impetigo dupliciter.

Sit ergo obſeruatio, cum prima non licet concedere licentiam carnis eſui tempore interdicto: condimentis enim ex borragine, & ouis & lacte nutriri poſſunt ſecure ſatis, & curari, vſu ſaliuæ ante paſtum, & hoc vnguento, quo & in ſcabie ſæpe ego ſum vſus magna cum vtilitate. Recipe olei communis vnc. viij. olei roſati vnc. iiij. radicum iridis, & Peucedani ana num. iij. mediocris magnitudinis, frigantur radices in oleo, vſque ad combuſtionem illarũ, poſtea illis depoſitis, cum oleo, & puluerибus vtriuſque radicis partes æqu. & cera q. ſuſ. fiat vnguentũ, quo vtere hora ſomni. Verũ ſi impetigo hęc prima fuerit in ſacerdotibus iuxta faciẽ, & præcipue in mento, aut manibus vt citius detrahatur, indulgere poſſumus illis licentiam ad carnis eſum: & perſonis valde priuatis à quibus ſcilicet dependet res communis neceſſaria, vt à principibus, & magnatibus.

Vnguenta ad impetigines.

Secundo ſi adfuerit ſecunda ſpecies impetiginis quæ dicitur ab Auic. Alſſahafati ſicca impetigo malignior, & deterior, & magis corroſiua, & longinquioris profunditatis: & a Gale. lichen menti periculoſus morbus cũ pruritu & dolore, nam de mẽtagra primo modo dicebat Plin. eſſe ſine dolore, & a quodã chirurgo tra. proprio ꝙ eſt morbus faſtidioſus, & cũ periculo; ſolet enim non ſolũ à pituita ſalſa facta per corruptionem originẽ trahere, ſed a melãcholico humore aduſto, ſerpereq; taliter per omnes partes, vt in leprã, aut ſpſorã degeneret: & inde Haliabas ſarpedinẽ hũc affectũ nuncu-

Digitized by Google

In quibuſdam impetiginibus eſus carnis conuenit.

nuncupat: alij ſerpiginem ſine dub. omnibus quadrageſimæ tempore etiam ſi in quacunque parte corporis adfuerit, elargiri licẽtiam ad vſum carnis valemus: minatur enim magnum malum; Vnguento tamen ſcripto a Rondoletio li. de ſuccis, titulo ad impetigines, poſt vniuerſales euacuationes (& auxilio Dei) nobilem virũ habentem in toto fere latere dextro impetiginẽ ſanitati reſtitui. Vnguẽtum autẽ ſic depingitur, R. oxylapath partes duas, gentianę partem vnam: concoquantur in iuſta menſura aquæ, deinde exprimantur. Expreſſum cum axungia vituli miſtum rurſus decoquatur lento igne, vſque quo veniat ad conſiſtentiam vnguenti; & eſſe expertum dicit ipſe Rondoletius etiam.

Quibus ſignis percipitur impetigo.

Sed dices ſunt ne ſigna aliquot, præter illa relata ex Auic. quibus medicus percipere poſsit hanc ſecundam ſpeciẽ impetiginis (nam quod ſint in duplici differentia colligitur expreſſe ex Gal. 6 de comp. med. per genera cap. 2. dicente feros lichenas eos appellari, qui a medicamentis moderate ſiccantibus nil iuuantur, a valde exſiccantibus irritatur maxime, & lib. introductorio habetur, impetiginem aliam eſſe mitem, alteram feram. Arabes etiam dixere lichen & eſſe benignum, & ferum, quod etiã videtur amplexaſſe Auic. loco allegato) Reſpond. ſine dub. eſſe, nam apparent plurima vlcera in figuram cuiuſdam rotunditatis (quæ ſi circulo aureo accingantur quidam tenent non ſolum eſſe impedimentum augmento, & ſerpitioni verum medella reliquo) aliquando defluunt veluti cortices, nonnunquam etiam manat humiditas ſimilis ſudori cuidam. Curatio integra adducitur exacte ab auctoribus locis ſupra allegatis, & localia remedia tradidit Dioſcorides præter adducta loca lib. 5. cap. 9 & cap. 83. inter quæ lichẽ genus herbæ remedium ſingulare aduerſus lichenas ſcribitur: & hanc herbam cuius mentionem fecit Plinius lib. 26. cap. 4. & 1. exiſtimant aliqui eſſe ſemper viuum montanum: quod a Dalechampo nominatur phyllum thelygonum. Lichen etiam vocitatur morbus arborum, referente ex Plinio id hiſtoria omnium plantarum lib. 1. cap. 13. & quidam affirmant, lychenis maſculini generis dici oris vlcera, furfurem cutis excitantia. De his tamen omnibus legi poteſt Ioannes Manardus lib. 7. epiſt. medic. titulo de morbis, qui certam ſibi ſedem non determinant, ad finem.

Lichen herba aduertitur.

De his

De his, qui euenire contingunt pectori, affectibus ſine febre.

CAPVT VII.

PEctus, licet quandam partem pedis connotet aliquando, vt legitur com. 3. de articulis, & inanitatem, atque amplitudinem inſinuet lib. 6. de placitis Hipp. & Pla. c. 7. §. tertia ſiquidem hæc eſt thoracis in medio pectore a duabus reliquis diuerſa inanitas, & amplitudo, cor exiſtens intra pectus: aut animum ipſius cordis aliquando ſignificet: vt videre eſt apud Iuuenalem ſat. 13. verſi. *Pectus plura ſignificat.*

Nocte dieque ſuum geſtare in pectore teſtem.

Et iuxta Horatium 1. epiſt. verſ.

Non tu corpus eras ſine pectore.

Hic tamen non ſic ſumitur: ſed vniuerſaliſsime, prout amplectitur omnes partes à collo vſque in ſeptum tranſuerſum iuxta illā partitionem, qua vſus fuit Gal. in 6. epid. Hipp. com. 2. ſuper tex. 14. incipientem, An & ea, quæ infra iecur, aut ſupra diſtribuūtur, cum diuidit partes in ſuperiores, & inferiores, dicēs, quocirca & quæcunque ſupra iecur ſunt, hæc eadem & ſupra ſeptum extant, cor ſcilicet, & pulmo, & hæc ambiens pectus. In hoc enim ſenſu putatur pectus dictum à compactis coſtis, eſt quidem pectus coſtis compactum, quæ veluti firmamenta pectoris ſunt. In hoc igitur ſignificato pectus duas amplexum fuit partes extrinſicas, ſcilicet cutem, mammas, coſtas, os pectorale, oſsicula axilaria, ſpinę oſſa 12. ſpondilia nūcupata, & muſculos, quibus partes pectoris mouentur. De cute vero quia nulla eſt ratio diuerſa a ſupra ſcriptis, ideo ad alias partes ſermo noſter conuertitur. *Corpus diuiditur in partes ſuperiores & inferiores.* *Pectoris partes.*

De Mammis.

SEcundo mammæ fuerunt enumeratæ partes pectoris: in hominibus vero im pectore fuere datæ inquit Gal. lib. 7. de vſu partium corporis humani c. 22. cum aſſerit, in homine vero mammæ pectori merito inhærent: primum, quod locus hic ipſis omniū eſt aptiſsimus, ſi aliud nil vetat, tum autem, quod cum cor oſsi pectoris ſubijciatur tegumentum quoddam hoc ipſi accidit ex mammis vtrinque ipſi appoſitis: poſtremo quod in eo loco copioſiſsimum benigni alimēti ſuperfluum in hominibus poteſt colligi, &c. qui- *Mammarū vſus in hominibus.*

Digitized by Google

bus depingit vſus mammarum Gal. videlicet quod ſiat in hominibus ad tegumentum cordis: & ad generationem lactis: vt infra explicat, reddit rationem, cum inquit: nam quis locus alius magis inſitus animātibus calore (cuius cor eſt fons) frui queat, quā is qui in hominibus mammis eſt deſtinatus? aut quæ pars alia magis quā mammæ, ſanguinē in venis atque arterijs prius confectū recipit?

Menſtrua per mãmas euacuãtur.

Neque militat contra hanc doctrinam de generatione lactis in mammis, quod ſcriptum eſt a Mauritio Cordæo com. 6. in Hip. 1. lib. de mor. mulierum euacuationem menſtrualem per mammas viſam, dum aſſerit: ſed quid quæſo maiorem faciat fidem communionis vtriuſque horum (vteri, intellige, & mammarum) per vaſa, quam quod periodice cuidam electiſsime mulieri aliquando ſanguis e mamma excurrebat: quum ipſa deſiiſſet aliquāto prius pro more (credimus) menſtrualis eſſe per loca ſcilicet ad id deſtinata, & conferentia? quod autem hic volumus, eſt huiuſmodi: & iā nunc referentur ea ipſa verba Doctoris Fabri, qui ex Ruelio nepos dictus ante à nobis fuit, & veritatis eſſe amātiſsimus: nec fraudem ſane faciemus vllam poſteritati. Viſa eſt (ait) & altera mulier anno 1569. Caſtelloduni ad ſuperiorem portam inhabitans, cui menſtrua per mammæ ſiniſtræ papillam menſibus ſingulis tanta copia profluebant, vt quatuor aut quinque lintea, quæ vocat vulgus mantilia imbubinaret, inquinaretue ſordidiſsime. Nam rari caſus non ſubuertunt veritatem propoſitionum medicinalium, nec naturalium iuxta illud, propoſitiones Hippocraticæ non excludunt raros caſus.

Poterit tamen quis in dub. reuocare de cauſa illius euentus: ſi vera ſunt relata: nam quid in lucem prodiderit citatus auctor, poſt quā dicit: quid vero (querimus) inde iudicij aut eruditionis nunc ſequatur: quod ad lectores pertineat, & eos erudire poſsit: & ſubdit nimirum, quod ſi e circuniectis mammæ venulis, quas nuper percenſuimus omnes, huic ſanguis conflueret, ibi tum morā quoque trahēs coaceruaretur, vnde tumeſcerēt ſolummodo mammæ eiuſce ſanguinis præſentia, copiaque, nempe in modū & proportionem partium totius corporis, & reliquarum, quæ ſanguine nimis copioſo quidem ſatiatæ manent, ego non ſatis percipio. Et ſic placet dicere quod natura excæcata aut propter aliquod impedimentum, iuxta loca, per quæ alias opus illud exercendum ſequebatur, aut quia in ipſis mammis attractrix adeo fortis extabat: vt aduocaret copiam illam: ſicuti ego vidi in muliere nobili, quæ patiebatur

tiebatur

Digitized by Google

fiebatur ex melancholia varia & prauiſsima ſymptomata, in hac academia Complutenſi, inter quę, illud notatu dignum conſpexi, ſingulis menſibus, videlicet tempore euacuationis menſtrualis illa adaugeri ſymptomata, per os auté tunc magna ſanguinis quantitate euacuata illa ſubſidebant: quod per ſpatium quatuor annorum euenit, deficientibus menſibus, citra id, quod ſanguinis detractionibus ex talo, ligaturis, curcubitulis, ſcarificationibus, aut alijs huiuſmodi fuiſſet poſsibile talem euacuationem impedire, & menſes aduocare. Poſt tempus præſcriptum, vir eius obijt: & ſtatim illa euacuatio finiuit talem curſum, reuerſusq; fuit per regionem ſuam, nec amplius adhuc, tribus tranſactis annis apparuere ſymptomata illa. Ex quibus coniectare licet, per coitum caput illius diſtemperatum cæco impetu trahere ſanguinem illum per os fluentem: viuit & hodierno die mulier.

Menſtrualis ſanguis per os.

Nec hæc maiora ſunt ex mirabilibus operibus naturę admiratu digna: ſiquidem, & ad mammas, & caput, venæ ſunt continuatæ: etiamſi mediantibus anfractis multis ab ipſo vtero ſerpétibus, altiora enim ſunt illa enarrata a Bernardino Montaña in declaratione ſomnij D. Marchionis de Mondexar. Illud autem eſt primũ filiam népe cuiuſdã ſerui Marchionis ipſius poſt conualeſcétiam cuiuſdã morbi tantã carnis & oſsium quantitaté, vt ſufficerent ad hominis confabricationem, erant ſine dubio inquit hominis, per os depoſuiſſe: illa auté neceſſario in vtero fuere cõgenita: via auté per quã poſſent aſcendere, haud patet: niſi dicas cũ eodé auctore per venas vteri venã cauam aſcendiſſe: & inde ventriculũ deſcédiſſe, res equidé incredibilis noſtro videri: ſed viſa ſecundũ quod cuidã viro euenit, per tépora iuxta auré dextrã recepit plũbaceũ pomũ per telum iactatũ: tranſactis tamé duobus annis, quibus in gétilsimis doloribus capitis cruciabatur, apparuit tumor in inguine eiuſdé lateris: ipſe auté nec poſt multa mollificãtia, maturatiua, aut doloris ſedatiua cedebat, nec a dolore renuebat cauterio tamé adaptato, ferro ignito apparuit plumbacea glãs: ceſſauit dolor: euanuit tumor: periere ſymptomata: & vir bene ſe habet: canales vero per quos hoc opus fieret quis vnquã vidit, aut cõſpexit in humano corpore. Secũdo merito venit in dub. reuocandũ, quorſum Gal. dicat loco allegato 7. de vſu par. c 22. ꝙ ſint mãme in hominibus ad tegumentũ cordis: & ad generationé lactis: nã quantumuis homo vtrumque ſexum complectitur: & inde videatur ſupponere pro mulieribus: illud adeo perrarum iuxta auctores adnotatum

Mulier per os miſit partes infãtis.

Hiſtoria notatu digna.

tatum eſt, vt ſæparatim de fœmina dictum, ter quater ne ſeruaſſent tantum. Plautus quidem in Ciſtell. ſic intus paueo, & formido foris, ita metus nunc vtrobique me agitat, illos, homines miſere miſereri: idem Sulpitius ad Cicero. epiſt famili. lib. 4. 5. in vnius mulierculæ, &c. vſque illuc, quoniam homo nata fuerat. Et pro vtroque ſexu animaduertuntur duo loca à Roderico de Sancta Ella Geneſeos 1. & Matthæi 4. ex quibus videtur. Galeni locus intelligendus: quod ſupponat pro hominibus etiam ſcilicet; quod viri lac generent (imo quod potius ſupponat pro viris,) iuxta regulam de præſtantioribus, alias tamen lib. de hiſt. philo. tractatu de ſigno, ſic ſcriptum apparet, ſignũ eſt cui cõſequens aliquod annexum ſit, vt lac in papillis, id enim vbi prius adeſſe cognouerimus, antea peperiſſe intelligemus: hoc vero impoſsibile eſt hominibus, ergo & illud: & inde apparet mammas non fuiſſe conceſſas hominibus à natura ad generationem lactis.

Homo pro muliere raro.

Eandẽ impoſsibilitatem de generatione lactis a viris videtur inſinuaſſe Ariſt. 3. de hiſt. anim. c. 20. his verbis, quæ vero lac habẽt, omnia mammis id continent: mammæ autem datæ ijs ſunt, quæ animal & intra ſe concipiunt: & in lucem edunt: viri autem neque concipere valent, neque fœtum in lucem educere: ergo neque cõtinere lac, amplexantur hũc dicendi modum Gẽtilis Fulginatis, & Iacobus de partibus ſuper Auic f. 12. 3. tract. vnico c. 3. & Hieronymus Mercurialis lib. 3. de mor. mulierum. In præfatione eiuſdem lib. dicentes, vnde quædam ſubſtantia alba egreditur, quæ proprie lac dici non poteſt: & ſic Mercurialis reſpondit, id quod apparet in viris, lac non eſſe verum lac, ſed eſſe ſanguinem dealbatum, loquuntur hoc modo, quia dictum fuerit ab eodem Ariſt. 1. de hiſtor. anima. cap. 12. in maribus etiam lac fieri poteſt, verum caro his ſpiſſa, mulieribus fungoſa, foraminulentaque eſt: & 3. lib. eiuſdem hiſtoriæ cap. 20. citato, Maribus magna ex parte nec beſtijs, neque hominibus gignitur lac, fieri tamen poteſt, vt aliquibus interdum gignatur: nam in Lenno inſula, caper ex mammis quas geminas iuxta genitale gerit, tantum lactis emulgebatur, vt caloſtra inde conficerent: quod idem etiam proli maſculæ capri illius eueniſſe accepimus. Quod ſi dicas cum eodem Ariſtotele hæc portentis annumeranda potius eſſe, libenter fateor: lege tamen illum paucis interpoſitis lineis, & videbis eum dicentẽ viris poſt pubem exiguum nonnullis exprimitur, id eſt, poſt pubertatem exiguum lac exprimitur, non quidẽ ſuctu, edulijs aut aliquarũ

Homo non efficit lac.

Lac improprie in viris.

herbarũ

Digitized by Google

herbarum fricatione; vt vtebantur paſtores cum capris: quam ſententiam libenter recipiens Auguſtinus Niphus com. in cap. 20 allegato, & hæc delineat, Domitius noſter filius, cuius anima Dei opt. max. fruatur conſortio, lac habebat in vberibus nec ſuctu frequentiore, neque edulijs prouocatum, ſed ſua ſponte. Auic. item loco allegato ſic habet, & quandoque aggregatur in corporibus virorum, & proprie in puberibus, ita vt rotundentur mammillæ ipſorum: & 13. de animalibus ſcribit ſe vidiſſe e viro tantum lactis emultum, vt caſeus ſit confectus. Verum mihi hęc non fuere admirationi maiora: Si hęc relata a Bernardino Montaña, lib. de la anothomia del cuerpo humano, cap. 8. ſunt vera. *Y es de notar que aunq los varones tienen tetas como las mugeres, pero ordinariamente ſus tetas ſon menores y no tienen leche porque en los varones no ſuele auer naturalmente abundancia de ſangre, que ſobre para que della ſe haga leche: y tambiẽ porque los varones no acoſtumbran de criar, y no tuuo naturaleça neceſſidad de proueerlos de leche, no embargante, que emos viſto hombres que con neceſſidad ſe puſieron a criar ſus hijos y tuuieron baſtantemente leche para criallos.* An hoc lac non erat verum? an ſanies? an ſanguis dealbatus? non lac dices; quid ergo in ſubſtantia illud ſufficiens alimentum ad pueros illos nutriendos? niſi dicas illos non viros fuiſſe, ſed mulieres habitum virilem mentitas: ſicuti ſemiramis regina, referente Iuſtino lib. 1. Theodora virgo, narrante Ambroſio lib. 2. de virginibus, Marina, Euphroſina, Pelagia, Ioanna Anglica, Laſthenia, Mantinea, Axiothea, Pthicſia, Eugenia, & aliæ quam plurime. Aſt illud hiſce temporibus, & tempore Bernardini, adeo eſt difficile, vt incredibile mihi videatur: qua propter exiſtimo viros, etſi paucum lac nonque æque bonum: nec enim omnes mulieres probum lac gignunt. & generaſſe, & poſſe gignere. Qua propter arbitror dicendum, loca in contrarium ſolum probare, quod nõ poſsit frequentius in viris inueniri lac, & illum etiam locũ Ariſt. cita. 3. de hiſtoria animaliũ dicentis nulli fere animaliũ lac fieri ſolet, ante quam vtero ferat, ſolum probare, vt in plurimum: alias non dixiſſet Hipp. 5. apho. 39. Si mulier quæ neque prægnans eſt. neque generauit, lac habet, menſtrua ei defecerunt: & Auic. etiã loco allegato, & quandoque aggregatur lac in mammillas fœminæ, aut puellæ abſque hoc quod ſit prægnans, & quod genuerit: & hoc maxime fit quando ſua menſtrua retinentur. Tum etiam & ſententiam de hiſtoria philoſophica, nempe, ſi lac viderimus in mammillis, antea peperiſſe intelligemus, ſolum oſtendere quod

Mulieres habitũ virilem mentitæ.

Homines poſſe habere lac.

frequentius videri eueniat, ſecus male ij auctores ſic aſſeueraſſent, & Albertus 3. de animo mentitus eſſet dicens ſe obſeruaſſe mulieres tam virginesq; viduas ſibi lac in mammis prouocaſſe ſu cationibus eiuſmodi, & vſque adeo, vt nutrire potuiſſent pueros. Quam explicationem ſatis clare & Ariſt. verbum illud fere oſtendit. Hinc petenda eſt ſolutio ad reliqua in oppoſitum.

De morbis Mammarum.

Auctores de morbis mulierum.

Ex relatis nulli erit dub. & viris poſſe, ſicuti & fœminis eadem morborum genera ſuper contingere in mammis, etſi raro viris, ipſa tamen copioſe ſatis & vtilitati paratiſsime D. Ludouicus Mercatus libro 1. de affectibus mulierum nos docet cum curatione, & præſagio, ſignis, & cauſis enumerans vitia in magnitudine, & paruitate, laxitate, mollitie, duritie, tumore flatuoſo, & alijs multis modis, & ſeparans rationem ſcrophularum, glandularum, cancrorum, ſcirrorum, & tumorum durorum: qui merentur nomen zaratanes: tum etiam Hiero. Mercu. 3. de mor. mulierum a cap. 4. vſque in finem, Baptiſta Monta lib. de vterinis affectionibus, Albertinus Boronius lib. de mor. mulierum, Ambroſius Pareus lib. de hominis generatione, Franciſcus Roſetus de partu Cæſareo, aliquot ſatis vtilia & cõmendatione digna conſcribunt, ſicuti illa, quę leguntur harmonia gynætiorum: Eroto de paſsionibus mulierum, Nicholao Rocheo de mor. mulierum curandis, Ludouico Bonatiolo, Syluio, & Iacobo Rufo, cum Bayro Taurinenſi: & ideo ſupereſt iam ad noſtrum inſtitutum accedamus, ad notan do primo quod licet recte Doctor ipſe Mercado animaduertat iuxta Gal. ſent. 2. de arte curatiua ad Glauc. cap. 4. & 5. de ſimpl. med. facult. c. 9. Aetij lib. 4. ſer. 3. c. 3. Rhaſis 27. continentis tract. 2. cap. 1. Auic. fen. 2. lib. 3. doc. 1. cap. 5. & fen. 3. lib. 4. tract. 2. cap. 11. differre inter ſeſe apoſtema durum nominatum ſephiros ab Auicena & cãcrum, quia illi nec aſſotiatur ſenſus, nec dolor: huic vero accidit & dolor & ſenſus (Gentilis de Fulg. ſuper hunc locũ inquit, differre ſolum accidentaliter, non eſſentialiter, quia ſephiros fit a melancholia non aduſta: cancer vero ab aduſta: quod deſumpſit ex Auic. canticorum 1. parte) & ſimiliter quod tumor qui vulgo zaratan dicitur, ſit tumorum media ſpecies dura inter ſcirrum & cancrum, quando aſſerit, erit igitur, (ne longius abeam) hæc tumorum ſpecies media quadam durities inter ſcirrum & cancrũ

cancrum vel vt rectius loquar,durities quædam,ſiue ſcirroſa ſiue alterius ſpeciei, ex his quas diximus mammis peculiariter poſſe accidere,quæ in cancrum migrare tentant. Itaque cum durities aliqua cancri naturam iam iam adipiſcitur, antequam ex toto in ipſum commigret,hęc quidem vere nomen ſortitur eorum tumorum quos zaratanes appellamus:ita vt mediam cancrorum & reliquorum,qui duri ſunt,tumorum naturam adipiſcantur. Et denique quod reuera omnes tumores, licet non ſint de genere ſcirri, dum cancrum minantur, aut in ipſum commigrant hoc nomine zaratam comprehendere licet,reuera non vacat difficultate.Primo,ſi mediam tenet naturam zaratam,inter ſcirrum,& cancrum, & ipſe tantus Doctor,ſicuti & Gentilis loco allegato fatetur differre ſolum,veluti oſtendunt hæc uerba eius.Verum hac ſola ratione a ſcirro & cancro differre cognoſcimus,ſub hoc genere cauſæ,quod ſcirrus ſi exquiſitus ſit non ab hac ſed a naturali,aut craſſo alio humore proficiſcitur,cancer ab atra quidem bile, id eſt, quod ſephiros fit a melancholia non aduſta: cācer vero à melancholia à duſta:tumor tandem zaratan nuncupatus à cauſa, qualis his verbis huius auctoris tanti ſignatur:pręſtat itē huic affectioni materiam ſolum ea melancholiæ ſpecies, quæ per aduſtionem fit. Quo ergo differt a cācro: dices differt multo,vt liquet ex his verbis:at hic tumor hoc habet peculiare & proprium, quod principium ſuæ generationis a craſsis humoribus nanciſcatur, ſiue melancholici,ſiue pituitoſi ſint.Ecce differentiam,quia cancer a ſola aduſta melancholia,poſtea tamen vel aduſto illo,qui præexiſtebat humore,vel alio denuo in partem confluente, qui aduſtus ſit, exulcerationem ſortitur.Sed tunc ſic,ex eodem nō multo poſtea, hæc patent verba:de cancrorum materia non conſtat apud auctores:quippe Gal.lib.de tumoribus præter naturam 2. de naturalibus facult.& 2.de arte cura.ad Glauc.ex non feruida atrabile generari,videtur fateri:cum alijs in locis conſtet ex aduſtis humoribus progigni.En,vbi recipiat ex aduſtis humoribus indifferenter, vbi iam,inquit,feruuit humor,nō vero ab humore,qui actu eſt in feruore: ergo videtur fateri ex omnibus dum iā feruorē paſsi fuere,& nō actu feruēt,& tūc quæritur poſt illā efferueſcentiā illorū ſub qua natura manēt,nū ſi pituitoſi poſt efferueſcentiā melāchollici reddūtur:aut perſiſtūt adhuc ſub pituitoſorū natura:ꝙ ſi alterū aut vtrūq; ſolet cōtingere:vnde eſt ꝙ vniuerſaliter prę oculis ad dignoſcēdos hos tumores,& ab alijs illos ſeparādos,ſpeculāda

Cancer & zaratan a qua materia.

Digitized by Google

ſint illa ſigna ex Hipp. Aui. Rhaſio & alijs ab hoc maximo aucto re relata: nẽpe prius ora amareſcunt, & quidquid erint omnia amara eſſe videntur: & ſiquis plura dederit, compeſcen da faciunt, & accipere renuunt: mẽte vero perceluntur, & oculi duri fiũt, & non acute vident, & ex mammis dolores ad ingulum tranſſiliunt, & ſub ſcapulas: & ſiti afficiuntur, & mammæ gratiles, & ipſæ per totum corpus attenuatæ ſunt, & nares obſtructæ ſunt: quod autẽ hæc nos doceat ſigna, pro tumore nuncupato zaratam liquet ex eodẽ, ex antea & poſtea adductis. Sed quidquid fuerit de hac media natura tumoris, & de natura humoris fauentis illã, credamus tanto auctori: & ſequamur eius curationem: exactiſsima quidem eſt, tam pro vniuerſalibus, quam particularibus remedijs. Ad not. 2. pro tyronibus quod in mammis ſolet cõtingere quodam genus tumorum quod cancrum, zaratam, aut ſcrophulam ſimulat, aut mi natur: illud tamen valde diuerſum genus tumorum eſt, glandula ſcilicet nuncupatum: nam non continet venulas ſanguine craſſo veluti plenas ſicuti cancer, aut zaratan, neque dolorem habet, vt ſcrophula etiamſi in eadem parte fieri contingat, quapropter vt merifice docet D. Mercado lib. cita. cap. 17. facile hinc, indeque mouetur e contra ac ſcirrus, ſcrophula, cancer, & zaratam propter illas venas eodem humore completas gerentes vicem radicũ, item glandula detumeſcit ociſsime quouis præſidio applicito: reliqua vero aut tarde, aut nunquam, niſi per chirurgicam erradicationem, aut extirpationem totalem. Et hinc vides quotidie mulieres quaſdam aſſeuerare, ſe liberatas fuiſſe ſolo applicato linteo, ſmegmate aqua diſſoluto. Alias ſolo oleo pelicineo appoſito, alias complanatorio plumbaceo, quæ zaratanes, ſcrophulas, aut cancros fere impoſsibile fuiſſet pro vehementia cauſarum, acrimonia, aut malitia extirpare: niſi præuiſis vniuerſalibus remedijs iuxta præcepta eiuſdem D. Mercado loco allegato. Supereſt ergo tibi medice incipiens, hæc diſtinguere: nam ſtantibus ſolum glandulis, etiam ſi exiſtimet mulier (quæuis fuerit) ſe habere zaratam, tempore quadrageſimæ non concedas carnis eſum: quinimo neque cum exquiſito ſcirro: dum aliquot ſymptomata praua nõ apparuerint, quia iam minantur aliud malum: etſi deceat præſtare licentiam eſui carnis cum quouis cancro paruo, zaratam, aut ſcrophula: quia ſimulant mali multum, contingit enim a ſola pituita naturali aliquantulum craſſa, aut lacte indurari, & inde fieri, quo tempore potius diæta arridet, & eſus exſiccans. Et quantumuis

Ex ſapore humor peccans.

Signa zaratan.

Glandula in mammis diſtincta valde a zaratan.

Cum glãdulis mammarum nõ eſt concedendus carnis eſus.

tumuis

Digitized by Google

tumuis iam induteſcant, niſi periculum cancri conieƈtaris propter aliquot ſigna ex relatis, expedit tibi animam tuam ſeruare, miniſtrando ſolum reƈtam viuendi rationem abſque carnis eſu: multæ quidem leuiſsima cauſa à medicis expoſcũt indulgeri eſum carnis, aut exiſtimantes plus mali ſibi ineſſe, aut fortaſsis amãdo ſuã carnem, non credentes quadrageſimæ tempus fuiſſe ſancitum ſanƈteque ſtabilitum, ad affligendam carnem, non ad impinguãdam, ſicuti alijs anni temporibus.

Dub. de Plumbi Braƈtea.

DVb. tamen hic, meo videri, non leue ſuboritur: quorſum auƈtores indiſcriminatin in his omnibus generibus tumorum, dum iam induritiem abiere, vtuntur plumbi lamina? nam quantũuis dicant ſe tutelarem habere Auic. lib. 2. traƈt. 2. cap. 12. aſſeuerantem plumbum confert apoſtematibus malignis, ita vt cancro conferat, & ligatur ex eo lamina ſuper ſcrophulas, & glandulas, &c. & Galenum auƈtorem 9. de ſimpl. medi. facul. titulo molibdos Plumbum, quando inquit & braƈtea tenuis ex plumbo faƈta probe ganglio alligata plane ipſum diſsipat: atque chirurgos affirmantes ſæpe periculum faƈtitantes pro comperto habuiſſe, tali remediorum genere extirpaſſe de omni illorum tumorũ compaſſione quam plurimos. Magnam prædicat difficultatem hoc remedium. Primo quia ſi dum in tantam abiere duritiem illi tumores excedentem refrigerationem inſinuant (veluti autumant medici & merifice explicat D. Mercado loco allegato cum aſſerit, quod ſi per concretionem ex frigiditate partis, aut humoris, vel ex frigore cuiuſuis rei extrinſecus occurſantis duritiem mammas contraxiſſe certum eſt: oſtendit quippe, & illi etiam, quod refrigeratio aliquando indurationis fuerit cauſa & merito) quinimo cõtra omnem bonam methodum plumbum applicant. Ipſum equidem frigidum à prædominio præſignant. Gal. loco allegato inquiens Plũbum facultatis eſt refrigeratoriæ, & Auic. aſſerens præfixo etiam cap. Alaunach & Alahabar quid eſt: vtrumque eſt plumbum nigrum, in quo eſt ſubſt, aquoſa multa: quam congelauit frigus, augere potius ergo erit cauſam, quam illam diſsipare, & morbum euellere. Dices non duritiei ex cauſa frigida, ſed ex multitudine, à qua etiam fertur, quod & durities naſcatur, illos appone re plumbum. Sed tunc ſic, quorſum ergo ſine diſtinƈtione cõſulunt laminam il-

Lamina plũbea ad ſcirros.

Plumbum frigore lucet.

nam illã? Vlterius quid vtilitatis præſtare poteſt humoribus pro redundantia duritiem producentibus. Nunquid euacuationẽ, aut repercuſsionem, non primum, quia ſi illud opus operatum foret, per reſolutionem id aſſequeretur, id autem frigidis pugnat. Neq; ſecundum, primo quia illud potius per initia fuiſſet exercendum. Secundo quia ex Gal. 7. de comp. med. ſecundum genera cap. 7. in duratis tumoribus reſoluentia conueniunt medicamenta abſq; ad miſtione repercutientium. Vlterius nunquid ſcriptum eſt à Gale. ſecũdo de arte curatiua ad Glauconẽ cũ in duritiem reſoluẽtibus ſemper permiſcenda emollientia: & inde de ſimpl. med. facult. innumera adducit huius ordinis præſidia ad duritiem, dicens, durities remollit & laxat omnis cera, fimus, git, gladiolus, ſepum, &c. nunquid existimas huius ſortis plumbum? an etiam, non animaduertiſti, neque Auic. loco deſcripto vti plumbacea lamina, in illis tumoribus quomodolibet, ſed peruncta emollientibus? hæc etenim eius ſunt verba, fiant ex eo plumbo nempe, piſtillum, & tabula, & fricetur vnum eorum ſuper aliud cum aliquo ex oleis conueniẽtib9 percipue, & fricetur, vt in poris imbibatur pars aliqua olei, a quo non videtur multum deuiare Gal. cit. 9. ſimp. vt percipias, nec pro altera parte teſtimonium Auicenę quid probare, neque Gal. verba aliquid concludunt, propterea quod Ganglion vox idem ſignificat quod tumor, qui interdum ortum haber a flatulento humore, interdum à tenuiſsimo, nonnuquam a craſsiſsimis humoribus: fortaſsis ergo Gal. præcipit tibi ſolum illo loco bractea plumbacea curare tumorem natum propter tenuiſsimum humorem: cui bene arridet plumbum frigidum: quia cauſa calida exiſtimanda tunc venit: ad illud de experientia vtor illa communi ſolutione medicorum, videlicet illud non conſilio, vbique medicamenti contigiſſe, ſed caſu: iuxta illud Beata Vetula, quæ peruenit tempore criſis. Dices autem fortaſsis, vſum plumbi laminæ ſatisfacere præfixis indicationibus ſuis diuerſis partibus: iuxta Gal. placitum allegato loco de arte curatiua ad Glauc. nam ſi ex Dioſcor. lib. 5. c. 54. Plumbum habet lenire, ergo lenientium qualitatũ aliquid debet continere, id eſt, moderate calefacere, & humectare: vt deducitur eſſe neceſſariũ ad emolliendũ ex Gal. 3. de comp. phar. ſecundum locos c. 2. 5. mitigare itaque tunc, & non humorũ influxui opitulari conuenit, per cataplaſmatum maxime lenientiũ vſum, velut eſt ꝙ ex frumenti, aut hordei, aut ſeminis lini farina cũ aqua mulſa, aut fœnu græci, aut altheæ, aut chamemelorũ de

Emollientia med.

Plumbum lenue.

cocto

coɛto coquitur: & quæcunq; ad hoc, quod moderate humectā habent qualitatem, ecce. Poteſt etiam comprobari plumbū continete calorem & humiditatem ſufficienter ad leniendū, ſi vera eſt opinio alchimiſtarum aſſeuerantium, materiā metallorū ingredi argētum viuū & ſulphur: ex quibus neceſſario in miſto caliditas & humiditas eſt, quod luceant: illud vero probant, quia in multis mineralibus illa duo inueniantur, neque teſtimonio Gal. & Auic. locis allegatis ſupra ſubuertunt hanc doctrinam: nam quantumuis dicant, quod ſit facultatis frigidæ plumbum, affirmant quod in ipſo ſit aereitas, & ſignum humiditatis eius, inquit Gal. eſt velocitas liquefactionis eius: & aereitatis ipſius eſt vehemētia raritatis eius, quę verba refert etiam Auic.

Nec valet dicere, quod tū iſti auctores tū Dioſc. de plūbo eloto ſuū faciant ſermonē: qua media lauatione, & caloris multum euolitare eſt opus, friguſq; inde elucefcere, diſtrahi humidum, & prædominari ſiccum: nam ſi propter lauationem id adipiſcitur plumbum, male eo ad mollificandum eloto veterentur auctores illi.

Verum in hac re illud difficile ſatis conſpicitur de vſu plumbi in induratis iam tumoribus, & in naturam frigidorum detractis: quod plumbum inter potiſsimas ſpecies metallorū recipiatur, vt legitur inter Neothericos apud Ioann. Paulum lib. 3. de generat. ſublimium & ſubterraneorum c. 13. Fallopium lib. . de foſsilibus, Franciſ. Rucum lib. de gemmis, Marbodeum illo ſuo carmine quo complexus eſt omnia ſcitu digna de metallis ſcripta a Georgio agricola lib. 12. Theophraſtum, Euacem regem, Dioſcoridem & Albertum Magnum, & inde cum à frigiditate fuerit coagulatum ex eiſdem auctoribus, quod a prædominio videatur habere infrigidare, ſiue fuerit elotum, ſiue ſecus. Secūdo quia ex Gal. 9. de ſimp. med. facul. tit. Metallica medicamenta, ſcribitur metallica omnia deſiccare, quia terrea, vt liquet 5. nam vti illis inter ſeſe omnibus commune eſt, vt deſiccent, ita metallicis quoq; medicamentis omnibus: eſt enim eſſentia eorum terrea, & primum etiā confirmāt verba illa Gal. eiuſdem tituli, ſcilicet, porro locorum in quibus hæc proueniunt natura prout plus minusque eſt frigida, alia plus alia congelat, ac cogit, quid ergo lenitionis poteſt præſtare.

Plumbum metallis ſpecies.

Metalla exſiccant.

Dubitatio hæc expreſſe ſatis expoſcit, quid metallum fuerit, vt innoteſcat, num ſub illius natura plumbum accingatur, liqueatque, rectus ne fuerit eius vſus in prædictis affectionibus: cui dub. illi ſunt legēdi auctores ſupra allegati, tum etiā Nicolaus Maſſa,

Aloyſius

Aloyſius Mundela, Ioannes Baptis. Theodoſius Bononienſis, Ioā nes Langius Lombergus in ſuis epiſt. med. Ioānes Paulus illo cit. cap. 13. inquit, metallum eſt corpus genitum ex ſucco aqueo terrā in ſe concludente iuxta talem proportionem, quę ſufficiat ad amiſsionem ſolius tranſparentiæ ipſius aquæ, non autem ſplendoris, ita deductum, ad actum à frigiditate, vt liquefieri poſsit: poſteaque reſtitui antiquæ ſuæ formæ, percipe tu, id eſt, figuræ: nam forma dū liquefit, ſubſtantialis ſcilicet: quęuis illa fuerit, nec pro illa alteratione deuincitur, aut euaneſcit a dignitate: ſed licet hic auctor ex ſucco aqueo dicat terram in ſe concludente metallum fieri, non explicat, prædominetur ne in ipſo aqua, an vero terra, vt inde licet inter metalla enumeretur plumbum: luceat, cōnumerari ve mereatur inter illa, quæ vim emollitiuam amplectuntur, nam quod metalli ſit ſpecies, recipiunt tam aſſeuerantes eſſe ſeptem ſpecies reſpondentes ſeptem planetis, quam aſsignantes ſolum ſex: aut quinque: ex eo quod ſub vno planeta duo ſubijciāt metalla. & reiicientes argentum viuum a ratione metallorū: quia malleo non obtemperet: quod eſt de ratione metallorum, ſalem, & reliqua huiuſmodi: quia potius inter foſsilia fuerint enumeranda: quam inter metalla recenſenda. De quorum diuerſitate, & vnitione præter auctores delineatos aſſerit Bernardus Perez de Vargas lib. de re metalica per varia cap. Bernardinus Gomezius Miedes com. de ſale, lib. 4. §. quemadmodum in ſubterraneis etiam inter metalla, &c. Laurentius Iouer. Iſag. in arte comp. med. §. metalla vocamus aurum, argentum, æs, auricalcum, ſtannum, plumbum, &c. Collegium Coimbricenſe tract. 13. cap. 4. per initia in lib. metheororum Ariſt. neque miror rem hanc auctorem illum non elucidaſſe: propter varias auctorum dicendi vias: nam ſi quis legat Ariſt. 3. metho. cap. 6. inueniet ipſum dicentem metallica omnia fiunt ab exhalatione vaporoſa: & poſtea metallica quædā partim ſunt, vt aqua, partim non: quia materia vnde fiunt, potentia erat aqua. Deinceps, metallica continent in ſe terram, quia exhalationem ſiccam continent: & denique eodem loco metallica omnia præter aurum vruntur, & igniuntur: & 4. lib. eiuſdem tex. 42. metalla ex terra & aqua conſtant. Nunquid hæc diuerſitatem parere eſt neceſſario, nam ſi aurum, cum vere metallum ſit, conſtat ex eadem materia, quare non ignitur. Secundo ſi partim ſunt vt aqua, partim non: quomodo omnibus ſignabilis eſt vna ratio pro effectibus producendis. Gal. etiam lib. 9. de ſimpl. med. facul. affirmat

Metallum quid.

Metalla quot.

Ariſt. varius circa metalla.

Digitized by Google

affirmat metalla multum ſubſtātiæ igneæ habent: paulo vero antea ſcripſit metalla, quæ liqueſcunt, plus habent aquæ: quæ quidē abſque difficultate percipi nequeunt. Et præcipue videtur inconſtans Gal. ſpeciatim de metallo plūbo: vt auſus fuerit dicere Hieronymus Mercur. variarum lect. lib. 6. capit. 15. certe de metallis adiicere lubet, ipſorum naturam, atque generationem ab Ariſt. 3. & 4. metheo. traditam, Galenum ignoraſſe, qui preterquam, quod aperte illud de hydrargirio ingenue fateatur 8. de ſimpl. in plumbi tractatione ſatis aperte indicat, vbi cum in plumbo multam aqueam ſubſ. & aeream cum pauca terrea ponat: quis non videt ipſum & philoſophi rationibus, qui metalla omnia ex vaporibus humidis & ſiccis, ac propterea ex aqua, & terra optime per coctis, & commiſtis conſtare oſtendit: nec non ſenſui grauiſsimum eſſe plūbum, non ob aliud, quam ab aquæ, & terræ copia ſine aere, atteſtanti contradicere.

Gal. notatur.

Verum tamen in hac re arbitror dicendum, cum eodem Ariſt. 3. metheorum cap. 6. allegato metalla omnia fieri ab exhalatione vaporoſa, ſub cuius nomine, non intelligo ſolum partes aqueas, & terreas, vt explicat Mercurialis, dicens perperam Gal. aſſeueraſſe plumbo aeream adfuiſſe partem, ſed partes reſpōdentes aeri etiā, & igni, cum & metalla omnia miſta fuerint perfecta: & hoc differant miſta perfecta ab imperfectis, iuxta eiuſdem Ariſtot. ſent. 1. metheo. & omnium eius expoſitorum dicentium, quod illis partes pro omnibus elementis accedant: his vero, aut pro duobus, aut tribus ſolum: & propterea credo relatum fuiſſe loco allegato metheo. 3. capit. 6. ab Ariſt. metalla partim eſſe aquea, partim non aquea, & inde Collegium Coimbricenſe loco allegato cap. 1. deſcribit ſic poſt hæc eadem verba relata: aquam prout concreſcunt ex vapore, qui eſt aqueæ naturæ: non aquā, prout coagmentātur ex ſicca ſpiratione, relinquitur igitur expreſſe Gal. locus, vt dicat 9. ſimpli. Plumbum & recepiſſe aeream ſubſtantiam, ſi miſtum perfectum eſt: vt tenetur fateri Mercu. & quantumuis argumenta quibus vtitur Gal. potius congruentiæ medico ſenſibiles videantur: propter quod tentat illis reſpondere Merc. aſt argumento de miſtione perfecta nec reſpondit Mer. neque illud fortaſsis vidit. Galenus autem non fuit vſus ſimili argumento, eo quod ad miſtionis tractationem arridere videatur: de ipſa autem dixerat 1. metho. c. 2. de qua non ſpectat ad medicum diſputare. Et cum hoc dicendi modo omnes ſententiæ a calumnia poſſunt vindicari, de materia metallo-

Metalla ex quatuor elementis.

metallorum, aſſerendo quod philoſophi ſignant materiam abſolute pro quatuor elementis, Alchimiſtæ vero de materia conſtante illis quatuor partibus: cuiuſmodi ſignant ſulphur, & argẽtum viuum. Conſtat etiam, & poſſe rationem diuerſam iuxta diuerſorum auctorum placita ſignari, de liquatione plumbi ad ignem, citius quam reliquorum metallorum: nam ſi amplexaris illum dicendi modum à Valleſio traditum in 4. metheo. Ariſt. dicente, verum rogabis, cur cum plumbum grauius ſit, & plus habens terræ, quã alia metalla ad ignem liquatur citius, quam reliqua: cum antea dictum ſit, terrea ab igne durari, aquea emolliri? Certe plumbum in iis partibus, quas habet ad terram pertinentes, non habet valde perfecte illas miſtas: & inde facile eliquatur. Si vero illum aſſeuerandi modum recipias: quod plumbum propter abundantiã aquoſitatis, & indebitam miſtionem ſubſtantiarum & rerum concurrentium ad plumbi generationem fit impurum metallum, non fixum, & liquabile præalijs, namque hic, nec ille modus explicandi negat illas partes præaſsignatas, quæ propterea quod non ęqualiter ſe habeant in omnibus miſtis diuerſis temperiebus miſta conſtructa videntur, & ſub vnica ſpecie variæ multæ & diuerſæ ſpecies temperaturæ. Non ergo erit diſſonum rationi aſſeuerare, ſi plumbum metallum adhuc fuerit, poſſe ad genus emollientium magis accedere, quam reliqua metalla, etiamſi non ex argento viuo ſemper fiat, aut ex pingui humore: ſed reuera licet plumbum talem habeat naturam, nigrum ſcilicet, nam album quod ſtannũ vocatur, non applicatur ab aliquo: ego eius lamina nec vterer in ſupradictis tumoribus induratis, niſi prius vtendo ante applicationem oleis calidis iuxta naturam expoſcentem: nam cum illi iam frigidam naturam fuerint adepti, calefaciendi ſunt: iuxta Galeni placitum 8. de compoſitione phar. ſecun. locos capite 8. 1. ad Glauc. & 14. metho. capite 5. quod etiam multis exemplis medi. inſinuat Doctor Mercado lib. 1. de affectionibus mulierum capite 17. & deducitur etiam ex Dioſcoride libro 2. Aetio lib. 10. cap. 11 vbi pręcipiunt vtendum fore ſanguine ad induratos tumores, aut ex tauro, aut ex homine. Sanguis vero ex Galeno 1. de temperamẽtis ad finem ſuauem, vaporoſumq́, & blandum continet calorem. Quamobrem ſemper dum tumores ſimiles medicamentis duco in curationem, iuxta ea quę vidi a Doctore Camarienſi magiſtro noſtro, illis indulgeo, poſt vniuerſalia, ſi arrideant remedia, fomentis ex oleo communi & aqua dulci coniunctis & tepidis. Secundo vtor

De liquatione plumbi opinio Valleſij.

Vſus bracheę plũbi

Sanguis ad tumores duros.

Digitized by Google

vtor oleis ſeruata indicatione: vltimo, conſulo bracteam plumbaceam perforatam, & equidem res feliciſsimas conſpexi in diuerſis partibus corporis. Doctor noſter Victoria chirurgiæ cathedræ meritiſsimus moderator ſic vtitur bractea plumbacea, præcipit primo plumbum nigrum liquefieri, & argenti viui monet aliquid tunc admiſceri, & poſtea efformari laminam perforatã ad vſum: & merito, hac enim ratione fit medicamẽ ad induratos tumores, iuxta Galeni gratiam locis nuper allegatis, circa debitam methodum & practicorum doctorum dogma: etiamſi vera ſit illa Gale. propoſitio 9. Simplicium: metallica omnia deſiccant, & metalla habent multum ſubſtantiæ igneæ: quia iam modo explicato correctio recepta est plane. Necdum quod Galenus loquitur de his metallis, quæ non liqueſcunt; nam quæ liqueſcunt, ibidem docet plus habet aquæ: & inde quia præ alijs liqueſcit plumbum, aquæ plus quod habeat, videtur inſinuare. Et licet vera etiam ſit alchimiſtarum opinio de materia plumbi, ſicuti metalli ſcilicet quod ſit ſulphur, & argentum viuum materia ad illa etiam emanaret medicamentum conueniens ad induratos tomores, cum conditionibus a Gale. deſcriptis; nam ex tali materia videtur oriundus talis effectus, tum etſi ab alchimiſtis affirmaretur determinatis plane tis reſpõdere metalla: & ſic quia Saturno ſubijcitur plumbum, frigidum & ſiccum ſemper eſſe: tamen, & in hoc varia contingit variatio: vt notat Miedes, allegato loco, his verbis, inter metalla ludit quoque natura: dum in eorum genitura varijs contrarijsque quandoque ſtellarum, atque planetarum radijs & aſpectibus ſubito occurrentibus, priori impedita ſpecie, in diuerſas illa migrare ſolent: ſic vt materies, quæ in argentum viuum, & radijs Iouis conflari cæperat, allucinata acceſſu radiorum Saturni in ſtannum, aut plumbum ſic tranſeat, vt Iupiter a Saturno lepide irriſus videatur, aut e contra.

Plumbum facilime liqueſcit.

Dũ reſpondent plane in metalla variatio.

Sed vt iam vltimam imponamus huic rei manum, animaduertimus: ſi quis noluerit recipere illam materiam alchimiſtarũ ad metalla: quod facillime poteſt negare illud primũ aſſumptum, nẽpe in mineralibus aliquibus, aut in omnibus inuenitur aliquid argẽti viui, & ſulphuris: ergo hæc eſt illorum materia immediata: quia bene contingit pro diuerſa diſpoſitione materiæ in vno loco diuerſa adeo plura generari abſque eo, quod vnum præſtet alteri materiam, vt colligitur ex Galeno 9. ſimpli. Ad 2. etiam reſpondeo, quod non valet, ſuo videri alchimiſtæ ex ſulphure & argẽto viuo conſi-

conficiunt corpora ſimilia metallis: ergo natura ex illis etiam cõſtruit metalla: nam reuera illa corpora ab illis machinata valde ſunt diuerſa; etiamſi aliquando tantam ſimilitudinem cum naturalibus contraxerint, vt ab hominibus iudicentur eſſe eiuſdem naturæ perfectionis, & ordinis cum illis, etiam peritis valde: cuiuſmodi fuit bractea illa Arnaldi: ſed equidem diuerſa ſunt valde, vt refert Pernunia Patauinus ſuper Metheoros Ariſt. Auic. etiam aſſcuerante id AEgidio quodlibeto 3. q. 8. Arnaldus lib. de vino, Auerr. in paraphraſi ſuper 1. lib. de generatione animalium in cap. 1. Sanctus Thom. in 2. ſent. diſt. 7. q. 3. art. 1. ad 5. quo ſic, alchimiſtæ faciunt aliquid ſimile auro quantum ad accidentia exteriora: ſed tamen non faciunt verum aurum, eo quod forma ſubſtantialis auri non eſt per calorem ignis, quo vtuntur alchimiſtæ: ſed per calorem ſolis in loco determinato, vbi viget virtus mineralis: neque alia eſt ratio de forma ſubſtantiali aliorum metallorum. Et hinc ille Bernardinus com. 2. de ſale delineauit hæc. Quid obſecro impudentius: quidue naturæ poteſt euenire iniurioſius, quã quod etherei atq; cœleſtis caloris Solis, aliorumque forte ſiderum vi metalla in viſceribus terræ à natura cõflata, atque diſtincta per ſe ſunt: hęc fumoſi terreſtriſque Vulcani calore liquata, atque fictili in fornace commiſta, in vnum, aut alterum ex illis, vti purum putet, vel le conuertere. Conciliator differentia 209. metallum non poteſt fieri per artem, & in aliud tranſmutari, cum ars ſolum faciat permutationem in accidentibus, non autem in ſubſtantiã. Idem com. 3. de anima Card. lib. 17. & 15. de varietate rerum, referẽtibus quibuſdam. Et inde quidam Valentinus tractatu de argento viuo affirmat: argentum viuum chimiſtarum materia ad metalla mercurium nuncupatur: & merito, quia quemadmodum Mercurius Rex eſt nugarum, ſic argentum viuum mercurium vocitatũ chimichos adimplet nugis, illoſque relinquit fere ſemper miſeros, manibus potius muſcarum quam auri, argenti vel alterius metalli repletis: ños vero inquirentes neceſſaria, ad alia vera iam perueniamus.

Verum aurum non facit ars chimica.

De vitijs a lacte.

NOn comitante febre mulierum mammis propter lac contingere ſolent quam plurima, etiam ſi eius dotes quam maximę adnotentur a Gal. 3. de aliment. facult. cap. 15. & ab Auic. fen. 10. li. 3. tract. 5. cap. 5. & f. 3. lib. 1. doc. 1. cap. 2. Hali. lib. 1. ſuæ pract. cap. 21. Alzara

21. Alzara lib. etiam 1 ſuæ practicæ tract. 26. cap. 3. Aetio lib. 4. c. 3, & Paul. lib. 1. concreſcit nanque quandoque, ita vt in trumbos, ac grumos concreſcat, abſque peruentu in ſupra dictos tumores duros, aliquando vitioſum fit, vt non ſolum puerulis, ſed etiam & matribus propter vitium redditur quammoleſtum, tum augetur, tum defectuoſum peruenit: vt fuerit opus, apud medicos multa ſcribi, & neceſſaria valde pro matris ſalute, & humanæ naturæ cõſeruatione, de quibus curioſe ſatis & abunde Doctor Mercado, li. 4. de mulierum affectionibus a cap. 16. vſque in 191. incluſiue, Vega lib. 3. de arte medendi cap. 10. 11. 13. & 14. Hierony. Mer. lib. 3. de morbis mulierum, a cap. 5. ad. 6. Ambroſius Pareus lib. de hominis generatione, Ludouicus Bonatiolus AEneas muliebris c. 8. Bayrus Taurinenſis diſtinctione 10. a. c. 3. vſque in finem illius diſtinctionis, quibus in locis auctores iſti, & illi antea citati innumera remediorum genera commoſtrant, vt medici poſsint tanquam ex xyſtis, aut hortis locupletiſsimis, flores, ramos, truncos, & fructus mulieribus illa patientibus mala, colligere: quamobrẽ nec moram circa hoc facio.

Ex lacte corrupto mala.

Auctores de lacte agentes.

Sed licet hæc bene, copioſe, & vtiliter nimis viderim circa hos noſtros parentes tantos medicinæ, iuxta noſtrum deſiderium neque vllum verbum video. Equidem hiſce temporibus non ſolum reginæ, duces, Marchionę, Comites, aliæque quamplurimæ fœminæ nobiles, de quibus propter ſpeciales cauſas fortaſsis fuiſſet alia ratio, verum & omnes matres fere familias filios vix in lucẽ proditos nutricibus in educationem ducunt, quaſi non prædicatum quotidie audieuerint a medicinæ patribus, hoc non carere culpa. Iuxta ilud Gal. 1. de ſanit. tuenda capite 7. lac matris melius eſt, dum modo non ſit ægra: & reddit rationem, quia lac ex ſanguine gignitur: ergo qui matris lacte pueri aluntur, ij iam non ſolum conſueto, verum etiam maxime proprio vtuntur alimento, quam doctrinam libenter recipiens Auicẽna citato 1. f. 3. doc. 2. c. 1. ſic ſcribit omnibus modis, quibus eſt poſsibile lac matris infanti ad ſugendum dandum eſt: ipſum enim eſt nutriens, quod magis ſimile exiſtit ſubſtantiæ nutrientium prætoritorum, quibus alebatur, dum in matrice erat, ſcilicet menſtruorum matris: quoniã ipſa ſunt, quæ conuertuntur, & fiunt lac: & ipſe magis eſt recipiens hoc: & magis eſt ei conſuetus. Ita, vt iam experimentũ certificatum ſit: quod extremum mammillæ matris in os infantis ponere valde confert ad remouendum quidquid ei nocet. Animad-

Ex matrẽ lac melius.

Digitized by Google

uertit tamen Gentilis ſuper hunc locum primo, quod elongata ſit vno menſe ad minus a puerperio: ſecundo ꝙ non ſit prægnans (de morbida enim iam id Galenus mandauit memoriæ) nec coitui dedita: tertio quod non ſit iracunda temulenta vel aliter male morigerata: quarto quod habet papillas idoneas ad lactationem & ſatis lactis: quinto quod non crucietur aliqua inſigni euacuatione, arte, aut natura irritata ſuborta: ſexto quod non percipiatur labi infantem notabiliter ad aliquod latus diſcraſiæ lacte matricis.

Nutricis cōditiones.

Dub. igitur excitatur: ſi nec vllum verbum in medio tot ac tanti auctores inducunt de re noſtra, an iuuenis medicus ſtatim quod apparet propter aſſumptum lac a pueris, diſcraſię quid produci, poſsit ſecure ad eſum carnis tempore Sanctæ quadrageſimæ tum matribus, tum nutricibus ſuam indulgentiam præſtare? hac equidem tempeſtate vix vulgaris adhuc matres familias infantes partem paruam lactis conſpexere euomentes: aut nocte dormitare, aut non recte dormire, quando iam ſumma cura, & inaudita diligentia, eſui carnis expoſtulant a medico licentiam, exiſtimantes adeſſe in paradiſo, aut in hac lachrymarum valle non agere vitā: vt filij ſui nec quicquam notatu dignum patiantur: ſed cum illo non fruantur: & in hoc habitent: ſciant, & videant filios ſuos plorantes: lac vomentes, narium multitudinem excrementorum continentes, & patientes ſpeciem illam lichenis, quæ Hiſpanice alhorre nuncupatur. Tu vero, medice incipiens, vide quid agas cū hoc hominum genere: nam de magnatum filijs cura data eſt noſtris medicinę parentibus: ipſi quid facere teneantur, ſciunt: & vtinam iam nobis quid cum his, & illis eſſet faciendum oſtenderent: faxit Deus, vt faciant, & oſtendant, ſcio enim præcepta & ſanctæ matris Eccleſiæ traditiones piiſsimę matris & diligentis nimis nos, eſſe prohibitiones de hac re: tum relatum fuiſſe a Chriſto Redemptore noſtro, quod intrat per os nō coinquinat animam. Sed, o bone Deus, quanta adoriuntur in his à mulieribus deſiderantibus aut pulchritudinem ſuorū infantulorum, aut ſui ſalutē: quātaque in curia labuntur medici, annuentes & coniuentes illarum efflagitationibus & contentionibus.

Plorare omnibus eſt opus.

Dices nunquid legiſti, apud Doct. Mercado citato 4. de mulierum affectionibus cap. 16. de lactis defectu carnes gallinarū, caponum, phaſianorum, pauorum, præſertim eorum, qui ex india importantur; caro hæduli, aut agni & porcelorum aſſa quod præſtent, &

Pro lacteci baria.

ſtent,& cap.18 de lactis vitioſi emendationem, ob id primo (incurandi ſcilicet ratione) victum inſtituimus contrariæ omnino naturæ ei ſucco, quem redundare comperimus: & ea inſuper copia, quæ optime conficiatur, confectaque puero & nutrici ſufficiat. Præſtat ergo tibi anſam, & occaſionem: vt ſi carnis paſtus oppoſitus eſt cauſæ vitioſi lactis, miniſtrare poſsis licentiam eſui carnis, tempore interdicto ab Eccleſia, & capite, denique 19. de lactis concretione, victus rationem extenuantem & modice calidam inſtituere oportet. Quid ergo deſideras? nam de lactis redũdantia neque eſt quare in dub. reuocandum veniat, cum certum ſit victus tenuis exſiccans & paucam ſanguinis quantitatem generãs, quod conueniat. In lactis fluidi curatione Hieronymus Mercurialis.3. de mor. mulierum cap.4. ſic vbi igitur occurrit vobis huiuſmodi lactis vitium corrigendum: & ſtatim recurrendum ad victum inſtituendum: inſtituatis autem victum eum, qui poteſt calefacere, & incraſſare. Vnde dicebat Moſchio, eas, quarum lac aquoſum eſt, debere vinum potare: ſolidum cibum accipere, oua frixa, carnes aſſas, ſuilas, bubulas, & eodem lib. cap.1. de defectu lactis inquit, butyrum maxime commendatur: ſed pręſertim vbera cocta omniũ animalium & manducata. Vega lib.3. artis medicæ cap.12. de lactis concrectione, vbi a calore ſanguis in grumos concreſcat, victus erit refrigerãs ex lactucis, aut per ſe aut cum carnibus elixis. Et cap.14. de lactis defectu eademmet refert Verba (quæ ex Mercado adduximus) dum inquit carnes gallinarum, caponum, faſianorum, pauonum, &c. idem Bayrius Taurinenſis diſtinc.10. tract. vnico, cap.6. dicens fac bullire raphanum cum furfuribus in vino, coletur & exhibeatur in potu. Anethum quoque cum carnibus & eius ſemen, &c. Nunquid auctores iſti obſeruatores ſunt præceptorum Dei, & ſanctæ Eccleſiæ: quare igitur dubitandũ eſt de miniſtratione eſus carnis in prędictis caſibus, interpoſita tãta auctoritate Chriſtiana: reuera quia id credo, magis dubito, propterea quod ipſimet locis citatis ad lactis defectũ ſummopere ꝙ cõueniant ex piſcibus barbelli, tructæ, murena, labrax, beſucus, ſalmo: imo ꝙ maxime lac augent, placentę ex ſeſamo cum melle, amygdalæ, vbæ, paſſe, piſtachia, nuclei pini, & cum lactucis cõcocta malua: tum etiam & hoc modo eruca: nã ſi videatur interdicta a Gal.2. de alim. facult. cap.5. eo quod ſperma generare creditum fuerit, & impetus ad coitum excitare: & ab Auic. lib.2. capite de eruca, & propter illud, & quia corrumpat ſanguinem reddendo

In lactis fluore alimenta.

Cum lac decreuerit, eſus.

Quadrageſimalia pro lacte.

R 2 illum

illum biliosum a Plinio lib.19.cap. 8.& a Vergilio & Columella dicentibus & venerem reuocans eruca morantem & a Martiali.

Et quæ frugifero ſeritur vicina Priapo,
Excitet vt veneri tardos eruca maritos.

Equidem nõ de cocta cũ lactucis, ſed de cruda, vt liquet ex Dioſcoride lib.2.cap.134.illi ſuam doctrinam faciunt. Sed mandare decet memoriæ neque quamlibet erucam coctam conuenire: ſed tantum illam, de qua Plinius lib.2.cap.13. in condiendis obſonijs tanta eſt erucæ ſuauitas, &c. ipſa autem eſt ſatiua, folio longo, anguſtoque, in profundas, ſed rariores crenas diuiſo, ſiſymbri aquatici modo, ſapore acri & maiuſculo caule pedali, aut ſeſquipedali, floribus in cacumine albicantibus, aut pallidis, ſemine in corniculis incluſo. Radix eſt illi alba tenuis & acris: nam ſilueſtris erucæ, cuius recordatus fuit Plinius lib.20.cap.13. paluſtris Dodonei, Cineriæ Dalecampi, maritimæ Myconi, ſimilis artemiſię minoris, aut muralis barbarorum, vſus non conuenit. Aſt illa cum lactucis elixa præcipue in lacte maxime adauget lac, ex Gal. Auic. & præ omnibus paſtinaca aſſa in cineribus. Lac e ſanis animalibus arreptum, ouilum ſcilicet, caprilum, bacinum & ſuilum præ omnibus. Hæc omnia decocta etiam cum vitellis ouorum, pulueriżata cum his pulueribus. Recipe pulueris lapidis chryſtali, ſeminis aniſi, fœniculi, petroſelini, anethi, lactucarum, melanthij ana.drac.i.ſachari albi drac.i. fiant pulueres ſubtiles, aut aſſumat horum puluerum mane in decocto apij drac.i. ſunt enim experta. Pulmentum etiam ex oriza prius in aqua deinde in lacte elixa: amyllum cum lacte & melle, & farris cum ſacharo & lacte conditi conferunt, & butyrum & ſi lactis diminutio ex cauſa calida fuerit contracta, ex ſemine papaueris condimenta proſunt: & quod capita piſcium ſalitorum fuerint maximę vtilitatis, liquet ex Aetio, Moſchio, & Alberto Magno: ex quo infero aquatilia omnia, de quibus eſt vſus, non ſolum recentia, verum & aliquantulum ſalita prodeſſe: nam de ſalitis valde eſt ſolum interdictio ab Hipp. 2. de mor. vulg. & ab omni barbarorum ſchola, dicentibus, mulieres lactantes abſtineant a rebus exſiccantibus & ſalſis. Et probat etiã id illa ratio, eo quod vidimus, ſal carnes conſumere, ergo non erit a ratione diſſonum cogitare & lac, & ſanguineã eius materiã abſumere: ſalita equidem ſuauiter, non tantum haud ſanguinem, & carnes conſumere eſt certum: verum & maxime nutrire, iuxta

Eruca qualis eligẽda

Remedia ad lac augendum.

Piſcium capitæ pro lacte

iuxta illud quod ſapit nutrit ex Ariſt. ſed mediocriter ſalita præcunctis ſapiunt, opinione etiam vulgi dicentis, & quadrageſimalia ſunt guiſtui ſuauiora: ergo præcunctis nutrient. Et inde omnes piſces cito non putreſcibiles, etiam ſi ſaliti parũ tamen præcipiuntur a quibuſdam ad lactis augmentum, dummodo non fuerint maxime reſiſtentiæ ad concoctionem. Igitur Ahata piſcis, & Troglo ditis piſcis, remolita lactantibus valent miniſtrari in alimentum elixa, aut frixa & melle, vel ſapa ex Aetio illinita. Cum denique illi tanti auctores non præſignauerint tempus his quadrageſimalibus alimentis, & illis carniferis, & efficaciter abunde, & ſatis cõplete ex ſupradictis, diuitibus, & pauperibus matribusfamilias tempore quadrageſimæ adhuc in lactis defectu ſicuti in redundantia poſſunt parari alimenta: non concederem licẽtiam eſui carnis: nam quorſum deprecor? vt medicamenta non ſunt neceſſaria: quia in quadrageſimalibus maxima eius ſtat copia: neque vt alimenta, quando tanta adeſt redundantia: ad quid ergo? vis ne medice animam tuam tradere perditioni mulierum gratia?

Obijcies fortaſsis cũ Hieronymo Mercuriali lib. 3. cit. cap. 1. defectus lactis ſequitur morbum proprium, ſcilicet aut malã formationem mammarum, tum aliorum vaſorum, aut malam temperiẽ, aut continui ſolutionẽ: ergo pro morbis a quibus naſcitur defectus, poteſt matrifamilias deficiente lacte, indulgeri quadrageſimæ tempore carnium comeſtio. Aſt dub. hoc nil probat contra noſtram doctrinam: nam neque negamus, ſi morbus fuerit expoſcens id, quod negetur: ſed ſolum ſi defectus ſequatur cauſam deficientem citra morbum. *Obiectio Mercurialis ſoluitur.*

De reliquo autem iuxta lactis vitia, notandum eſt primo: ſiue euarianda fuerit curatio, quæ caſeationi expedit, ab illaque debetur grumoſo lacti: ſiue omnes partes lactis craſſeſcant, ſcilicet caſeoſa, butyroſa & ſeroſa: ſiue ab hac labe ſeroſa ſeruetur, vt quibuſdam placitum vidimus, ſiue grumefactio, & congelatio lactis fuerint affectus, aut vniuocationem ſibi adipiſcantur, deficiente febre, abſque piriculo, & metu tumoris: iuxta ea quæ diximus in ſuperioribus miniſtrando cibos extenuantes, & qui paucum præbẽt alimentum, & qui tandem minuere ſanguinem, & attenuare valeant: cuius ordinis ex quadrageſimalibus magna pars & ſufficiens miniſtrari poſsit, dummodo aliud non vrgeat. De mutatione autem lactis ſecundum qualitatem maior videtur difficultas: eo quod aliquando fit lac vitioſum, quia redditur acre, accidum, aut

amarum: aliquando maxime tenue ſiue craſſum: quandoque malũ odorem ſuſcipit: aliquando nigrum, rubrum, aut litydum redditur, verum quod cum lac habet hunc colorem commodius ſit lactentibus, quam dum candidum iuxta illud Ariſt. 3. de hiſtoria animalium cap. 21. in vltimis verbis §. mulierum lac commodius lactentibus quod liuorem trahit, quam quod candidum eſt: non eſt recipiendum, nam hic color adeo deterior eſt, quam niger: cum hic a cauſa procatartica oriri queat aliqua, ille vero ſemper ab extinctione caloris natiui: propter quod dictum fuit ab Hipp. 2. prog. deterior eſt extrema liuida, quam frigida: & id etiã liquet, dum ſanguis extra venas per contuſsiones diffunditur: & ſimilis color pullulat, proprie illud Plinij lib. 20. c. 22. illinitur & liuoribus ſuggilatiſque cum melle, & inde etiam prolatum eſt: liuidus proprie is dicitur color, qui ex ictu fuſtis lapidisue in parte læſa contrahitur nam optimum & præſtantiſsimum lac cãdidum, dulce, odoriferum, & mediocre in ſubſtantia debet ſolum approbari ex Gal. 1. de ſanit. tuenda docente, lactis candor differt ab eo, qui eſt in niue, ex Paulo lib. 1. c. 3. ex Aetio lib. 4. c. 5. & ex Auic. f. 3. 1. doc. 2. c. 2. §. ſecundum qualitatem vero lactis ipſius conſideratur, quia oportet, vt ipſius ſubſt. ſit æqualis, & quantitas eius æqualis, & eius color attingat albedini, qui neque ſit fuſcus, neque viridis, neque citrinus, neque rubeus: eiuſque odor ſit bonus, in quo non ſit acredo, neque poncitas, & ipſius ſapor dulcedini attineat, in quo non ſit amaritudo, neque ſalſedo, neque acredo: & vt declinet ad multitudinem quandam, & vt eius partes ſint ſimiles, & tunc non ſit ſubtile, fluidũ, neque multum groſſum, &c. qua occaſione auctores diſtracti fuere varijs ſententijs: quidam dicunt, quod curatio horum vitiorum tota poſita eſt in ſanguinis correctione, & in ſanguinis optimi generatione: ſed ſanguis emẽdatur, & bonus euadit ex optimo victu. Sic Mercurialis citato 3. de morbis mulierum ca. 3. vbi inquit, vt iure dictum ſit ab Aetio, vitia lactis fere ſolo victu curari debere: id Azara. 4. lib. allegato, cap. 6. docet, vbi quantumuis dicat, ſi albus plus æquo feratur ſiſtenda eſt. Et paulo inferius mulieri autem videbitur vbi poculum acceperit, omnibus membris langueſcere, exſoluique, donec lac in mammillis collectum fuerit, vel ſex aut ſeptem lumbricos terræ exquiſitiſsime tritos cum palmulis contuſsis miſceto, & in zythi ciato mulieri ieiunæ tribus diebus poſt balneũ propinato, & lac admiraberis quam copioſum & pulchrum fuerit. Non mihi vide-

Liuidũ lac prauiſsimum.

Lactis optimi cõditiones.

Lac quomodo augetur.

hi videtur abſolute interdicere fore purgandas tunc nutrices, vt quidam affirmant: quapropter non abſre erit, etſi mitiſsimis ne albus plus ęquo moueatur, eas purgare iuxta humoris peccantis exigentiam: nam ſic nutrici, & alumno fit bonum, vt patet 7 de compoſitione phar. ſecundum locos cap. 5. & 6. eiuſdem ad finem 5. Ego porro infantibus quibus nutrices cibum mandunt, &c. & iuxta illud elaterium capræ puero purgatio, & illis ſolum diebus miniſtrare eſum carnis quibuſdam, niſi commode nutrix poſsit mutari: nam quantumuis a quibuſdam doctiſsimis interdicatur talis mutatio, & poſsit probari ex illo Hippocratis, & Galeni, natura non fert ſubitas mutationes: ergo infantium tenera natura multo minus poterit: verum tamen cum conditionibus maxime ſimilibus poteſt id aſſequi: quia operandum eſt ſtantibus duobus pro vrgentiori: nec dum quod ſi vitioſum factũ fuit lacè ſano, mutatio maxima adeſt, & tutius erit mutare ad ſalubre lac, & ex nutrice cum conditionibus ſcriptis a Galeno, Auicenna & alijs loco allegato, & inde ceſſat argumẽtum: quod apud Aetium nullius incommodi videtur ſignatum capite 5. lib. 4. delineati ſupra aſſeuerantem, ſi adfuerint notiones vitioſi & inutilis lactis, quibus coniicias mulierem morboſam eſſe ad aliam vertatis: diuitibus vero prę̨ſtat plures habere nutrices: ipſæ autem neque vtero ſint gerentes, neque vtantur venere, quia nil peius, docet Gal. 1. de ſanit. tuenda cap. 9. ſcribens a venere omnino abſtinendum eſſe, cuicunque lac præbebit moneo: nam & menſes viri conſuetudine prouocantur, & lac odoris gratiam in deterius mutat: quin etiam aliquę in vtero concipiunt, quo nocẽtius puello adhuc lactenti nil eſt. Interim enim, quidquid ſanguinis eſt optimum in fœtum abſumitur, & inde, lac & peius & in minori quantitate.

Nutrix mutanda.

Nutrices non coeant neque geſtent vtero.

Video tamen iam quoſdam in hac re balbutientes: nam licet probatum iri videamus illud de imprægnatione, tamẽ id quod de menſium prouocatione inutilitati arridere docetur difficultati adiungitur: nam ſi ex Gal. 4. de locis affectis cap. 7. menſes reſtricti ſanguinem melancholicum gignunt, & libro de optima ſecta, menſibus ſuppreſsis tabeſcunt corpora. Quorſum ergo eligenda eſt nutrix, cui deficiant menſes, & tentare deceat ne concubitu ſui viri excitentur an, vt fiat cachochima? etenim melius videbatur illos habere, tum vt non coaceruaret copiam humoris melãcholici: tum ne tabeſceret, tũ vt perciperemus ex illis, qui in ipſa

Nutrices non habeãt ſuppreſſa v. ſtuaex quibuſdã.

peccarent humores,& noteſceret cuius temperiei lac fuerit:illud enim conſtat ex Hipp.1.de morbis mulierum §. cum menſes prodeunt,linteum complicatum palmi magnitudine ſuper tenuem cinerem expandito. Et denique ſic,optimum tamen eſt in tenebricoſo loco ea reſiccare, & hoc recipe, nam ſic non euaporatur pars, & mutatur color ſicuti quando igni,aut ſoli exſiccantur lintea, ſi quidem igitur pituita fuerit, quæ conceptionem impedit mucoſa lintea erunt:ſi vero propter ſalſuginem & bilem impeditur,fulua & ſubliuida : quam ſententiam libenter amplexatam iri videas a Gal.4.apho.ſuper ſententiam 2. his verbis Hippocrates vero, etiam ex menſtruis ſuperabundantem in fœminis humorem coniectarabatur : & ſcripta ſunt ab eo inditia in primo libro de mulieribus , &c. quibus locis , ſiue legendum ſit de muliebribus, ſiue de mulieribus : vt notat Antonius Muſa , ſiue de mulieribus , quæ non valent concipere propter redundantiam alicuius ex humoribus,ſiue de puerperis,vt dignotione noteſcat, quis humor poſt partum ſit extrahendus,ſicuti videtur inſinuare Mauritius Cordæus,nil ad rem:cum certum ſit ſuppreſsis menſibus, aut craſſum,aut tenue in corpore mulierum ſupreſſum , humorũ haud partem paruam vitiare:quæ lacti nocua neceſſario ſit.

Menſiũ peccatum percipiendum

Nec ſatis huic dub.faciunt dicentes,tunc temporis ſanguis mẽſtruus euacuandus lacti traducitur,& immunis manet materfamilias a morbis,ducti Gal.doctrina 14.de vſu partium cap.8.quo loco reddit rationem cur menſtrua non habent mulieres , quæ lac præbent,dicens ex Hipp.quia lac menſtruo germanum : nam etſi nutrix vindicetur a morbis,alũnus lactabitur lacte ex parte craſſa,& impura ſanguinis conflato,& inde nocumento parato.

Aliquãdo vtilis menſtrualis euacatio nutricibus.

In hac difficultate placet dicere, ſi nutrici menſtrua eueniant in debita quantitate,& iuxta qualitatem temperiei eius,tempore debito,pro ſuo ordine,citra viri irritationem,adfuerintque illi reliquæ conditiones de ætate,corporis habitu,partu , temperie , propenſione ad animi paſsiones iuxta placitum Gale . & reliquorum non eſt deſtituenda a ſuo alumno propter illa incommoda præfixa:tutius enim & ſibi, & puero eueniet:quam ſi omnino deficiant menſes iuxta illud Hipp.5.apho.57 . ſi menſtrua plura fiant accidunt morbi,etſi non fiant,ex vtero morbi contingunt:inde etiam vulgo dicitur ne quid nimis:nimis vero tam in defectu,quam in exceſſu reperitur. Ad Gal. autem cõſtat ex dictis,quod loquitur dũ damnat nutricibus menſtrua,dum propter viri irritationem,quomodo

modo potius optimus aduocatur ſanguis, quam craſſus & nociuus, alias ille detinendus, hic vero expellendus, vt deducitur ex Gal. 3. de ſymptomatum cauſis cap. 2. 5. non ſolum a cauſis internis facile ad rumpendum, ſed etiam ab externis.

Præterea non leuis ſe offert dubitatio, num nutricibus conferat vinum? de qua auctores non loquuntur vno conſenſu: nam cum lactis defectu Vega 3. de arte medendi cap. 14. illud conſulit, dum inquit, potus vinum nigrum non auſterum, ſed potius dulce, aut vinum album aquoſum: in lactis autem curatione concretionis; inquit, potus ſit aqua, aut cum hordeo elixa: qua occaſione potius videbatur vinum condendum, ſiquidem ſaltem dum eſt dulce habet læuigare aſperitates 7. de comp. med. ſecundum locos, ex putrefacit com. 3. de ratione victus in morbis, ventrem mollit, & lenit. 6. de ſanit. tuenda, & lib. de diſſolutione cont. ſomnum conciliat modice dilutum 2. de locis affectis cap. vltimo 5. & vinum modice dilutum ſomnum inducere reliquorum medicamentorũ exemplo: & ſanitatem aqua dilutum docet cuſtodire lib. de ſimp. med. facul. quæ omnia iuuamenta maxime eſſe neceſſaria, & arridere in cura de lactis concretione necui dubium apparebit. Tum vltra cap. 11. de lactis redundantia docet, ſic & aquam bibent, & cap. 10. de mammarum inflammatione, potus ſit cinamomi decoctum, aut cum febre vehementiore aqua hordei. Doctor Ludouicus Mercatus lib. 4. de mulierum affectionibus cap. 17. de lactis defectu ſic ſcribit, potus optimus eſt ex vino nigro non auſtero, ſed dulci, aut albo, & tenui, & cap. 15. de nutrice eligenda, & moderanda videtur mihi aſſerere, vinum fore denegandum: nam quãuis non vniuerſaliter, ſed ſolum primis diebus eſſe interdicẽdum ſonent verba prima: ex his quæ ſequuntur præcipere colligitur, quod nunquam nutrix bibat vinum. Sic equidem deſcribit: inſuper diebus primis, quibus lactare incipit ſimplicem cibum accipiat, & aquam bibat, nam qua ratione a pueris vinum arceri conſulunt auctores, eadem & a nutrice, ne ſolidum lac nuper natis infantibus difficulter per anguſtos gutturis meatus deſcẽdat. Sed pueris interdicitur vinum a Platone 34. de legibus dialogo 2. a principio ſui ortus vſque in 20. annum, vt liquet illis verbis. Principio lege ſanciemus, vt pueri vſque ad duodeuigeſimum annum vini vſum prorſus ignorent. Id etiam colligitur ex Auice. lib. de ſomno & vigilia cap. 3. 5. Pueris non conferunt vina, nec eorum nutricibus, & ex Gal. 5. de ſanitate tuenda, & lib. quod animi mo-

An nutricibus vinũ.

Pueri non bibant vinum.

mi mores, vbi ſcriptum eſt, pueri non guſtēt vinum, niſi poſt deci mum octauum annum. Rationē huius ordinationis adducit Gal. 1. de ſanit. tuenda c. 11. dicens, ſane vinum quamdiutiſsime, qui ea natura puer eſt, ne guſtare quidem ſuaſerim: quippe quod hauſtum & humectat nimium: & calefacit corpus: tum caput halitu replet ijs, qui humido, calidoque temperamento ſunt: quale eſt eiuſmodi puerorum. Id etiam Auic. f. 3. 1. doc. 2. cap. 4. vbi & aliā rationem illius negationis reddit, quando inquit: & vtilitas, quæ ex vini potione generatur, eſt choleræ per vrinam prouocatio: & humectatio iuncturarum, quorum non indiget ipſe puer: quod ſi pueros cum mutantur ad ętatem pueritiæ ex infantia iuxta hos auctores, ex vino aſſumpto hæc tentaut mala: quid antea timendum erit, ſi vinum guſtauerint: ſed iſti ſunt auctores ſubintellecti ab auctore Mercato de vini interdictione puerorum, & eſt eadē regula de nutricibus inſinuata: ergo non ſolum primis diebus lactationis vinum interdicit nutricibus, ſed ſemper: & ſic credo alijs locis, ſolum vt medicamentum permittere vinum, & non miniſtrare vinum potandum: nec regulam ad illud bibendum: in quo etiā ſenſu recipio Vegæ doctrinam.

Quare negandum vinum

Vinum vt medicamētum & alimentum.

Nec mihi placet opinio dicentium vinum eſſe elargiendum nutricibus, quia ſit vehiculum ſanguinis ad mammas, & quia ex Galeno 5. ſimpli. 21. & Auicenna 12 3. tractatu 1. capite 21. nutrici cōuenit accommodatus cibus calidus, & humidus. Nam primum aſſequitur ex aqua decocta florum borraginis, caſiæ ligni, ſaſafras ligni, florum violarum & hordei: vt fiat ſatis pro calidis & frigidis naturis. Secundum ex ſupra dictis alimentis abſque infantiū & nutricum nocumento: nam & ipſis nutricibus & nocumentum infertur: præterquam & infantibus, & pueris ex vini vſu: nam ſi craſſum fuerit & nigrum cum auſteritate, adauget, & gignit melancholicum humorem, circa illud Galeni 3. de locis affectis capite 7. §. Præterea vina craſſa nigraque aptiſsima ſunt: vt ex ipſis humor melācholicus fiat. Si autem craſſa, nigra, dulcia, craſſo ſanguine venas replent libro de attenuante victus ratione, capite 12. & hinc libro 5. de ſanitate tuenda capite 5. ad finem ſcriptum inuenies, at quę craſſa dulcia & nigra vina ſunt, ea omnia, proptcrea quod obſtruunt viſcera, ſunt fugienda. Si alba fuerint vina & tenuia, quæ videbantur illis arridere, exiguum præbent corpori alimentum 2. aphor. 18. & inde 12. lib. methodi habetur, vina aquoſa parum in ſanguinem mutantur. Quorſum ergo vis nutricibus mi-

Nigra vina nocent.

bus miniſtrare vinum? nunquid, quia eius tot genera vinorum inueniantur: vt inſignitum apparet in 3. de mor. vulg. comm. 2. 1. de com. ſecundum locos. 3. de victus ratione in morbis acutis. lib. de dignotione, & curatione renum affectus, de bonit. & vitio ſuccorum 4. de ſanit. tuenda & 5. cap. 5. inter quæ neceſſario vtilia inueniri nutricibus, quæ non diſſonant rationi. Sed eſto ſit aliquod vtile, an ignoras: quoduis caput tentare, replere & mentem lædere? 1. de ſanit. tuenda, lib. de puero Epileptico & 3. de ratione victus. An ignoras etiam citra id quod abſumant vinum caput tentans, non ſic ſuum cap. habere alteratum, vt dictum fuerit ab Ariſtot. 9. de hiſtoria animalium cap. 1. mulier miſericors magis eſt quam vir, propenſior ad lachrymas, inuida magis & querula, maledicentior & mordacior, anxia præterea, deſperans magis, impudentior & mēdacior, facilior etiam decipi, & 1. Polyticorum cap. 8 mulier habet deliberandi arbitrium, ſed inualidum. Si hæc ſine vino, & ſine alumno extrahente copiam ſanguinis, quid cum vino eleuante vapores, agitante ſpiritus, perturbante ſpecies cogitas videre? interdic ergo illis vinum lactantibus: niſi alia irreparabilis te cogat neceſsitas: viam nāque parabis bonam infantibus, & nutricibus ſic aſſuetis paulatim: quia ſic nec vllum naſcitur inconueniens 2. apho. 50. quare ad inſolita facienda quoq; mutatio, poteris potionem mutare medio decocto ligni caſiæ, aut quouis alio eius ordinis neceſſarij: nā de inaſſuetis nō eſt, quare in dub. fiat reuocatio. Quod ſi tibi cura eſt de illis dotibus vino præſcriptis ad ſalutem: dum dicitur ſomnū conciliare, vētrem lenire, &c. animaduertas obſecro eundem Gale. eodem 2. de locis affectis c. vlt. iuxta Antonij Muſæ animaduerſionem habere, aquarū calidarum potus ſomnum conciliant, li. de anothomia viuorū, aqua eſt ad corporis nutrimentum 3. de ſanit. tuenda c. 4. præſtat non ſolū vt balneum, ſed epota, vt molliat, diggerat, concoquat, &c. ſaltem per accidens, & hinc 1. de ſanitate tuenda capit. 11. relatum inuenias, aquam omni ætati vtiliſsimam eſſe, his verbis. Contra cuius ſermonem facit de aqua optima, quia talis & miniſtranda: nā de praua innumera nocumenta & ſcripta reperies, & experientia probabis, ad orientem Solem fons erumpit, quæque per meatum aliquem mundum, aut puram collatur terram, eademque caleſit, ac refrigeratur ocyſsime: hanc omni ætati vtiliſsimam eſſe exiſtimandum eſt. Non enim ſicuti vino, eſcis, exercitatione, vigilijs, ſomno, ac venere, alijs alias vti, pro ratione ætatis expedit: ita de aqua

Vinum tentat caput.

Mulier mutatur facillime.

Potus aquæ calidæ ſomnum conciliat.

Aqua laudatur.

aqua quoque ſtatuendum eſt:ſed quam nunc optimã iudicamus: hac vti puero,iuueni,ſeni conducet. Quid ergo nutricibus iuuenibus,conſiſtentibus,aut ſenibus,ſi his acceſſerit vrgentia nutriẽdi ſecurius,& abſque vllo incommodo ? quod vino haud videas contingere,etiam ſi illa & alia præſcripta bona conueniãt in aliquibus caſibus particularibus,& ætatibus,pro quibus, & ab Aetio & alijs conceditur ſolum.

Ad vlcuſcula papillarum mãmarum.

Denique papillis mammarum vlcuſcula ſolent accidere: verum hoc malum adeo breuiter extirpatur:vt poſsim affirmare,me multoties hoc ſolo remedio ſpatio 24. horarum ſanitati tradidiſſe mulieres, Recipe olei roſati vnc.iij.ceræ albæ vnc.j.puluerum oſsiũ mirabolanorum citrinorum drac.ij fiat vnguentum iuxta artem. Alij ſumopere laudant hoc medicamen, Recipe radicis Anchuſæ n.j.frigatur in oleo roſato cũ drac.ſemis axũxiç gallinæ litargirij drac.ſemiſ.ceræ albæ quod ſufficiat pro vnguento,verum hoc non tradidi experientiæ ſicuti primum:quod ſummopere vidi cõferre:& inde cum parua victus ratione illic reparatur lapſus,adeo vt nec opus fuerit iuxta noſtrum inſtitutum morari. Quod ſi eroſiones aut vlcera maiora fiant:iudicabis prope illud, quod in ſuperioribus dictum eſt.

De Corde.

Muſculi pectoris 80.

Licet verum videas,in pectore poſt mammás adeſſe mouentes pectus 80.muſculos:quorum 68.ſedem habẽt inter coſtas.& cartilagines : ab his orientes & in hæc terminati colocati ſurſum quidam:deorſum alij.Nam alij 12.exortum continent extra coſtas & cartilagines:licet ipſis conſerantur : horum vero, ſicuti & illorum pars æqualis parti dextræ adhæret,pariter & ſiniſtræ. Adeſſe etiam poſt hos & illud ſummopere conſiderandum inſtrumentum reſpirationis,quod ſeptum transuerſum,alias diafragma vocitatum:cuius recordatus fuit Gal.ſub hoc nomine 5 . de vſupartium cap.15.§. muſculus eſt quidam magnus ac rotundus , quem iure diaphragma nominant,& lib.8. de anothomaticis adminiſtrationibus cap.5.§. verum diaphragma licet infra muſculos intercoſtales habeatur,ſeparat autem muſculus hic regionem vitalem a naturali,vt docet Gal. 2.de dif. reſpira.& experientia oſtendit,atque oculus commoſtrat : tum etiam conſpicias in parte anteriorç pectoris os magnum illud ſerpens ab ore ventriculi in collum,ſeptem oſsibus ſuis cartilaginibus alligatis conſtructum: cui in-

cui inſeruntur ex vtroque latere ſeptem coſtæ ſerpentes in ſpinam, & ſuis ſpondilibus iunctura nodatili coniunctæ, & denique pectori reſpondeant ſpondilia duodecim: tamen quia neque illis muſculis vt partibus carnoſis, nec alijs partibus oſſeis alia eſt ratio diuerſæ conſiderationis a ſupradictis, noſtra oratio ad cor iã conuertitur.

Cordis principiũ quantum.

Cor igitur, etſi in principio ſui eſſe non exſuperet magnitudinem grani milij circa illud Gal.2.de naturalibus facult.capit.3. §. cor igitur ab initio ita mihi paruum eſſe, vt nil a ſemine milij diſtet, tantum dignitatis adipiſcitur, vt dictum fuerit a Criſippo referente id Gal.3.de decretis Hipp.& Plat.ca.5.ſimpliciter & abſolute eſſe præcipuum viſcus quantum ad vitam, a qua ſententia haud fugit Ariſt.de iuuentute & ſenectute cap.2.& 1. & lib. de reſpiratione cap.4.quibus locis omnia animalis bona cordi tribuit: quod ſubſtineri poteſt inquantum ab ipſo ille calor viuificus ſiue natus ſiue aſsiſtitius mandatur omnibus partibus, ſine quo, cum neque fuerit vita, erit nec ſenſus, & motus, & inde poteſt Ariſt.a calumnia vindicari, quando dixit loco allegato cap.1. de iuuentute & ſenectute corde detracto viuunt & mouetur quædam animalia: donec calor receptus in partibus euaneſcit, ſic enim conciliatio conſtat cum Gal. dicente, ſenſus & motus a cerebro, quia ab illo recepto prius calore cordis quodam impartitur qualitas in genere cauſæ materialis (vt cap.de cerebro inſinuauimus) partibus mouendis & ſenſituris: ex quibus liquet cor temperie debita indiuiduo fore calidum & humidum: ſi illud principiũ vitæ miniſtrat: vita autem in calido & humido conſiſtit ex Ariſt. de longitudine & breuitate vitæ cap.2.& lib.de anot. viuorum, etiam ſi animal viuere eueniat cum corde calido lib.artis med. ca. 29.cum frigido cap 30.cum ſicco cap.31.& cum humido cap. 32. & cum compoſitis ex his temperiebus cap.33.34.35.& 36.eiuſdẽ.

Cor quomodo principiũ omniũ operum.

Cor varijs temperiebus inuenitur.

Nam id diuerſis collationibus factis, & in varijs acceptionibus ſumptis temperiebus, valet apparere: vt notat Vega circa huiuſmodi locum, ex Gal.3.ſimpl.2. Accedit, cor de genere partium carnoſarum eſſe, primo de naturalibus facul.quando ſic, cordis propria caro numeratur inter primas partes, quæ generantur, primo de temperamentis.6. de placitis, & 6.de vſu partium, ſub his verbis, cordis caro videtur muſculus, tamen muſculus non eſt. Carnem vero calidam eſſe & humidam, & partes carnoſas etiam deprehenditur ex Gal.2.de temperamentis cap.9.libr. de inæquali

Digitized by Google

in tempore,& 1.de vſu partium cap.13.a qua ſententia non ſegregantur multũ verba illa Auic.f.1.1.Doct.3.cap.2.videlicet, caro eſt membrum illi æqualitati magis propinquum,quam cetera mẽbra:nam licet auctores non conueniant de qua carne Auic.ſermo teneat,quidam enim conſiderant quod caro eſt quincuplex, ſcilicet glandulosa,& de hac dicit Bartol.quod hic loquitur Auic.alia eſt caro confusa,vt caro cuiuſcunque viſceris, vt caro pulmonis,epatis,& ſplenis &c.& dicitur confusa ex 10. therapenticæ, quia eius complexio confunditur ſecundum vnumquodque membrum in quo eſt : & inde hepatis caro dicitur calida , & humida. Tertia eſt lacertoſa:& ſecundum Dionyſium de hac loquitur Auic.4.caro eſt pura , & non inuenitur actu ex 2.de temperamentis cap.2.quinta caro ſimplex eſt,id eſt, caro ſolum habens ſenſum tactus,ſicut caro gingiuarum, & caro quæ eſt in extremis digitorum:de qua ſecundum Antonium hic tractat Auic.quia cũ qualitatum minorem exceſſum habeat,magis ſentit:quod eſt argumẽtum,æqualitati,quod ſit magis propinquior caro.Alij vero abſolute dicunt,quod loquatur de carne muſculoſa,cuius caliditas & humiditas temperata eſt per frigiditatem,& ſiccitatem nerui cum carne mixti .Verum tamen certum eſt quod caro cordis ex ſupra Gal.doctri.adducta accedit ad naturam muſculorum : & tamen eius caliditas non eſt temperata per frigiditatem,& ſiccitatẽ nerui:nam licet caro eius videatur contexta fibris quã plurimis,neruis ſimillimis a ratione neruorum,quam maxime diſtant:vt fatentur anothomici & oculis videri poteſt.Supereſt ergo ,quoad primum magis declinare,vbi recta eius temperies ſeruatur ad calorem,& humiditatem,quam ad aliam temperiem , de ſecundo ſtat Dionyſius,Iacobus, & alij quamplurimi auctores. Nec aduerſantur Gal.loca huic doctrinæ:nam quando 2. de temperamentis c. 8.dicitur cor eſſe durum:quod eſt ſicci conditio ex Ariſtot.4. metheo.dicendum eſt nuncupaſſe illud ſic,facta collatione ad pulmonis carnem,& aliarum partium glanduloſarum:nam certe , vt quis poteſt oculis conſpicere in animalibus viuis, ſatis mollis caro eſt cordis,adhuc conſiderando illam citra ſpiritus.& ad ſecundum quod in medium afferunt ex 6.de vſu par.c.17.videlicet quod nutritur cor ex ſanguine craſſo, indeque ſortiri frigidam naturã; non eſt difficilis ſolutio cum ſanguine craſſum ſolũ appellet nutrimentum reſpectu tenuiſsimi ſanguinis:a quo vitales ſpiritus cõficiuntur,& inde liquet alimentum ſatis calidum, & humidũ pronutrie-

Carnis multiplex ratio.

Caro cordis non eſt tẽperata.

nutriendo calido & humido corde. Huic rẽperiei aſſociatur ferru gineus color, alias puniceus obſcurus: nõ quod vſtionẽ connotet, ſed quia detracta illa parte ſanguinis ſplẽdida & ſpirituoſa ſpirituũ vitalium ſemen, talis rubeus color ſine ſplendore appareat: & huic corpori data fuit figura pyneata: quia præſtãtiſsima ad ſuũ munus, iuxta illud de anothomia viuorũ, tit. de anothomia cordis 5. & pyneatã habet figurã & rotundam: quia nulla figura melius quã iſta coniungit punctum cũ ſuperficie, cũ a pũcto per creſcentes circulos gradatim perueniatur ad vltimã ſuperficiem. Cũ equidem & cor ſanguinẽ recipiat, ſpiritusq; cõmunicet per vaſa ſibi cohærentia, opus fuit ſic moueri, vt eodẽ loco etiã delineatũ inuenies, & pulchris verbis ſcriptum apud D. & M. noſtrum Camar. lib. 5. de animantibus ſacræ Scr. c. 8. 9. cor hominis auctoribus vt & diſſectionibus patet 6. de vſu part. c. 7. ex Gal. his verbis veluti cõcl. traditũ. Proinde mirari neminẽ oportet, ſimul quidẽ cor Cconi figurã adeptũ eſſe, ſimul autẽ partes ad cap. eius attinẽtes: quæ maxime primariæ erant, locũ tutiſsimũ occupaſſe: quæ vero ad fundum pertinent, omnium neglectiſsimę magis offenſionibus expoſitæ. Subdit tamen Gal. quod nec propter hoc exiſtimandum eſt, nõ fuiſſe & has partes præſtantiores, quibus manuũ aut padum, ſed quia inter illas præſtantiſsimas omnes cordis partes aliquot eius aliquas ſuperexcellant.

Cordis figura.

Intra huiuſmodi figuram cor duos continet ventriculos viſui patentes: quidquid de hac re exiſtimaſſet Ariſtot. primo de hiſtoria animalium cap. 17. dicens cor triplicem ſinum continet: oſtendit veritatem hanc oculus rerum viſibilium iudex verus, præter auctoritates Hippocratis libro de corde 5. cor muſculis eſt valde fortis, non neruo, ſed denſitate ac cõſtrictione carnis & duos ventriculos habet diſcretos in vno amiculo, ab vtraque parte vnum, nil autem inter ſe ſimiles ſunt. Neque diuerſum ab hoc poteſt percipi exiſtimaſſe Platonem in Thimeo vel de natura quando cordi duo munera ſolum tribuit de genere materialiorum dicens cor vero venarum, id eſt arteriarum, debes tu percipere: vt liquet ex eodem paulo inferius dicente: quam ob cauſam arterias, &c. originem fontemque ſanguinis (arterialis intellige) per omne corpus, &c. Gal. 7. de anothomaticis adminiſtrationibus. 6. de placitiſ ci. 6. de vſu partium cap. 7. Auic. fen. lib. 1. ſuma. 4. d. 5. cap. 1. 5. arteriarum autem origo eſt a ſiniſtro ventriculo duorum ventriculorum cordis: Haly abbatẽs thcrapeu. cap. 13. & denique omnes huius

Cordis duplex ventriculus.

huius temporis anothomici:ne autem exiſtimes ſententiam Gal. tenere in homine, illã vero Ariſ. in maioribus animalibus: prope illud 3. de partibus c. 4. cor magnorum animalium triplicem ventriculum habet: minorum vero duplicem: legito deprecor Gal. 6. de placitis Hipp. & Plat. cap. 5. & inuenies eum aſſeuerantem: & in maioribus & minoribus animalibus diſſectionem exercẽtem ſolum ſiniſtrum & dextrum conſpixiſſe ventriculum, ex quo patet Ariſ. rem hanc non fuiſſe perſcrutatum, ſicuti neque illam de cordis oſſe, alia pars cordis, dicit nanque cor ſine oſſibus eſt, præter quam equi & boum quorundam, quorum cor præ magnitudine ſuſtinetur oſſe 3. de partibus. ca. 4. Cum tamen certum ſit in cerui corde inueniri os magnum in magnis, paruum vero in paruis, & in genere in omnibus animalibus videtur ſtatutũ fuiſſe a Gal. quod reperiatur. Cum lib. de oſsibus cap. 25. inquit, quod ſi, quod oſsiculum alibi, vt pote in corde, &c. & 7. de anothomaticis adminiſtrationibus, cap. 10. quæ vt retuli, melius corde animali exempto conſpiciuntur, ac magis in animali grandiore omnibus enim ſimiliter ineſt: cum nulla ob magnitudinem in ipſis ſit differentia: ſicut Ariſt. autumat; ſed clarior in magnis cordibus eſt ſpeculatio: quoniam & ipſius os quod magnis in eſſe animalibus arbitrantur, atque his non omnibus, etiam alijs omnibus ineſt, haud tamẽ os vniuerſis exactum, ſed cartilago. Legitur & ſimilis ſententia, apud Auic. fen. 11. 3. tract. 1. cap. 1. Cui dicendi modo accedit & ratio: nam ſi propter fortitudinem ad motum in corde animalium maiorũ cõdonatum recipiũt os: quare proportionabiliter & paruorum animalium cordibus ad motum credendum eſt naturam denegaſſe oſsiculum ſaltem, aut cartilaginem? Aſt ſi tantum Ariſtot. quis velit ſuſtinere dicta, facillime & id aſſequetur, quoad primum dicens; quando Ariſt. poſuit triplicem ventriculum inter ventriculos ennumerabat foueam, aut meatum: circa quod videas Auic. dicentem loco allegato, & in ipſo ſunt tres ventres, in corde ſcilicet, videlicet duo ventres magni, & venter quaſi medius, quem Gal. nominauit foueam aut meatum, non ventrem. Ad ſecũdũ quod Ariſt. loquebatur de oſſe perfecto prout ſic viſui repræſentatur: & quia in animalibus minoribus non repræſentatur ſic etiam ſi in illis oſsiculum aut ſaltem cartilago præſtans fortitudinem ad motum adfuerit: inde Ariſt. dicebat in maioribus animalibus os reperiri in corde, ſecus ac in minoribus.

Cor cerui cõtinet os.

Ex ſupra delineatis duobus ventriculis, dexter ſanguinem recipit a

pit a

ſit a iecore:& ibidem, vt poſtea aſcendat ſiniſtrum, ad ſpiritum vitalium generationem diſponitur ex conſenſu omnium auctorũ, pariter aſſeuerantium, in ſiniſtro ex illa materia ſaltem partialiter generari ſpiritus vitales: his vero ventriculis duæ adſtant auriculæ, ſiniſtro altera, altera vero dextro, quæ iuxta tum medicorum, tum anothomicorum ſententiam depoſitum præſtat venali ſanguini, altera cuidam aeris quantitati: totum denique cor inuoluit panniculus tenuiſsimus & neruoſus, à græcis dicitur pericardion continens continuo humiditatem quãdam ad caloris cordis attemperationem. Ex mutatione orta ex in debita hac attemperatione cordis, & illarum eius partium mutatione, mala quam plurima & cordi & inde animali eueniunt. Primum expreſſum legitur per libros de differentijs febrium. Secundum liquet lib 5. de locis affectis. 5. neque enim mirum videri debet, tantam humoris multitudinem cumulari aliquando in ambiẽte tunica cor, &c. ſubdit quippe in animalibus diſſectis vidimus plerumque plurimum humoris, vrinæ ſpeciem referentis in eo, qui cor inuoluit, panniculo contineri, &c. Panniculus hic cor ambiens, etſi inter ignobiles partes enumeretur a Gal. loco allegato: dum inflammationem patitur: aut tumorem ſcirroſum eſt ſortitus, quod in hominibus eſſe poſsibile docet Gal. ibidem, propterea quod illud in gallo quandoque conſpexerit, & cor trahitur per conſenſum, haud dubitandum eſt de eſu carnis tempore interdicto, propter malum quod timetur proximum, pariter iudicandum eſt dum viſcus illud illo pãniculo alligatum palpitatione afficitur: quantumuis alias adoleſcens, adultus, aut quiuis alius non percipiatur alio accidenti affectus: ſiue palpitatio fuerit orta ex copioſa ſanguinis detractione, prauo victu, aut medicamento nocuo, alia enim eſt ratio dum tremor inſurgit propter fortitudinem ſenſus cordis: nam tunc ex leui meditatione aut vapore lucet, ipſa enim recta ſolum cibandi ratione, & illo ſacculo ſcripto a Chriſtophoro à Vega. lib. 3. de arte medendi. capite 8. vidi quoſdam ſanitati reſtitutos. Sacculus eſt huiuſmodi. Recipe pulueris aromatici roſati & diambræ vtriuſque drac. ij. florum bugloſi, & naphæ ana vnci. ſemiſ. pulueris maceris, caryophyllorum, & folij vtriuſque drac. i. ſub duplici ſerico rubro fiat ſacculus: qui ſingulis noctibus vino odorifero aſpergatur, & cordi applicetur. Alia multa remedia ad cordis palpitationem ſiue ex cauſa calida, ſiue frigida ortam conſcribuntur ab Haliabbate ſexto ſuæ pract. capite

Pericardi officium.

Pericardio inflammatur.

Cor patitur palpitationem.

Ad cordis palpitationem remedium expertum.

Digitized by Google

18.Bairo Taurinenſi diſtinct.10. de ægritudinibus cordis cap. 1.& 2.Euonimio in ſuo theſauro,par.2.& par.1.fol. 232. vbi inter alia,adducit aquam magiſtralem notatu dignam:illius ipſa eſt ratio,quia corde læſo magni eſt habēdum, nam ſi patiatur. & totum offenditur:illæſo eo haud totum perditur.Et inde Gale.5.de loc.ca.primo neque animal mori omnino poſſe,niſi cor afficiatur:affecto vero ſecus.Et hinc etiam ſi contingat obſtructio,angor,pauor,aut dolor,quia ſæuiſsima cordi hæc ſunt : vt legitur ſecundo & tertio lib.de placitis.lib.2. de præſagatione ex pulſibus.& lib. de ſymptomatum differentijs, medico cura magna eſt cordis habenda:ſicuti & de ſyncopemaxima illa cordis paſsione:ſiue differat ab animi deliquio, penes hoc quod animo deficientes ſubito in eum affectum incidant,ſenſu & motu priuati,& ſine ſudore:ſyncopicantes vero dormientes aut vigilantes corripiantur & cum ſudoribus non quomodolibet, ſed & ſympcoticis:ſiue ſeparetur ab eo,ex eo quod animi deliquiū animalis facultatis ſit paſsio,ſyncope vitalis:ſiue vt Areteo fuit placitum, quod illi qui ſyncope laborant ſenſus alacriores habeant,& melius videant, atque mente firma ſe habeant quam animum linquentes:dum ſyncope laborantibus nō trahitur cerebrum ad conſenſum : ſic equidem percipio Areteum intelligendum,non alio modo: cum certum ſit experimentum ipſo ſicuti & nobis commonſtraſſe:dum trahitur cerebrum ad conſenſum illa omnia intenſiora eueniunt ſyncopicantibus, quam animum linquentibus:ſiue oriatur ab hac vel illa cauſa,iuxta illas ſignatas à Galeno. 4.de victus ratione in acutis.23.12. method. capite 5.ab Haliabbate.6.theoricæ.cap.23.Rhaſio 31. continentis tract.6.capite 1.Auicen.fen.11.tract.2.cap.6.dum tamen diu peruenire videas,& perdurare,etiam ſi acceſiones quam citiſsime pertranſeāt.Quando vero radix huius affectus à ventriculo naſcitur cardiaca ſtomatica â quibuſdam appellatur,ſiue cordiaca ſyncope,huius vero ratio cap.de mor. ventriculi ſeu ſtomachi delineabitur.

Medico cura habēda de cordis morbo.

Syncopis et animi deliquium vnde poſsint ſeparari.

De Corde vulnerato.

ETſi præcitati tanti auctores de huius membri affectionibus multa perſcribant iuxta eſſentias illarum, cauſas,ſymptomata.& curationes:& Leonardus Iachinus in com.in 9.lib. ad Almanſorem,capite 41.multa ſe tradidiſſe de nouo animaduerſa

dicat

dicat: chirurgique cordis vulnerati ſigna perſcribant, per exitum ſanguinis nigri, refrigerationem extremorum, vt Ioannes Vigus de vulneribus lib. 3. cap. 10 (ſed quid ſi vulneratio attigerit ſiniſtrum ventriculum: nunquid ſanguis niger) per motiones læſas arteriarum, vt Gal. lib. 3. de placitis, c. 6. ſ. ſic etiã ſi eodem modo cor affectum fuerit, arteriarum quidem motiones lædi, totum vero animal neq; in ſenſu aliquo, neq; in motu noxã vllam videtur contraxiſſe: dicit autem eodem modo, quia antea ſic. Deinde cerebri ventriculis colliſis, vel vulneratis, &c. nec ſatis neceſſaria depingunt facienda circa cor vulneratum. Gal. autem loca, & aliorum Patrum grauiſsimorũ teſtimonia mihi genuere difficultatem: nam in. 1. prorhit. Hipp. com. 2. ſuper tex. illum nigrã rem vomentes cibos faſtidientes, &c. Hæc ſunt ſcripta, corde vulneratis promittẽda curatio non eſt: moriũtur enim, quaſi dicat. quia morituris non ſunt adhibenda remedia: ſic autem vulnerati quod citiſsime morti tradãtur, docuit in lib. Hip. de victus ratione in mor. acuti. com. 2. ſuper tex. 47. qui incipit neq; ſane horum ita peritos video medicos, qui vt oportet cognoſcãt virium in morbis imbecillitates, &c. quo hæc adducit, velociſsime igitur fiunt corde patiente mortes. Idẽ de ſubfiguratione empirica. c. 6. rationem huius euentus iri ſignatam videas 6. apho. ſuper illum apho. 18. vexica deciſa, aut cerebro, aut corde, &c. letale, ſub his verbis, quod vero partes ipſæ diuiſæ agglutinari non poſsint in corde quidẽ, ac ſepto trãſuerſo, ex iugi eorum motu contingit. Cũ igitur perpetuo cor moueatur, ipſumq; maxime ſenſibile ſit, etiam ſi non multos neruos habeat: in ipſo facta læſione (inquit Muſa ſuper hunc apho.) ad ipſum tanquã ad arcẽ totius corporis ſanguis illico currit: atq; impetu & multitudine ſuffocat. Iacobus autẽ in expoſitione huius apho. aliã videtur aſsignare rationẽ, quando dicit, de corde verũ eſſe ſiue ſit penetrans, ſiue non, dum tamẽ ſit notabilis propter ſenſibilitatem mẽbri, & inflammationem ſanguinis & ſpiritus eius. Ego autẽ dico ꝙ propterea quod ſi vulneratur pars dextra euacuatur citiſsime materia ſpirituum: ſi ſiniſtra ipſi ſpiritus, & inde copia magna caloris natiui euaneſcit. & citiſsime mors euenit.

Signa cordis vulnerati.

Corde vulnerato non eſt opus curatione.

Quare vulnera cordis non ſanantur.

Aſt ſi legamus Gal. 5. de locis. c. 2. poſtquam dixit ob inflammationem vel ereſypelas: idque dum fieri incipit, illico enim antequam augeantur huiuſmodi affectus animal corrumpitur (ꝙ etiam recepit Auic. f. 11. lib. 3. tract. 2. c. 1.) paulo inferius ſubdit,

Digitized by Google

igitur, ſi ad ventrem cordis vulnus aliquando penetrauerit, protinus magno cum ſanguinis fluore hominem mori neceſſe eſt, idque præcipue ſi ſiniſtræ partis venter fuerit vulneratus: ſi vero non ad ventrem vſque pertingat, ſed in cordis ſubſ. conſiſtat vulnus, ex ita affectis aliqui non ſolum ea die, qua vulnerati fuerũt, ſed ſequenti quoque nocte viuere poterunt. Rem hanc vlterius multo probat hiſtoria relata a noſtro Doctore Victoria Decano medicinæ facultatis in hac noſtra alma Complutenſi academia viro equidem veritatis ſummæ (vt in varijs rebus ſum expertus) retulit enim mihi vidiſſe in cordis cuiuſdam cerui parte ſolida ſagittæ partem iam contextam cum carne, & fere vnitam: quod niſi longo temporis ſpatio fuiſſet impoſsibile, poſt vulnerationem id contigiſſe. Quam hiſtoriam, præterquam quod iuſtum eſt credere hiſtoriam narranti (vt dicunt) eſſe poſsibiliter veram: deducitur ex Cornelij Celſi doctrina, lib. 5. cap. 26. vbi ſolum ponit inſanabilia vulnera, quę attingunt vaſa cordis: ergo ſanabilia inſinuat reliqua, accedit quod paulo poſt inter vulnera, quę tutiorem curationem habent, inquit tutiſsimũ omnium quod in carne eſt: igitur in carne cordis vulnera ſanitati reſtitui inſinuat poſsibile.

Vulnerato corde viuere poteſt animal.

Quib⁹ percipitur pars vulnerata cordis.

Sed dices, quo percipere valemus, carnoſa ne pars vulnerata, an vaſea fuerit? Reſpondetur hæc ſunt Pauli verba, cap. 88. libr. 6. corde vulnerato iuxta mammillam ſiniſtriorem telum apparet non penetrans, ſed ceu ſolido corpori impactum, ac nonnunquã pulſatilem motum edit, ſanguiſque niger effertur, ſi tranſitus appareat: extrema frigeſcunt, ſudor emanat, animus deficit, & ſine mora exitium ſubſequitur. Cornelius cap. citato ſic. Igitur corde percuſſo ſanguis multus effertur: venę id eſt. arteriæ langueſcunt, color pallidiſsimus, ſudores frigidi, malique odoris, tanquam in irritato corpore oriuntur, extremiſque partibus frigidis, matura mors ſequitur. Ex quibus vltimis, & antea relatis liquet vaſis vulnera adeſſe, quando hæc adſunt: nam ſolum vulnerata carne, non ſubſequitur exitium ſine mora, vt patet exemplo, & argumento Ceruæ gerentis aculeum cordi ex longo tempore infixum, quod præter relatam hiſtoriam, & iam viſum fuiſſe inſinuat Veiga ſuper, 5. de locis, capite 2. 6. ſi vero a dextro ſanguis non effertur exſiliens ſicuti a ſiniſtro. Viſis ergo ſignis vulneris ſubſtantiæ ſolidæ cordis non ſolum victus rationem miniſtrabimus iuxta noſtrum inſtitutum, ſed remedia tentent chirurgici applicare,

præſa-

Digitized by Google

præſagium mortis oculis circunſtantium depingendo: nam melius eſt aliquid cum periculo tentare, quam deſpirationi tradere ægrotum. Neque oppoſitum ex Gal. colliges, nam quādo dicit, vulneratis corde promittenda curatio non eſt; ſcias poſte intelligi, id eſt, quod non promittas te potrigere ſalutem in hoc caſu, nam verbum, promitto valet ſignificare promittere. Cicero. 2. de diuinatione. 5. bene promittant ſecundis, tum & porrigere, Plin. lib. 16. cap. 26. aut loquitur ventriculis vulneratis: quia tunc datur locus illi propoſitioni morituri prognoſticis ſunt relinquendi: & ſic recipiendæ ſunt omnes illæ propoſitiones. Ad rationem, quod neque ille motus ſufficit ad ſanitatis impedimentum, neque maximus ille ſenſus, vt oſtendit experientia. Ad reliquum, reſarcibile maxime eſſe per alimenta, quæ ſine maxima alteratione valēt ſanguinem, qui facillime in vapores ſuaues conuertitur, generare: equidem hæc materia eſt vitalium ſpirituum. 7. de placitis capit. 3. apud Auic. f. 2. 1. doc. 6. ſec. 1. c. 4. cum cordialia medicamenta, de quibus late f. 11. lib. 3. tract. 1. cap. 7. præſtat & odorare meliſſam, moſchum, poma odorifera, & ſerapia ex ſapore regis aſſumere, & præ omnibus infuſio ſaluię in vino albo, ſuo odore præſtat ad ſpiritus confortandos & generandos, & medium coclear elizir vitæ compoſitionis ſcriptæ ab auctore experientiarum dummodo miſceatur cum æqualibus partibus vni albi odoriferi aquæ meliſſæ, aut ſaluiæ, aut florum aranzi, aut borraginis.

Ad ſpiritus reparādos remedia.

De Corde Venenato.

QVantumuis ſcriptum fuerit lib. de antidotis 1. cap. 8. prauū & reprehendendum eſt ſcribere venena: atque venenorum compoſitiones docere, quod ſit improbi hominis, & inde depurgantium med. facult. vides, cap. 4. reticere autem ipſa, id eſt, medicamenta ſanguinem a principio elicentia, melius eſt: quemadmodum & alia venena tacent, quicunque ratione aliqua præditi ſunt. Cuius rationem potes deducere ex illis verbis Gal. 5. de ſimplici. med. facult. cap. 18. 5. ſcire oportet deleterias facultates vniuerſas temperatura eſſe aduerſiſsimas corporibus, quæ ab ipſis læduntur. Verum tamen quia nec nos id intendimus: ſed propterea quod ipſis omnibus aſſumptis petere in primis ſolent cor ipſum, auctoritate veterum, & quotidiana experientia (referente id Hieronymo Mercuriali lib. de mor. venenoſis, & de venenis. 1. c.

Veneni cōpoſitionem docere, impium.

Digitized by Google

1.ſtatim primis verbis) ſine febre. Noſtrum autem inſtitutum te net circa huiuſmodi affectiones: & quia inter venena ſunt purgantia medicamenta.in lib.6.Hipp.de mor.vulg.com.6. ſuper tex.5 ideo abſque reprehenſione(meo videri) nõnulla de his paucis verbis in medio referam: neque explicando quomodo ſint aſſumenda, qua quantitate, qua occaſione, & ad quos fines, ne malefico homini ſim occaſio, aut errandi via: abſit hoc a me: nam ſi quis hoc preſtaſſet, non minus(ni fallor) eſſet puniendus iuxta leges quam miniſtrans venenum: & ſi non colentes vnum Deũ verum, hæc odio habent, & reſpuunt: ſicuti liquet ex iure iurando Hippoc.& Plat.34.de legibus dialogo 12.5.qui non ad mortem hominis, ſed pecorum aut examinum veneno vtitur, ſiue etiam, vt aliter quam morte beſtijs noceat ſi medicus ſit, & veneficij reus fuerit iudicatus, morte ſupplicium luat, &c. quid diligentes Chriſtum filium, Deum patrem, & ſanctum Spiritum, vnumq; verum Deum? niſi maximo odio venena habere, proſcribere, & relegare, atque aſſumendi occaſiones: ne cui ſimus in hac materia ceſpitatio.

Venenum quid. In hac ergo re, ſiue venenum ſit miſtum non naturale (quia eſt ſuppoſitum operans tenens ſe aliquando pro natura, aliquando contra) cordi inimicum, vt oſtendunt ſymptomata cordiaca (vt dicũt orta veneno aſſumpto) & humanæ naturę corruptiuum, nam & poteſt, quantumuis ſubſtantiæ ſit non habere contrarium, & eſſe tale alteri, & ſi non ſecundum ſe ſolum pro ſubſtantia, ſed ſecũdum qualitates, quę ſibi copulantur magnę adhuc in virtute, & ſi in quantitate alicuius corporis parua, vt explicat Mercurialis, lib.cit. cap.5. ſiue venenum fuerit quid aliud diſtinctum ab hoc, quod ſignificatum eſt: propterea quod dixerit Auicen.f.2.1.doc.2.cap.15. Cum tota vero ſui ſubſtantia mortificans eſt venenum, ponebat equidem differentiam, vt liquet expreſſe per vniuerſum cap. inter alimentum, medicamentum, & venenum: quia primum adeo peruenit per alterationem primario, vt & tranſmutetur in naturam alentis: ſecundum quod etſi non tranſmutetur, ſed aliquando ad mortificandum perueniat, & corrumpendum, quando *Venenũ alimẽtum & medicamẽtum ſeparantur.* ſcilicet ſubit rationem medicinarum venenoſarum illud per qualitatem facit. Tertium vero quantumuis in effectu conueniat cum ſecundo: illud inquit, non tam per qualitatem, quam ſui ſubſtantiam eſt mortificans. Vbi nomine ſubſtantiæ non intelligas Auic. aſſeueraſſe veneni ſubſtantiam ſine aliqua qualitate, ſeu accidẽtĩ operaris

ōperari: vt notum eſt in litera eiuſdem capitis, nam poſtquam dixit, & ſua quidem operans ſubſtantia eſt illud quod operatur cū forma ſpecifica, quam acquiſiuit poſt complexionem, &c. colligit ſic, Hæc ergo forma non eſt qualitatis primæ, quam habet materia, neque eſt complexio, quę generatur ex eis: ſed eſt perfectio, quam acquiſiuit materia ſecundum aptitudinem, quæ fuit ei acquiſita ex cōplexione: ſicut in magnete virtus attractiua: ponit ergo illud principium diſtinctum quid ab ipſa forma, quæ dat eſſe rei, quod etiam commentatores eius ſuper eundem locum expreſſe ſatis explicant. Et quando dicit, quod non eſt operatio illa à qualitate, dicito quod non eſt ab aliqua ex quatuor primis eius Auic. placitis, iuxta illa illius verba: vnde propter hoc vocamus huiuſmodi operationem à tota ſubſtantia ſcilicet forma ſpecifica: & nō qualitate ſcilicet, aliqua quatuor qualitatum, ecce: neq; eo quod eſt earum commixtio, conueniens vero eſt ſicut peoniæ operatio, quæ deſtruit epilepſiā: non conueniens autem ſicut virtus napelli, quæ hominis corrumpit ſubſtantiam. Et hoc percipio, quidquid aliqui cogitent, mentem fuiſſe Auic. non alterari cum corpore in quo eſt a noſtro calore? nam reuera dicit quod mutatur, vt patet ex illis verbis, Cum autem nos dicimus quod a corpore noſtro nō mutatur venenum, nollumus dicere, quod non caleſiat in corpore per operationem innati caloris in ipſo, imo plurimum venenorū non operatur in corpore, niſi caleſiat per operationem caloris innati, ſed volumus dicere, quod non muatur in ſui forma naturali: imo neque ceſſat ab operatione, eius virtute & forma manentibus: Donec corpus corrumpat: ſignabat etenim quomodo naſcatur illa differentia inter alimentum, medicamētum, & venenum: nam medicamentum adhuc calidum, quandoque non ſolum caleſit a noſtro calore, ſed permutatur: at venenum manens ſub ſua ſubſtātia & forma poſt calefactionē operatur, donec corpus corrumpat. Et in hoc ſenſu intelligendus eſt etiam Auerroes quinto, collect. capite tertio quando dicit, quod medicina calida conuertitur in chilum calidiorem corpore noſtro, & frigida in frigidiorem, id eſt, quādoque: & inde ſubdit, quod medicina ponit partes cibales in corpore, ſicut cibus, id eſt, quandoq; explico, & inde differentiā: nā cibus ſemper poſt permutationē ponit aliquas partes cibales, medicina quandoq;, venenū & ſi alteretur, nūqnam: & illud eſt quod dicitur ab Auic. loco allegato. Illud vero quod à corpore nullo modo mutatur, ſubſtātialiter videlicet, & ipſū mutat, do-

Auic. non ponit ſubſ. veneni immediate operatiuam

tat, donec corpus corrumpat, eſt venenum abſolute: quod idem, ni ſi fallor expreſſum habent illa verba Galen. 3. de temperamentis cap. 4. §. parimodo mel, caro, & lac, atque hæc quidem totis ipſorum alteratis ſubſtantijs nutrimenta ſe alterantium ſunt, id eſt, cibus ſemper, quæ vero vna qualibet qualitate alterantur ac mutantur, ea medicamenta tantum ſunt, id eſt, quandoque quædam medicamenta & alterantur, & tranſmutantur, medicamenta itidem ſunt, & quæ nulla ſubſtãtiæ ſuæ mutata parte, id eſt, non trãſmutata, ſed tota ſeruata integra corpus ipſum afficiunt, id eſt, quãdoque, ſeu aliqua. Ceterum grauia, & naturam animalem corrumpentia, & totum eorum genus deleterion, id eſt, venenum abſolute nunquam. & in hoc ſenſu dictum eſt. 1. primo de naturalibus facult. cap. 11. quęque edulia nutrimenta vocamus, eo quod nutritura ſint, ſi probe coquantur, libro, quos & quando, medicamenta in nutrimenta quandoque tranſeunt, ſecundo de aliment. facult. medicamenta probantur, quia aliquando nullum præbent corpori alimentum, iuxta quas diuerſitates videas venena inter purgantia medicamenta enumerari, vt in 6. de morb. vulg. comm. 6. quia quando ſic ſunt med. potius ſubeunt rationem veneni, quam medicamenti: & quando aliquod propter aliquam particularem rationem venenum præſtabit nutrimentum corpori, poteſt & vocitari medicamentum, ſiue quia non reſtiterit defectus capacitatis paſsiuæ: ſiue quia non intercesserint multę mutationes in tranſmutatione: hoc equidem non conſtituit rationem maioris contrarietatis, ſi probabilis eſt opinio dicentium, quod inter diſsimbola, quę maxime ſunt contraria, vt videas in igne & aere, fit tranſitus immediate. Et in hoc ſenſu poteſt etiam percipi Auic. quando venenum inter res non naturales enumerat. Et explicari poteſt illa communis ſententia, quod venenum tendit in cor, medicamentũ in ventriculum, læſionem ſcilicet impertientes, ex Meſue, & Petro Aponenſe in lib. ſuo de venenis, tum quod medicamenta purgantia omnia amara ſint fœdi ac tetri odoris: neque interimere niſi in magna quantitate: venena vero abſque his quandoque, & ſi quandoque minus: nam hæc omnia variari poſſunt, aut pro quantitate: aut commiſtione aliarum partium. Sic dicitur primo de cicuta in parua quantitate, & Napello: pro ſecundo, de ſucco lactucæ admiſto cum alijs partibus lactucę: id eſt, non extracto & ſeparato ab alijs partibus: tum & de ſucco quarundã fibrarum menthę, licet alias ſcribat Mathiolus lib. 5. cap. 35. in Dioſc. e rote menthæ plã-

Venena inter purgantia medicamenta,

Medicamẽtum quomodo interficiat.

thæ plã-

thæ plantę aquam diſtillatam, ſeu ſuccum quatuor vnciarum pon dere epotam quibuſdam affectionibus laudabilem. Denique Gal. intelligendus eſt etiam iuxta ea, quæ diximus. 3. de temporamentis. cap. 4. quando dicit alimentū illud eſſe, quod ſuperatur a natura: venenum vero quod ſuperat, & vincit: ſecus eſſet dicendum ſicuti cauterium actuale, ferrum nempe candens eſſe venenum. Igitur ſiue hæc omnia hoc, aut illo modo ſuperuenire contingant, dicendum placet, venenatis ſiue per morſum animalis venenoſi: ſiue per epotum: comeſtum, aut collinitum, mediate vel immediate, non eſſe denegandam licentiam tempore interdicto ab Eccleſia ad carnis eſum. Patet id, nam ſi ex Gale. ſententia de theriaca ad Piſonem cap. 5. nil inter vitæ mala difficilius: nō ſolum quia multis modis nos nocere poſsint: ſed quia, vt ipſe Gal. docet ibidem: quia caueri nequeunt, facile decipiunt, multi equidem cogitantes ſe iam & immunes a periculo veneni recepti, aut eiaculati morti miſere fuere traditi, vt quis legere poteſt apud Suetonium, & Appianum lib. 2. bell. ciuilium. Valerium de fortitudine, Paulū Diaconum lib. 4. de geſtis Longobardorum, Plin. lib. 29. c. 4. Marullum in epigrammatibus, vbi inquit Biliotum aſtrologum aſperſis veneno Boletis inſtar Claudij perijſſe, & ſic ait.

Venenū nō eſt ſicut cauteriū actuale ſed indiget operatione noſtra.

Dum cauet Aſtrologus perituris ſydera nautis.
Dum ſibi Boletis non cauet, ipſe perit.

Huiuſmodi alia poſſet quis legere iuxta Ciceronem li. 2. quęſt. Tuſculanorum, Ouid. in Ibim, Cornel. Tacitum lib. 13. vollat & alios, igitur nec dubitationis eſt opus, cui adiungitur non cognoſcere quæ cibaria ſint vtilia, & inde ad connaturaliora magis eſt recurrendum, ſecundo quia ſi febris ſolum calor accēſus in corde, maximum reputatur malum a medicis, ita, vt præſente febre neque vllus dubitet quantumuis neque ſymptomata alicuius rememorationis conſpiciantur, quocunque tempore de illa præſtanda indulgentia: ergo multo minus veneno aſſumpto: cum & cor apprehēdat, & tot illa mortifera dicta ſymptomata ſubleuet, & ſub hac regula comprehendere licet morſos à cane rabido propterea quod dictum eſt. 11. de ſimpl. med. facult. venenum eſt morſus canis rabidorum, id eſt, per morſum canis rabidi eiaculatur venenū, valde periculoſum iuxta illud lib. de comp. med. per genera cap. 16. quare in tam periculoſo affectu certis medicaminibus relictis curioſæ experientiæ cauſa, morſi ſalutem prodere graue, & iniquum mihi videbatur.

Veneno aſſumpto non eſt negandus carnis eſus neque in morſu rabido.

Quibus ſignis deprehẽdatur venenum.

Excitatur tamen modo dubium: quibus notis ſit notum venenatum ne fuerit cor, hoc, aut illo modo? ſi vtroque euentu cor venenum apprehendit. Et certum eſt hic non quærere de ſignis, quę indicant venenum antequam abſumatur: cuius modi eſt cornu rhynocerontis ſeu cuiuſdam ſerpentis efferueſcentiam excitare in vaſe, vbi venenum fertur: auri calchanea vaſa mutare colorem ſuũ, Smaragdum ſi habeatur in manibus, quando offerũtur venena ſtatim viriditatem propriam amittere, & alium colorem adipiſci: ſed de ſignis oſtendentibus iam venenum aſſumptum: nam licet medici munus ſit obuiare illi: ſicuti curationem præſtare huic, tamen ad noſtrum argumentum nil præſtat. ad dub. tamen videbitur cui ſatis feciſſe 6. de locis affectis, cap. 5. Gal. hac ratione, verum facile diſcerni poſſe eos, qui venenum ſumpſerunt, ab his qui aliunde affecti ſunt, cum enim homo ſuapte natura probis humoribus abundans, ac ſanorum more educatus repente moritur, vt letali aſſumpto veneno, fieri ſolet: deinde corpus aut liuens, aut nigricãs, aut varium eſt, aut defluens, aut putredinem moleſtam olet, hunc venenum ſumpſiſſe aiunt. Aſt ibidẽ non ſit ſatis, quin potius propterea, quæ ibi ſcripta ſunt, & 5. de locis affectis. cap. 7. §. quia vero medici inueſtigare ſolent, an aſſumpti veneni propria extẽt ſigna, &c. docet nanque ibi Gal. propter vitiatos humores ſimilia ſymptomata aliquando ſuboriri, & colores, tum corrupto ſemine, & menſtruo, maior ambiguitas orta eſt: ſiquidem & in illis caſibus adeſſe contingunt & ſimilia accidentia. Quod ſi dicas adiungendum fore his, dolores vehementiſsimos ciere, ex 1. cap. lib. de bonitate & vitio ſuccorum. §. neque vero illud non apertiſsimũ videmus, &c. & in. 6. de mor. vulg. com. 6. ſuper tex. 5. qui incipit in doloribus proximum ventrem, &c. animaduertas deprecor, quod in Hyſterica affectione ex ſemine corrupto dolores etiam grauiſsimi eueniunt multoties: & reliqua accidentia: tum ex ſuccis aliquibus, ex improbo victu, aut peſtilenti cœli conſtitutione in corpore genitis, aut receptis, iuxta Gal. placitum eodem com. quantum vero præſtet medico, hæc ſecernendo dignoſcere: conſtabit legenti Gal. eodem coment. paulo inferius, quo oſtendit, quo modo curentur venena. li. de conſt. artis medicæ. 5. de ſimpl. med. facult. & lib. de antidotis, & de curatione Hyſtericæ, 6. de locis affec. c. 5. in 1. prorrheticorum com. 3. tum propterea quod aliquãdo mulier Hiſterica afficiatur ſimilibus, etiamſi peruenerit ad ſtatum depictum a Gal. eodem. 6. de locis, ita quod nec conſtet medi

cõ de pulſu,& de reſpiratione,tamen ſemel curatus affectus,quia haud redire euenit:ſequitur ſine conſcientiæ periculo non concedendam fore licentiam ad carnis quadrageſimæ tempore eſum, veneno vero eiaculato,epoto,aut alio modo aſſumpto ,ſecure ſatis poteſt medicus miniſtrare licentiã:eo quod multoties venenũ non oſtendit ſuam operationem,niſi multo poſt,quam fuit aſſumptũ: ſicuti liquet ex Gal.3.lib.de ſimpl.med.facult.c.22.5. proinde lõgo etiã poſt tempore,a quo ſumpta ſunt,nonnulla interimunt, potiſsimum quæ craſſa terrenaque eſſentia ſunt.Ne igitur augeatur materia,aut deprauetur,ſeu corrũpatur,ad veneni fouitioné,iuxta illud.5.de locis.c.7.& 6.de morb.vulg.com 6.Chriſtiane ſatis cõceditur indulgẽtia ad carnis comeſtioné : expedit igitur in lucé tradere,quo fuerint illa dignoſcẽda,& notis certis ſeparanda. *Histericis non cõcedi tur eſuscar nis ſemper. Venenatis conceditur ſemper.*

Tertio quia maior pars ſignorũ illorũ corpori iam mortuo ꝙ contingat,apparet inſinuare Gal.6.illo de locis.c.5. quando inquit: deinde corpus aut liuens,&c.quod potius confert,vt medici corã iudicibus propter aliquos euentus declarẽt,fuerit ne interfectus homo veneno(de qua re licenciatus Fragoſus in ſuis declarationibus egit)quam vt ſit illis ſatisfactio de viuentibus venenatis ad vitæ præſeruationem.De hac dub.legendus eſt Rhaſius.35.continentis tract.8.c.1.Dioſcorides lib.6.c.1.Aetius lib.13.c.45. Paulus lib.5. c.31.Celſus lib.1.c.3.& Auic.f.6.tract.1.c.3. ante vero quam dirimatur hæc dub.not. eſt.1.quod ſicut in ægritudinibus apparent accidentia ſumpta a qualitate mutata: ab actione læſa, & ab exeũtibus,ita in venenatis:& ideo ſicut ægritudines ſolent permutare operationes,aut occaſionaliter,aut efficienter iuxta aliorum doctrinam,lib.de cauſis morborum,qualitates:& ea quæ retinentur,aut excernuntur,ſic & venena etiam. *Venena permutant vt morbi.*

Secundo ſequitur notandum,quod quantumuis appareat, venenorum iuxta exceſſum quatuor qualitatum aſsignandas fore quatuor ſortes,calidum,nempe,frigidum,ſiccum,& humidum,primo ex eo quod non ſolum temperamentum viuentis cõnotet certam proportionem in calido & frigido : ſed etiam in humido & ſicco, & inde quod poſsit viuens interitum pati, excedẽtibus his, ſicuti & illis qualitatibus primis:ſecundo, quia illas videatur inſinuaſſe Gal.5.lib.de ſimpl.medic.facul.c.18 . quando de alexypharmacis contra veneni operationes ſermoné facit,dicens,ſi vero à qualitatibus auxilium petatur,manifeſtum eſt : nam ſi frigidum ſit medicamen deleterium,aut venenum animantis,ab excalefacientibus *Venena quatuor modis.*

peten-

petendum remedium: ſin calidum a refrigerantibus: ſi vero humi dum ab exſiccantibus, ſin ſiccum ab humectantibus: tertio quia licet eſſet ſiccitas, & humiditas ſic tardæ actionis: vt venenorum naturam citiſsime internecantem ſubire haud potuiſſent: dum vt primæ qualitates efficienter operantur: verum ſi operentur, vt qualitates alterius naturæ, quæ vt cauſæ efficientes contineant humiditatem, & ſiccitatem virtualiter. Sic violenta actione, & breui tempore ratione illius alterius naturæ operari valent: & inde necem parere viuentibus, verum tamen, quia in tota materia de ſimplic. med. facult: apud Galenum, neque reperitur medicamentum ſimplex, neque coniunctum humidum, aut ſiccum pluſquam in 2. gradu pro illo operante: & opus erat, vt quartum attingerent: vt violenta operatione operaretur accedens veneni naturam, Neq; experientia, quæ fundamentum eſt, vt cognoſcatur id, quod diuerſo modo a primis qualitatibus agit, ex Gal. 6. epid. p. 6. hucusque inuenit venenum, cuius ſymptomata ſequantur formalē, aut virtualem excedentem humiditatem: ideo ſtatuenda ſunt ſolum illa duo priora in genere: quod certum etiam habent illi præſcripti auctores locis depictis. Et ſic, quia conſtat ad primum, & tertium, reſpondetur ad ſecundum, quod loquitur Gale. ex ſuppoſitione: quando inquit nam ſi frigidum ſit medicamētnm deleterium, aut venenum animantis. Hinc quotieſcunque inuenitur apud auctores, per venenū quorundam animaliū, ſicuti Deyni. & aliorū huiuſmodi, partes corporis venenati ſic cadere, ꝙ humiditatis videtur effectus: iuxta illud Ariſt. 4. metheo. humidū male terminatur termino proprio: ſequitur dicēdū præſuppoſita corruptione humidi & calidi innati; imo totius viuentis propter calorem aut veneni frigus talem diſſolutionem partium contingere, citra effectum humidi veneni. De ſicco denique quantumuis quis exiſtimet pluſquam in ſecundo gradu reperiri, ex eo quod dictum fuerit a Doctore Camarienſi. lib. 3. de reptilibus ſacræ ſcripturæ cap. 9. & c. 2. caro viperæ calida tertio & ſicca, ductus illo Gal. 11. de ſimpli. med. facul. & Auic. f. 6. 4. tract. 3. cap. 21. & fen. 2. primi doc. 2. c. 5. caro viperæ calefacit palam & exſiccat, (alias legitur moderate) & quod venenum vipere fuerit calidum: neque credendum arbitror dari ſic venenum ſiccum in vipera, aut frigidum (licet & eſſe frigidum fateantur libenter Mercurialis lib. 2. de venenis. cap. 3. quando inquit de temperamento viperarum diſputatum eſt non parum, Gal. lib. de locis affectis. 3. cap. vltimo, quo ſcribit omnia animalia,

Venena ſolum calida & frigida.

Venenū ſiccum non inuenitur.

animalia quæ frigidi ſunt temperamenti, hyeme ſeſe in latebras recipere: & propterea tunc temporis viperas fere immobiles manere. Ex quo loco inquit minime dubitandum eſt, Galenum cenſuiſſe eas eſſe frigidi temperamenti: quod videtur cõfirmaſſe Mercurial quando impugnando ſolutionem quandam paulo inferius, dicit, corpora viperarum etiam in ſummo æſtatis, ſi contrectentur ipſo ſenſu gelidiſsimæ apparent: at hæc tunc etiam ſine cibo conſeruantur, vt quod de alijs ſerpentibus dixi, idem & de his dicendum putem, earum ſcilicet temperamentum eſſe frigidum. Et hinc ſubdit allucinatos Arabes locis citatis, & ſymptomata, quæ apparent calidorum, non tam inſequi temperiem veneni viperæ quam ſubiectorum varietatem. Et denique quod Gal. 11. de ſimpl. med. facul. dum aſſerit viperarũ carnes palam videre eſt excalefacientes & deſiccantes, loquatur dum condiuntur, ceu anguillæ, nempe oleo, ſale, anetho, porro, & aqua, ſeruato nimirum modo, nam reuera neque primum expreſſum habet Doctor Camarenſis, nam ſolum docet, caro viperæ calida eſt in tertio & ſicca: ſed non explicuit ſit ne in tertio. Ad illud vero Gal. eodem loco videlicet ſane viperarum caro adeo ingentem obtinet deſiccandi facultatem, vt quidam, qui eam edere, vehementiſsima cruciati ſint ſiti: ac proinde illas dipſadas cognominãt: ſunt autem qui dicant morſos a viperis ſatiari non poſſe põtãdo, ſed dirrumpi citius quam ſiti liberari, ecce veneni conditiones ſicci, reſpondendum eſt, iuxta doctrinam eiuſdem cap. lib. 11. de ſimpl. med. facult. exſiccare per accidens euenire, illis ſuppoſita ſcilicet ſalſedine pro hac aut illa cauſa, condimento nempe, illarum potuque, & cibo, vt liquet verbis illis Gal. verum eas, quæ iuxta mare atq; in locis degunt ſalſedinem multam habentibus carnem obtinere ſalſam: ac proinde in Lybia talem ingentem eſſe prouentum, in Italia vero propter regionis humiditatem non inueniri, quod aliqualem equidem difficultatem videbatur habere. De reliquo etſi detur venenum frigidum, reuera Mercurialis id non probat de vipera. Primo quia licet illis verbis non probet Gal. calorem viperæ, his equidem probat eodem, cap. dum dicit conueniens autem eſt generalis facultatis meminiſſe, carnem viperinam mediocriter eſſe excalefacientem. Sic inſinuat Alzarabius lib. ſuæ pract. tract. 30. ſec. 2. cap. 18. Rhaſius 35. cont. tract. 2. cap. 3. Auic. fen. 6. tract. 3. lib. 4. cap. 21. quo expreſſe ſatisfacit illi argumento, poſt morſum viperæ apparet infrigidatio, ergo eius venenum frigidũ eſt, his

Viperæ temperamentũ quæritur.

Caro viperarum ſaporis varij.

eſt) his verbis,& illud, quod accidit ex frigore morſo ab eis, eſt propter mortificationem caloris innati. Eandem inſinuaſſe ſententiam mihi videtur Dioſcorides lib. 6. quãdo docet morſum viperæ ſequuntur ampullæ ſub cute: ſicuti illæ, quæ partibus cõbuſtis accidunt quod euenire contingit etiam calido humori bilioſo, vt in eriſipelate conſpicitur ſignum ſine dubio caloris excedentis. Excitare autem profundos ſomnos propter multam vaporoſam effumationem cõtingit etiam vino, citra id quod quis illud frigidum nuncupet: & ſudores frigidi propter ſuffocationem, aut extinctionem calidi innati fortaſsis à veneni contrarietate. Illud vero quod adducit Mercurialis ex lib. de locis affectis 3. cap. vlt. non inueni, etſi 6. de locis. cap. 5. hæc inuenire valuiſſet: quippe latebris incluſa animalia mortuis ſimilia ſpirationis nil ſeruare videntur. Hoc enim cognito perſpectiſque manifeſte illis animalibus frigidis, &c. Sed quid inde? vt colligat viperam ſub horum ordine accingi? nunquid ei ignotum eſt, diuerſe valde ſentire de hac re Plinium lib. 10. cap. 62. & Ariſt. 8. de hiſtoria animalium. cap. 15. quod etiam indicauit Edoardus lib. 6. de differentijs animalium, cap. 115. & eſſe valde diuerſas viperas ab alijs ſerpentibus, docuit expreſſe Ariſt. 4. de partibus animal. vt videat Mercurialis ſuam probandi rationem: nam & illud, quod nutriantur ſine aſſumptione ciborum, per aliquod tẽpus de leone etiam calido ſcribitur ab auctoribus: & quod frigida attingantur tempore æſtiuo in ſuperficie in calidiſsimis animalibus ſine penna, & lana, luce eſt clarius. Illud tãdem quod notat Mercurialis iuxta allucinationẽ Arabũ neque recte animaduertit: nam dicere, quod pro diſpoſitione ſubiectorum venenum viperæ frigidum progeneret ſymptomata calida: equidem eſt non recte animaduertiſſe frigidum, vt frigidum ſiue in ſubiectis calidis ſiue infrigidis intra actiuitatem eius ſemper infrigidare. Quod ſi non ſic, ſed vt cauſa æquiuoca, qua ratione dicunt Solis calorem indurare lutum, & liquefacere ceram, pro diuerſa diſpoſitiode ſubiectorũ? quorſum pro frigiditate illud vni uoce affirmat? nam æquiuoca adhuc in hac materia auctores antiqui affirmant, vt videre eſt apud Gerardum ſuper viatico lib. 1. c. de medicinis contra venena, Haliabbatẽ tract. 3. c. 4. prodeſſe, ſic theriacã conuenire venenis frigidis & calidis, vt morſibus ſcorpionum & ſerpentium. Supereſt igitur dicendum bene eſſe verũ, venena frigida, ſicuti & calida inueniri, licet venenũ vipe-

ræ nõ

tæ non fuerit frigidum: & inde quod ſolum pro primis qualitati bus ad inuenta ſunt ſolum calida, & frigida: etſi alia, quæ pro ratione alterius naturalis potentiæ operentur: quæ ab alijs dicuntur efficiētia cum forma ſua, & tota ſua ſubſtantia: vt liquet locis ſupra citatis, & in Auic. c. 2. eiuſdem fen. 6. lib. 4. tract. 2. venena hæc præterea omnia aut inueniuntur naturalia, aut artificialia, & hæc ſicut vapores, fumus, mel, ſucci, & alia huiuſmodi, vt late notat Gentilis ſuper Auic. loco nuper citato, Mercurialis de differentijs venenorum. 1. cap. 13. Dioſc. per lib. 6. lib. de materia medica, & Theophraſtus Paracelſus lib. de vita longa. *Venena à natura & per artem.*

Vltimo notandum eſt, omnia hæc venenorum genera, etſi quæ ſunt alia, haud conuenire in operādi modo, vt deducitur ex Gal. 3. de ſimpl. med. facul. fere per vniuerſa. c. 3. de temperamentis. c. 4. 1. lib. de ſemine. 3. de mor. vulg. com. 3. & locis ſupra citatis: tum & Ariſt. 8. de hiſt. animalium. c. 19. Auic. etiam. 8. de animalibus, c. 2. Fernelio. 1. de mor. c. 7. Fracaſto. 1. de contagione. c. 10. Mercurialis. 1. de venenis. cap. 10. & c. 11. communiter vero ſtatuitur hæc differentia quod venena calida toto genere interficiant: propterea quod neq; minima adhuc quantitate nutrimento deſeruiant: frigida autem nonniſi in certa quantitate: & inde quod in parua nutrire quandoq; contigerit: ſic oſtendunt de ſucco cicutæ, lactucæ, aliquorumque fungorum. Venena denique à tota ſubſt. etſi non explicent an interficiant in parua quātitate, an vero in magna: affirmant tamen operari per qualitatem alterius naturæ. à primis: quidquid colligi poſsit ex hoc, quod eſt operari à propria ſubſtantia, ex Gal. 5. lib. de ſimpl. med. facult. c. 24. & lib. 5. c. 18. dum diſputans de alexipharmacis dicit, contra venenum dupliciter operari aut vna qualitate, vel duabus, ſiue tota ſubſtantia, & primo de natura humana com. 19. quādo ſtatuit quoſdam morbos generari medio ſpiritu. contra quos Hipp. remedium conſulit aëris mutationem, & tractionem ſpiritus exigui: nomine cuius docet Gal. intelligi id quod ſecundum totam ſubſtantiam operatur: & 6. de mor. vulgaribus dum ſermonem inſtituit de maleficis. *Venena calida toto genere interficiunt.*

Sed reuera licet hæc noſtri medicinæ parentes certa ſtatuant, difficultate magna non vacant, primo ſiue calida venena, quæ nunquam ſignantur præterquam in quarto gradu, operentur per talem calorem formaliter inhærentem, ſiue per virtualem, certi recipiunt, quia calida toto genere ſunt mortalia: & quod in nulla

Quare cepa & allij calidi in quarto nõ necãt.

in nulla quantitate nutrire valeant. Sed tunc ſic, vnde eſt, quod cœpam & allia dicant calida in quarto, non vero interficiant in magna adhuc quantitate ſumpta: nam illud Gal. 3. de temper. ca. 3 quo ſitſatis huic dub. quare allium & cœpa cuti appoſita, hanc erodunt, atque exulcerant nutritioni vero deſeruiens, nec hæc neque interficiunt, nempe propterea quod mutantur, alterantur que, dum in ventre concoquuntur: & in venis in ſanguinem vertuntur: propterea quod vno loco non permanent, ſed in multas partes diuiſa quoquo verſus feruntur. Adde & quod non ſolum multis ſuccis miſceantur, ſed etiam cibis cum quibus ſumuntur: ad hæc quod celeriter eorum & concoctio & partium ſeparatio perficitur, ita, vt quod conueniens in eis eſt, aſsimiletur, quod ſuperuacaneum & acre, per aluum, vrinas, & ſudores excernatur, propter hæc inquam omnia, quod foris impoſitum exulcerat, id comeſtum non exulcerat. Reuera non ſatisfacit: nam id eſt quod quæritur, quare allium exceſſu quarto. 8. de ſimp. calefaciens, cũ illis aſſumptum non interficit. Auripigmentum autem, ſandaracha, arſenicum ſublimatum, & huiuſmodi alia quantumuis miſceantur, quemadmodum allium interficiũt, adhuc in minori multo quantitate. Affirmare denique hæc interimere putrefaciendo, & corrodendo, quia in eis calor ſit coniunctus, vt dicunt cum tali ſubſtantiæ modo aut cum tali contrarietate ſubſtantiæ, illa vero ſecus, maiorem excitat cupiditatem cognitionis huius diuerſitatis: nam calor exiſtens in his, & illis eſt eiuſdem rationis ſpecificæ, & eiuſdem intenſionis: ergo effectus productus debet eſſe eiuſdem rationis. Nam ille modus ſubſtantiæ ſignatus diuerſus nõ poteſt variare actionem caloris: cum non obtineat rationem efficientis præcipui quo, eſt equidem ſolum ſecunda quędam qualitas, vt liquet ex ſupradictis. Tum quia ſi tale eſſet, perperam calida venena per calorem conſtituerentur, ſed per illam qualitatem id eſt, a tota ſubſtantia. Neque ille modus variare rationem agendi inſtrumentalem valet, quia intelligi non poteſt, qua ratione ex ſecunda qualitate poſsit ratio inſtrumentalis in prima ſpecificari, ſeu diuerſificari: cum non videamus propter diuerſitatem ſubiecti, aut alicuius qualitatis, cum qua coniugatur qualitas caloris, variari eius actionem, vt inductione vnicuique conſtabit. Secundo ſic conſtruitur argumentum ex parte effectus, nam ſecundum communem ſententiam venena calida interficiunt putrefaciendo: ſed à quouis medicamento eiuſdem gradus valet etiã putrefa-

do i-

do in viuenti eiuſdem rationis cauſari, igitur ex hac cauſa omne in quarto calidum erit venenum: patet antecedens, quia putredo ex Ariſ. 4. metheo. c. 1. interitus dicitur caloris natiui ab externo: calor ergo externus non erit cauſa putredinis magis in vna ratione, quam in altera. Neque valet ſtatuere diuerſas putredinis ſpecies, quarum vna terminet interficiendo: altera vero ſecus, propter diuerſas ſecundas adnatas qualitates: quia licet oriantur iſtæ diuerſæ qualitates ſecundæ, non tamē poſſunt prouentum trahere ex diuerſitate cauſæ agentis præſertim ſi eſt eiuſdem intenſionis: ſolum equidem debent excitari ex diuerſa proportione primarum qualitatum exiſtentium in re quæ putre fit: ad hāc autē proportionem calor externus eiuſdem intēſionis ſiue in veneno, ſiue in medicamento poteſt habere eandē ſortē.

Deinceps & de frigidis venenis oculis conſpicuis inſpiciendo naturam, difficultatem adaperies: nam & ſunt frigida, quæ non ſolum propter quantitatem venena mortalia ſint, ſed & toto genere, cuiuſmodi videas apud Gal. fungorum quædam genera. 7. lib. de ſimpl. med. facult. quando ſic, fungus frigida humidaque ad modum planta eſt, quamobrem & proxime ad deleteriam & enecantem facultatem, & ſane inter eos ſunt, qui interficiāt, potiſsimumque eis, qui ex natura miſtam habent qualitatem putridinoſam. Idem Auic. lib. 2. tract. 2. ca. 275. Nec ſatisfacit ſolutio his vltimis verbis à Galeno inſinuata, explicita vero à Valleſio, & ab alijs hoc modo: & certum eſt, nullum eſſe venenum toto genere mortale, quod non ſit putrefaciens & corrodens, vel ſecū dum ſe totum, vel ſaltem habeat aliquas partes corrodentes: quā tumuis ſi totum conſideretur, ſit à prædominio frigidum, ratione vero illarum partium venenum calidum: veluti ſi quis permiſcuerit cum ſucco luctucæ mediocrem quantitatem arſenici ſublimati, fiet totum aggregatum frigidum: totum autem redditur corroſiuum medicamen propter arſenici partes: pariter igitur & de fungis, de Solano mortifero, & de alijs huiuſmodi arbitrantur dicendum: & id confirmant, propterea quod viderint patientes mortem, aſſumptis fungis, non cum accidentibus comitantibus frigiditatem, ſtupore nempe, & profundo ſomno: ſed cum anxietatibus, & alijs ſymptomatibus inſequentibus venena calida, perire: non inquam ſatisfacit, quia Gale. dicit potiſsimum qui ex natura miſtam habent qualitatem putredinoſam: ergo ſi dicit potiſsimum oſtendit, quod & alia frigida ſint vene

Venena frigida abſolute interficientia.

Digitized by Google

na, quæ ſine illis partibus pro frigiditate interimere queant: vnde illud aſſumptum certum, iam incertum apparet.

De tertio etiam non inſurgit minor difficultas. nam ſi illa venena, quæ à tota forma ſeu ſubſtantia dicuntur letalia, ſubeunt rationē miſtorum, & rationi eſt conſonum non comitari naturā temperatam, ſed diſtemperatam, verſus vnam vel duas qualitates: tunc quæritur, quare & tunc non ſic apparet operatio, vt frigida illa mixta, aut calida, ſeu complicata non habeant operationes iuxta tales naturas, & non iuxta ſecundam illam qualitatem? præcipue quia cum & illa ſecunda qualitas propter commiſtionem primarum pullularet, haud conſtat, vnde operatio tribuatur ſecundis qualitatibus, non vero primis.

Dub. de venenis a tota ſubſ.

At, quia ſicuti ſemper placuit tutelares habere medicinæ parentes: & venit pariter in mētem, à calumnijs eos vindicare: reſpōdere iuſtum eſt, his non obſtantibus obiectionibus, quia doctrina ſatis liquet ex tertio notatu: nam quantumuis, 8. de ſimpl. med. facult. hæc ſint verba, allium deſiccat, & excalefacit quarto exceſſu, & apud Auic. lib. 2. tract. 2. cap. 74. hęc eſt calefactiuū exſiccatiuum in tertio vſque ad quartum, & ſylueſtre plus illo: certum recipiunt omnes per calorem exulcerare cutem, & reliqua mala efficere, vt conſtat ex dictis, & 12, met. c. 8. & ex Rhaſio vltimo continentis cap. 36. tract. 1. & inde non eſt ſtatuēdum venenum ſiccum, vt etiam notat Valleſius. 5. de ſimpl. medic. facult. ſuper cap. 18. Ad primum igitur quidam ſic: quod & calida venena operantur etiam per virtutem, quæ à medicis totius ſubſtantiæ appellatur, ex Auic. fen. 2. lib. 1. doc. 2. c. 25. ſeparauit vero Auic. fen. 6. lib. 4. tract. 1. cap. 2. illa, quæ operantur qualitate, & ea quæ operantur à tota ſubſtantia venena: quia cum venenum in parte viuenti nil aliud quam morbum tēperamenti conſiſtentem in aliqua prima qualitate excedenti producat, vt colligitur ex Gal. dictis. 3. lib. de ſimpl. med. facul. c. 18. vbi dum explicat rationem propter quam venena interimūt afficiēdo cor, dicit, neque enim poteſt interire animal, quin cor ceſſet à motu: non autem ceſſare poteſt niſi per maximam & excedentem diſtemperiem: ex quo colligitur venenum ſolam diſpoſitionē excedentem in corde producere: & hanc eſſe ſufficientem cauſam morbis & ceſſationi actionis cordis: quod confirmari hoc argumento poteſt, quia venena præſertim illa, quæ afficiunt cor, & ſpiritus vitales primo ſuam exercent operationem, per corruptionem

Alliū quomodo calidum.

tionem alicuius formæ ſeu ſubſtantiæ: igitur fieri non poteſt, niſi accepta aliqua diſpoſitione incōpoſsibili, & diſpoſitioni naturali contraria: hæc autem oportet, vt fuerit aliqua prima qualitas, ergo nil aliud à veneno producitur: maior patet, minor cōualeſcit ſic: quia per diſpoſitionē contra naturam corrūpitur naturalis. Naturalis vero aliqua prima qualitas eſt, quæ niſi ab alia prima cōtraria corrūpi nequit: alias vno eſſent duo contraria à quibus corrūperetur: vnde conſtat morbū productū à veneno in prima aliqua qualitate habere ſedem: cū quo bene ſtat, vt dici poſſit morbus ille, quantumuis in temperamento primarum qualitatum conſiſtens, morbus ſecundum totā ſubſtantiā, in ordine videlicet ad cauſam operantē hac ratione: quemadmodū febris diaria, & putrida dicuntur à medicis tales in ordine ad diuerſas cauſas internas producentes: quod non diſſonat dictis Gal. lib. 5. de ſimpl. med. facult. c. 18. vbi aliqua alexipharmaca poſuit ſecundum primas qualitates. Certum autem eſt, quod cum remedium debeat eſſe contrarium morbo, quod ſi remediū ad primā qualitatē ſpectat, ſecundū quam operatur, in cōtraria debet conſiſtere morbus. Pro quo ſupponendum venit illud iā inceptum, nēpe quod aliud eſt dicere, cauſam aliquā operari ſecundū totā ſubſtantiā: aliud vero eſſe morbū in ſe totius ſubſtantiæ: cauſa enim quæ operatur ſecundū totam ſubſtantiā iam explicata eſt: nō ſufficit autē, ut morbus dicatur totius ſubſtātię, produci à cauſa ita operante: quia morbus in ſua intrinſeca ratione non dicit ordinē ad cauſam efficientē: licet ſic ſoleant medici conſiderare plures morbos: & inter ipſos conſtituere differentiā propter diuerſas curatiuas indicationes, quæ à cauſis ſumuntur: ſicut ſolēt etiā diſtinguere morbos ex diuerſitate partiū, quæ afficiuntur, tamē morbus in ſua ratione nō includit determinatā hanc partē potius quam aliam, niſi conſiderando curatoriā indicationē, quæ à cauſa poteſt ſumi. Quo ſuppoſito ducunt primo, certū eſt plura venena connumerari à medicis: quæ producunt primas qualitates, ita vt per ſe nullius alterius faciant mentionē, vel quia ignoratur, quid aliud ſit, ꝙ producant: vel quia ad curationē illorū nil conducebat: tamen non ſufficere, ſi per qualitatem quam habent formaliter operentur: vt proprie venena dicantur calida: patet. præter illud argumentū probās omnia medicamēta calida in 4. contra cōmunem medicorum ſententiam, ꝙ eſſent venena: quia non eſſet cur Gal. & omnnes medici diſtinguerēt, quæ ope-

Venenum quomodo corrumpit.

rantur ex primis qualitatibus,ab his,quæ operantur à tota ſubſ: & denique quia venenoſi morbi auferri poſſent per quodlibet aliud remedium,quod poſsit contrariam qualitatem inducere: cuius contrarium oſtendit experientia, ſiquidem alexipharmacis ſolum id adipiſcitur remedijs.

Verumtamen etſi hæc doctiſsimi quidam ſic explicent, non apparet,quare ſuſtineri nequeat:venena calida aliter,quam alia calida in quarto interficiant:aut ſuppoſita vſtione,aut putredine:nam cum certum ſit actiones propter totum temperamẽtum nanciſci quinto de locis & primo de ſanitate tuenda, non videtur,quare calor coniunctus cum hac proportione aliarum qualitatum,etiamſi in eadem intenſione,non modificetur(citra actionẽ alicuius,quod ſe teneat ex parte materialis modi) ad hoc vt aliter multò, & diuerſe valde effectus efficiat, quod comprehendi,non erit difficile animaduertenti, biſucum infra niuem propter calorem detentum & humiditatem, & carnis fruſtrum putreſieri:in olla vero dum coquuntur,aut in ſartagine,etiam ſi calorem percipiant præter naturam cum humiditate ſufficiẽter, & neceſſario tranſiendo per gradum caloris & humiditatis extraneum eundem,ac in primo euentu,cum incipiant & caleſieri & humectari non putredine affici. Placet ergo ſic ſignare differentiam:nam illud de diuerſis ſpeciebus putredinis, & de ſecundis qualitatibus per accidens ſe habet:& ſequitur ad actionẽ caloris modificati per proportionem aliarum qualitatũ,inde igitur actionem huius calidi in 4.ſequuntur ſymptomata venenatorũ illius putredinẽ,quinimo & illius vſtionem:etiam ſi dicat Ariſ. hanc in ſicco,illã in humido pullulare:quia hoc de principio paſſiuo tenet,illud de actiuo, & hinc etiam fit, vt venenum tendat in cor:vt perdat ſpiritum vitalem, in alijs partibus virtutem vitalem:ſic quædam venena caput,quædam veſicã, quædam alias partes aſcendendo pertingunt, ſiue morbum in temperamento primarũ qualitatũ primo germinent:ſiue in ſecunda,dum modo maximas diſpoſitiones faciant:hoc enim ſolũ expoſcit Gal. teſtimoniũ,quando dicit,non interire cor niſi per magnã diſpoſitionem,& vtraslibet expoſcit viuens ad ſui viuere & eſſe qualitates,citra id quod duo contraria ſub vnica ratione vni accedant: ſubit nanque diuerſam rationem agentis quo efficienter in illis caſibus:& hinc pullulat diuerſus effectus ſub vna intenſione caloris:ſitque ſatis primo dub. Ad 2.dicendum arbitror, quod & ſi Gal.

Venena aliquot ad has corporis partes aliquot ad alias.

ſi Gal.appoſuerit frigida aliquot venena, quæ quantitate ſolum ſint lethalia, dum de cicuta, ſucco lactucæ, & alijs huiuſcemodi ſermonem agit. Verum tamen quando de fungis, & reliquis loquitur, ſicuti neque dicit huius ordinis hæc eſſe ſolum: ſic quando de alijs, quod illius ſortis ſolum inueniantur venena frigida. Ad tertium, quod quantunuis illa quæ dicuntur venena â tota ſubſtantia ſint miſta, in quibus opus eſt prædominetur vna vel, duæ qualitates, iuxta neceſsitatem miſtorum, ſic naſcitur illa ſecunda qualitas efficax ad operandum. Vt nulla facta conſideratione de effectu primarum qualitatum, de maxima operatione ſecundæ aduertitur effectus: quod in magnete trahente ferrum apparet, in portulaca reprimente dentium hemodiam, in electro eleuante paleas: & licet iſt e ſecundæ qualitates pullulent ex primis: quia id æquiuoce reſultet, inde non ſequuntur illas primas in operando. Sic videas aliquando res dulces albas, aliquando nigras, calidas videlicet, aut frigidas: ſic graues calidas etiam. Etſi propterea quod igneæ viderentur, leues inde factę.

His animaduerſis, ſuppoſito prius quod & calida venena quædam cum mordicatione operantur ſicut arſenicum: quædam ſine mordicatione, vt euphorbium: & frigida quædam cum profunditate ſomni, ſicuti quædam fungorum genera: quædam ſecus, veluti ſuccus aliquarum herbarum: quia potius impediunt ſomnum, eo quod ſolum habent refrigerando totum, impedire ea, quæ ſomnum inducere potuiſſent. Sit prima regula, vt dignoſcatur cor venenatum, ſi quis referat ſe ſumpſiſſe in potu aut cibo rem ingrati & peregrini ſaporis, odoriſque grauis, & tetri, & ſtatim appareant roſiones, tormina, & dolores, cum mordicatione ventris inciſione, & punctura, pulſus celeritate, inæqualitate & incendio, iudicandum eſt de aſſumptione venenorum acutorum, præcipue ſi color iam liueſcere incipiat: nam genito veneno in corpore, calido ſcilicet: ex humore tranſmutato, etiã ſi aliqua appareant ſigna ex dictis, ſapor & odor deficiunt: tunc enim & corrupto ſemine, non equidem in illis vaſis ſemẽ corruptum, aut humores tranſmutati: aſcendere poteſt vapor immutãs ſic guſtum & olfactum: quantumuis per poſsibile, vel impoſsibile, & aliquis humor in ventriculo corrumperetur vſque in veneni tranſmutationẽ, & tunica eadem â ventriculo in os ſerpat: propter quod Gal. dicebat. lib. artis medicæ: quæ recte ſapiunt, grata ſunt & ventriculo: nam nunquam vapor poteſt guſtũ immutare

Signa veneni epoti aut eiaculati vehementiſsimi.

Venenũ genitum in corpore non immutat guſtum vt epotum.

mutare, ſicuti res guſtui applicita: venenum autem eiuculatũ aculeo, vel morſu, ex relatis ab ægroto iudicabitur: nam nunquã ſic familiare aliquod eſt noſtræ naturæ, quantumuis ſit de natura illorum, quæ vnam determinatam partem ſerpant, vt & vijs per quas ingreſſum habuit nõ noceret, ita quod maxime adhuc dormiens expergefactus â ſomno non percipiat læſionem partis aculeatæ: ſic colligitur ex Rhaſio tract. 8. c. 1. 35. continentis.

Signa veneni calidi recepti. Secunda regula ſi præter inſinuatum ſaporem, & guſtum, contingat inflammatio vehemens, venarum eminentia, ſudor, rubedo oculi, anguſtia, & ſitis, ſignum eſt calidi tantum aſſumpti veneni: eiaculatum vero, aut per morſum receptũ, etſi ſitim, quia non attingat proprias partes in quibus excitatur, non irritet: reliqua vero ſigna ſubleuabit, propter vapores ab eodem eleuatos â parte in quam naturali ſua propenſione aſcendit: diuerſitas autẽ hæc inter hæc calida venena, eiuſdem etiam ſi fuerint intenſionis, ex illa proportione ad alias qualitates, vt ſupra diximus naſcitur. *Veneni frigidi notæ.* Tertia, præuiſo ſapore ingrato, ſed quaſi inſepido, cum ſtupore totius corporis, neruorum, muſculorum, & arteriarum ineptitudine ad motum, tum totius frigiditatis, & inexcitabilis ſomni, appareant notæ: iudicandum eſt de aſſumptione frigidi veneni, vt colligitur ex Gal. 8. pe placitis, c. 7. Platone in phedo, Dioſco. lib. 6. c. 1. & Rhaſio loco allegato, & Plinio lib. 2. c. 65. ſi vero per ſputum, ſaliuam, aculeum, aut morſum receptum fuerit venenum, his dictis accidit mortificatio partis, per quam receptũ eſt: ſicuti deducitur ex Gal. lib. de bonit. & vitio ſucco. c. 1. Quarta regula, aſſumpto veneno operante â propria ſubſ. etſi deguſtu, aut de ſapore non ſit regula, vt apparet in quam plurimis â propria *Veneni operantis a tota ſubſ. ſigna.* forma agentibus: verum tamen caſus virtutum, ſudor frigidus, & ſyncopis deprehenditur: quæ etſi in patientibus hyſtericam affectionem, aliquando conſtent, ſine relatu tamen alicuius abſumpti: deficiente autem, ſenſu & motu, circunſtantibusque ignorãtibus præſtet medicus diligentiam remedijs adaptatis, vt reſtituatur ſenſus & motus, vt ex relatis recte procedat vomitionibus pro venenatis. peſaris & ſuffumigijs pro hyſtericis, vt ſatisfaciat ſuo muneri. Genitum autem venenum in corpore ſemper ſequitur naturam alicuius humoris, ex cuius notis, circa ea, quę nos in ſuperioribus diximus, ſeparabit vnum ab altero. Præterea quia in hoc euentu haud illum videas ſine febre: ſecus vero in altero. Vlterius quia pro particulari natura veneni eſſumpti particularia ſigna

Digitized by Google

ria ſigna percipies: vt napelo aſſumpto vlcera in labijs: euphorbio recepto incendium in gutere: cantarida comeſta, in veſica. Et ſic de alijs: videre eſt iuxta Aetium lib. 17. c. 47. Aelium Promoteum de venenis, Dioſc. lib. 6. Auic. 4. & Herbariũ generale duobus lib. vlt. Hieron. Mercurialem lib. 2. & 1. de venenis, D. Pet. Garſiã Carrero pulcherrimo tractatu manuſcripto de venenis.

Maximum autem dub. ſe offert hic diſcutiendũ, ſi patientibus hyſtericam affectionem perſuffocationem, auocationem, inflammationem, vterinum furorem, ſatyriaſim, fluxionum varia genera ſemel ſolum: illa tranſacta affectione: quantumuis ex ſemine adipiſcente veneni naturam: ſicuti etiam veneno genito in corpore ex humoribus: ſi iam non apparent ſymptomata: num expedit medico tempore interdicto, præſtare ſuam indulgentiam ad carnis eſum? nam ſi frequentius mulierem affici illis contingat vteri affectionibus: & homini humores venenari, nõ eſt quare de illa præſtanda dubitet, an de venenatis ſit eadem ratio: inſurgit tamen dub. quia ex Gal. 3. de ſimpl. med. facul. c. 20. 21. & 22. venena craſſa & terrena aſſentia longo tempore interimũt, & venena erodentia & putrefacientia indigent tempore: quædam non ſine quantitate nocent. 2. apho. 17. quædam non quantitate, nec copia ſed genere. in 3. de mor. vulg. com. 3. apud Plinium, quod aſſumpto ſeu recepto leporis marini veneno, viuit inficiatus. quod & Ariſtot. lib. 3. naturalis hiſt. c. 1. ſub his verbis, cetero moriuntur totidem diebus, quot vixerit lepus, incertique temporis beneficiũ id eſſe, auctor eſt Licinius Macer: quæ verba, ſicut & alia multa tranſtulit ad literam de differẽtijs animalium lib. 10. c. 228. Eduardus Votonius. Iuxta Theophraſtum lib. 9. c. 1. & circa Gal. lib. de partibus artis medicę. c. 5. videtur inſinuatum, quædam venena non interficere vſque indeterminatum tempus: & inde docet medicinæ partem præcautoriam, circa huiuſmodi venena verſari. Deniqueq; quoſdã nec potuiſſe veneno interfici ſcribitur ab auctoribus, ſic apud Gal. de theriaca ad Piſonem c. 16. legitur: Mithridates igitur cum mori tardaret eo quod Antidotus quam præſumpſerat, venenum redderet irritum, vnum ex amicis ſuis nomine Biſtochum vocauit, à quo mãdauit, ſe iugulari: is autem opus veneni ferro abſoluens Mithridatem violenta morte interfecit: iuxta Plutarchũ, Aratus dux Sycionius veneno lento ac ſenſim dato ab eo potionatus eſt: apud Sextum Impericum inuenitur, fuiſſe Anum quandam, quę

An hiſteri cis ſit conce denda licẽ tia eſuicar nis.

Reſiſtẽs vẽ nenũ quis.

triginta dracmas cicutæ ſorbebat abſque vlla læſione: Lyſidem etiam quendam fuiſſe, qui dracmas quatuor opij ſine læſione edebat: Ahtenagora Argiuus ab ſcorpionibus nunquam lædebatur: & de puella quadam etiam ſcriptum eſt, vt napello nutrita nunquam læderetur. Alij vero ſic citiſsime veneno extincti morte ſubita fuerunt, vt incredibile appareat. Sic legit de Guillermo duce Bolaterraneus, de Roſimunda, & Hemilgen eius ſecundo marito Paulus Diaconus docet. & noſtris temporibus fertur de quodam duce, qui epota aqua, in que Rubeta fuit inuẽta, poſt tres annos obijſſe ſymptomatibus eiuſdẽ, quibus venenati per rubetæ euaporationem ſolent de medio detrahi. Vnde luce clarior difficultas adeſt, quid fuerit cibis præhabendum & hucusq; ſineo eo quod medicus præſtet occaſionem, ne pro alimẽtorum miniſtratione eijciat citius venenum, & pereat homo. Et ne cũ periculo ſuæ conſcientiæ abſque neceſsitate indulgeat eſum carnis tempore ab Eccleſia prohibito. Res equidem ſumma cura vitanda, præter reliqua: quia ſcandalo afficitur vulgus, quotidie dicens medici ſiniſtre, dextreque præſtant ad eſum carnis licentiam: quod tu Iunior medice ſæpiſsime audies.

Citiſsime mortui ob venenum.

Sed quis eſt adeo ignauus difficultatum perſcrutator, qui nõ videat iam diuerſas difficultatum facies in his depictis ſe oſtendere: expreſſe etenim inuolutum eſt, an per naturam vel artem poſsit venenum ad tempus determinatum operans dari. Secundo vnde eſt, aliquot venena citius, aliquot tardius interficere? Tertio quæ ſint venena expoſcentia magnam quantitatem, vt ſi quis timendo pro veneno aſſumpto expoſcat à medico & indulgentiam prædictam, & remedia: medicus circa vtrumlibet ſuo ſatisfaciat muneri.

Venenũ nõ operatur ad tempus determinate determinatum.

De primo certe tenendum eſt arte non poſſe venenum parari quod certo & determinato tempore interficiat: patet, quia determinata actio, aut eius ceſſatio naſcitur ex agentis virtute, & paſsi reſiſtentia: ſed nullus naturaliter poteſt ſcire hucusque ne aſcendat virtus alicuius agentis pro tempore, id eſt, in quanto tempore agẽs operetur, aut inquanto ceſſare poteſt ab actione: probatur, nam ſi aliquo modo experientia id obtineretur: hæc autem variari poteſt, pro particularibus cõditionibus indiuidui recipientis, & veneni etiam applicandi occaſione, pro tempore ſcilicet, & reliquis huiuſmodi, vt conſtat ſatis in medicamentis expurgantibus, nam etiamſi certum habeat medicus ſufficiẽter

purgare

purgare corpus, v.g. pilularum aggregatiuarum drac.j. & ſemis. quotidie tamen fruſtatur & intentio medici: & opus medicaminis: quia poſſunt pro complexione, pro diſpoſitione, imo pro fiducia ægrotantis, & tempore quo applicantur, ſeu eſt vſus medicinis fruſtari: & actio aut tarde exercetur, multo quã alias. Hinc pro primo modo dicitur à medicis quibuſdã, aſſumpto potu conciliandus eſt ſomnus, vt actuetur medicina, & tempore debito eius appareat opus: pro ſecundo non cedit cruda paſsio: & corpora ſi quis purgare voluerit ea fluxibilia facere oportet: pro tertio expedit habere fiduciam de medicina: pro quarto conuenit hoc tempore vti illa medicina, ſeu in hac forma, aut in alia, alias, aut tarde operatur, out fruſtatur. Hinc dicitur ab aſtrologis dum Luna eſt cum Ioue vacabis à pharmaco: nam cum valde ſit amicus noſtræ naturæ, retinebit natura fortificata ab ipſo. De quare legendus non erit abſre Iulius Firmicus, Ptolomeus & Gal. 3. lib. de diebus decretorijs, cap. 3.

Propter quid variãt expurgationes.

Secundo ſine dubio eſt certum, venena, ſeu medicinam operari intra tantum, aut tantum tempus, iuxta virtutem ſuam, & paſſi reſiſtentiam: ſed quis nanciſcitur id? Si nanque quis, perperã Gal. lib. de venæ ſectione per ſanguinis miſsionem cognitio virtutis & quantitas remedij, artem medicam maxime faciunt cõiecturabilem docuiſſet. Vnde colligitur, quod ſi aliquando contigerit, venenum exhiberi & quod determinato tempore interficeret: non aliter fieri niſi propter pactum inter maleficos homines & mulieres cum dæmone, qui valet impedire determinato tempore actionem veneni: aut applicando qualitatem repugnãtem, ne producat effectum: aut impediendo applicationem localem agentis. Quapropter reſpondendum ſequitur ad oppoſita. Ad illud Plinij, & Eduatdi dicito eſſe ridiculum exiſtimare, venenum à lepore marino eiaculatum, & in alio corpore receptum dependentiam in conſeruari habere ab illo: etenim talis ratio ſolum tenet in cauſis equiuocis vniuerſalibus. Ad Theophraſtũ referendo ſententiam aliorum id ſcripſiſſe, pariterque Gal. lib. de partibus artis medicæ, & ſi Gal. liber eſt, quidam equidem & hoc dubitant.

Venenũ ad tempus determinatũ determinate operari maleficum eſt.

Ad ſecundum dicendum eſt cum omnibus, propter multas cauſas, quarum aliquot ſe tenent ex parte corporis recipientis, aliquot ex parte naturæ veneni recepti (ex parte primi aduertitur indiuidualis proprietas) primo, ſunt equidem nonnulli adeo à

T 5 natura

natura conſtituti, vt arcana quadam ratione ab eis non offendã-tur: ſic creditur de anu, de Lyſide, Thenagora relatis, ſecundo præparatio ante facta in corpore recepturo venenũ, ita de Mithridate Rege. Tertio expulſio veneni â corpore antequã cor aſcendat, aut partem lædendam, quarto permiſtio cum quibuſdam cibis, aut potibus, cum quibus ita inuoluitur, vt vis veneni aut penitus ſuffocetur, aut maxima ex parte contundatur, quinto cõſuetudo acquiſita paulatim commutandi venenum: ſic recipiunt de puella nutrita anapello.

Virtus veneni conſiderandaad operationẽ.

Ex parte ſecundi primo conſideratur vis efficaciſsima veneni, iuxta illud Auic. f. 6. lib. 4. tract. 1. c. 2. §. ea venena, quæ agũt proprietate citius interimere, quam ea quæ agunt manifeſta qualitate: illius ordinis erant venena Guillermi, Roſimundæ, & Hemilgem, & illud cuius recordatus eſt Nicolaus Florentinus ſer. 4. tract. 3. ſumma ſecunda cap. 9. & tract. 4. c. 6. dicens Franciſcũ ordelaphum genus veneni habuiſſe, quod iniectum ſupra carbones illico interimebat omnes recipientes effumationẽ: & ita prior ratio propter quam aliqua venena cito, & aliqua tarde interimant, eſt natura, & proprietas ipſius veneni: hæc autẽ retardari, propter robuſtam cordis virtutẽ, aut accelerari propter debilitatem, tum propter apertionem meatuum, aut adſtrictionẽ, qualiter dictum fuit â Gal. 3. de ſimpl. med. facult. c. 18. ſturnos â cicuta non interemi, quemadmodum homines: quia ſicuti homo meatus latos, & patẽtes habet, ita ſturni ſtrictos & præcipue venas, & arterias, reuera pertinet ad primum, ꝙ ſe tenet ex parte recipientis. Secundo animaduertitur quantitas, & mẽſura ipſius veneni aſſumpti: certũ enim eſt, quod quãtitas & materia & ſi actiua non ſint, præſtant tamen ad accelerandam actionẽ, aut retardandã: hinc dicitur â philoſophis ferrum candẽs citius vrit, quam ſtupa ardens; & inde qui plus veneni accipiunt neceſſario quoq; citius intereunt. Hinc Gal. 3. de ſimpl. med. facult. c. 23. docuit medicamenta omnia ſiue letalia, ſiue purgantia, etiã ſi ſint efficaciſsima indigere certa mẽſura: vt poſsint ſuas operationes exercere: & ſic dicebat centeſimam partem ſcentillæ ignis nihil facere: quia non eſt in ea menſura, qua poſsit vis ignis efficaciſſime operari. Vnde illud Ariſt. illud habere peculiare venena quædã vt etiam in minima quantitate poſsint operari: quod videtur confirmatum illo exemplo de veneno in Nubia reperto, ſcilicet cuius ſi granum vnum aſſumatur â decẽ hominibus, omnes ſta-

Corporiscõpoſitio præſtat adretardandam actionem veneni.

nes ſtatim interimi ſpacio quartæ partis vnius horæ, Si vero ingurgitetur ab vno homine ſtatim ipſum interire: vnde apparet ſolum probare ꝙ in aliquibus venenis pro ſumma eorũ efficacia non tot menſuræ ſit neceſſariũ, verum tamen eſſe neceſſariã mẽſurã certã, & in igne potentiſsimo agente ipſe docuit Ariſt. & inde petẽda eſt ratio, pro agentibus ſecundũ hanc vel illã rationẽ.

De tertio legendus eſt Arnaldus de Villa noua lib. de venenis quo & ex antiquorum mente, & forte experientia ductus ampliſsime in qua quantitate, & medicamenta, & venena interficiant, & interficere contingat, docet. Petat ergo ibi medicus illam doctrinam: & animaduertat ex Gal. 3. de ſimplicium med. facul. quod eadem quantitas in temperie calida frequentius interficit, quam in frigida: fortaſsis quia meatus ſunt adſtricti: & prout ad noſtrum inſtitutum attinet hanc ſecure exiſtimo poſſe ſeruari regulam, dum modo à noſtris maioribus aliud non commoſtretur. Si videas medice hominem, qui venenum aſſumpſit in quantitate ſufficienti ad necem: in quo nõdum apparuere veneni ſymptomata: neque traditus eſt curationi ſpacio vnius anni, teneris conſulere de vſu theriacæ, & aliorum, quæ vim continent alexipharmacam, & abſque conſcientiæ periculo eodem tẽpore præſtare licentiam ad carnis eſum, & non amplius: huius hæc poteſt ſignari ratio, nam cuiuſuis temperiei fuerit venenũ, non eſt rationi conſonum per quatuor anni tempora, cũ omnes temperies patiantur mutationem, ex Gal. Hipp. & omnium. 3. apho. quod non præſtetur diſpoſitio illa ad operandum, tam in primis qualitatibus, quam in ſecundis, vt etiam oſtendit experientia, præter auctores. Certum equidem vidimus corpora æſtatis tempore non ſolum caliditatem pati: ſed laxationem & apertionem meatuum: argumẽtum eſt ſudor: igitur ſi omnium mutationem diſpoſitionem non amplexum fuit venenum: non videtur rationi arridens poſtea luceſcere pro eadem cœli & aeris tẽperie, & diſpoſitione: nam planetarũ longos expectare recurſus, limites rationis eſt commeare. Vnde exiſtimo, illas hiſtorias illorum hominum mortuorum, poſt aliquot annos ab aſſumptis venenis non tenere, niſi ratione alterius veneni de nouo occurrentis: quo fortaſsis in eadem natura vſi fuere malefici, vt ſimularẽt ſuam improbitatem: propterea quod ſymptomata reſpondentia priori veneno luceant: & inde venenati, & medici recordatione præuiſa prioris, non inquirant de maleficijs.

Venenatis concedetur eſus carnis & quo tempore & propter quid.

Dubi-

An venenati a maleficis ſint medicis tradendi.

Dubitare tamen primo poteris circa hanc materiam: an cũ maleficiatis fuerit eadem regula obſeruãda? nam quod ad medicos ſint releganda maleficia legitur in maleo malef. q. 2. p. 2. §. Hoſtienſis ad idem in ſumma copioſa de frigidis & maleficis, & titulo de impotentia communi in glo. ſuper cap. literæ. §. mulierem autem dicit, quod in hoc defectu recurrendũ eſt ad remedia medicorum: & licet quædam remedia contra hæc ſcripta vana ſeu ſuperſtitioſa videantur: tamen cuilibet auctori in ſua arte credẽdum eſt: & ſatis bene conſtat Eccleſiam retundere vana. Ratio vero noſtri dubij ea eſt: quia non ſolum per vnum annum ſolet latere venenum, ſeu illud ſtupendum potius: ſed per multos, quinimo toto vitæ tempore, & perpetuo, vt videre eſt apud Franciſ. Ioannem Nider Sueui lib. de maleficijs & eorum deceptionibus cap. 6. §. Sed tamen non obſtante applicatione omnium præfatorum remediorum: adhuc aliquando maleficiatur à pœna non abſoluitur, licet à reatu vel peccato, per quod incurrit maleficium abſoluatur. Vnde S. Tho. in 4. diſt. 34. dicit maleficium quandoq; ita eſſe perpetuum, quod non poſsit habere remedium, humano opere, quanuis Deus poſsit præſtare remedium dæmonium cogendo, vel etiam dæmoni reſiſtendo: non enim ſemper oportet, vt quod per maleficium aliquod factum eſt: poſsit per maleficiũ aliud deſtrui, vt ipſi malefici confitentur: ſi igitur perpetuo contingit aliquando maleficium, & inuertit propria hominis iuxta illud eiuſdem lib. cit. p. 1. q. 5. §. per huiuſmodi autem artes non adipiſcuntur homines aliquem profectum in bonis rationis, &c. quod oſtendit etiam experientia, nam maleficiati quidam quaſi rabidi videntur, & melancholici. Quid ergo tenetur tunc medicus? Reſpondetur quod ſi maleficiatus nõ poteſt ad implere ſuũ opus & adſtare ſuo muneri, exercitioque, quantumuis maleficium ſit à dæmone conſeruante aut adiuuante cauſam: quæ eſt in ſigno inter maleficum & dæmonem. quia certum eſt. & diſpoſitionem materialem expoſcere ad melius operandum, & medicus non percalluerit talem diſpoſitionem, ſecure ſatis pietatem ſanctæ Eccleſiæ animaduertens præſtet licentiam ad carnis eſum tempore interdicto: dummodo illa adſint ſiue per vnum annum, ſiue per multos, ſecus nequaquam. In vtroque tamen euentu ſicuti & in omnibus morbis cõſulat medicus de obſeruatione mãdatorum Dei, meditatione paſsionis Chriſti, & reliquorum obſeruatione iuxta illud partis 2. q. 2. c. 7. §. fatentur lib. citati mal. malef.

Malefici falluntur.

Maleficiatis quando conuenit eſus carnis.

malef. & §. præterea, vbi ſunt remedia ſcripta, etiam vt & irrationalia liberentur à tanto maleficio. Verba equidem huiuſmodi videas: pręterea quia ſæpe omnia iumenta maleficijs interficiuntur; aduertere debent quibus talia accidunt, vt ſub limine oſtij ſtabuli, aut præſepij, vel vbi adaquantur, terra amoueatur, & alia terra cum aſperſione aquæ benedictæ ad illa loca reponatur: quia ſæpe maleficæ faſſæ ſunt maleficij aliqua inſtrumenta ad illa loca ſe occultaſſe: faſſæ etiam, quod ad inſtantiam dæmonum tantummodo foueam facere habeant, dæmonem autem maleficium repoſuiſſe. Verum hæc ſignorum ne habuerint rationem, an cuiuſuis alterius? inuenies mirifice ſcriptum apud Doct. Camarenſem lib. 3. de animantibus ſacræ Scripturæ cap. 11. nu. 57. ſicuti & alia ſcitu digna de miraculis & mirabilibus.

De rabie ſecũdo dubitabis, quia nõ minor difficultas extollitur eo quod poſt ſeptem annos lucet, id eſt, apparet aquę metus, vt quidam habuere, referente id Auic. fen. 6. lib. 4. tract. 4. c. 7. & Dioſcoride lib. 6. De hac tamen re legendus eſt Gal. com. 2. in 1. prorrhit. Paulus lib. 5. c. 5. Rhaſius. 35. continentis tract. 2. cap. 1. Aetius lib. 2. ſer. 2. cap. 24. Dioſco. lib. cit. à cap. 35. vſque in 37. Alzarabius lib. practice tract. 30. ſect. 2. cap. 30. Halia. 8. Theoricæ. cap. 20. & Doctor Camarenſis lib. 2. cap. 22. num. 104. quo videtur recipere ſententiam aſſerentium rabiem vſque in 4. aut 6. annos poſſe latere. §. venenum quoque eiuſdem noſtram ſubuertens, & permutans miſcellam, & proportionem partium noſtræ ſubſtantiæ, modo illico illam inficit inplurimis, ob naturæ apparatum. modo vero latitans, abditur multo tempore occultũ, ſpatio quatuor ſeptemve annorum, paulatim ſerpens ob reſiſtẽtiam naturæ & fortiorem miſtionem, vſque dum ſubito emergit, & manifeſtatur malitia, accidentiaque, quæ contingere ſolent cane rabido morſis, &c.

Rabies an luceat multo trãſacto tempore.

Verum ſiue rabies, vt quibuſdam placet, fuerit eſſentialiter explicanda per aquæ & omnium liquidorum timorem: quod immerito dicitur, etſi à poſteriori: quandoque ille timor non inſurgit niſi poſt 20. dies in quibuſdam, poſt 40. in alijs: ſiue per ſpeciem maniæ quandam cum delerio, & perpetua inclinatione mordendi, vt in quodam ego vidi homine, & aſina, & quotidie in canibus videtur, à primo inſultu huius infortunij, & deplorandę miſeriæ: quapropter exiſtimo hinc fore ſumẽda ſigna rabiei, ſcilicet a mordendi inclinatione, quæ ita creſcit, vt non ſolum canes ad-

Rabiesquo modo explicanda.

nes aduerſus Dominos ſuos, alios canes, animalia omnia: ligna, parietes, verum & homines contra ſuos fratres, parentes & ſeipſos inſurgant mordendo: alij vero maniaci non ſuas carnes, etſi aliorum aliquando momorderint, mordent: his accidit obmuteſcentia ſubita, ſpuma circa os & nares larga & ſpumoſa atque copioſa, triſtis intuitus, & quidam vt canes latrant, rauco & triſti ſonno ſubmiſſo, ſine voce, ſecreto quaſi laceſſentes omnes dentibus, canis effigiem contracti ob longam, menti producti, oculorum acutorum, aurium flacidarum & prolabentium, ſicuti deducitur ex præcitatis auctoribus & locis, & ex Plinio. lib. 8. Æliano lib. 7. Gal. lib. de Theriaca ad Piſonem, & Ariſt. 8. lib. de hiſt. animalium. Quapropter his ſignis potius præſtetur fides, quam illis depictis, ſcilicet quod vulneri appoſitis nucibus, aut mica panis, intinctisque ſanguine, & gallinis oblatis, intereunt iſtæ, fugiunt vero canes: nam hæc deficere multoties viſum eſt: illa autem ſine rabie nequaquam adeſſe. Tum & illud ſignum, nempe quod in vrina hominis à cane morſi apparet effigies canis rabientis, non eſt quare recipiatur fidele: nam talem effectum reducunt in actum imaginationis vehementis, ſed præter rationem id dicitur: quia verum non eſt tantam vim imaginationem habere, vt dicitur ab Arabibus illum dicendi modum recipientibus: neq; modus talis productionis percipitur. Secundo quia non repugnat hominem ſanum & bene valentem habere aliquem actum imaginationis tam vehementem, ac morſus à cane: at nullus expertus fuit per vehementiſsimum adhuc actum imaginandi figuram rei imaginatæ videre illo horrẽdo modo: quare ergo hic morſus à cane vidit illam. Tertio quia morſus ab alio rabido animali illius non videt figuram, quare igitur ille? vltimum ſignum certum præ oculis ponitur fugere aquam, & omnia liquida præ timore: verum hoc quando apparet remedium ſolet eſſe difficile valde, imo non ſolet: quia paucißimi referunt auctores ſanitati reſtitutos fuiſſe, cum iam timebant aquam. Quod ſiue contingat propter naturam huius particularis affectus: ſicuti in alijs contingit: qui ſiti cruciati ſolent abhorrere aquam, dum illis apponitur: patiuntur equidem & iſti maximam ſitim, id eſt, rabientes, de theriaca ad Piſonem capite 16. ſiue propter ſiccam diſpoſitionem (vt tenet communis medicorum pars, ſicuti eſt videre locis, & auctoribus citatis, & apud Fracaſto. 2. de conta. morb. capite 10. Auicennam ex Rufi opinione capite ſeptimo, Galenũ

Rabidi timent aquã & liquida.

11. de

21. de ſimplic. medicamentorum facult. ex Pelope præceptore) factam vero iam illam, & independentem: quæ ſui conſeruans exposcens diſponit ad fugam aquæ, quando vero Galenus libro artis medicæ capite 62. dicit quod præter naturale temperamentum, potius inclinat ad euulſionem, quam ad conſeruationem, non loquitur de iſto fixo & permanente temperamento præternaturali, ſed deficienti, & non eradicato, quod talis naturæ factum eſt propter ſuam radicem, vt aliter quam in maraſmo effectus ex ſiccitate ortus luceat: quemadmodum & ſi ſit ſiccitas in iuuene diſſipato & exſiccato, non inſurgit metus & mœſtitia: ſicuti in melancholico ſicco: licet vtrobique ſit iam ſiccitas eodem modo, quoad intenſionem: & quia illa ſiccitas à tali radice diſtemperat, & læſionem facit in cerebro ſecundum organum imaginationis rectricis potentiæ, ideo timent, vociferantur, & contremiſcunt, dum fiunt hydrophobi. Phrenitici autem exſiccati à ſincera bile, & mordicati nõ: ſiue contingat ille metus propter naturalem antipathiam, quæ reperitur inter venenum rabiei, & omnia liquida, vt deducunt ex Plinio lib. 2. cap. 32. & quia antipathia dupliciter eſt animaduerſa, alia enim eſt manifeſta alicui ſenſui externo, alia vero quæ per nullũ ſenſum externum cognoſci poteſt: propter primam contingit rabiẽtes fugere liquida: & defectu huius à cancris non fugiunt rabiẽtes, etiamſi rabies à medicamento conſtructo ex cancris fluuialibus tanquam à peculiari antidoto ſanetur: vt videre eſt 6. de compoſitione medicamentorum per genera cap. 16. quia affirmant ſecundam antipathiam inter eſſe rabiem & cancros fluuiatiles. Verum fortaſsis ex illis, quæ ingrediuntur medicamenti compoſitionem adiunctis, inſurgit vis curatiua, propter denuo genitam contrarietatem, dicitur equidem eodem loco, non tantum contra morſus canum rabidorum, ſed omnium canum proficere, contra ſugillata, & alia multa. Rabientes prout ſic appetere poſſunt aquam appetitu naturali ſitientes, animali vero fugere appetitu aquam, & liquida propter illum lapſum ſuperius dictæ potentiæ. Et quando obijcitur contra hunc dicendi modum, eſſe falſum: quia quando quis habet aliquem actum appetitus circa obiectum diuerſum à priori, debet obiectum cognoſci ſub alia diuerſa ratione, ac prius cognoſcebatur: quia nullus actus appetitus poteſt verſari circa incognitum: ſed rabientes actu appetitus ſequentis cognitionem deſiderabant aquam: igitur

Quare timent hydrophobi.

Rabies ſanatur a medicamento ex cancris.

igitur ſi poſtea ſequitur contrarius actus, nempe fuga, debet incognoſcente apparere aliqua ratio de nouo diſconuenientis rei: id autem non poteſt procedere ex prædicta antipathia: propterea quod non poteſt excogitari ratio, propter quam hæc eadem cauſa non fuerit ſufficiens, vt in priori cognitione ad primum actum appetitus nõ ſe offerat illa ratio, atque inde quod excitaretur fuga primo, & non deſiderium aquæ, aut potus. Reſpondetur quod quantumuis ſit verum ſitim in rabiente non ſe habere mere naturaliter, ſed ſuppoſito etiam appetitu animali ſequente cognitionem, propterea quod in ſiti naturali, id eſt, ſequente cauſas naturales & naturaliter operantes, ideo appetitus animalis eſt: quia exiſtente in ventriculo defectu humidæ ſubſtantiæ: aut exiſtente ſiccitate, ſenſus tactus huius partis ſentit cum moleſtia obiectum, & inde patet apprehenſio potentiæ internæ cum actu appetitus; & ſit etiam verum totum antecedens, negandum eſt antipathia non poſſe inſurgere contrarium illum actum, ſcilicet fugam: ſuppoſita primo ſiccitate. In excogitabilis enim eſt ratio, propter quam illa cauſa primo non excitauit fugam, poſtea vero valuit: ſcilicet, quia primo illa apprehenſio ſequebatur cauſam rei moleſtantis, ſiccitatis ſcilicet, aut defectum humidæ ſubſtantiæ citra vrgentiam alterius ſpeciei oblatæ, poſtea vero offertur eidem potentiæ vrgens alia ratio, ſicuti quando melãcholicus ſiti crutiatus. & coactus inſurgit ad bibendũ ex fluuio, aut profundo fonte, accedens iam, metu ſubmerſionis & ſuffocationis non ſolum non bibit, quinimo (vt ego vidi in quadam muliere) fugit: & quidam homo inſurgens famæ dilaceratus ad inueniendas eſcas, reuertebatur fugiendo, & vocibus acclamando propter metum ruinæ parietum: pari ergo ratione poteſt contingere in rabientibus.

Quare fugiũt rabiẽtes viſis liquidis.

Sed rogabis propter quid fugiunt rabientes liquida? nam melancholici quidem ſuffocari in fluuijs timent, quidam â parietibus necari: an quia viſa aqua, exiſtente læſo orgeno imaginationis aut cognoſcitiuæ potentiæ interioris repræſentetur ibi effigies canis, aut alterius animalis rabiẽtis, â quo fuit morſus? Reſpondetur, quam maxime: etenim vidi hominem, qui coram quã plurimis, poſt quatuor menſes â morſu canis, quando iam eius conſanguinei cogitabant nequaquam de eius rabie, reſpiciens

Reſponſio.

braſicæ folium rore plenum, â comitante illum expoſcebat enſem, ad interficiendum canem rabientem ibi adſtantem. Audiui

etiam

etiam a quamplurimis vidiſſe hominē cathenis alligatum (quia mouebatur vt morderet amicos viſitantes eum) dicentem oſten dito mihi lapidem, aut lignum, quo percutiam canem, qui me momordit, ſtabat enim Panaria, aqua plena in atrio, cuius ſuperficicies a longe videbatur: ſic etiam narrat Aetius, contigiſſe cuidam philoſopho, & Haliabas cuidā ruſtico, & hinc potius fugæ ratio ſignatur, quam propter antipathiam: nam licet reuera recipiant liquida ſine læſione, recipiunt tamen aliud obiectum, quod non eſt in liquidis propter ſpeciem quam habent interius, quæ licet non ſit in aliquo ſenſu externo ſpecies: ſufficit eſſe apprehēſam, docent philoſophi, & medici de imaginatione: & inde dicebat Galenus de differentijs ſympto. hominem bene dicere mittito tibicines ab angulo, quia offendunt capiti: cum tamen neque oculus videbat, neque auris audiebat tibicines, Similia exempla poteſt quis legere apud Celium Aurelianum li. 3. c. 11. & apud alios multos. Sed ſiue hic dicendi modus, ſiue ille ſit verior, ſiue quod hic affectus prout connotat manifeſtam qualitatem, ſit morbus in temperamento, prout vero attinet ad venenoſam qualitatem, aliter ſe habeat. & prout connotat iam hydrophobiam paſſionem animę, de qua re agit Zelius Aurelianus lib. 3. acutarum paſſionum c. 13. dicendum arbitror iuxta noſtrum intentum ſpatio vnius anni ſolum poſſe medicum præſtare licentiam ad carnis eſum, propter illam rationem de venenatis, quod ex Galeno. 3. de morbis vulgaribus p. 3. com. 17. & 2. prorriht. & Auic. conſtat dicentibus ſpatio triū vel quatuor mēſium latere venenum, & vſque ad integrum annum, hoc autem tranſacto, neque creditur ab auctoribus, neque eſt ratio conueniēs, quod appareat id; vt patet de illa venenata muliere in ſuperioribus ſcripta: quam obrem placet iam ad alia properare. *Inuiſa ſpecie operatio.*

De Pulmone.

AD pectus ſpectare viſionem pulmonis, & oculus videt, & omnes auctores docent, & inde Galenus. 7. aphor. 58. ſcribit, pulmo eſt in ventre ſuperiore, 13. de vſu partium c. 6. ſequebatur autem arteriam pulmonis generatio, ac huius magnitudinem thoracis magnitudo, ſiquidem omnem eius capacitatem a pulmone repleri, erat melius, quemadmodum in commentarijs de reſpiratione probabimus, idem. 6. de vſu partium capite. 7. & 7. de vſu par- *Pulmonis ſitus.*

Digitized by Google

vſu partium cap.9.§.quod itaque pulmo totam impleuit thoracis capacitatem. Ex quibus locis colligitur expreſſe: perperam lib. de anotomia parua, & tanquam in libr. ſpurio, & immerito Galeno aſcripto haberi, cor eſt in ſiniſtra parte, & pulmo in dextra: nam ſi totam capacitatem adimplet: ergo neceſſe eſt partem pulmonis dextram attingere pectoris partem: & ſiniſtrā ſiniſtram: propter quod notant anothomici: pulmones duas continere partes principales, quarum quælibet duas continet alias, inſtar duorum ventilabrorum cordi ex vtroque latere deſeruientium, patientiumque diuiſionem medio illo panniculo: qui mediaſtion nuncupatur, & inde apperet vnus pulmo in dextra parte, & in ſiniſtra alter: totus vero quaſi veſtitutus apparet pellicula quadam, cui nerui adhærent ex ſexto, & ſeptimo neruorū pare deſcendentibus ab ſpinali medulla. Hinc pulmo inter partes inſtrumentales numeratur, de differentijs morborum libro: quapropter non ſolum ei accidunt morbi partium ſimplicium, ſed & compoſitarum etiam. Vaſa equidem quæ in ipſo ſunt ruptionem, corroſionem, & apertionem patiuntur. 5.metho.4.de locis affectis.5.apho.13.cuius ſanguis percipitur, ex eo quod fuerit cum ſpuma continuus fere, & non ſolum cōtiguus, media tuſſi eiectus. Patiuntur etiam infartionem, ſeu obſtructionem humorum ſiue ibidem ſenſim congeſtorum, ſiue ab alijs partibus, & præcipue à capite fluentium, & tandem crudum tuberculū. Et licet quando ad ſpeciem abſceſſus hæc ſerpunt, & humorum putredo excitatur, aut magnæ deſtillationes à capite aeres & mordentes contingant: febrem adeſſe videamus (Siquidem & quandoque hæc repente ſano homini, & ſine febre contingunt) verum cum à craſsis humoribus illa fiunt, ac lentis, febris non adeſt: & hinc aſthmaticos quotidie ſine febre vidimus. Et docet Paulus lib.3.capite 29.& Gale.6.apho.comm.46.§. verum quæ talia ſunt, vt mittant ex ſuo humore aliquid, &c. neque intelligendum eſt de gibboſis, etiam ſi aliquid habeant commune cū aſthmaticis, vt ibidem liquet. Viſa igitur dificultate reſpirandi, non propter vehementem curſum, aut exercitum ſuborta, (etiam ſi apud Hippocratem, & aliquando hæc aſthmat enumeretur), ſed propter motum humorum ad intrinſecas partes pulmonis, videlicet cauitates, & propter frigiditatem: quæ rigide ſolum aſthma vocitatur 2.apho.22.& in 3. lib. de morbis vulgar. comm.2.ægroto 4.aut conſpecta alia quadam ſpecie dificultatis reſ-

Pulmonis duplex pars.

Signū ſanguinis deſcendentis à pulmone.

tis reſpirationis,in qua iacentes ſuffocantur, & vix recto thorace ſufficiunt, nil dilatato dorſo 2. prorrhiticorum, neque ab re cum iacent,ſeu decumbunt laborantes,ſuffocari videntur, quæ orthoneę nomem ſortita eſt talis reſpirandi difficultas:dicũt vero ſic eſſe nominanda:quia ad thoracis proportionem omnino totum corpus rectum habere coguntur ob ſuffocationis metũ: quin & ſtratum circa ſupernas partes,ad quas thorax ipſe reclinatur,ſeipſis erectius faciunt,ne dormientes ſtrangulentur: minus eſt enim quod ſpirant,quam pro vſu reſpirationis:quamuis thorax plurimum ipſis dilatetur. Et denique animaduerſa alia ſorte difficilis reſpirationis,quando ſcilicet citra decubitum, & anhelationem, & ſimiliter ſine febre (commune enim his eſt omnibus,vt videre eſt eodem 3.de mor.vulg.citato. §. quæ quidem etiam citra febrem accidit ijs, qui proprie vocantur orthonici,aſthmatici,&c.denſus afficitur ſpiritus, quæ diſpnea proprie appellari poteſt,vt pote quæ nil aliud erit,quam crebra ſeu condenſata quædam reſpiratio cum alijs præfixis cõditionibus, ſine febre: de huius nanque ordinis morbis eſt noſter ſermo in hoc opere,non de his,qui cum febris inſurgunt affectibus.Perperam etenim illa præſenti,fuiſſet dub. de eſu carnis, quocunque tempore.Huiuſmodi denique paſsiones eſſe aſperæ arterię pulmoniſque,conſtat expreſſe 4.de locis affectis.4.de comp.ſecundum locos,capite 6. & locis & aphoriſmis citatis. Ad inſtitutum igitur deueniens,dicendum eſt:& cum his, & illis reiectationibus ſanguinis à pulmone,non eſt dub.de eſu carnis,quocũque tempore. De gibboſis vero alia eſt obſeruanda regula niſi illis accidant aliquot ex his:huius eſt ratio, quia primi ex locis ſupra citatis morti ſunt maxime obnoxij, & ab actionibus deficiunt:ſecundi ideſt,gibboſi ſecus. *In expulſione ſanguinis concedũtur carnes.*

Dicet tamen quiſpiam pulmo non tenet locũ inter partes principes in ordine ad indiuiduum,neque ad ſpeciem vt legitur lib. artis medice c. 45. quo teſtes enumerat inter partes principales corporis, & tamen animal viuit ipſis amputatis, vt vidit experiẽtia, & legitur de differentijs morb.cap. 8. §. nonnunquam vero & pennis integer,quemadmodum & teſtes,&c.ergo ſiue afficiatur pulmo per ruptionem,corroſionem,aut apertionem alicuius vaſis,ſiue per infartionem alicuius humoris,aut in vaſis minoribus,ſiue in illis cauitatibus, quarum recordatus eſt Galenus 7. de vſu partium c.2, & Auic.fen.10,lib.3.tract.1.c.1. nõ videtur

cur timore tãto, atq; terrore afficiatur medicus. Accedit, quod ſine pulmone viuant animalia quædam: lib. de vtilitate reſpirationis, & quædam eſſe animalia ſine illo, vt videre eſt 8. lib. de vſu partium, c. 1. §. omnes quod pulmonem non habent.

Vſus pulmonis. In hac tamen dubitatione cum certum ſit, pulmonem fuiſſe factum præcipue propter reſpirationem, iuxta illud, 6. de vſu partium c. 9. §. nam dexter ventriculus gratia pulmonis eſt factus: pulmo vero ipſe reſpirationis ſimul & vocis eſt inſtrumentum, idem libro de vtilitate reſpirationis com. 1. de natura humana, & 7. de anothomaticis adminiſtrationibus, & animal viuere non poſſe ſine reſpiratione. 4. de locis affectis cap. 7. §. nam impoſſibile videtur, vt animal omni ſpiratione exacte priuatum in vita ſeruari poſſit: quamuis ea animalia, quæ in cauernis latere conſueuerunt, thoracem mouere minime videantur: proinde duorum alterum conijcere oportet: aut adeo exiguam fieri ſpirationem, vt ſenſum effugiat: aut huiuſmodi animalia tunc ſpiratione omnino non indigere: ſed eam tranſpirationem, quæ per vniuerſum fit, ſufficere. Propter quod 7. meth. c. 13. dictum eſt, miniſterium tamen eſt ad vitam neceſſarium, veluti pulmonis, &c. quod etiam inuenias confirmatum apud Ariſtot. libr. de reſpiratione c. 1. & cap. 2. 3. atque. 4. & lib. de vita, & morte: & quantumuis videatur Ariſtot. 3. de partibus anima. cap. 6. & Galenus fragmento de motu thoracis diſſentire: quia hic aſſerit primum reſpirationis inſtrumentum thoracem eſſe, quia ad motum eius pulmo moueatur: ille, munus illud impetrare primo pulmonem, quia ad motum cordis feratur: tamen non diſcriminantur dicendo eſſe inſtrumentum neceſſarium reſpirationi, vt conſtet eius neceſſitas: tum præterea ſiue ad replendum vacuum moueatur pulmo inſequendo thoracis motum, ſicuti quibusdam placet: propterea quod, quieſcente thorace, quieti & traditur pulmo, ſiue moueatur a proprio principio, vt alijs arridet aſſeuerantibus pulmonem habere neruum in officio, & ſi in figura non apparet anothomicis (quod ſufficere affirmant ad veritatem illius propoſitionis, Motus in nulla animalis parte eſt ſine neruo, & inde. 12. de vſu partium, capite. 4. inuenitur, motus accipitur à neruis) reuera eius neceſſitas nulli eſt ambigua: nam præter miniſterium ſignatum, ſupra dicitur libro de anothomia viuorum, pulmo poſitus eſt in protectione, & cuſtodia cordis: vt folium in cuſtodia, & protectione

Pulmo a proprio principio.

fructus

Digitized by Google

fluctus,& 8.de anothomaticis adminiſtrationibus,cap.10.e pulmone aliquid ſpiritus in amplam thoracis capacitatem pertranſit ad vitam neceſſarium,& 6.de vſu partium, quod cor pulmo ambiat eſt neceſſarium.Quamobrem ad oppoſita ſatisfacere iã decet:concedendo ad primum,verum tenere pulmonem partẽ non eſſe principem in ſpecie,vt dicitur de teſtibus: neque in in diuiduo,vt cerebrum,cor,& hepar:ſatis tamen fuiſſe, cor indigere aere â pulmone præparato,vt legitur de vtilitate reſpirationis apud Gal.& apud Ariſt.de reſpiratione,& devita & morte:à quo munere cum pulmo deficiat obſtructione, aut vlcere affecto:ſic cura habenda eſt â medico de ipſo, vt oſtenſum fuit ſupra de hoc inſtituto.Ad ſecundum quod illo modo,quo ſcriptum eſt viuere animal ibidem ſine pulmone,& ſine corde, etiã conceditur:quod homini viuenti eſſe impoſsibile omnes docẽt. Vnde de alijs imperfectiſsimis animalibus ſermo excitatur ibidem ſub his verbis,nam & ſimiliter plura animalia viuunt non habentia cor,neque pulmonem: quorum calor vitalis cum ſit modicus,nutritur ab exteriori aere influenti per poros:hæc autem ſunt parua animalia,vt muſcæ,& ſimilia. Similiter & ille locus ex 8.de vſu partium intelligendus conſequitur de quodam piſcium genere:quapropter teneris ſeruare ordinem dictum,etiamſi tuberculatis ibidem victus tenuis conueniat, cuiuſmodi amygdalatum cum melle,ius pulli cum ciceribus elixum:& aues elyxæ cum vitellis ouorum præ omnibus conueniunt:ſpuẽtibus ſanguinem propter aliquot ex inſinuatis,illa omnia aſſa: & huiuſmodi pillulæ multoties expertæ, Recipe papaueris albi,ſeminis portulacæ;roſarum,ſpodij,coriãdri præparati, rhois obſoniorum,berberis,acatiæ,granorum myrti,ſucci radicis dulcis,iuiubarum,paſſarum mundatarum ab integris accinis, ana drac.i.fiat maſſa cum mucilagine ex tragacantho & aqua roſata,formentur pillulæ,quarum frequenter ſub lingua & mandibulis circunferatur vna magnitudinis ciceris.

Pulmo non dicitur pars princeps.

Ad tuberculatos victus.

Spuentibus ſanguinem remedium.

De Thorace.

DVbium præterea ſe offert,vt pote quod pars ſit regionis vitalis,de qua agitur thorax terminus ſcilicet eius, vt liquet 8.de anothomaticis adminiſtrationibus.cap.1.5.& præterea in ijs,quę clauiculas obtinent,elatior thoracis finis clauiculæ exiſ

tunt,quemadmodum demiſſior omni animantium generi ſeptũ tranſuerſum,quod Græci phrenas,& diafragma nominant, idẽ Auic.fen.pri.1.doc.5.ſum.1.c.14.&fen.2.1.doc.1.c.8.an eadem fuerit de ipſo ratio,ſicuti & de pulmone, iuxta noſtrum inſtitutum?dubium eſt, dubio autem datur locus:eo, quod 4.de locis affectis cap.3.refert Muſa in indice ſcriptum fuiſſe ſeptum trãſuerſum ſolum facit reſpirationem:eſſe autem reſpirationis organum legitur de cauſis reſpirationis libello ſub his verbis. Ceterũ in ſingulis his quatuor partibus propria quædã inſtrumentorũ natura eſt. Inuiolentæ quidem inſpirationis ſeptũ tranſuerſum,& quod illius ſit inſtrumentum. 5. de locis affectis capite 4.ergo eius miniſterium non minoris exiſtimationis reputandam venit,quam pulmonis:adiungitur quod ipſi conſentit cerebrum,propter quod.2.apho.33.dicitur,ſeptum tranſuerſum indicat bonas ac malas cerebri conſtitutiones,& 10.metho. ſepto tranſuerſo affecto fit delirium, id etiam.5.de locis affectis, cap. 4.5.ab aliarum vero partium nulla perpetuum dalirium procedit,dempto ſolo ſepto tranſuerſo:cuius vitio excitatum deliriũ parum â continuo diſtat, adeo vt veteres putauerint hac parte (inflammatione)affecta homines phreneticos euadere. Oſtendit igitur Galenus præſtantiam huius partis: inquit vero aliarũ partium nulla,quia ex eius ſententia affecto pulmone etiam excitatur quandoque delirium,prog.com.2.ſuper tex.68. ſic itaq; veriſimile eſt in pulmonem ijs omnem ſucceſsiſſe fluxionem, & ob eam rem delirare eos ratio eſt,& 5.de locis, ex ventriculi ore amẽtia:quare autem magis perpetuum ſit delirium â ſepto, quam ab alijs,cum pulmo proximior ſit cerebro, pleura etiam pars tenuiſsima,vt media ſepti & membranoſa,tum & ventriculus,nulla alia ſignari poteſt ratio,quam ſympathia quædam, ſiquidem tenuiſsimi etiam humores & in ventriculi ore inculcari valent,& in pleura,quemadmodum & in ſepto. Quinimo cũ ſeptum pars fuerit amplectens præter venas,tunicas, & neruos, atque carnoſas partes:omne humorum genus videbatur poſſe recipere:& inde fomentum ad detemperandam cauſam delirij perpetui magis.Ergo ſi dyaphragma tot habet partes,& præſtãtiſsimum miniſterium, dum infartionem humorum patiatur, aut ruptionem alicuius vaſis:ita quod ſanguinis fluxio excitetur,non videtur quare alia obſeruatio fuerit obſeruanda,quam in pulmone.

Thorax reſpirationis inſtrumentum.

Ex inflammato ſepto delirium.

Propter ſympathiã cũ cerebro delirium a ſepto.

Verum

Verum in affectionibus ſine febre huius partis (quæ merito vocitatur ſeptum transuerſum, quaſi quid poſitum contra noxium, vnde dicebat Ariſt. 3. de partibus animalium, cap. 10. datũ autem eſt ſeptum animalibus, vt ſedem cordis à ventre dirimat, videlicet vt animæ ſentientis (poſuit huius radicem in corde Ariſt.) origo inoffenſa ſeruetur, ne facile occupetur exhalatione cibi, & caloris aduentitij copia. & partem ignobilem à nobile dirimat, & 3. de partibus animalium, c. 7. ſupra ſeptum quædã viſcera ſunt, quædam infra, à quibus non diſtant multo verba illa lib. de diffinitionibus medicis, ſeptum tranſuerſum eſt neruoſum, viſcera quæ in thorace ab ijs, quæ ſub thorace ſunt, diſpeſcẽs, ac ſeparans) non eſt abſolute ſeruanda eadem regula, etiam ſi quando ſanguis eiicitur ab illo fuerit obſeruanda: quod percipitur illo modo, quo & thoracis ſanguis reiectatio, pars equidem eius ſtat, vt liquet locis citatis ſupra. De reliquo vero non afficitur, vt pulmo, ſicuti ſatis clare docet Gal. 10. methodi cap. 8. quando ſic, in ſepto vero tranſuerſo maraſmum non vidi, ethycam ſane febrem vidi, & hanc ſemel quidem plane abſolutam, ſæpe vero citius interimentem, quam plane eſſet completa: eiuſmodi nanque affectum & ſpirandi difficultas, & delirium excipere ſolet: ex quibus magna ex parte prius moriuntur, quam ethica prorſus ſit perfecta, & 4. de præſagatione expulſibus cap. 5. ſi ex refluxione, quæ incumbit in ipſum, omnino hęc ſit, vel flauæ bilis, vel calidi ſanguinis. & tenuis oportet: nam craſſum ſanguinem & pituitam lentam propter denſitatem nunquam recipiat. Vult ergo Gal. expreſſe in ſepto non excitari morbos, de quibus fuerit dubitandum, quemadmodum de morbis pulmonis: nam in ſuperiori text. & in hoc ſtatim ſubdit, ij delirabunt neceſſario, & citiſsime interibunt. Vnde quantumuis ſit pars neceſſaria, vt pulmo, & reliqua præfixa libenter ſint illi concedenda: aliunde naſcitur diuerſitas inter affectiones pulmonis & ſepti tranſuerſi. *Vnde dicitur ſeptum*

De affectionibus partis naturalis ſine febre.

CAPVT VIII.

LEgenti Galenum, 6. epid. com. 2. ſuper textũ 14. & 2. epid. 5. primi, non erit dub, humanum corpus in partes ſuperiores,

& inferiores diſcriminaſſe dicentem,quo circa, & quæcunque ſupra iecur ſunt,hæc eadē & ſupra ſeptum extant,iecoris enim deuexum tranſuerſo ſepto adnexum eſt. Partes ergo ſupra iecur ſicuti cor,pulmo,& hæc ambiens pectus, adhucque multo magis collum & caput dicuntur:reliqua omnia in inferioribus corporis eſſe dicuntur. Sed licet quæ ſunt infra ſeptum omnia inferiora videas nuncupata,verum tamen de ipſis(ſuppoſita diuiſione alia)per duo capita ſequitur agendum:in primo hoc de illis, quæ abdomini ſubtenduntur, Græci peritonæom vocant iuxta Gal.relata 4.metho.cap.6.§. diuiſo nanq; quod inter collum,& crura eſt trunco in duas capacitates maximas; prior ſub thorace,ſecunda ſub membrana, quæ abdomini ſubtenditur, & nuncupatur venter inferior continens membra dicta natura lia:cuiuſmodi nominant iecur,ventriculum,& reliqua deſeruiētia huic muneri.Huius vero partes internas,&externas animaduertunt:externæ numero ſenario accinguntur:hæc ſunt, cutis, pinguedo,pellicula quædam nūcupata mirachc, muſculi,& alia pellicula quæ vocitatur ſiphac iuxta partē anteriorem: verſus poſteriorem,ſpina è directo reſpondens ventri ipſi. Internæ nouenario,in viro ſcilicet,Iecur,ventriculus,lien,veſica fellis,inteſtina,renes,veſica vrinaria,omentum,& meſenterium: præter hæc in mulieribus inuenitur vterus,cū ei alligatis teſticulis in illa præaſsignata regione:nam generationis partes extra iudicant adeſſe oculi illas inſpiciendo. Supereſt igitur de vnoquoq; neceſſaria in mediū adducere.

Partes regionis naturalis.

Circa partes externas non eſt,quare immoremur multo,nam de hisque accidunt cuti,pinguedini, & muſculis, partim diximus partim vero dicenda venient, quando de cutaneis defœdationibus vniuerſi corporis fiat ſermo, nunc de mirache, (quod eſt panniculus compoſitus ex cute exteriori, ex panniculo carnoſo poſt ipſam(differunt panniculus & cutis, quia hæc non continet ligamenta,vt ille)ex tunica,quæ exterius veſtit lacertos ventris,& ex octo muſculis ventris, ſic legitur lib. de anot.viuorum.§.quia in mirache pellicula inuoluente inteſtina ſunt octo lacerti,&c.& apud Auic.fen 13.3.tract.1.c.1.§. cum ergo verificaueris tunc ſcias,quod cutis,& panniculus, qui eſt poſt ipſam,& eſt carnoſus,& lacertus poſitus in tunica, quæ eſt ſuprema tunicarum lacerti ventris nota & determinata, omnes ſunt in ſūma mirache)re vera licet poſſemus multa animaduertere,

uertere,vt colligitur ex Auic.c.22.eiuſdem lib.3.fen.13.tract. 5.tamen quia iudicandum eſt de affectionibus eius iuxta mala quæ ab illo oriuntur,aut à quibus ſua affectio naſcitur: dicitur nāq; propter vapores,&materiā illius partis,fen.1.tract.4.c.18. excitari melancholias,& epilepſias mirachiales, tremores cordis,oris ventriculi,& aliquando propter morbos harum partiū, tum Iecoris,& lienis grauitates,& quaſi attractiones eius.Ideo iudicabimus.prout expoſtulauerit vrgentia morbi à quo,aut in quem terminatur.Si vero nullo tranſacto morbo, aut indicato aliarum partium,mulierum queſtus nos irritent de grauitate illius partis,vt quotidie videas,conſulendum eſt de obſeruatione quadrageſimæ:tranſacta autem,præuiſis vniuerſalibus remedijs iuxta plenitudinem retētionem alicuius euacuationis, aut chachochimiam,hoc multoties experto remedio vtaris:confert equidē in hac,& quacunque opilatione,menſibus ſuppreſſis,hydropis ſpeciebus,& Icteritiæ. Eſt eius vſus quantitatis vnciæ dimidiæ,abſque alicuius aquæ,aut potus aſſumptione,perficit ſuū opus in quibuſdam ſpatio duodecim dierum, ad ſummum ſpatio triginta dierum.Medicaminis confectio eſt eiuſmodi.Recipe calibis præparati ſecundum artem, & in puluerem redacti tenuiſsimum per cribrum extracti, & in limpidiſsima aqua decocti,vnc.ſemi.pulueris ſubtiliſsimi radicisoxylepathi acuti vnc.j. & ſemiſ.pulueris eburis optimi præparati, vnc. ſemiſ. pulueris radicis mericę,apij,fœniculi,eringis, aſplenij, petroſelinij ana vnc.ſemiſ.conſeruæ cap.veneris.q. ſ.vt aſſumi queat.

Altera pars,quæ huius partis naturalis ſupereſt,ſuam ſedem habens ſub mirache,ſiphac à quibuſdam dicitur, vt videre eſt apud Auic.fen.13.cit.3.tract.1.c.1.& eſt panniculus, qui comprehendit viſcera omnia nutritiua,ipſum enim tangit ea,& declinat ad interiora,& aggregatur apud dorſum à lateribus ſuis, & continuatur velamini à ſuperiori parte ſui, & continuatur inferius veſicæ,& duobus illijs ab inferiori parte ſui, & illic adueniunt ei duo foramina,apud inguina.duo,quæ ſunt duæ viæ in quibus penetrant venæ,& ſuſpenſoria:& cum dilatantur,deſcendunt per ea inteſtina.Eadem ſcripta ſunt apud Gal.4. de vſupartium a cap.9.vſque in 13.non tamen ſub illo nomine, ſed ſub nomine Peritonion,ſeu peritoneum,aut peritetamenon,id eſt,circum tenſum,vnde & ipſi nomen eſt,ſic etiam ſerapion in capitulo de hernia.Vnde primum,quod occurrit de ventre cu-

Siphac quid.

Peritonion vnde.

tis eſt:ſub ipſa ſecundo panniculus primus,qui dicitur mirachc, deinde lacerti,ſeu muſculi ab dominis,tertio ſiphach,ſeu peritoneum,alias dicitur beritirón:deinceps zirbum adipinũ, ſifach, autem & mirachc ſic inuicem ſunt coniunctæ in ſupremis ſuis partibus iuxta diaphragma,quaſi ibi ſolum ſit vnus ſpiſſus panniculus:vltimo inteſtina. Sed licet vnus efficiatur, ſiue ſecus,ex illis panniculus,non ſequitur neceſſario tenendum, ſi zirbus adipinus immediate aſcendit inteſtinorum contactum, hydropẽ excitari per humorem contentum inter peritoneum & inteſtina. Verum tamen ſiue ſiphac tangat immediate omnia viſcera, ſiue medio zirbo adipino,certum eſt,quia ei inſunt duo foramina iuxta inguina eſſe radicem herniæ, quia quando hæc foramina nimis dilatantur,pars inteſtinorum per ea deſcendit in burſam teſticulorum,quid vero fuerit obſeruandum cum hernioſis, & hydropicis iuxta noſtrum intentum, dicendum erit Deo auxiliante poſtea deſcendendo à partibus internis huius partis naturalis,vſque in generationis vaſa.

De Iecore.

DYaphragmati hepar adeſſe immediate,docuit Gal.illo epid. 6.citato initio huius capitis de qua re expedit, quiuis percipiat eius figuram latam,& oblongam in dextra parte,gracilem tamen in ſiniſtra,& inde tenuis eius media pars pertranſit cooperiendo partem magnam oris ventriculi:ita quod amplectitur ſub ſe portionem ſatis magnam ventriculi, quantum ad conuexam eius partem ſurſus reſpicientem: & licet concaua ventriculi pars ſerpens deorſum extra velamem iecoris ſedem habeat,exiſtimo dum os ventriculi quotidie,vt contingit, malagmatur, aut linitur in febribus,medio ſpicæ oleo,menthæ,deopilatiuo iecoris,& huiuſcemodi alijs errores maximos produci,eo quod,liniant magnam partem iecoris,& inde calefaciant ipſum,conſequenterque humores, qui ab illo geniti per vniuerſum corpus diſtribuuntur:& inde præſtatur diſpoſitio, vt potius febris augeatur. Quamobrem expedit,vt ſi expoſtulauerit indicatio,malagmata,aut oleum calefaciens,vt potius declinans vergat verſus ventrem,quam aſcendat ſurſum. Viſcus hoc maximũ,& neceſſarium omni animanti àd viuendum 6.de anothomaticis adminiſtrationibus c.6,14.de vſu partium cap.1, lib,de definitionibus

Iecoris figura.

Digitized by Google

nibus medicis, & 7. metho. ſiue primo fuerit genitum, vt legitur lib. de fœtuum formatione capit. 1. 2. & 3. & 4. nanque fit ſatis illi dub. quod vita illa imperfecta valuit eſſe à calore matris, ſicuti nutrimentum: non facto corde per aliquod ſpatium temporis, in quo præparat ſanguinem, vt cor nutritionis materiam ſuſcipiat. Siue ſecundo poſt cor ipſum de iuuentute & ſenectute, c. 2. de reſpiratione cap. 4. de ſomno & vigilia cap. 3. & 2. propterea; quod cor ſit principiū caloris naturalis & nutritiuæ animæ: quod intelligendum eſt de gradu perfecto, nam de imperfecto, ante cordis generationem poſſe eſſe, patefacit illud exemplum de puella ſaltatrice lib. de fœtus formatione cap. 1. ſiue humores gignat virtute inſita in parte carnoſa vel venoſa. Dicēdum eſt membrum eſſe compoſitum ex Gal. ſent. 5. de ſimpl. med. facul. c. 12. 8. de comp. phar. ſecundum locos c. 7. §. verum circa hepar tot numero ſunt cauitates, quot ſunt arteriæ, & venæ, & inter has partes carnoſæ ſimiles ſanguini coagulato adſunt: propter quod dicebat Gal. 6. de placitis. Hipp. & Plat. c. 8. iecur rubicundiores & molliores habet partes, quam cor: & hinc, & quia quodam panniculo videas illum veſtitutum, quo medio ſentit, & ratione alterius à ſifac aſſumpto, per quem etiā adhæret diaphragmati, ſpinæ, & ori ventriculi, varia morborum adhuc ſine febre patitur genera, obturationes, opilationes, diſtemperies, tumores, obſtructiones, & hepaticas varias & diuerſas affectiones videlicet. Sic legitur apud Gal. 8. de comp. ſecundum locos c. 7. §. cum vero hæ omnes anguſta (id eſt cauitates iecoris) oſcula habeant, qua parte ſima huius viſceris cū gibbis coeunt, ac cōmittuntur, obturatio, & opilatio vitioſorum humorum aliquando contingūt, ad quas putrefactio cōſequitur, in calidis breui, in frigidis in tēperaturis vero noncito, ſed tēporis progreſſu accedēs: fit autē intēperatura & iuxta propriā hepatis ſubſtātiam, & circa venas, & arterias, & iuxta materias in ſpatijs ipſarum contentas: cum autem habeat hoc viſcus non vnam, ſed plures facultates actionum, quas vitæ tempore operatur, eaſque tot numero, quot ſunt actionum ſpecies, contingit ſæpe vnam præcipue lædi, ſæpe duas, & tres, atque omnes quatuor ſimul, primo de locis affectis cap. 5. §. quippe durus in dextra præcordiorum parte tumor, non lienis, ſed iecoris affecti, nota eſt: lib. de differētijs ſymptomatum capite 5. §. ac iecinoris quidem obſtructio, qui compoſiti & inſtrumentalis corporis eſt morbus, & in primo prorrh. com. 3.

Iecoris facultates lędi aut copulatiue, aut diſiunctiue

Digitized by Google

com.3.ſuper tex.64.§. Nempe quamquã deiectiones huiuſmodi, id eſt, limoſæ, ſubliuidæ, ſubrubræ aut ſimilis loturæ carnis recenter mactatæ, perpetuo hepaticæ exiſtant, non tamen ſemper ſunt cum viſceris inflammatione quo fit, vt orationi adiecerit coniunctionem, an, quod ſcilicet ita affectis dextrum hypochondrium perpetuo dolere aſſerere non potuerit. Si igitur iſta omnia poſsibiliter iecori ſine febre accidunt, diſcurrere oportet circa ipſa iuxta noſtrum inſtitutum.

Quando ergo reſpicitur iecur obturatum, opilatum, aut obſtructum differunt pluſquam ſecundum magis & minus: aut ratione illius principij â quo, vt videre eſt de primo apud Ciceronem de fato.§. ſtupidum eſſe Socratem dixit & Pardum, quod iugula concaua non haberet obſtructas eas partes, & obturatas eſſe dicebat. De ſecundo iuxta Gal. 10. metho. c. 2. §. iam vero obſtructionum ipſarum alia eſt, quę ex abundantia, alia quę ex qualitate ſuccorum: ſcilicet quia aut lẽti, aut craſsi ſint, incidit. & ca. 8. §. at ea cum varijs generibus eſt orta, & dẽſatis exiguis meatibus & conſtrictis corporibus, & humoribus, tum abundãtia, tum craſsitudine tum lentitia ſua obſtruentibus: & hinc ſubdit Gal. ſingulæ harum affectionum curandæ per cõtraria ſunt, denſitas per ea, quæ rarefaciunt, conſtrictio per ea quæ fundũt, abundantia per ea quæ euacuant: craſsitudo per ea quæ deſiccant, & lentor ijs quæ detergunt. Hinc etiam 5. de ſimpli. med. facult. cap. 14. dicitur â Gal. videntur enim, & hæc quodam ſane modo iam dictis eſſe vicina, nempe quæ extergere, incidere, obſtructiones tollere, diuidereque diximus: quanquam non vndequaque eſſe ſimilia, ſane & horum ante omnia diſtinguenda notio eſt, ac ſic inquirenda ſubſt. quam obrem ſubdit Gal. quæ cutis meatus reſerant rarefacientia dicimus, quæ vero vaſorum oſcula aperientia, & ponit exempla, pro omnibus: & hinc 4. de cõpo. phar. ſecundum locos cap. 1. titulo de concoquentibus adducit, quæ dicantur obturantia & obducentia meatus, idque cognitum per ſigna â Gal. deſcripta. 5. de ſanit. tuenda. Inquit enim cuiuſdam iecur obſtructum cognitum fuit per grauitatem in dextris præcordijs, & quia ei videretur ceu lapidem iacere, ſic vt deorſum traherentur, quæ ſupra eſſent, & tenſio ad iugulum vſque pertingeret, per vrinam tenuem. lib. de vrinis per aggrauationem ex aſſumpto cibo craſſo, & per difficilem reſpirationẽ lib. artis med. cap. 87. & ſolent etiã prӕter dicta euenire exigua tuſsis,

Obſtructio ex quantitate & qualitate.

Iecoris obſtructi ſigna

tuſsis ingens, cibi faſtidium, & totius coloris mutatio 5. de locis affectis cap. 7. capitis etiam dolor. 4. apho. 70. ſ. fiunt enim dolores capitis etiam ex calore ſolo, vel propter aliquam loci obſtructionem (morbus regius quandoque. 4. apho. 62. ſ. mali autem affectus hepatis, ex quibus morbus Regius ſolet euenire: tres ſunt, tumor durus, inflammatio, & obſtructio) & denique pulſus durus, vt deducitur 1. de differentijs febrium cap. 7. ſ. pulſus durus adeſt, quando aliquod viſcerum, vel inflammationem, vel obſtructionē patiatur. Sed probatū eſt ſupra iecur viſcus eſſe ergo eius obſtructionem ſequitur pulſus durus. Ad quod ſufficit illa ramificatio arteriarum inſinuata à Gal. 9. lib. de vſu partium cap. 5. quidquid alij dicant, negantes arteriam viſibilem iecori. Nec dū quod pleuræ negatur: & in tumoribus eius fatetur non ſolū pulſum durum, ſed & ſerrantem cuiuis, cum Gal. & Hipp. præceptum igitur ſit, iecur obſtructum ſi videas, quia cibi craſsi ſucci iecur obſtruunt. lib. de bonitate, & vitio ſuccorum cap. 4. & huius ordinis omnia fere quadrageſimalia ſunt: vt legitur de piſcibus fere omnibus. 3. de aliment. facult. à cap. 24. vſque in 32. nam licet de piſcibus ſaxatilibus bona aliqua ſint ſcripta ibidem: quod alicubi ſint praui legitur. 8. metho. cap. 2. quo de piſcibus multa conſpicere potes. De caſeo quod iecur obſtruat inuenies eodem 3. de aliment. facult. c. 15. hoc idem lac caſeoſum, amylum, ſimilago, alica, tragus, oriza. lagana, & rhymata, lens etiam, & ſapa generant iecoris obſtructiones, primo de aliment. facult. capit. 18. hoc idem & celerrime palmæ, ſuccus dulcis. Eodem lib. & palmę immaturæ 1. de alimentorum facult. cap. 26. denique, & hoc idē edulia, quæ ſolent parari ex farina & lacte: ſupereſt igitur hominibus patientibus obſtructionem in iecore tempore quadrageſimæ præſtari poſſe licentiam ad carnis eſum, & poſt vniuerſalia remedia, illis miniſtrari conditum ſupra dictum, interdicendo ſemper vſum vini dulcis, quia obſtructiones auget, de victus raſione in mor. acut. com. 3. & lib. de vinis, obſtruit vinū dulce, craſſum, & obſtructionem perficit, & 5. de ſanit. tuenda, cap. 6. quando ſic. Verum obſtructio quæ ex vino incidit, &c. tum etiam & vſum carnis ſuillæ, quia iecur obſtruit lib. de bonit. & vitio ſuccorum cap. 2. & 5. de ſanit. tuenda. cap. 6. omnes carnes concoctu difficiles, & præcipue ſenibus ſunt interdicendæ. Sed dices obſtructio iecoris non facit dolorem 2. de locis affectis, cap. 8. & quādo citra febrem contingit, non impedit, quominus homo ſuis vacet ope-

In iecoris inflamma. pulſus durus.

Quadrageſimalia obſtruunt iecur.

Vinumque mala.

cet operibus, & requiſitis negociationibus: abſque neceſsitate ergo illi præſtatur licentia. Reſpondetur quod licet aliquando id contigerit, tamen non eſt tutus morbus, ſiquidem dicitur à Gal. obſtructionem aliquando ſequitur mors, de cauſis mor. c. 3. & 8. de comp. med. ſecundum locos c. 5. obſtructionem ſequitur putrefactio. 9. metho. facit putrefactionem & inde febrem, de differentijs, morborum c. 7. prohibet coctionem, capitis dolorē facit 4. apho. 70. merito ergo cura eſt habenda ipſi medico in miniſtrando alimento, vt curetur.

Prognoſtica ex iecore abſtructo.

Rogabis fortaſsis liceat ne patientibus iocinoris obſtructionē, concedere potionem illam ex 16. partibus aquæ & vna mellis cōpoſitam, in qua infunditur quantitas omnium piperū, mediocris caryophillorum, zingiberis & caſię ligni (quinimo infundo vaſis ſemper vt audiui, reſident aromotica aliquot?) dubij eſt ratio: quia hæc potio quæ hiſce temporibus dicitur aloxa, cuius eſt maximus vſus, dulcis eſt: amara vero ab obſtructione liberant iecur 7. de ſimp. med. facul. 5. ſicut ălia fere omnia amara, vt pote abſtergentia & expurgantia in iecenore prouenietes obſtructiones, &c. & 8. de ſimpl. med. facult. 5. Praſium, ſicut guſtu amarum eſt, ita ſi quis vtatur, conuenientem huic ſapori actionem poſsidet, iecur, ac lien ab obſtructione liberans & apud Auic. lib. 2. tract. 2. c. 560. 5. eſt aperitiuum opilationum in hepate: id vero efficere amara, propterea quod fuerint partium tenuiarum, docet Gal. 3. de comp. med. ſecundum locos, e contra autē dulcia ex ſupradictis iecur obſtruunt, & inde Gal. de alimento. facult. c. 15. de lacte habet, lac elixum maxime obſtruit.

Aloxa an cōueniat iecori obſtructo.

Aſt in hac dub. exiſtimo dicendū conditū illud habentibus iecur obſtructū nec denegandū, propterea quod licet hæc vera videamus, verū 6. de ſimpl. med. cap. de glycyſida ſeu peonia ſcriptum eſt, quia acris & ſub amara eſt, expurgat iecur obſtructum. Idem Auic. loco allegato c. 561. huiuſmodi tamen qualitatis debet eſſe potio illa dum recte parata eſt, nam quantumuis primo inſultū videatur dulcis, poſtea guſtus recipit quandā ſubamaritudinem & acrimoniā. Vnde auctores & eius factitatores quādo illā componunt, affirmant, opus eſſe manere ſemper ſedē vnius ad alias: vt perſeueret illa acrimonia, & partium acuitas: propter ꝙ exiſtimo conuenire omnibus exercitatis: non quia frigida ſit illa potio, nam certum eſt aqua, prout eſt in vſu frigidior, tamē ſi in aliquali quantitate ſumatur frigida pectus aſtringi, ventriculum

Reſpondetur ad dub.

Aloxa non eſt frigida.

Digitized by Google

culũ diſtẽperari, & vniuerſum corpus, illa tamen aliqualis quantitas non debet eſſe maxime intenſe frigida, vt inſinuat Gal. ſuperapho. illũ 24. p. 5. uidelicet frigida aqua qualis nix, & glaties pectori inimica, alias pectoribus tuſſes mouent, & ſanguinem & diſtillationem. Et hinc Braſabolus in com. ſic habet nũc vero de intenſiſsimis frigidis agit, & D. Valles vſus potionis nimis frigidæ, aut balnei, aut medicamentorum cũ multa alia mala afferat, (nã vẽtriculo, vtero, veſicę, & partibus alijs exſanguibus nocet) pectori tamen inſigniter aduerſus eſt. Et licet aphoriſticæ ſentẽtiæ verba rigide de glatie & niue teneãt, non de aqua iuxta illã appoſita & refrigerata, vt hiſce temporibus eſt in vſu, præcipue apud principes & diuites. Verum expoſitores merito addunt & vſum potionis nimis frigidæ illa efficere mala, quia omne nimiũ inimicũ naturæ, & cuiuſuis vſus ſi modũ excedat malũ 2. aphor. 4. verũ & hæc exiſtimo illa efficere: dũmodo nó ſit de illis aſſuetudo lõga, alias ſecus: vt colligitur ex illo Hipp. ex aere, & aquis & locis, vbi Scytarum quorundam mẽtionem facit, qui aquã ex niue, & gelu potant forte eliquantes, deinde viuentes, qui ob aſſuetudinem non adeo facile læſionem ſentiunt. Quod ſi obijcias quod frigidum cum ſit inimicum naturæ, non poteſt non lædere ex longo vſu, quod & experientia videas confirmatum ex illa hiſtoria de Theſalia relata, vbi dicitur quod propterea quod eius potus aſsiduus fuerit gelu liquatum, & carambanum, retardatur diggeſtio: humores crudeſiunt, efficiunturque viſcoſi: & inde contingit quod tertianę reddantur ſthomaticæ, & periculoſę: licet nos docuerit Hipp. 4. aph. 10. 43. febres quæcunq; non intermittentes tertia die fortiores fiunt magis periculoſæ, quocunque autẽ modo intermiſerint periculũ abeſſe ſignificatur. Reſpõd. ad primum: id, poſſe aſſuetudinem longo tẽpore adquiſitã: vt in venenis liquet, quæ non ſolũ inimica ſunt naturæ pro qualitatibus ſed pro illa ſuperius dicta ſubſtãtia. Ad ſecundum, ꝙ non vtũtur in Theſalia niſi per ſingulos annos illa potione, iuxta mẽſes veris, æſtatis, & autũni, & inde cũ fiat mutatio per ſingulos annos, quia natura nõ fert ſubitas mutationes 2. apho. 5. ideo excitãtur illa mala, & inde febris nõ periculoſa ex accidẽti redditur interſiciẽs: vnde tu medice teneris cõſulere principibus, ꝙ ſi frigidorũ vſus ceſſauit, vt cótingit tẽpore hiemis, paulatim refrigerãdo poſtea viuere, ne ſequãtur illa mala, & alia, vt ſolẽt, ſcilicet podraga, aſthma, diſnea, paralyſis, & reliqua ſic, quæ ſolẽt pro repẽtino & in tempe-

Ex frigido potu mala.

Tertiana periculoſa quando.

Digitized by Google

tẽpeſtiuo vſu frigidorũ euenire & illud adhuc nunquã permittẽ do vſque ad vſum niuis, glaciei, aut carambali, ſed tantum iuxta ponendo minus, plusve. Neque in magna quantitate, iuxta illud cant.2.part.tex.27.quo ſic, non eſt antem aquę potus frigidæ nimium, aut potus niuis frequentandus: eo quod neruis obſit, & inter omnes, ſanguineis & biliosis libenter magis eſt concedendus. Et inde inuenies apud eundem.f.2.1.doc.2.ca.16.aqua prætereа temperatæ quantitatis frigida ſanis melior eſt aquis omnibus, licet neruos impediat: & apoſtema in anterioribus habentes lædat (quaſi dixerit non ſolum in arte medica nullum eſt tã celebre remedium quin aliqua ex parte lædat, verum & in his etiã quæ comeduntur & bibuntur) & eſt ex eis, quæ appetitum excitant, & ſtomachum forte facit. Conferre igitur erit certum potionem illam ex aloxa, quia cum calore aliqualem adſtrictionẽ contineat, & inde excogitata fuit exercitatis, ne ſitientes aſſumerent potiones aquæ frigidæ, læderenturque eis nerui, quod ex eo quod pori & omnes viæ pro excitio ſint apertæ, ab illa nerui læderentur, & omnia viſcera.

Frigidæ potiones aduertendæ.

Aqua ad ſomnum optima.

Deinceps dicendum eſt eaſdem omnes fere regulas obſeruandas eſſe dum iecur afficitur tumoribus, aut ſcirris conſideratione dignis: eadem equidem currit ratio, ac de iecore obſtructo inſigniter, deprehenditur autem illud ex eiſdem locis, ſicut deprehenditur aliud, vt liquet 5. de locis affectis. 7. 4. de præſagatione, ex pulſibus, & ſecundo de arte curatiua ad Glauconem.

Præterea hepar abſque vllo tumorum genere, & febre, pati ſolet & à ſola intemperie, ſicuti eſt videre apud Gal. eodem citato cap. 5. lib. 7. de locis affectis ſtatim per initia dicentem, huic etiam parti (id eſt, iocinori) quemadmodum & ceteris omnibus duplex morborum genus accidit, vnum a ſola intemperie citra tumorem præter naturam, &c. quod etiam videas apud eundem 8, de compo. pharmaco, ſecundum locos capit. 13. & iuxta Auic. fen. 14. tract. 1. lib. 3. cap. 13. ſtatim etiam per initia ſub his verbis: hepati accidunt ægritudines complexionis, in proprietate ſuæ ſubſtantiæ, & ægritudines compoſitionis, &c. hæc ſi fuerit calida tibi erit nota his, primo, propter defectum appetentiæ ciborum, quia os ventriculi quadam quaſi fictitia repletione videtur repletum ex vaporibus, atque fumis eleuatis ad ipſum propter hepatis calorem: veluti videtur in tertianis ſecundo propter ingentem ſitim, quæ neque potu aquæ extinguitur, nam propter ca-

Calidi hepatis ſigna.

ter calorem medio ſanguine à iecore in vniuerſum corpus diſtributum, inſurgit fugatio quædam humidi roris â venis, venæ ab hepate, hepar a ventriculo, & inde excitatur illa ſitis. Tertio propter incendiũ totius corporis incenſum â ſanguine calefacto in totum recepto: quarto propter colorem medium inter rubrũ & cetrinum, qui lucet ex parte ſanguinis, & bilis, qui tunc cum ſanguine facillime aſcendit: quinto propter facilem alterãdi modum, ſiue aſſumptis calidis, ſiue occurrẽte exercitio: ſexto quod ſi diu perdurauerit & liquefactiones apparent in vrina, imo & totum redditur quaſi aridum, & extenuatum. Et hinc Gal. lib. artis med. inter ſigna, quæ valent oſtendere hepar calidum, adducit hirſutum ventrem, & hypocondria ſtricta: ſeptimo, maxima generatio bilis atræ, & inde talis eius in cõſiſtentia, vt multoties ad inteſtina deſcendat abradatque ipſa, & excoriet: & quandoque exulceret: octauo ventris conſtrictio propter ſiccitatem fæcum in inteſtinis â calore eiuſdem iecoris, ſine dolore, aut grauitate in lateribus: quia calor hepatis reſoluit humores & ventoſitates, â quibus illa euenit excitari: nono propter vomitum, quod ſæpe ſæpius inſurgit bilis non ſolum vnius coloris ſed plurium: decimo ſiccitas, & linguę ariditas, & ſiccitas propter vapores, qui â bile eleuãtur. Si autem frigida his ſignis oppoſitis percipietur, ſi illa tenet propoſitio Ariſt. 1. topicorum c. 8. & c. 12. contrariorum ſi probabile eſt eandem eſſe diſciplinam, & ſenſum eũdem probabile eſt eſſe contrariorum, conſtaret iecoris frigida temperies, verum quia in re medica ſenſibili per conſpicua ſigna ſenſibiliter eſt procedendum, ideo explicare illa arridet, quæ huiuſmodi ſunt. Primo frigidam hepatis complexionem oſtendit color albus labiorum, & linguæ excitatus propter pituitæ redundãtiam, quæ aut ſubſtantialiter aut in vaporibus id cauſat. Secundo ſanguinis defectus, nam ab hepate frigido nequit copioſe generari. Tertio ſuper abundantia ſuccorum crudorum, ſputi ſcilicet, & phlegmatis, quæ conſurgit propterea quod hepar frigidũ diminute concoquet chilum, & ſanguinem: præcipue, ſi vẽtriculus deficit â ſuo munere iuxta illud 6. de mor. vulg. com. 4. in iecore non coquuntur cibi male cocti in vẽtriculo. Quarto ſitis deficientia propter humectationem & iuxta totum, & ventriculũ, atq; linguam. Quinto tumefactio faciei totiuſq; corporis cũ ſub albedine, ſeu emortua albedine, propter pituitoſum humorẽ effuſum â iecore in omnes partes corporis, qui pro ſua frigiditate

Frigidũ iecur quomodo cognoſcitur.

Frigidi iecinoris nota.

Digitized by Google

ſolet eſſe cauſa quandoq;, vt non ſolum color defœdatus videatur quomodolibet, ſed tendens in ſubuiridem, aut nigrum colorem: ſicuti tẽpore hiemis ſæpe ſæpius videtur: ſexto tarditas pulſus cum mollitie arteriarum, nam exſuperantia frigidi humoris retundit cordis calorem, & humor illius humectat arterias: ſeptimo aſsidua fames, quæ iuxta Gal. placita 5. de locis bene poteſt ſuboriri propter frigus cõmunicatum à iecore frigido in os ventriculi, ſiue ipſa conſurgat propter corragationem à frigore, ſiue propter ſuctionem, ſiue ipſa fuerit vera fames, ſiue ſecus: nono defectus eiuſdem ventriculi cõcoctionis, quæ percipitur ex ructu accido, qui quotidie apparet: nam cum plus appetant, quã concoquant, aſsiduo comedunt abſq; diggeſtione, & concoctione: quia non ſic trahit iecur, ſicuti in alijs. Decimo, quãdoq; maxima tardiras depoſitionis excrementorum, quia cum iecur nõ generet ſufficientem quantitatem bilis, quæ deſcendens irritet inteſtina, ideo id accidit: & quandoque euenit immodica ex laxitate contracta ab humiditate, nã propter debilitatẽ attractricis hepatis, copia humoris ex cibo, & potu. cũ fecibus deſcendit ad inteſtina, & liqueſiunt feces, declinantes ad quandã albedinẽ ex colore, & inde parum permanendo in vijs deſcendunt immodice: ſed hoc non contingit donec proſtrata eſt attractiua hepatis: & relaxationem paſſus ventriculus: nam per initia morbi oppoſitũ potius euenit, quia nec ſentitur illa irritatio. Vndecimo, ſpuitiones pituitæ declinantis ad nigredinẽ, & viriditatem quia defectu caloris iſtos colores reſultare quandoq;, videas, ſcilicet quando ſine ſplendore apparent, licet quando cum illo contingunt, à calore ſint: exẽplum oſtendit carbonis nõ ſplendentis, & gagatis lucentis. Duodecimo, vrinæ cruditas, & ſubalbatio, quia nec eſt ab hepate frigido copia caloris ad coctionẽ, neq; bilis generatio ad colorẽ immutandũ. Sicca tertio hepatis diſtemperies percipitur per durũ pulſum, quia arteriæ cũ tali cõplexione redduntur ſiccæ. Secundo per ſiccitatẽ oris, & linguę: patiũtur equã dã iſtæ partes cũ hepate, & inſurgit ariditas illa. Tertio per ſitim quæ cõtrahitur ex ſiccitate cõmunicata ori, ventriculo, gulæ, & linguæ ab iocinore. Quarto per ſubtilitatẽ ſubſtantiæ vrinę, nã humiditates medijs quibus vrinã cõtingit incraſſari, propter ſiccitatẽ abſumũtur, licet aliquando ad colorem nigrũ vergat propter admiſtionem alicuius portionis melancholiæ, quę ſolet vigere in hac iecoris diſtẽperie (licet aliquando prædominetur bilis) hu-

Iecoris diſtemperies bis percipitur.

Hepatis humidi ſigna.

ſis, humida: quarto iecoris diſtēperies fit nota propter oppoſita ſigna his, quæ accidũt ſiccæ diſtēperiei: quia cũ ea adeſt faciei tumefactio, & oculorũ ex vaporibus humidis, qui aſcēdunt has vel illas cerebri partes, à quibus illis mãdãtur. Deniq; & mollities in omnib⁹ partib⁹ carnoſis, & præcipue iuxta Hypocõdria propter humiditatis ſuperabũdãtiã, cuius effectus eſt adaucta mollities.

Prout ſic igitur diſtēperiebus hiscollectis, fit obſeruatio quoad noſtrũ intentũ: patientibus eas pręciſe abſq; epatica affectione, hydrope, aut huiuſmodi alijs, aut febre (ſolēt equidē nõ ſolũ iſtę affectiones cõcomitari diſtēperies calidas, verũ & frigidas: de primo videre eſt iuxta Gal. lib. de cõp. phar. ſecundũ locos 8. c. 7. §. calida igitur intēperie, & §. frigida vero intēperie: quibus diſtinguit hepaticas affectiones ex calida cauſa, & frigida, per multitudinē illius ꝙ excernitur per fętorē, & per durationē affectus: equidē à cauſa calida nõ tantũ tēporis durat affectus, quãtitas materiæ eſt maior, quæ deponitur, & cũ maiori fętore: quã quãdo à frigida: vt etiã deducitur: 5. de locis affectis c. 7. ꝙ & ratione conuincitur: nã ſi hepatica affectio in qua ſanguinolētus humor per aluũ excernitur, talis cõſiſtentiæ ſit, veluti ſi quis ſanguinem cũ aqua cõfudiſſet: & pleriq; ſane medici imaginē eius depingētes ſcripſerũt talē eius compagē eſſe, veluti ſi quis victimæ recēs mactatæ carnes aqua lauaſſet, cit. 8. de comp. phar. ſecundũ locos c. 7. & in primũ prorrheticorũ c. 3. naſcitur præ iecoris imbecillitate, quia ſcilicet traxerit in ſe ipſum ex ventre & inteſtinis alimentum, ſanguificare autem ipſum præ debilitate nequeat, neque retinere: hæc vero tam ex calore quam ex frigore valet excitari, prope illud, quælibet nimia intemperies corrumpit actum propriæ virtutis, igitur ab vtriſque diſtemperiebus. De ſecundo primo de generatione hydropis à cauſa calida, & a frigida etſi hæſitent auctores, verum tamen 6. de locis affectis conſpicuum ſatis liquet ſub his verbis quoad calidam intemperiem (nã de frigida omnes fatentur practici & theorici, proprijs capitibus: quia hydropicorum humores ſint infra ſanguinem qui ſemper calore minore moderato generantur, ſicuti qui ſunt ſupra ſanguinem à maiori moderato) haud ſecus allucinari conſueuerunt in ea quoque aquę inter cutem ſpecie, quę ad acutos morbos ſequitur: quippe ab his iecur calida, & ſæpe numero ſicca quoq; in temperie tã grauiter afficitur, vt cibũ in ſanguinē tranſmutare nequeat: expreſſe ergo docet à calore & omnes hydropis ſpecies poſſe *Hydrops à calore & frigiditate*

pullulare:nam ſi pro calore; & ſiccitate cibum in ſanguinem neque tranſmutare poſſe euenit:ergo & flatuoſum & aquoſum humorem atq; omnem infra ſanguinem: vnde euaneſcit opinio dicentium poſſe aliquam ſpeciem hydropis â calore originari, nõ omnes:eadem ſentẽtia inſinuata inuenitur apud Hip. 2. prorrh. com. 1. & ibidem apud Gal. conualeſcitque hoc modo, nã calor iecoris nimis exſuperans partes aquoſas & flatuoſas à cibo poteſt eleuare vſq; incutem, & ibidem pro frigiditate aut maxima condenſatione cum minori calore condenſari, & detineri eaſdẽ: donec ſufficiat redundantia ad timpanitem, anaxarcam, aſcitem vel totius corporis malum habitum (cachexicum dicunt) ſi mauis quod hydropis ſit ſpecies:nam Gal. ex proprijs ipſam non recipit talem: etſi enumerando aliorum placita, illã videas deſcriptam illo lib. de tumoribus præternaturam (quinimo 4. de ratione victus in acutis, ſolum duæ ſpecies numerantur) neque illud erit difficile intellectu conſideranti, quomodo in chimica arte ex varijs materijs calore medio, & vapores, & aquæ, & flatus ſubleuantur. Quare ergo non in iecore, varietate materierum recepta, & calore excedente? neque opus eſt ad id vaſorum ruptio vt quidam inepte cogitant, id eſt, ad hoc quod inter peritoneum & inteſtina illa deſcendant, & hydropes generentur: neque vt ſit via manifeſta. Ipſa equidem natura multos anfractus nobis ignotos ſcit: vt patet illis exemplis de ſagittis, &c. â nobis adductis in ſuperioribus. Propter quod, dum aqua eſt inter peritoneum & inteſtina, ſeu inter mirache, ſeu ſiphac, & inteſtina, pituita, aut aer præparato corpore, & expurgatione adhibita vniuerſali: ego Dei auxilio, frequenti vſu vnius menſis, pulueris radicis iridis ſcrupulum vnum miniſtrando, mane fricando ventrem ſiccisſima arena in ſartagine torrefacta, appoſita cucurbitula magna ſuper vmbilicum ſtatim, & per noctem applicando emplaſtrum illud ex ſtercoribus (cuius mentionem videas apud Donatum ab Altomari in curatione hydropis) tres aſciticos ſimul & tympanicos ſanitati reſtitui, bene ſatis per alui receſſum euacuantur, quia natura vias nobis occultas habet notas, & conſpicuas: & inde in illis euacuabatur aqua veluti viridis, donec euanuit tumor totius ventris. Dicitur enim ſic hydrops, videlicet aquoſus tumor libro de oculis capite primo, ad quod (ſiue per ſe, ſiue per accidens) genus morborum producendũ iecur lędendũ credas ex Gal. locis ſupra adductis. Nã particularis fuit ſententia,

Sine ruptione vaſorum hydropis.

Hydropici tres ſanati.

ſententia lib.3.cap.50.quod ex vitio ſolidorum poſsit anaxarca effici:quaſi illa pituitam aut aquã aut flatum potuiſſent genera re.Et quando Gal.vitio renum dicit hydropem excitari: percipe quod non expurgato iecore à renibus, ex quibuſdam vitioſis ſuccis illud accidit:& inde præſupponitur ſemper lapſus in iecore ad hydropes eſſe.Et quantumuis inuenias apud Gal.lib. de tumoribus cap.16.ex vulneratione interna, aut ruptione peritonei contingere deſcenſum aquæ ad hydropem conſtituendam, non intelligas,propterea non poſſe fieri ſolum per transcolationem illam dictam:alias ſemper eſſet alia curatio diſtincta à ſupra dicta cuius oppoſitum experientia noteſcit.De tertio denique ſtat doctrina Gal.5.de locis affectis capi.7.§.& inſuper febris quoque cum vehementiſsima ſiti laborantes cruciat.Eas enim febres,quas cauſones,id eſt,ardentes antiqui vocabãt,magna ex parte venire videmus, iecoris aut ventriculi flammeis diſpoſitionibus.Idem Auic.f.14.lib.3.tract.1.c.14.§. & febres & aduſtio ſanguinis.Potrocinatur ratio parti huic:nã ſi ſolum accenſis ſpiritibus pro exercitio immoderato fit febris,quare calefactis humoribus non id à inſequi etiam quandoque diſtemperiem frigidam ibidem patet, ex eo quod ſanguis magis ſubtilis etſi poſt longum ſpatium,tum & aquoſa putredinẽ aſſequetur, non ſatis protectus neque integram conſeruationem recipiens à calore ipſius iecoris frigidi.Deficientibus ergo febribus, aliqua ſpecie hydropis,aut hepatica illa affectione (quia ipſis cognitis non eſt hæſitandum,depræſtanda carnis licentia, quocunq; tempore)ſed ſolum diſtemperiebus præciſis dicimus, quod ſit obſeruatio,patientibus diſtemperiem calidam iecoris cum illis ſignis, non eſt deneganda licentia ad carnis eſum,quocunque tempore:huius eſt ratio,quia quantumuis talis tẽperies poſsit eſſe naturalis,id eſt,cõtracta à principijs generationis, vt deducitur ex Gal.lib.artis medicæ cap.de ſignis iecoris calidi:verum tamẽ periculum adeſt tunc morborum acutorum multorum:ſicuti præſagire licet ex ſupra adductis:& quia hoc deficit patientibus diſtemperiem frigidam,ſiccam,aut humidam,haud licet elargiri talem indulgentiam tunc.Bene quidem ſine periculo expectare valent, vt tranſacta quadrageſima paulatim reducantur iuxta præcepta medica.Dices ex Gal.com.2.in lib. Hipp. de ratione victus ſuper tex.47.habemus,iecore affecto tardiſsime fit mors, patet verbis illis,velociſsime igitur fiunt corde patiẽte mortes:

Hydropicis & hepaticis conceditur eſus carnis.

deinde affecto cerebro:tardiſsime ab hepate prodeunt:quod cõ firmare poſſemus ex eodem Gal.5.de locis affectis.c.1.§.iecoris vero intemperie deperdita non oportet cordis ſimul actionẽ perire,ſed vita non perit illæſa cordis temperie,igitur vna videbitur ratio de omnibus temperiebus iocinoris:ſed cum certum fuerit ex eodem Gal.lib.de marcore,cap.1. quod non poteſt intemperies aliqua occupare corpus,non præocupans cito cor:ex eo ꝙ vi à corde deriuata pulſatione, & calore temperies natiua ſingulorum conſeruetur membrorum,ergo multo melius ſi fuerit iocinoris: à quo cum corde eſt & mutua reciprocatio in recipiendo aliquid neceſſarium ad vitam:propter quod Gal.in his locis, ſicuti & in alijs quam plurimis iecur ſtatuit partem principem facultatis principium:erit ergo certum illa teſtimonia non conuincere abſolute,ſed relatione ſuppoſita: ita quod collatione facta ad læſionem cordis, & cerebri, dicitur tardiſsime læſionem iecoris mortem adducere:nam læſo corde,aut cerebro contingit millies, intra viginti & quatuor horarum ſpatium mortes euenire. Ergo quantumuis ſpatio quatuordecim dierum, aut plus aliquantulum pro calida diſtemperie iocinoris excitaretur morbus,qui eſſet in cauſa morti intra tot temporis, non abſre diceretur affecto iecore tardiſsime veniunt mortes.

Quo modo læſo hepate intelligitur animal tarde mori

De Veſica Fellis.

IOcinori ſubeſt quoddam vaſculum cõpoſitum ex duabus tunicis propria altera, altera à ciphac originata, configuratum ad modum piræ oblongæ,à quo per anguſtam partem eradicatur ductus quidam tendens in ſubſtantiam iocinoris, vt per ipſum excrementum bilioſum trahatur ab hepate,& mundificetur maſſa ſanguinaria, iuxta illud Galeni 5. de vſu partium,capite 6.§.eam autem,quæ hepati ſubiacet, veſicam & ſi tenuitate ac copia medium ſuccum tracturam,attamen paruã fecit, quod poſitionem alijs omnibus hepar purgantibus inſtrumentis commodiorem, numerumque orificiorum trahentium haberet maiorem,&c.& tertio de ſymptomatum cauſis,capite ſecundo, §.bilioſum quidem veſica,quę iecinori ſubeſt,expurgat,& 6.de placitis capite quarto.§.biliſque receptricem veſicam præparauit, & licet Galenus bilem illam recipi vt excrementum fateatur in

Veſica fellis ex quibus.

tur in veſica, quinto de vſu partium, capite ſeptimo §. Porro veſica non ea ſolum quę bilem, ſed & quæ vrinam recipit, purum vtraque atque ab alijs ſecretum, cum attrahant proprium excrementum. Verum tamen quod hoc veſicæ excrementum non putrefiat, docet expreſſe tertio libro de naturalibus facultatibus, capite 12. quando ſic. Siquidem excrementa ſingula ſi moram in corpore diutius trahant, putreſcunt, alia ſpatio breuiore, alia longiore, itaque mordacia & acria, atque ijs, qui ea continent, infeſta redduntur, at non in ea veſica, quæ iocinori ſubeſt, ſimiliter ſe habet, vt quæ neruorum plane ſit expers. Circa quem locum Braſobolus refert mentem fuiſſe Bartholomęi Euſtachij, quod hic textus ſit deprauatus, quoad hoc quod eſt aſſerere neruos non ineſſe veſicæ: nam reuera ex eodem Galeno comment. vltimo tertij libri de articulis, veſica habet neruum & ſi paruum: quod vidiſſe videtur fateri Doctor Valuerde libro ſeptimo ſuæ anothomiæ capite ſexto, his verbis: *Lo demas de eſte ramo ſe diſtribuye por el concauo de el bigado y la vexiguilla de la biel*. Sed reuera ſiue fellis veſica contineat neruos, ſiue ſecus, vt ibi putrefiant excrementa, nil referre percipio: & hinc fore intelligendum Galenũ, quia expers eſt neruorum, non infeſta redditur, ſicuti reliqua quæ continent excrementa, id eſt, quia facta collatione ad reliqua illa continentia excrementa, expers dici poteſt, & inde non percipit acrimoniam & mordacitatem: nam ramulus nerui adeo paruus eſt, vt ſolum ſit ſurculus rami minimi. In reliquis adeo ſunt inſigni, vt proprijs capitibus quis legere poteſt iuxta Veſſalium, Carolum Stephanum, Doctorẽ Valuerde, libro de anotomia viuorum, & oculis conſpicere. Rationem ergo quare ibi non putrefiat bilis aliunde petere conuenit, ea enim eſt, quod bilis mixtura potius eſt apta ad aſſationem quã ad putrefactionem in 1. prorrhit. comm. 1. Secundo, quia vt illo loco docet Gale. ſic irritat, vt nec detur locus pro eius continua expulſione, & motione prohibitæ ventilationi, & inde nec putredini. Habet enim & ramum alterum deſcendentem ad duodenum inteſtinum: per quem continuo extrahitur ab ipſa & mouetur pars bilis, vt inde irritata inteſtina & feces, & multitudinem ſuccorum crudorum expellant. In quibuſdam hominibus aſcendit ventriculi fundum, non vt excitetur ſitis naturalis, quia ſi talis fuiſſet eius vſus, vtique in omnibus hominibus ibidẽ aſcenderet, niſi natura injuriæ illos tradidiſſet. Eſt ergo vitiũ talis

Veſica fellis habet neruum.

A veſica fellis nõ deſcendit ramus in omnibus hominibus.

 aſcen-

aſcenſus,propter ꝙ dum adeſt,adeſt & bilioſus perpetuo vomitus,vt lib.artis medicæ cap.74.inuenitur, & exemplificatum in quodam homine quotidie vomẽte bilem pallidam. Superſt igitur colligere,eradicari in animalis damnum ab hac veſica & vomitum aſsiduum bilioſum,indeque ſitim frequentem (quia obſtruatur ille ductus deſcendens ad inteſtina) defectum ad excrementorum depoſitionem originari (& quia ſuperior) & defectum emundationis ſanguinis conſurgere. Indeque apparere vitiatum illum colorem per vniuerſam cutem iuxta illud Gal. in lib.3.Hipp.de mor.vulg.com.1.ſuper tex.5.ſ.is enim impediri ſignificat bilem,quominus ex viſcere expurgetur, & euacuetur per ventrem vel propter opilationem eius &c. Sed quia de primis cum fiat ſermo de accidentibus & ventriculi affectibus, & de inteſtinorum lapſibus, recte agendum veniet: de vitiato colore illo auriginoſo nuncupato à Gal.citato 3.de mor. vulg. placet nunc diſſerere.

De Ictericia.

Ictericia, quid & vnde.

Affectus hic confectus ex eo,quod proruerit bilioſus humor ad cutem.9.de comp.med.ſecundũ locos cap.1.vnde a quibuſdam dicitur effuſio bilis flauæ per vniuerſum corpus, à Gal. lib.de differentijs ſymptomatuum cap.4. Regius morbus dicitur,quod vulgo icteros:eodem modo Plinius, & Varro appellant,quod mulſo præcipue regio plane potu curaretur. Celſus, & Apuleiuſ cum Aetio & Gal.illo allegato de mor.vulg.hominem hoc morbo laborãtem auriginoſum, quia colorem aureum referat talis homo in vniuerſa cute: Virgilius, Dioſcorides, & Marcellus arcuatum nuncupant talem hominem à colore celeſtis arcus.Fuiſſe autem ſcriptum lib.introductorio,affectum hũc eſſe albi oculorum,nullam inuoluit contradictionem cũ dictis: nam ibi ſolum oſtenditur,quod pro perſpicuitate albedinis ibi primo repræſentetur.Hic igitur ſiue fiat propter iecoris obſtructionem,eiuſdem debilitatem ex pultricis, ſiue propter inefficacem vim veſicæ trahendi,aut obſtructionem illius dicti, quo medio iocinoris maſſa ſanguinaria emundatur,certum eſt quod percipitur præter colorem illum notum ſatis viſui, ex pulſu minori,duriori,crebriorique.(Nam deficiente febre neq; languidus,neque fit celer)lib.de pulſibus ad tyrones, & 4.lib.de cauſis pul-

Signa ictericiæ.

ſis pulſuum,cap.26.ex guſtatis,nam amara apparēt dulcia , lib. de cura icterici,& ex vrina ſapæ ſimili , aut ſaltem intenſe rufa ſpiſa,& plurimum egeſta,lib.de Dynamidis,;& experientia luce clara, ex dolore in dextra parte præcordiorum,bilioſis deiectionibus,vrinæ ardore,grauitate in eadem dextra parte hipocondriorum,præſertim quando vehementer reſpiratur.4.apho. 64.iuxta Aetium lib.10.cap.17.Paulum lib.3.cap.50.verum cū præter illas dictas cauſas,contingat & originem ducere ex diſtemperie maxime calida iecoris.3.lib.de mor.vulg.ex cauſis externis,vt ex morſu ferarū contingit quandoq;.5.de locis affectis cap.7.ex potione noxij medicamenti continentis aliquā peregrinam qualitatem,teſtificantibus id Paulo,& Aetio:etenim hæc diſcriminare expedit.Nam quantumuis ſint,qui dicant , ꝙ auis illa,quæ à Latinis dicitur galgulum , auis icterus vocetur, eo quod inſpecta,id malum à quacūque cauſa ſanetur : aſt cum rationalium viam inſequamur,impericorum non recipiendo remedia:niſi rationi arrideant,vlterius progrediēdo dicimus.Igitur ſi deficiāt reliqua præſignata, & color aariginoſus appareat â morſu alicuius eſt,ſi ardor citra grauitatem hypocondri dextri ex inflammatione:ſicum illa,& reliquis, ab obſtructione : ſi citra illa omnia,cum ventriculi nauſea,auerſione, aut huiuſmodi alio,ex peregrino aſſumpto medicamento:nam rationi maxime conſonat peregrinum illud medicamen ſympathiam continere cum ventriculo,& antypathiam tātam cum iecore, vt hoc lædat, illum vero non,ſecus illud haud eueniret illo modo : ſi à morſu ex relatis,ſi paulatim manifeſtetur color, ex obſtructione illius ducti relati.Ceterum ſi hic color febriente ægro,repente,ac cumulatim apparens febrem finierit,criſim teſtatur materia ex alto foras prorumpente,proruente videlicet ad cutem bilioſo humore,ratione bonæ iudicationis,& quia dum contingit (febriente homine)malum,nos non loquimur:ideo omiſſo prognoſtico iuxta Hipp.ſententiam 4.apho.62.vbi dicitur,quibus in febribus morbus Regius ante diem ſeptimum accidit malum & 3.de morb.vulg.com.1.ſuper tex.5.de ratione . Victus text. 31.aſſeuerare primo ſuuris auſi pro reliquo(ſub correctione cui arridet)perſeuerante icteritia bene poteſt medicus præſtare licentiam ad carnis eſum,tēpore interdicto.Huius eſt ratio: quia licet ſaxatiles piſces,& piſces alios mollium carnium,ſalſuginoſa quædam,cicera cocta,& condimenta ex ipſis,naſturtio,cymi

Cauſæ icterij.

Prognoſtica.

 no,ſe-

mo,ſeſamo,ſemine paſtinacæ,& fœniculi parata, Eryngi radices coctas,aſparragos,porrum. Viridi origano puluerizata, tum etiam caulem,raphanum,rapam,& cepas, & præcipue folia radiculæ, cocta hæc omnia & ſynapi puluerizata conuenire affirment auctures ictericis:verum tamen non ſufficit, cum faciliime icterici quidam exſiccentur,quia bilis diſperſa per vniuerſum corpus exſiccat,vt muria,& aqua maris:4. de cauſis pulſuū cap.26.ſanguinem calefaciat, ita quod vertatur facillime in bilem flauam,de victus ratio. In mor.acut.com.2.ſuper tex. 30. §. cum ex ſanguine quidem plus calefacto flaua bilis generetur: ſed certum eſt bilem effuſam in ambitum totius, illum calefacere:vnde exiſtimo veneris vſum quidquid aliqui cogitent neq; illis conuenire,cum certum ſit apud omnes valde exſiccare, virtutes diſsipare,& tot expoſtulare conditiones,vt inſinuauit Gale.lib.artis med.quo ait talem hominē expoſcere veneris vſum, vt nec repletum,nec vacuatum,nec fameſcentem, nec ſatiatum, nec exercitatum,nec pro otio conſtipatum videas. Et illinc pro virtutis defectu inuenies ſcriptum apud antiquum virum quendam,icterus in ſenibus multum carnoſis, raro vel nunquam curatur,vt ſæpe me docuit experientia:quoniam materia eſt multum craſſa,& viſcida,nec poteſt à debili virtute diſsipari: ſed iſte exiſtimo ſic eſt loquutus:quia alij non exſiccati fiant: ſed trāſeant in hydropem iuxta illa,quæ dicta ſunt in ſuperioribus:& propterea dicit,quoniam materia eſt multum craſſa, & viſcida, pro quo facit ille locus,contra ea quæ à Iuliano in Hippo.apho. dicta ſunt lib.cap.1.§.ad eundem modum morbo regio affectis profuſa bilioſorum excrementorum copia viſa eſt ſepius contuliſſe:vt aqua inter cutem laborantibus,&c.alij in alios varios & diuerſos morbos acutos adhuc hinc detrahunt (nam ſparſa bile per cerebri membranulas,in cor,os ventriculi, & vniuerſam cutem,illinc phrenitidem,illac ſyncopes,iſtac vomitus,& hac eryſipelas excitari non multo videas rationi deſidere) vt non ſit ratio conuincens,etiamſi ex illis poſsimus ad quadrageſimæ tēpus miniſtrare alimenta,ad negandum eis eſum tunc carnis. Cōceſſa igitur illa licentia,ſi quis ex letali veneni potione, aut virulentorum animalium morſibus ictero corripiatur, alexypharmacis vtatur,iuxta Galeni decretum vtentis theriacæ potione, quinto de locis citato. Si ex obſtructione iecoris,aut inflammatione ſecundum curandi methodum expoſcentem quandoque

Coitus non conuenit ictericis.

Cōditiones ad vſum veneris obſeruandæ.

expur-

expurgationem, ſanguinis miſsionem aliquando, & vtrumque quandoque, ſubueniatur: euacuato denique toto iuxta indigentiam indiuidui, pro omnibus ſpeciebus icteri, vtatur hoc medicamine valde experto: ſpatio etenim duodecim dierum ſanitati reſtituit omnes, aſſumatur ſummo mane pondere quatuor dracmarum: & conficiatur ſic. Recipe radicis lapathi puluerizati dracmas tres, pulueris limaturę calibis prępa rati ſecundum artē dracmam vnam & dimidiam, conſeruæ roſarum vnciam vnam miſce. Et quia dictum eſt hoc remedium omnibus icterij ſpeciebus cōuenire: etiamſi ad icteritiam cetrinam ſparſam cum tuſſi, & ex cauſa calida, & ſpeciatim etiam ad nigram, libro ſecretorum. 8. libro de compoſitione medicamentorum ſecundum locos 9. & 10. primo de natura humana, primo de natu. facult. libro de Dynamidis, & de cura icterici remedia ſunt delineata: ideo vnde naſcatur nigra placet iam explicare: illud vero lien dicunt auctores locis allegatis, & inde ad illud ſermonem conuerto.

Remediū ad icteritiam.

De Liene.

ETſi pars illa animalis, quæ à Latinis vocitatur lien, Plautus in curcul. Nam quaſi zona liene cinctus ambulo, à Græcis ſplenō, Perſius ſatyra. 1. ſed ſum petulāti ſplene cachochimo, inter viſcera recenſetur, vt eſt videre tertio de naturalibus facultatibus, capite ſeptimo ℣. quod ſi viſcera quoque, & ſexto aphoriſm. 27. apud Galenū: cum alias ipſe inſinuauerit ſolum principia facultatis alicuius viſcera appellanda, ſexto de placitis capite ſecundo ℣. quin rectius ſubſtantiæ animę, quam facultas appellabitur, ea quæ in ſingulis viſceribus continetur: tamen non concertando de nomine, appellet ſane quo nomine voluerit vnusquiſque lienem, dummodo in re neceſſaria diſcrepantia non fuerit. Certum eſt non continere præſtantiæ tantum inter animalis partes, ac reliquæ, quæ viſcera dicuntur à Gale. 6. aphor. 27. quo pulmonem, & ventriculum cum aſsignatis inter viſcera recenſet: & inde fertur à quibuſdam, propterea inferiorem, & indigniorem, nempe ſiniſtrū in corpore locum ſortitū eſt intra ſeptum. Cum hoc tamen licet dubitatum fuerit lib. de plenitudine capite 4. num lien ſentiat, quia in dub. ibidem reuocatum fuit, num neruum habeat, fatetur Galenus ſeptimo de vſu partium,

Lienis ſedes.

cap. 9.

cap.9.verbis vltimis illos habere etſi minimos: quod etiam faſſus fuit.5.6.& 14.de vſu partium,& cum ipſo anothomici oſtēdunt:tum etiam,arterias,& venas 6.de anothomaticis adminiſtrationibus,cap.5.& 16.de vſu partium cap.14.vbi de venarum diſtributione pro ratione partium ſingularum agitur: meatus amplos.5.de ſimplicium med.facult.membranam â perithoneo, & denique ſubſtantiam carnoſam laxiorem tamen alijs(pulmonis carne excepta)4.de vſu partium.cap.15.& 13.metho.c.16. quando ſic,lienis vero ſubſtantia rarior quam iocinoris eſt,ceterum crebrius ſcirroſis vitijs affligitur, propter nutrimenti qua vtitur,ſpeciem.En iam Gal. nobis oſtendentem & morbos lienis,ſunt enim ſcirri propter ſubſtātiam,obſtructiones, tumores, diſtemperies,propter cauitates,& temperaturā:quinimo & laſſitudines ponderoſæ lib. de curandi ratione per ſanguinis miſſionem cap.4.5.ſic & in iocinore,liene,ventre,coſtis,ſepto tranſuerſo grauitatem ſæpe numero percipimus.At quia illa ei fuere condonata vt parti animalis animali ſeruienti (iuxta quod dictum eſt,facultas lienis fœculentum ſanguinem ab hepate per vaſa â portis eſt trahere,atque fecem iecinoris ſecernere 1.de ſanitate tuenda,&de fœtus formatione,lien expurgat cœnoſa viſcerisexcrementa,lib.de atra bile,lien quod trahit â iecore,eſt tā quam ex vino fex,& in oleo amurca:idem 6.de locis affectis, & 5.de vſu partium)certum eſt dum non recte perfecte, & integre hoc opus operatur,vt toto animali inſurgant(nō ſcilicet detractis cęnoſis excrementis)quam plurima mala: inter quæ icterus ille niger maxime â mediciseſt animaduerſus:nā licet queat excitari,deficiente expultrice iecoris illorum excrementorum, aut in cauſa eſſe obſtructio,tumor,aut iecoris obturatio: verum lieni tribuitur vt in plurimum,& obſtructioni illorum vaſorum partis.Dicunt præterea,& lieni aliud eſt munus, eſt enim meatus quidam communis â liene ad os ventriculi,per quem eructatur bilis atra,quæ acerbitate & acciditate ſua ipſum ſtomachū corruget,ac conſtringat:vnde appetentia:ex quo ſi verum tenet (de quo poſtea cum de ventriculo fiat ſermo,nam difficultatem inuoluit,ſi tenet illa Gal.doctrina.5.de vſu partium cap.4.5. ſi etiam excrementorum melancholicum,quod in liene elaborari, ac mutari non potuit:non in propinqua ano inteſtina, ſed in ipſum ventriculum excretum eſt. An tanto muneri appetentiæ illud excrementum credibile videtur â natura inſtitutum) luce

Lienis affectiones.

Lienis opera.

clarius

Digitized by Google

clarius ſequitur, deficiente liene, & aliud malum conſurgere nẽpe inappetentia non perueniente illa portione melancholiæ ad os ventriculi.

Igitur patitur lien obſtructiones, tumores, diſtemperies, colliquationes, dolores: & cauſa eſt vt animal afficiatur ictero nigro, & inappetentia corripiatur. Priora dignoſcuntur eiſdem, quibus percipitur iecur illa patiens pro ſitu tranſpoſitis ad ſiniſtrum ex latere dextro ſignis illo addito, quod dum lien colliquatur nigrę fiunt vrinæ, in 6. de mor. vulg. com. 5. ſuper tex. 15. §. colliquatæ carnis notæ ſunt ſicut & nigra (vrina ſcilicet) lienis magis: præſcindens tamen cauſam procatarticam, nam ſi aquæ aut alicuius albi tenuiſque vini potio præfuerit aqueum albumque conſpicitur lotium: ſi vinum nigrum craſſumque fuerit, nigrior vrina & craſsior apparebit: tum & animaduerſo, lienis inflãmationes duriores deprehendi: nam ſanguis qui ad eum pro nutrimento deuenit limoſus, fœculentus, ac craſſus exiſtit, vt refert natura eius Gal. 6. de locis affectis. 9. de comp. med. per genera 4. de vſu partium & 13. lib. met. Alex. lib. 8. cap. 10. & omnes, de reliquo primum oſtendit color ille niger ſeu ater per vniuerſam cutem lucens, vt teſtatur Paulus lib. 3. cap. 49. magis ac magis nigricãdo, quam præ alijs, cum quibus continet communitatem lib. de atra bile cap. 6. & lib. 5. de locis, cap. 7. & inde hic affectus ſymptoma exiſtimatur in genere affectus corporis & in eorũ numero, quæ viſibilia dicuntur, lib. de differentijs ſympto. cap. 5. & 3. de cauſis ſympto. cap. vlt. oſtendit etiam & illum triſtitia, citra apprehẽſionem alicuius rei ad illam inducentis, reſpirandi difficultas, mordacitas circa hypocondria: quia aceti naturam pro mordicatione ſolet inſequi ater ille humor, & inde ſolent etiam tepeſcere corpora, ſtercora indurari, & aluum reſiccari pro ſiccitate tanta humoris. Secundum denique poſtea commonſtrabimus, dum de inappetentia accedat ſermo.

Icterus niger quod præternaturam.

His ergo animaduerſis pro noſtra intentione ſit primo certum, viſa lienis obſtructione, induratione, tumore, aut ſcirro, citra aliud malum, non eſt neceſſarium concedere licentiam ad carnis eſum quadrageſimæ tempore: niſi perſonæ exceptio id expoſceret. Nam citra periculum notatu dignum percurrere valent, toto quadrageſimæ tempore condimentis ex borragine, ex ciceribus, lentibus, dũ ſapæ non fiat admiſtio: interdicitur enim hæc à Gal. 1. de aliment. facult. c. 18. & ex acetoſis omnibus: nam conferunt hæc

In quibuſdam lienis malis ſufficiunt quadrageſimalia.

runt hæc ex Gal. ſententia 9. de comp. med. ſecundum locos & 14. methodi cap. 5. nam non ſolum de exterius applicitis, ſed de interius epotis intelligi poteſt locus. Conferunt oua, piſces ſaxatiles, ficus, caricæ, & omnia quæ declinant ad amaritudinem, & denique omnis victus tenuis, & concoctu facilis, lib. de attenuāte victus ratione cap. 1. quinimo hęc ſola ſufficere ſolent. Ego autem ſcirro lienis poſt fomentum ex calida vrina cum linteo ceruleo feliciter applicui emplaſtrum helleſpontiæ Galeni præuiſis quandoque vniuerſalibus, & vehementer adhuc pro purgatione, iuxta illud Gal. lib. 4. de vſu partium capit. 15. §. ita ſplen purgatione inſigni indiget: quandoque vero ſecus, ſolum appoſito linimento, ex puluere radicis capparis, corticum radicis aſparragi. p. æquales, olei ſpicæ & caparris. p. æquales, aceti parum & cum cera condito.

Ad ſcirrū lienis.

Sed dices cum tumet lien, redditur corpus cachochimium 2. de naturalibus facult. cap. 9. lienes magni facti hydropem faciūt 3. aphoriſ. 22. liene affecto febris ardens fit, 6. de morb. vulgar. comm. 3. ſuper tex. 4. ex liene (affecto ſcilicet) ſępe numero grauiter videmus homines febre laboraſſe quartana, ac deinde collecta aqua inter cutem eſſe defunctos. Idem Auic. fen. 1. 4. tracta. 2. cap. 61. his verbis quartana enim, quæ euenit ab apoſtema ſplenis, aut cum ab aqua eſt apoſtema ſplenis, multoties perducit ad hydropiſim, & perniciem. Vbi expoſitores ſic, quod quartana febris multoties accidit ſucceſsione ſplenis, id eſt, à paſsione ſplenetica vel poſt paſsionem ſpleneticam: à paſsione quidem ſplenetica dum ſplen opilatus non attrahit, vt decet ſuperfluitatem melancholicam: quare cum ſanguine pertrāſit ad membra: quæ ſi putreſcat ibi, quartanam inducit. Poſt paſsionē vero ſplenicam ſi accidat, vt ſplen fortificatus & deopilatus melancholiam prius detentam, & compreſſam in eo membris tranſmittat, & in his putreſcat, quartanam efficit, ſi ergo tot ſuſpicari queunt mala, & cum ratione timeri, liene affecto, quid mali, medici conſcientiæ præſtantis illam indulgentiam venire exiſtimare credis.

Quæ ſequatur mala lienis affectos.

In hac dubitatione dicendum arbitror, & ſit ſecundum certū ſiue cum ſcirro lienis, tumore, intumefactione, obſtructione, inflammatione, aut palpitatione (& ei etiam adeſſe contingit lib. 2. de ſymptomatum cauſis capite 2. §. palpitatio autem dilatatio quædam præter naturam in particula eſt, &c.) adfuerit effuſio

atræ

atræ bilis per vniuerſam cutem,ſiue ſola,libenter cõcedenda eſt licentia ad carnis eſum tempore interdicto ab Eccleſia ſancta. Huius eſt ratio,quia præter dicta : quæ poſſunt accidere mala pro copulatis illis certum eſt,bilem atram diffuſam cerebrum aſcendentem excitare epileſiam,aut melancholicum morbũ: iuxta illud ſi melancholia vergat ad ãnimam,id eſt , ad temperiem vt Galeno placet, facit melancholiam:ſi autem ad corpus,ideſt, ad cauitates cerebri ſenſibiles epilepſiam. Si vero cor aſcendat quia maxime refrigerabitur,& exſiccabitur, animal cito morietur prope illud de vſu pulſuum , corde refrigerato animal cito obit.Si ventriculi os,canina appetentia fit circa illud de anothomia viuorum , caninus appetitus fit ex ſuperflua tranſmiſsione melancholiæ ab ſplene ad os ſtomachi.Si denique vniuerſam cutem elephantiaſis, vt deducitur libro de tumoribus præter naturam,lepra & ſcabies conſurgunt cap.23.6.ſcabies quoque , & lepra melancholici affectus ſunt ſolius cutis,& capite 14.per initia. Si vero ſine effuſione dicta ſteterint , & ſine alijs per ſe expoſcentibus,nequaquam: nam etiam ſi tumeſcente liene ex loco primo in contrarium corpus cachochimiũ reddatur illud poſt maximum & longum ſit tempus,vt nullum ſit periculum:de ſecundo quod ſi iam hydropeſim minatur liene magni facto , alia eſt ratio:de tertio & quarto ꝙ iã vrget febris,aut prima ardens: aut ſecunda quartana,cui ſiue apparuerſſet lienis affectio , ſiue ſecus, Dei gratia , multoties iam ego præſtaui perfectam curationem,& ſenibus adhuc:hoc modo præuiſo præcepto de ſanguinis miſsione iuxta decretum Galeni primo de arte curatiua ad Glauconem capite de curatione eius,miniſtrando ſpatio viginti dierum 25.aut 30.quandoque ſingulis diebus ſerapi borraginis vncias tres decocti florum borruginis vncias duas. Expoſcit equidem tanta huius humoris craſsities præparationem, vt tanto tempore fuerit opus ſyrupi potiones accipere: defectu cuius, intendentes per initia craſſum & rebellem humorem extrahere,non extracto,ſed ad putrefationem alterato , duplicatas reddunt quartanas,& toto illo tempore lien inungitur oleo caparrorum & ſpicæ.Accipitur in potu vinum aqua florum borraginis dilutum,aut pro alijs aqua ipſa borraginis tantum: pro cibo autem in ſingulis menſibus borrago elixa in iure aliquo optimo,& in varijs condimentis,quin potius in omnibus eius vſum præcipio.Cõtraria equidẽ omnino eſt borrago calida & humida melan-

Ex diffuſa atra bile qui affect.

Quartana per initia haud curanda ſed blãde tractanda.

melancholiæ frigidæ, & ſiccæ quartanæ cauſæ: videre eſt apud Gal.6.de ſimpl.med.facult.ſ.Bugloſum humidæ calidæque tẽperiei eſt: & apud Auic.tract.2.lib.2.cap.436. & apud Paulum dicentem Bugloſum humidum eſt & calidum temperamento. Vniuocari autem borraginem & bugloſum docet expreſſe autor hiſtoriæ omnium plantarum lib.5.cap.19.quando ſic, Leonicenus, Manardus, Ruellius, Fuchſius, Tragus, Cordus, Mathiolus, Marcelus, Virgilius, Dodoneus, Cornarius, Pena, & Lobelius, atque alij rei herbariæ periti bugloſum veterum, eam procul dubio herbam eſſe putant, quam borraginem vocamus, non illam, quæ vulgo bugloſa nominatur, & cuius in officinis communis eſt vſus: neque id temere ac ſine iudicio. Primo deſcriptio bugloſi à Dioſcoride tradita borragini ita conuenit, vt nulla prorſus nota ab ipſa diſcrepet: merito ergo prædominante melãcholia elargitur borrago varijs & diuerſis modis: nã de illa fertur à Gal.(identificata cum bugloſo)6.citato de ſimpl.med. facul.itaque vinis iniectum lætitiæ ac hilaritatis cauſa eſſe creditum eſt, à Serapione cap.83.ſuæ practicæ, & ab Auic.loco allegato. Virtus borraginis, quæ aduſta ſunt remouet, eſt lætificatiua, confortatiua cordis, bona melancholiæ ex ſolicitudine & tremore cordis in vino, & diſpoſitionibus melancholicis. Et quidam in potu eam tribuunt ad tremorẽ cordis calidum cum luti armeni pondere in dracmis duabus, & confert tuſsi & aſperitati cannæ, & proprie cum coquitur cum ſacharo, aut aqua mellis. Recipit & id Dioſcorides lib.4.cap.112. & Plinius lib.25. cap. 8. ſic, iungitur huic bugloſos, boum linguæ ſimilis, cui præcipuũ, quod in vinũ deiecta, animi voluptates auget, & vocatur Euphroſinõ ab efficienda voluptate, & lib.26.capite 11. in quadam translatione, bugloſo inareſcente, ſiquis medullam e caule eximat, dicatque ad quem liberandum febre id faciat, & alliget ei ſeptem folia ante acceſionem, aiunt à febre liberari. Ruelius Bugloſum vrinam ciet, inquit Simeon Sethi, & ſitim ſedat, Caules eius cocti, & crudi comeſti iecoris & lienis affectibus proſunt, à viatoribus ex eo conficitur zulãpion, & eſt vtile. Mathiolus in 4.Dioſ. vulgari bugloſo, vt & borragini vis ſane magna ineſt ad animi deliquium, atque alios cordis affectus: & ad melancholicos morbos, & præſertim eorum decoctum ex vino vel aqua: & à quodã auctore cap.proprio de borragine ſcribitur inter herbas primum locum inter correctiuos ſanguinis tenet borrago: & denique, vt

Borrago & bugloſum idem.

Borraginis virtutes.

que, vt

Digitized by Google

què,vt alibi retuli à Salernitanorum ſchola fuit relatũ, ego ſum borrago,quæ omnia bona ago,quid ergo præſtantius, & vtilius miniſtrari venit quartana affectis, ex melancholia que,ipſa borragine in condimentis,cibis,potu vini vel aquæ, & in ſirupis? receptis igitur ijs,illo modo,iuxta placitum aſſumentis,ſi non contra indicet aer,tempus,regio,aut huius ordinis aliud, miniſtro pillularum de lapide lazuli ſcrupulos duos,aggregatiuarũ, aut alterius maſſæ ſi alia expoſcit indicatio ſcrupulos duos & dimidium: & formantur ſeptem pillulæ. Cum nanque lien fuerit fomes quartanæ,lien autem indigeat vehementi purgatione,vt ſupra diximus: ſic vtor pillulis iſtis; quod ſi languenti pillulæ non arrideant,potionem hãc concedo. Recipe foliorum ſenæ vnciam vnam, polipodij dracmas duas, coquantur ſecundum artem in duabus vncias aquæ borraginis florum,colaturæ adde ſer. ſol. roſ. vncias tres,confectionit hames dracmas duas, miſce pro potu: hoc autem,ſiue illud aſſumere conſulo in fine ſtatus acceſsionis: calefacto enim toto, & humoribus,craſſus ille melius â natura mouetur,atque frigidus humor & rebellis motus: & ipſam naturam magis tunc habemus adminiculatricem,neque eius tunc impeditur motus: & inde non militat contra hoc illud Hippoc. in acceſsionibus abſtinere oportet,etiam ſi teneat vniuerſaliter in omni curandi via.

Pillulæ pro quartanis.

Potio pro eiſdem.

Euacuato ſic toto, ſi ineunte quartana,frigore crucietur æger: præcipio invngere totam ſpinam oleo anethino & chamemali, rutæ aliquando pro vehementiori cauſa: & quandoque illo cocto in cucurbita colocyntidis: tum & locum illum inter pudenda & aluum illinire tunc iubeo, & apponere lanam eodem oleo madefactam ſuper illam partem: mirifice nanque cauſa eſt, vt euaneſcat frigus,quo ſolent magnopere moleſtari infirmi iſti: fortaſſis quia cum neruorum magna pars aſcendat, & deſcendat iuxte vaſa magna,â quibus exiliens vel manens humor putrefactus irritat,corroborantur,vt ſic non ſentiant, aut reſiſtentiam præſtent humori ipſi nerui ductum ducentes ab ſpinali medulla, & contexturam notatu dignam parturientes in illa infima regione dicta. Et denique tunc præcipio aſſumere pillulam vnam ex dimidia dracma myrrhæ vino albo efformatam, & in auratam, & cum ipſa ſimul duas,aut tres vncias vini albi: quo remedio quã plurimi ſanitati fuere reſtituti antequam nouem quartanæ acceſsiones â die purgationis peruenere: alii eadem nona, alij duo

Vnctio pro horrore in quartanis.

Digitized by Google

Caro conceditur poſt quartanam

decima: nequè vllum vidi hucuſque non fuiſſe liberatùm: concedebam vero eſum carnis poſtea per duos menſes, quia ſolet redire ſæpe pro quolibet lapſu intra illos, aſſumendo etiam diebus inter medijs vnciam dimidiam conſeruæ florum borraginis cum vncijs tribus decocti florum eiuſdem. Miniſtrando etiam hora introitus quartanæ (prȩuiſo toto) iuxta doctrinã Doctoris Mercado capite de curatione quartanæ lib. de febribus, dracmam vnam & dimidiam theriacæ magnæ cum tribus vncijs aquæ plantaginis, vidi & alios duos ſanitati perfecte reſtitutos. Alij eadẽ hora miniſtrant cochlear vnũ ſeminis, & florum hypericon cum vnc. ij. vini albi.

Myrrha in ſecundo ſicca.

Myrrha quod non conueniat quartanis.

Sed dicet quiſpiam, mandaſti hucusque, & ſummopere laudauiſti borraginis diuerſum vſum, quia caliditatem contineat & humiditatem in 2. gradu, at myrrha in 2. ordine deſiccat. 8. de ſimplicium med. facult. §. myrrha ſecundi ordinis eſt, tum ex calefacientium, tum deſiccantium: idem Auicenna tract. 2. lib. 2. cap. de myrtha §. & eſt calida, & ſicca in 2. deſiccare etiam & calefacere tenet Dioſcorides lib. 1. cap. 63. & id refert hiſtoria omniũ plantarum peregrinarum lib. 18. cap. 4. quorſum ergo ipſa vteris? nunquid ſiccitatem augere melancholiæ cauſæ quartanæ intendis, & inde ſubuertere dogma illud præ oculis à medicis habendum, oportet morbi præſcindere cauſam primo? & illud etiã contraria contrarijs curantur, tãtopere à medicis celebratum? Aſſeuerare vero Galenũ ſecutum hanc viam, quando pro quartanæ curatione vſum alimentorum medicamentoſorum exſiccantium & calefacientium commendauit, piperis ſcilicet, ſucci zyrenaici, cum caſtoreo, dyatrion pipereon, tum & ſalſamentorum calidorum, & ſiccorum, dubio non video ſatisfacere: ſed potius illud corroborare. Similiter dicere cũ Doctore Auguſtino Vazquez in quæſtionibus medicis practicis quæſtione de alimentis medicamentoſis, in quartana Galenum intelligendum eſſe, quãdo illis vtitur ſolùm in febribus quartanis, quȩ prolongantur ad hiemem, in quo plura recrementa craſſa & viſcida procreantur, & impediunt terminationem quartanæ, ſeu ſolum in quartanis autumnalibus, quæ hiemem attingunt, in quibus diuerſa methodus curandi ſumitur, non placet: quia ſi illud verum haberet, vtique Gal. pro alijs quartanis adduceret aliam curandi viam, quã equidem non video: neque primo de arte curàtiua ad Glauc. in 6. de mor. vulg. com. 1. §. quartanæ non ſanantur, niſi rigor ceſſa-

ucrit.

ūerit 6.de mor.vulg.com.6.1.de mor.vulg.comm.3. 7.de comp. med.ſecūdum locos 2.lib.de antidotis, de tremore rigore & pal pit.cap.7.quibus in locis vnam, & eandem ſeruat viam miniſtrā do ſupra dicta medicamenta, vt liquet in hoc cap.7.§. poſt illa ſi militer affectis per initia quidem dedi medicamentum ex triplici pipere, quod dyatrion pipereom appellant, deinde noſtrū diacalaminthes: poſtea ex liquore zyrenaico & caſtoreo compoſitum, quod etiam quartanarijs circuitionibus eſt vtiliſsimum, præſertim vbi â rigore vehementi algeſcunt, & lib.de arte cura. ad Glauc.cap.11.§.vtendum eſt autem ſalſis, & ſinapi, & certis diebus eo medicamine, quod diatriom pipereon vocatur: vel q̃ Dioſpotoliticum eſt aſſumendum, etſi quotidie piper tantum cum aqua biberent: recte etiam facerent, an Gal.inſinuat illam diſtinctionem? non equidem: ſed abſolute quartanarijs circuitionibus illa conuenire edocet. lib. etiam ſecretorum ſcriptum eſt etiam remedium maxime calidum, & ſiccum, ad febrem quartanam, ſolum diſtinctione facta pro ſubiectis, non vero pro quartanis. Hæc ſunt verba, ad febrem quartanam trociſci. Verū ego iam ingeniaui cum hoc, & eſt ſecretum magnum: verum tamen nos non vtimur niſi in corporibus fortibus, quorum permiſtio eſt, Recipe eupatorij, abſinthij coſtij, zurumbet, doronici, ammeos, ariſtolochiæ, ſcordij, myrrhæ, euphorbij omnium ana aurum vnum, aloes, bdellij, piretri, ſagapeni, opoponacis, harmel, acori, amoni, omnium ana dracmam vnam, infundantur ſagapenum, & opoponax in vino, & moueantur, & terantur medicinæ, & cribilentur & conficiantur omnia, & fiāt inde trociſci: ſit que trociſcus vnius dracmæ, & bibatur cum aqua raphani. lib.de Dynamidis ſub diſtinctione miniſtrantur remedia ad quartanā febrem cum typo, ſi fuerit in æſtate, aut in hieme: verum ſemper applicantur calida declinantia ad ſiccitatem: nam ſic ſcriptum videas in quartana in æſtate, rhu miſta cum theriaca mūdiſsima cum vino temperata damus. Tempore autumni curabitur potione Adriani, & diacalaminthis, & trociſcis probatis ad quartanā. Dorſum præcipit vngere ſinapi (hiſce temporibus quidam ardenti aqua humectant dorſum: & puluerizant poſtea ſinapi, aut thure & myrrha) aut hoc vnguento. Recipe cinamomi vncias duas, croci vnciam vnam, myrrhæ, ſtyracis, ſagapeni, ana vncias quinque, laſeris vncias quatuor, gentianæ vncias duas, mellis quod ſufficiat. Nunquid & hæc calefacere, &

Calida & ſicca in quartanis.

Secretū pro quarta febre.

Vnguētum pro ſpina in quarta febre.

Digitized by Google

exſiccare aliquantulum credis? & hac tempeſtate affirmare vidi quam plurimos fuiſſe ſanitati reſtitutos, aſſumpta dracma vna pulueris corticis aranzij, aut horticę in vino albo ante vnam horam acceſsionis. Donatus ſic, nam & ipſe per tres aut ſaltim duas horas ante acceſsionem caſtorei & myrrhæ ana drac. ſemiſ. apparentibus coctionis ſignis manifeſtis, ſeu perfectis cum vnc. iij. vini albi odoriferi diluti aqua borraginis exhibere cõſueui: An & hæc non exiſtimas exſiccare? quid ergo dicendum? reuera, ꝙ obſeruanda ſunt præcepta parentum medicinæ, inter quos primus locus concedendus eſt Gal. video etenim non ſpernendum maximum medicinæ tutelarem Alexandrum Tralianum lib. 12. c. 8, dicentem, mihi itaque frequenter ſubijt mirari quomodo diuiniſsimus Gale. in omnibus non alium quendam victum, qua qui calefacere ipſos, & exſiccare poſsit, pręcipue videatur. Præbet enim ipſis antidotum diatriom pipereon, &c. & poſtea ſic in vniuerſum præcipit abſtineri ab ijs, quæ refrigerant, & humectant: eo quod humor inquit, morbum efficiens frigidior exiſtat: verum etſi humor melancholicus calefacientia deſideret, non tamen neceſſario, etiam ſiccantibus indiget, ſiquidem frigidus eſt, & ſiccus, calefacientibus & humectantibus opus habebit: at non videtur etiam humectantium aliquod prorſus velle præſcribere: ſed contrario omnia, quæ ſiccant, aſſantq; nimium, & initio capitis refert Alexander, alia ex flaua bile nimium aduſta, alia ex fœculento ſanguine naſcitur, &c. quibus verbis Alexander duo docet, alterum nunquam voluiſſe Galenũ præſcribere humectantium vſum, & refrigerantium: alterum perperam vniuerſaliter deſcribere calida & ſicca in quartanis acceſſionibus: cum ex flaua bile quandoque nimium aduſta naſcatur quartana, cui debetur, inquit Tralianus, vſus humectãtium, & refrigerantium. Verum tamen ego magis miror, primo quod dicat Tralianus, Galenũ nunquam humectantium aliquod prorſus velle perſcribere, cũ Galenus primo de arte curatiua ad Glauconẽ 11. dixerit. Piſces autem adhibendi concoqui faciles, a balneis non ſunt penitus prohibendi, ſtatim vero præcipiendum eſt, vt diu conquieſcat, ac viſceribus prouidendum, vngendo, atque emplaſtrando ijs, quæ mollire ac laxare poſsint ventrem, quantum poſsibile eſt mollefacientes, quæ vſitata ſunt: quod ſi hæc nil proficiant, clyſteribus vtendum eſt â principio quidem mollibus: etſi quotidie piper tantum cum aqua biberint recte

recte etiam facerent. Nunquid, hæc omnia nec per ſe aliquot, ali quot vero per accidens humectant, vt affirmet Tralia. nunquā Gal. humectātium vſum aliquem pręcipere? Secundo vnde probat ipſe ex flaua bile non mutata in atram, quartanam ex citari? Nunquid, quia relatum fuerit 3. prognoſti. 27. lib. 1. epid. p. 3. 4. de ratione victus in acutis, & 2. de differētijs febriū, poſt acutos mor. & quartana, & erracticæ ſequuntur: & quod ex atrabilia rio humore conſiſtat generatus hic, tum ex ſangune craſsiori, qui reſpondeat proportioni in venis ſubſidenti in dolio vini fęculæ: tum etiam flaua bile vehementer aſſata, nam inde videbatur poſſe colligi, ſi poſt acutos, quod ex flaua bile poſsibiliter ſub illa ratione contigiſſet quartana: an quia ſcriptum ſit lib. introduct. ſeu medico c. 13. cauſos febris ſpeties ab Hypocrate quidem inter acutos, vt quartana inter longos morbos refertur, à recentioribus, non item oritur ex bile non minus ſica circa venas, quæ ad iecur ſunt, curatur in principio ſanguinis miſsione, in ſtatu frigidis, tum aliorum quæ refrigerandi vim habent, potio confert? &c. aſt ex illis locis neque illud conſtat, neque recte colligi poteſt: ſed ſolum quod genita atra ex illis, aut ex alijs ſiccis humoribus mediate vel in mediate, poſt acutos, in autumno generentur quartanæ febres. Tum quia tenebatur docere Tralianus quomodo bilis flaua ſuperaſſata manens ſub eius natura in vaſis ſtans non tertianam, ſed quartanam generaret febrem. Neque ille locus ex lib. introductor. quid poteſt probare pro Traliano, nam quantumuis inſinuet illam differentiam febris quartanæ, quando in eodem cap. dicitur: in liene quartanas magna ex parte: nam huius ſpeciei cauſa bilis atra eſt, quæ in liene tanquam in vaſe continetur. Vnde quartanæ auxilium eſt ante rigorem ſummas partes propter humoris frigiditatem fomentis tueri. Vnde expreſſe copulando tex. hunc cum illo priori, ex cauſa calida ex bile ſcilicet, & ex frigida nempe melancholia, liquet tutiorem illum conſtituere quartanam febrem: verum cum ipſe Gal. non fuerit (dicitur equidem liber Gal. adſcriptus) non tenemur illius doctrinam recipere: ſed potius quærere ab eodem, vnde eſt quod bilis illa flaua in vaſis iuxta iecur putreſcens non tertianam febrem, ſed quartanam cauſet? quan ob rem ſubſtinendo Gal. doctrinā pro illo, cum Donato abaltomari p. 3. demedendis febribus c. 5. dicere ſumus auſi: arcendos eſſe, qui quartana laborant ab omnibus edulijs, quæ tenacia ſunt, &

Bilis flaua quomodo 4 febrem quæritur faciat.

Y 3 tardum

Digitized by Google

tardum habent exitum, ac quæ refrigerant exſiccantque corpus, vt præcipit Galenus, & non quæ humectant, vt conmonſtrant verba illa Galeni adducta ex capite 11. lib. de arte curatiua ad Glauc. eſt equidem ſuapte natura, vt & ipſe fatetur Trallianus, & auctor introductorij, melancholicus ſuccus, ſeu atrabilis ex eo genita, frigida & ſicca temperatura, caloris participãs, velut cineris, & quarundam acceti partium, vt multoties legitur apud Galenũ præſertim. 3. de cauſis ſymptomatum capite 2. ſimiliter vbi putreſcat, adhuc frigidus & ſiccus eſt natura tantam ex accidenti habens caliditatem, quantam habet putredinem 2. de cauſis ſymptomatis propter quod omne quod refrigerat, ac exſiccat prohibens, quod vim habet calefaciendi & humectãdi recipit: vt videas aliquot ex ſupra ſcriptis. Et ſi quandoque quę calefaciendi & exſiccãdi contineant virtutem, miniſtrare iubeat, vti reliqua, attendit tunc aliam indicationem: nam cum craſſus valde, ac terreſtris fuerit hic humor, qui quartanæ eſt cauſa, non ſolum quæ proprio temperamento eius contraria exiſtunt, calida videlicet & humida, ſed quæ & ſecundis qualitatibus, alias, eius ſubſtantiæ ſe opponunt, exhibenda ſunt: quamobrem craſſis, quæ extenuant contraria ſunt, & tenacibus quæ detergunt, ac incidunt; vt colligitur 11. method. cap. 13. ſufficere autem hoc ad veritatem illius propoſitionis, contraria cõtrarijs curantur: & ad alterius, reſcindenda eſt cauſa, &c. non ſolum patet in Galeni doctrina: ſed etiam in Ariſt. via, qui etſi topicorum 4. lib. prædicabilium, ſeu 14. metaphyſ. & Phyſicorum 1. referat contraria dici de qualitatibus, tamen lato vocabulo, & de alijs quam plurimis dici vult, & inde dicit, quod priuationi opponitur forma: quod principia rerum naturalium ſunt contraria: inde quod repletioni cõtraria eſt inanitio: laxatio adſtrictioni: trituratio, ſeu contuſio rebus corporeis: ſiquidem per illa corrumpuntur: exiſtente in aliqua parte extractione: & deniq; omne quod in cauſa exiſtit, vt aliud corrumpatur, aut mutetur, dicitur contrarium in illo ſenſu. Vnde ceſſant fere mille argumenta, quæ ſolent conſtrui contra Galeni regulam, & Phyſicorum, contraria contrarijs, &c. & quia mirifice myrrha quoad hoc quod eſt calefacere, & diſcutere, exſiccare ſine morſu, omnes affectiones ſufficienter concoquere, & dolores leuare, ſicuti legitur 7. de compoſitione medicamentorum ſecundum locos 8. 4. & 5. comm. 2. de arti. & ſecundo de ſimplici medicamentorum facultat. contradictionem in-

Ab humore efficiente quart. duplex indicatio.

Incidentia & detergẽtia in quartana.

Contraria multis modis.

nem inuoluit cum humore melancholico: ideo credo in omnibus conferre quartanis, occaſione præfixa: equidem cum vino miniſtrata magis operatur, & facilius per omnes corporis partes permeat: neque remedium hoc nititur ſola experiẽtia, crure maximo in re medica: continet nanque auctorem Dioſcoridem maximæ conſiderationis lib. 1. cap. 65. quo ſcribit, myrrha horrores diſcutit duabus horis ante febrium acceſſiones, fabæ magnitudine, pota cum pipere & aqua: at febres quartanæ non ſanantur niſi rigor ceſſauerit 6. epid. comm. 1. ſuper textum 8. 5. nã ſi cum validis rigoribus acceſsiones inuadant, ſi nil remittantur rigores, fieri non poteſt, vt ad ſtatum morbus peruenerit: quin etiam multo minus huiuſce quartanæ declinationem fore ſperandum eſt, prius quam rigor ſedatus fuerit: ergo expedit vti illo remedio pro occaſione dicta. Et hinc videas infallibiliter creditum apud vulgi opinionem, quod quando horror deficit, aut rigor, neque quartana per multum temporis ſpatium durat. Quorſum vero vtatur Galenus cum calidis ſiccis, quia etſi calida contraria ſint cauſæ quartanæ nempe frigido humori, ſicca non ſic ſiccitati melancholiæ? Ad quæſitum Alexandri maximum reſpondetur: quia cum ſiccitas dicatur lima caloris, & citius cũ illa calor operabitur: argumentum eſt ignis, & omnia calida & ſicca, quomodo quando ad diſcutiendum craſſum, viſcidum & lentum quartanæ cauſæ non minorem continet contrarietatem ſiccitas cum calore, quam humiditas cum ſiccitate in prima oppoſitione, ideo ſic. Ad illud denique, quod refert Doctor Vazquez ex Auicenna fen. prima, quarti tractatu ſecundo, capite 63. ſcilicet & ſcias, quod quandoque incipit quartana in æſtate vel hieme, in quibus diuerſus modus habendus eſt curatiuus, arbitror dicendum, diuerſitatem non apponere Auicennam iuxta cogitationem illam, & intentionem explicatam: ſatis enim ſe explicat, quando adducens remedia inquit, tunc oportet vt in potu detur in primis de aqua hordei & ſecaniabim, (quod eſt Arabice ſchingibim, & eſt ſyrupus acetoſus, & eſt communis ad mellinum & zucharinum, vt exponit Andreas Belluníenſis) vt aperiat vias oppillatas propter prouocationem, & conſumatur velociter. Ecce qua ratione nunc in quartana orta in æſtate. Non reſpicit indicationem animaduertendam pro cauſa febris: ſed illam, quæ aliunde eſt, qua propter, ſubdit paulo inferius, & ſcias, quod

Non ceſſat quartana niſi finiatur rigor.

Aduertitur Auic.

 res fri-

res frigidæ & humidæ facilis diggeſtionis, boni chimi ſunt conuenientes huic ægritudini, ex parte febris, & ex parte ſunt contrariæ vni duarum qualitatum melancholiæ: ſubdit poſtea, ei bi vero calidi cum æqualitate cum additione in humiditate, ſunt iuuantes valde: ſubdit poſtea & non eſt malum in primis ſumere ea, in quibus eſt ſalſedo, & acredo, & inciſsio, cum non timetur incrementum caliditatis: in fine autem ægritudinis non eſt excuſatio illius. Ecce qua ratione iuxta diuerſas indicationes ſumptas à primis vel ſecundis qualitatibus præcipit vti, aut refrigerantibus, aut humectantibus, ∫. res humidæ, & frigidæ huic ægritudini conuenientes ſunt: quod etiam docet Rhaſius 30. continentis tract. 9. cap. 2. aut calefacientibus, & humectantibus. ∫. cibi vero calidi: & cum eo Serapion, tract. 6. cap. 15. aut aperientibus ∫. vt aperiat vias oppilatas, & ∫. non eſt malum: aut calefaciẽtibus & ſubtiliantibus. ∫. & medicamen de aſſa, & ſulphur, & piper ſolum bibatur in aqua (vſque ad hæc) & ſinapi, & almuri, & omnibus in quibus eſt virtus ſubtiliatiua cum fortitudine vtere, quid clarius? vt oſtendat variare medicamenta non tam reſpiciẽdo, inceperit ne quartana æſtate, an hieme, etſi illud animaduertat, quam conſiderando, fuerit ne opus reſpicere craſsitiẽ & viſciditatem humoris magis, quã temperiẽ ex primis qualitatibus.

An in quartanis vomẽdum.

Pro complemento huius licet in dub. vertere, cõueniat ne quartana affectis vomitus? Dubitatur vero quia Gal. Auic. Alexander, & reliqui illum comendant, vt pote, quod non ſolum quę ſtomachum infeſtant euacuet: ſed quod ab alijs partibus ſit causa, vt trahantur humores 6. apho. 36. 2. de alimentorum facult. cap. 20. fatentur equidem omnes iſti, & alij ad quartanas acceſiones multum conferre vomitum: licet non conueniant iuxta quod tẽpus, nam Gal. & quædam medicorum pars, à cibo illum pręcepere, Alexander, & alij ineunte acceſsione quartanæ: Donatus vero inquit, ij haud ægre conciliari queunt: nam à cibo vomitus, quem percipiunt, Gal. & illi eos exinanire videtur humores, qui futuram acceſsionem excitare debent: & proinde aut ipſam prohibet, aut ſaltim leuiorem efficit, vbi potiſsimum præcedenti die ante acceſsionem talis fiat vomitus: propterea id expectantes à cibo eum perceperunt, quo promptius craſsiores ſucci aptitudinem quandam habentes, ad futuram acceſsionem per eũ exinaniantur, inquit Donatus. Verum cum certum ſit humores, & ſuccos tenues procliuiores eſſe craſsis ad vomitum 3. apho. 21. &

4. apho.

4.apho.6.graciles facile vomunt, quia magna ex parte ſunt bilioſi,potius,vt vomitus fiat,quando aptus eſt ventriculus pro cõtentis circa ſupernum,& infernum:vt deducitur ex Gal.5.libro de vſupartium cap.4.quam,dum ſucci vomẽdi redditi ſunt craſſi pro cibo ſubdit Donatus illud:Alexander vero eos duntaxat tentauit pervomitum craſſos ſuccos exinanire,qui iam acceſsionem efficiant:& propterea incipiente acceſsione vomitum commendauit,inſuper & vomitum eorundem humorũ, ac confluxũ in ſtomachum eo tempore inſpexit,vt ipſemet eodem loco manifeſtauit:vtraque igitur vomendi via iuuabit, vbi ad eundem prompti fuerint laborantes. Aſt in quo ſtet hæc prõptitudo nõ ſatis vnquam ab auctoribus percipio:nam ſi huiuſmodi vocant graciles ab inſtructura naturali cum Gal.4.apho.ſen.6.vt opponuntur modice carnoſis & difficilitervomentibus ſen.7.eiuſdẽ, videantHipp.& Gal.dicentes ſi hyems,adſit,illi non vomitent: iſti vero, ſi æſtas fuerit non per ſuperna,ſed per inferna: quorſum ergo miniſtrant quartanaris hominibus in vniuerſum pro temporibus vomitoria,ſi graciles ſint & ad vomitum faciles:modice vero carnoſos,quos Græci euſarcos appellant, & ægre vomentes interdicunt. Secnndo,quia graciles, vt liquet ſententia 8.eiuſdem anguſtum ſtrictumque habent pectus,quos pthiſsi eſſe paratos docet Hippocrates,ij autem per ſuperna non ſunt purgandi,ibidem:ergo non licet conſulere illis de vomendo inhærente quartana,neque ante diem. Tertio, vt euacuentur humores qui futuram acceſsionem excitare debent,à cibo ante acceſsionis diem præcipiunt vomitum quidã, ergo vt euacuetur pars humoris melancholici ſolum in exquiſitis humoribus efficientibus quartanam,& in alijs admixtis ſed exſuperante melancholia,ſed de his dictum eſt.9.ſententia eiuſdem, melancholicos infra vehementius purgabis. Reddit rationem Gal. quia humores horum propter inſitam grauitatem tendunt deorſum. Quorſum ergo in his excitatur vomitus? alij autem ineunte acceſione miniſtrant vomitoria,vt quia tentant per vomitum craſſos ſuccos exinanire,qui iam acceſsionem efficiant. Sed tunc ſic, ergo pars humoris efficientis quartanam ſtat in ventriculo:vlterius, quare & iſti propter inſitam grauitatem non tendunt de orſum, ſic vt potius per infernam regionem,quam per ſupernam non venirent exinaniendi? quod ſi dicas potius tunc, vt quæ infeſtant vẽtriculum prouidendum eſt de vomitu:at tunc ego rogo, vnde ti-

Tenues humores aptiores ad vomitũ, quã craſsi.

 bi liquet,

bi liquet, ſi humor non eſt melancholius tendens deorſum, ſed petuitoſus infeſtans ventriculum, quod iam non adhæreat pars aliqua in inteſtinis: præcipue poſt aliquot aceſsiones quartanarias, quando, vt in plurimum accedit medicus? Sed ſcriptum eſt 4, apho. com 12. petuitoſus humor cum infertus inductuſque in inteſtinis fuerit, nunquam eſt per ſuperna, id eſt vomitorio medicamento purgandus: reſpice igitur quid conſulas. Quarto non ſolum miniſtrant facilia, ſicuti vncias quatuor aquæ tepidę cum vncijs duabus oximellis ſimplicis, decoctum raphani: ſuccum eius, laxiuium, oleum cum aqua tepida, caſtorei decoctum, & huiuſmodi alia, vt quis poteſt videre multa vomitoria apud Baptiſtam Codronchium libor 4. de mor veneficis cap. 4. iuxta Vueherum lib. 4. ſuæ parcticæ generalis, & quam plurimos alios: verum ad tam vehementia recurrunt, cum alia non proſunt, vt helleborum album applicent: videre eſt apud Gal. c. 11. lib. cita. ad Glauc. apud Auic. & reliquos, alias tamen dictum eſt à Gal. 1. de locis affectis c. 4. cogere eum, qui vomere non poteſt, abſurdum eſt: quo ergo modo niſi cogendo eum, qui vomere nequit, perueniunt ab illis vſque ad veratrum, cum illa non proſunt? Accedit, ſcriptum eſſe lib. de melancholia ex Gal. Rufo, & Poſidonio nequaquam vero ſumant, quæ vehementius vomitum concitant, noxia ſunt enim eiuſmodi, ventriculoque & eius ori debilitatem addunt. In ijs, qui iam diu morbo laborarint: nam quidam ob vomitum acrius concitati, viſi ſunt melancholia capi: ergo ſi quando non proſunt leuia ad vomitum concitandum, deueniendum eſt ad fortia, periculum eſt, vt quartanarij melancholia capiantur. Quinto lib. 2. apho. com. 9. habetur, ſi quis corporis craſſos & lentos humores tenuauerit, ſecueritque, atque meatus, per quos ipſi medicamentorum purgantium vi traduci, trahiquę debent, reſerarit, ea demum fuerit longe optima in omnibus purgatio, quibus neglectis, ſi aut vomitum ciendum, aut ſubducendum aluum curaueris, ægre moleſteque euacuatio procedet, non ſine ventris torſione interdum & vertigine quadam, magnaque inquietatione, & pulſus deprauatione: interdum etiam corporis Solutione, & difficultate: ad quæ viſum eſt multoties in ſequi ſingultum, & ruborem oculorum, quod eſſe malum dicitur 7. aphor. 3. quo ergo modo præcipitur vomitus in quartanarijs affectionibus ſine magna

Vomitum excitantia multa.

Ad vomitum multa conſideranda.

præ-

meditatione de humore ciendo per vomitum. Vltimo lib. 2. de ſimptomatum cauſis c. 3. inquit Gal. ſane nullum animal aut nauſeare, aut vomere, aut tuſsire docetur: immo longe ſæpe à naturali vſque ſpatio integra ſanitate fruentia: tam alia quam plura animalia, quam homines nec vomitum experti ſunt, nec tuſsim. Ad quid ergo vis, dum cruciatur homo quartana, illum docere vomere? Nunquid vt conſuetudinem vomendi adipiſcatur, quam inſequi poſtea ſit ei opus? Dices, vt euacuetur cauſa conſtriſtans, ſed tunc deprecor animaduertas conditiones neceſſarias ad talem humorem ciendum per vomitum, iuxta ea quæ diximus in ſuperioribus: difficilis enim res hæc eſt. Nec propter hoc tibi dico adoleſcens medice vſum vomendi omnino à corporibus humanis relegandũ: video etenim Gal. 6. de ſanit. tuenda c. 3. irridentem philoſophos, qui vomere ex aqua tepida poſt exercitationes ante cibum vetant, ſi florens eſt ætas & bilis in ore ventriculi vigeat. Et legi eum docentem 1. de arte curatiua ad Glauc, vtiliſsimum eſſe vomitum in tertiana: & præſidium eſſe commune eorum quæ in ventre continentur, de ratione victus in morb. acutis. com. 4. vomitu ſingultum ceſſare 7. apho. 3. remouere grauitatem, quæ accidit capiti, viſum clarificare: auferre nauſeatiuam ſatietatem, lib. 2. de comp. phar. ſecundum locos: quæ libenter etiam recipit Auic. fen 4. lib. 1. cap. 13. Rhaſius. tract. 4. cap. 16. lib. 12. conti. & omnes fere medici in ſequentes Hippocrat. veſtigia lib. de ſalubri dięta, & lib. prænotionum. Et quantumuis toto genere dicatur vomitus præter naturam, lib. de differentijs ſymptomatum c. 6. §. aliqua enim quamuis etiam toto genere præter naturam ſint veluti ſanguinis per nares profuſio, vel vomitus, & 2. de ſimpto. cauſis ſimptoma nuncupetur. c. 4. §. vomitus autem, quamquã ad porportionẽ horum ſe habeat, naturalis facultatis eſt ſymptoma, & in. 1. prorrh. com. 1. per vomitum labia tremere: quod rationi videbatur conſonum, vt nos terreant. Reuera non ſic exiſtimandum eſt: eodem enim primo loco ſubdit Galenus, tamen præter naturam adhuc non ſunt, ſi modo tempeſtiue fiant: fiunt autem tempeſtiue, ſubdit, cum id, quod contriſtat, exppellitur. Sed quia non percipit medicus hoc, donec relatum habet à vomente, quod ſcilicet bene ſe habeat, ex hoc etenim ſigno percipitur vomere, quod contriſtabat. ideo alia oportet animaduertere, vt quartanarijs

Præter hominẽ nullũ animal vtitur vomitu tuſſi autem ſecus.

Vomitus laudatur.

rijs

rijs conſulamus de vomitu. Primo quod, ſi aſſumpturus ſit helle borum ad ciendum vomitum: prius periculum faciat, quomodo ſe hebeat ad ſupernas purgationes, leuioribus ſcilicet & moderatioribus quibuſdam medicamentis: quod ſi non facile purgari videatur, non oportet huiuſmodi hominem ad helleborum adigere ante maximam præparationem 4. apho. 13. ſecundo eius conſtent vires iuxta illud eiuſdem, continenter vomendo aſſueſcat ad prompte vomendum: tertio non ſit maxime calidus, bilioſus ſcilicet, & ſiccus: nam licet ſimilia corpora videantur facilia ad vomitum, tollerentque faciliter illum abſolute: non tamen cum hellebero, cum ipſe ſit prouocatiuus ſpaſmi, ad quem hæc corpora promptiſsima ſunt: tum & ad calefieri maxime, ad quod præſtat helleborum, ſiue album, ſiue nigrum fuerit: nam vtrunque calidum, & ſiccum deſcribitur in 3. apud auctores, nigrum violentiſsimum dicitur à Doctore Valleſio 4. apho. com. 13. ab Auic. 2. canone refert Iacobus fuiſſe dictum, Helleborus & eſt venenoſus hominibus, licet magis albus: at lib. 2. tract. 2. ca. 243. ſolum dixit, Albus eſt vehementioris amaritudinis, & niger eſt vehementioris caliditatis: album Meſues mortiferum eſſe prodit: quod facile homines ſuffocare poſsit, ideoque prorſus reijciendum. Mathiolns tamen ſcribit, antiquos medicos albi veratri puluerem propinaſſe, & eſſe differentiam maximam ex vario flore albo, ſubuiridi, & ex albo rubente, &c. Plinius libr. 25. cap. dicit, nigrum purgat per inferna, candidum autem vomitione: nigri etiã â Mathiolo, Dodoneo, Fuchiſio, Dioſcoride, Theophraſ. & alijs tot ſcribuntur ſpecies, atque conditiones, quando dicitur, cauendum eſt felici quoque cura, ne nubilo die detur, quippe impatibiles cruciatus exiſtunt: æſtate potius, quam hyeme dandum: corpus ſeptem diebus ante præparandum cibis acribus: abſtinentia vini quarto & tertio die, vomitionibus, pridie cœnæ abſtinentia, album in vino dulci datur. Hipp. apho. illo ſen. 13. par. 4. qui ad veratrum non facile ſupra purgantur, eorum corpora ante potionem copioſiore alimento, & quiete præ humectanda. Vbi auctores maxime deſident, cum mens Hipp. ſit, vt corpora laxitatem adipiſcantur ad vomitum, oportet illa præhumectare: quidam dicunt, victus tenuis magis confert ad laxitatem, & apertionem venarum, alij, quod per cibi copiam, alij quod cibi copia ſit intelligenda medicinalis, cuiuſmodi ſunt ſerapia ſcindentia, & aperientia, alij alimenta, quæ valent humectare

Helleborũ album & nigrum.

Veratri vſus varietas & ſpecies.

ctare membra ſpermatica 6. epid. balneo dicit etiam fore humectanda corpora præter quietem, & cibum: vbi quidam explicant balneo, ideſt, fomento emollienti partes circunuicinas ventriculo, dum modo non adſit plenitudo: quia tunc non docet id exercere, niſi ſanguine de tracto. Alij Balneo, id eſt, vniuniuerſali totius bulneatione: propter quam variationem exiſtimo ſecurius eſſe abſtinere ab hellebori ſiue albi, ſiue nigri vſu: ſi autẽ tãta neceſsitas coegerit, vtito aut raphano intra quẽ macerata ſit hellebori pars in oximilite; aut cotoneo aſſo, cui helleborus inter aſſandum infixus ſit, expuncto tamen toto helleboro: & tunc adhuc præuiſis illis conditionibus ſupra ſcriptis, & alijs, quæ tanguntur in illis argumentis, quibus videbamus interdicere vſum hellebori. Ad vomitoria illa reliqua obſeruentur etiã & illæ conditiones: nam illis præſentibus non decet in quartanarijs aceſsionibus conſiſtere de vomitu, ſed illis præciſis; ſic etenim conſtat conciliatio inter loca Gal. Hippocrat. & aliorum. Quoad tempus vero, in robuſtoribus & fortibus ieiuno vẽtriculo optime miniſtrantur vomitoria: in dibilibus vero à cibo ne ſubuerſio vẽtriculi excitetur, ſed quia à ventriculo irritato ſemper inſurgit vomitus, dicitur vomitus actio præter naturam ex parte principij efficientis: quia vero prodeſſe illum vidimus, actionem naturalem vocare poſſumus ex parte finis: nam certum eſt, quod etiam ſi natura dediſſet duas tunicas, & duplices villos, internam ex longis conſtantem ad trahendum, externam ad expellendum ex tranſuerſis, id ſit neceſſarium reſpectu alimenti aſſumpti in hominibus, quantumuis in animabilibus ruminantibus id contigerit, vt vomatur. Sed quia hæc iam de altera parte huius regionis naturalis ſunt, ventriculo ſcilicet, ideo ad ipſum deſcendamus.

Vſus elebori interdicitur.

Ocaſio concedendi veratrum.

De ventriculo.

NAturalis regio accingit partem aliam; cuius nomen ventriculus eſt, qui ſecum habet ſedem, iuxta dictas iecur, & lien partes, vt eſt, clare videre in animalibus, & legere apud Veſſalium libris de humani corporis fabrica lib. 5. c. 3. §. ſub thorace enim, & ſepto tranſuerſo, inter iecur & lienem medius ſtatim ponitur. Iuxta Cornelium Celſum lib. 4. c. 1. §. ventriculus autem qui receptaculum cibi eſt, conſtat ex duobus tergoribus ijs, quæ

Sedes ventriculi.

iſque inter lienem & iecur poſitus eſt, vtroq; ex his paulum ſu per eum ingrediente: & iuxta Carolum Stephanum lib. 2. de diſſectione partium corp. humani cap. 8. §. ſitus eſt ſub diaphragmate, vtrinque lienem & hepar habens: & hinc 4. de vſu partium, cap. 1. inquit Gal. communiſsima ſane & maxima, primaq; omnium via ab ore fert ad ventriculũ, quaſi ad promptuariũ quoddam omnium particularum commune in medio animali poſitũ. Quare autem ventriculus, qui promptuarij modo eſculenta poculentaque ſuſcipere ea, quæ primo labore poſt maſticationem in ore per dentes concoquere ac mutare debuit, non ſtatim poſt os collocatus eſt, quanquã is ſitus ad cibi dentibus attriti aſſumptionem fuiſſet aptior, docet Veſſalius vlterius loco allegato, his verbis, thoracem namque & illo contenta viſcera rerum opifex ventriculo prælocauit, vt hic in demiſsioribus ſedibus excremẽtorum haberet effluxus, illaque (vt in ędificijs architecti ab oculis & naribus dominorum ea, quæ profluentia neceſſario tetri eſſent aliquid habitura auertunt) procul â ſenſibus, quæ in capite ſedem exigunt, deducerentur: thoracem vero aerem per os & narium foramina attracturum, ac rurſus eundem emiſſurum, vt vocis, reſpirationisq; auctor efficeretur, elatius collocare debuit. Porro ne nimium ventriculus ab ore remoueretur, cunque lõgus ab ipſo ad excrementorum expulſionis locum ductus ſit, natura illam quam potuit proxime ori ſubiungit: quam reſponſionem ſubripuit à Gal. 4. de vſu partium cap. 7. §. Poſitus autem eſt vẽtriculus non ſtatim poſt os, &c. ſubdit tamen Gal. nõ enim quia inferiorem thorace eum natura poſuit, ob id oportet ſolum laudare, ſed eo amplius. Multa etiam docet Gal. eodem cap. de præſtantia figuræ ventriculi, loci, muneris: atque quare ſit anguſtior in meatu inferno (ne ſcilicet intempeſtiue deſcẽderet chilus ad inteſtina) quam in ſuperno, ampliſsimamq; habere cauitatẽ oſtendit expreſsis his verbis 3. lib. de naturalibus facult. cap. 12. §. Porro inter animales partes maxime cauæ ampliſsimæque ſunt ventriculus, & vterus, citra id quod prohibeat eius actiones, non eſſe præſtantiſsimas.

Figura ventriculi.

Illam vero conſtitui ex interna tunica immediate, luce eſt clarius: nam duas habere omnes fatentur anothomici locis dictis: & id etiam Gal. 5. de vſu partium 6. de anothomaticis adminiſtrationibus, & lib. 3. de naturalibus facult. c. 8. §. atque ventriculus duas habet tunicas, que omnino alicuius gratia ſunt conditę, pertin-

Ventriculi tunica.

pertingũtque etiam vſque ad ipſum os, quę quidem interior eſt, qualis in ipſo eſt ventre talis perſiſtens: altera ad carnoſiorē ſpeciem, ingula conuerſa. at quod contrarias inter ſe fibrarum diſpoſitiones hæ tunicæ habeant, ipſa rei euidentia teſtatur: cōditæ antem ſunt, vt quæ interna eſt, in directũ porrectas habet fibras: vt quæ trahendi cauſa ſit inſtituta: externa tranſuerſas, quæ circulo contrahant: circa quę verba, & quia fortaſsis oculis conſpexiſſet, inquit Veſſaliusloco allegato, duabus his ſolum fibrarum differentijs (quod eſt rectarum, atq; circularium tranſuerſarũ) ſtomachus indiguit, vt recte quidem attraherent: tranſuerſæ autem arctantes pellerent: nam ſi obliquæ acceſiſſent, cibus in ſtomacho longiori mora hæreret, quod non ſolum homini inutile, ſed & importunum ac moleſtum eſſet, qua autem ratione cohæreant hæc cum illis Gal. verbis lib. 5. de vſu partium cap. 11. nempe ventriculus vero non item, ſi quidem nobis transglutiētibus trahere ipſum, & coquentibus retinere, atque vbi coxerimus, depellere oportebat, ex quo intelligitur ipſum genus omne fibrarum eſſe conſequutum. Et accedit ratio, nam ſi in quacunq; parte vbi eſt coctio quomodolibet, præſupponitur retentio rei coquendæ: retentrici autem deſeruiunt obliquæ fibræ: quare ergo credendum eſt, non fuiſſe ventriculo conceſſas à natura? præcipue cum eius coctio non particulariter & quomodolibet, ſed & ad totum exerceatur, adeo, vt ſi ſub illa ratione, qua diſponuntur cibaria vniuerſo corpori mandarentur à ventriculo, ſicuti à iecore, mereretur vtique & pars princeps nuncupari, ſicuti & hepar. Quamobrem dicendum ſequitur, ventriculum contextũ tribus villorum generibus: quod ego conſpexi in cuiuſdā anathomia canis: & id etiam docet expreſſe Gal. lib. 5. de vſu partium, cap. 12. hoc modo: porro quid cauſæ fuerit, cur tunicæ quidē externæ tranſuerſi ſolum inſint villi, internæ vero recti quidē plurimi, ſed pauci omnino obliqui (ecce) & apparet patrocinari huic parti Auic. f. 1. 1. doct. 5. cap. 1. 5. & membrorum quæ ſunt duas habentia tunicas, villi qui in latitudinem tendunt, ſemper in extrinſeca exiſtunt eorum tunica: & alij duo (ſcilicet tranſuerſi, & obliqui) in tunica eorum intrinſeca: at nullus dubitauit ventriculum ordinis eſſe membrorum, quæ continent duas tunicas: vi deas ergo Auic. ponentem obliquos villos in ventriculo. Recipit expreſſe hāc partem Carolus Stephanus loco citato dicens, nam ventriculus alimentum attrahit, retinet, & expellit, qua propter *Ventriculi fibræ.*

tribus

tribus villorum generibus contextus eſt: rectis quidem ad tractionem cibi, obliquis ad retentionem, transuerſis ad expulſionem; directos villos habet interna tunica, transuerſos externa, obliqui vtrique communes ſunt, per quos villos maxime duo illa ventriculi tergora inuicem connectuntur. Ex quo meo videri poſſumus reſpondere, quod quotieſcunque Gal. ſolū ponit duo villorum genera, id fit enumerando particularia cuius vis tunicæ, nam ſi particulatia & communia euumeraſſet vtique & tria genera poneret. Ad Veſſalium, quod fuit particularis eius ſentētia, aut quia non attente conſpexit, aut quia coactus illa ſua ratione non quæſiuit vſque ad inuentionem. Ad eius tamen rationem dicito, quod cum obliqui villi, vt refert Gal. cap. 12. cit. pauci ſint, tranſuerſi autem, & recti plurimi, non ſequitur, vt cibus in ſtomacho longiori mora hæreat, & inde neque ſequitur homini inutile neque importunum. Ex his omnibus reſultat ventriculi ſubſtantia fere omnino neruoſa: nam licet externa tunica videatur habere quandam veluti confuſam carnem, cum ſex venis nō obſcuris, & interna dicatur omnino neruoſa, totus pars nuncupatur neruoſa, recipiens in ſuperius orificium duos neruos â ſexta coniugatione ad dignotionem triſtātium, & ſenſum exquiſitiſsimū: quo certe ea pars pręter alias inſigniter eſt prædicta, iuxta illud Gale. 5. de vſu partium, ventriculi os valde eſt ſenſibile. 9. de vſu partium, ventriculi os vehementiſsime ſentit. Et 1. de ſympt. cauſis cap. 7, cœterum nullum membrorū, aut ita exactum habet ſenſum, aut ita vtrunque principium vna ſecum afficit, ſicut os ventriculi. Rationem quare ventriculi os præditum fuerit tam exacto ſenſu, oſtendit Gal. paulo inferius dicēs, ſequuntur hæc ipſas naturales particulæ functiones, quarū vtiq; gratia maximos à cerebro requirebat neruos, propter quos etiā excellentiā hanc ſenſus præter cœteras particulas poſsidet. Subdit reddens & huius rationem, dicens, quia gradatim & veluti in choro trahunt particulæ aliæ ab alijs, & denique à venis, quæ ad ventriculum pertinent: ideo fuit opus tanta ſenſatione acuta in ventriculo: vt ante quam homo aſſumpto alimento & humectatione exſiccaretur, & in maraſmum traderetur, expoſceret cibū, & potum illum per famem, hunc per ſitim naturaliter: nam & præter naturæ modum ſolent hæc accidere, vti paſsiones ventriculi, vt liquet ex eodem Gal. eodem cap. 5. quæ namque ſtomaticæ vocantur ſyncopę huius particulæ (id eſt, oris vētriculi, quod ſtoma-

Ventriculi ſubſqualis

Digitized by Google

ſtomachus nuncupatur) ſymptomata ſunt, quemadmodum & cardialægi, quæ ab altera eius appellatione nomen ſunt ſortitę. Inducit præterea & dyſpneas & apnœas, & morſus, & epilepſias, & deliria, & melancholias, atque hæc quidem omnia ſocietatis ratione, innappetentias vero, & diminutas, vitioſaſque appetentas per ſe ipſum: voco autem in appetentiam, cum quis nil omnino appetit: diminutam vero appetentiam eam, quæ imbecilla eſt; porro vitioſarum aliæ ad immodicam cibi, & potus ſumptionem ſunt deditæ, aliæ ad alienarum qualitatum deſiderium propenſæ. Sed quia eodē modo iudicandum eſt de cardialgia, dyſpnea, apnœa, & epilepſia, delirio & melancholia, quando naſcuntur propter conſenſum cum ventriculo, ac quando per proprias paſsiones partium, quibus immediate arrident: de quibus iam in ſuperioribus dictum eſt iuxta noſtrum intentū, ideo illis relictis, ad paſsiones ventriculi ſine febre, noſtra ſe conuertit oratio. Primo tamen vt recte intelligantur, quæ dicenda veniunt, explicare oportet, an ſenſus ille exactiſsimus ventriculi ſit tactus? Poſſet namque aliquis exiſtimare, non eſſe aliquē ex ſenſibus externis, propterea quod videat reſidere in parte interiori, immerito tamen: nam internus ſenſus non dicitur, quia ſit in parte interiori, ſed quia non recipit ſpeciem ad cognoſcendum immediate obiectum, ſed præcedente in alio ſenſu, aut ſpecie, aut cognitione: ſecus eſſet affirmandum in iecore, & alijs partibus huiuſmodi eſſe internos ſenſus. Dicendum ergo eſt talem ſenſum ventriculi eſſe externum, & eſſe tactum, conuinciq; ſic, ſenſatio vētriculi qua fameſcit, & ſitit, eſt dolorifica, vt vnuſquiſque aperte iudicat: fit ergo cum naturæ corruptione: iuxta illud cum ſubito & affatim corrumpitur natura, excitatur dolor: at receptum eſt apud omnes expoſitores Ariſ. cum illo lib. 2. de anima, talia ſpectare ad ſenſum tactum: ergo illius eſt, & eiuſdem ſpeciei, & rationis cum tactu, qui reperitur in alijs partibus: conſtat, cum nulla poſsit inueniri differentia ex parte immutationis obiecti: nam in qualibet parte fit immutatio propter ſpeciem intentionalem, præcedente reali: neque ex parte obiecti, quia tactus ventriculi non ſolum ſentit obiectum famis, & ſitis: ſed alias omnes qualitates tangibiles, ſiue primas, ſiue ſecundas. Et quando inſurgitur, ergo in qualibet parte habente tactum erit fames, aut ſitis: reſpondetur, quod neque id colligitur quantum ad ſenſationem, ex eo quod obiectum, quod in

Per conſenſum cum ventriculo? multa.

Inappetentia quid.

An ſenſus ventriculi ſit tactus.

Digitized by Google

ſenſatione illa ſentitur, non applicatur cuilibet parti habenti tactum: ſicut, quantumuis, ille ſenſus qui percipit obiectũ in delectatione venerea tactus ſit, non in qualibet parte habẽte tactum ſit, vnde conſtat tactum vẽtriculi in ſpecie diſperſum eſſe per totum corpus, differreque tamen prout eſt in vẽtriculo partialiter â tactu aliarum partium. Et quando obijciunt ſecundo, quod tactus ventriculi ſentit obiectũ famis, ſine aliquo medio externo; tactus vero aliarũ partium poteſt operari cũ medio, & inde differre: Reſpondetur ſenſum tactus poſſe percipere obiectum ſine medio, aut cũ medio externo, & ita poſſe contingere in ſenſu vẽtriculi, ſi applicarentur obiecta, quæ ita ſentiri poſſent. Quod autem obiecta, quæ ſentiuntur in fame, & ſiti non ſentiãtur per medium externum, non obſtat, quia ſatis ſufficit ad veritatem ſententiæ prædictæ, alia obiecta poſſe ſentiri cum medio externo, præterquam quod id per accidens ſe habet ad ſenſum tactus, neque ſufficiens eſt ad diſtinguendam ſpeciem, neq; propter hanc vniuerſalitatem exiſtentiæ tactus differt à guſtu, etiã ſi guſtus ſit in vna determinata parte: nam potiſsime differunt ſecundum ſpeciem ex ratione formali ſpecifica obiectorum.

Senſus tactus cum medio aut ſine medio poteſt percipere obiectũ.

Secundo præſupponendum ſequitur, ꝙ etiam ſi ventriculo contingant diſtẽperies aliquot, quæ videãtur inducere aliquid quaſi ſymptomata (vt videre eſt apud Gal. lib. artis med. quo inquit, c. 60. habentes ventriculũ ſiccum ſiti cruciantur, & inde maximũ appetunt potum, facillime tamen ſatiantur, id eſt, à pauca quantitate potus, ꝙ ſi multã ſumpſerint, facillime eorum ventriculus grauatur, patiturq; inſignes fluctuationes: cuius oppoſitum per Ariſt. ſcilicet regulã contrariorum, per contrarium, eſt eadem ratio, conueniet neceſſario vẽtriculo humido, cuius ſigna deſcribit Gal. cap. 61. eiuſdem: & de calido cap. 62. quod non multũ appetat, etſi mirifice concoquat: quod circa cibaria dura & difficilis alterationis melius ſe habet: eo quod facile, & citiſsime corrumpantur: oppoſitum de frigido cap. 63. vt conſtet de temperiebus ſimplicibus ventriculi, & ſit regula & menſura, vt cõplicatæ percipiantur per exuperantiam vnius qualitatis ſimplicis, aut complicatarum iuxta vim ſignorum illorũ de quibus cap. 64. diſſerit Gal.) Ceterum pro his non decet concedere quadrageſimæ tempore licentiam ad carnis eſum: ſunt etenim qui dicãt, temperies has natiuas præſtantiores eſſe optimis adinuentis medijs medicamentis, & cibarijs. Secundo quia nec propter has homines priuantur

Sicci vẽtriculo ſitiũt.

uantur â requiſitis operibus,neq; pro tam breuĩ tempore,aut augeri ad lapſum ſalutis,aut reſarciri ad præſtantiorem ſtatum rationi arridet.

De dolore ventriculi.

RElinquum,quia hęc pars nimis ſenſibilis facillime quotidie in animalis perniciem affici multis doloribus euenit(noſtro videri pro cauſis non ingentibus) inappetencijs videlicet, eructationibus,fluctuationibus,vomitionibus,fame,ſiti,inflationibus, imbecillitatibus,cibi faſtidio,bulimos,pica,ſingultu, & huiuſmodi alijs:ideo ſpeciatim de his agendum eſt:dum cum febre nõ aſſociantur. Cruciatur ſeuiſsime animal multoties, pro ventriculi dolore tam circa partem ſupernam,quam infernam,in quas diuiditur à medicis, ommiſſo œſophago,ſeu gula(nã quantunuis vtriſq; idẽ fere morbi accidant,ſunt tamen œſophago magis peculiares diglutiẽdi difficultas,vlcera,excoriationes,quę cõtingunt vbi propter venenum,medicamentum forte, vel alimẽtum acre, deuoratum os,aut humorem affluentem mordacem â capite,aut deniq; propter vim medio vomitu contractam : de quibus circa morbos colli egimus) & præcipue à Gal. 5. de locis affectis c.6. & 6. de locis cap. 1. quarum vna, quæ ſuperior eſt,œſophagoq; continua,ex multis neruis,vt ſupra diximus,cõtexta eſt:altera vero quæ huic continuatur ad inteſtinorum vſq; exortum ſerpit: vtraq; autẽ earũ etſi in animalibus proprio fungatur munere, diuerſiſq; ſymptomatibus conſueuerit affici, dolore ſcilicet, & â cauſa frigida, & à calida triſtatur: primũ percipies per in appetentiam, coctionis tarditatem, ructus accidos ſimpliciter & dolorem declinantem ad ſtupiditatem: ſecundum vero ex nidorulentis in cibus, & ex accidis cum acuitate quadã, ex aliquali ſiti, ex doloris acutie, ex coctionis celeritate, & minori appetentia, quã in frigido: & quando propter humorum copiam, & non propter ſolã intemperiem euenit, ſigna perſcripta cum intenſione apparent: ſtãtibus vero ſiccis, aut humidis humoribus, aut diſtemperiebus, quia, ſymptomata maiora, quã dolores excitantur, de ipſis ſuis locis agendum veniet. Viſis ergo doloribus illis, ante cardialgiæ ſigna id eſt, doloris oris ventriculi, nam de ipſa alia erit ratio, expedit medico detractis humoribus, ſi exſuperauerint, ſicuti quãdo eſt ſola diſtẽperies, pro cauſa frigida exterius applicare balſamum, aut Aparitij oleum, aut hoc vnguentum. Recipe

Affectiones pro ventriculo.

Affectus œſophagi.

Dolor ventriculi a calore & frigore.

olei abſinthij, menthę, ſpicæ, aparitij. ſingulorum vnciam vnã & ſemiſſem, pulueris ſquinanti, ſpicæ, ſpodij abſinthij, menthæ diarrhodonis Abbatis ana ſcrupulum vnum, cum vino albo & cera fiat vnguentum: vel hoc. R. abſinthij, menthæ, mentaſtri ana. m. j. ſpicæ vnciam vnam, roris marini. m. j. rutæ quartam. p. manipuli: coquantur in vni albi lib. j. aquæ ardentis lib. j. olei abſinthij lib. j. quouſque pereat vinum remaneatquè oleum, coletur, & cum cera fiat vnguentum, aut Socratiũ extendatur in panno coccineo, & aplicetur, potius declinando ad partem inferiorem, ne calefiat hepar plus iuſto. Inter omnia vero Socrotia hoc multoties ſunt expertus. R. gummi carannię tazemahacæ & balſami. ana. p. æquales, olei ſpicæ, menthæ, & abſinthij partes æquales, quod ſecundum artem ſufficiat, vt fiat Socrotium extenſum pro ventriculo in panno concineato: interius vero aſſumat tres, aut quatuor gutas Balſami, aut aquę florum arantij vncias quatuor manè, ſunt experta. Poſt prandium & cœnam coclear vnum huius pulueris. R. a niſsi ſeminis fœniculi, cumini ruſtici, carui, pulegij, caſiæ ligni, ſeminis petroſelini ana vnciam vnam, ſachari albiſsimi lib. j. extrahantur per ſetaceum ſtrictiſsimum: bibere autem, neque vinum, neque aquam poſt pulueris vſum decet. Et eſt huius pulueris deſcriptio illa tantopere apud vulgum celebrata, cuius titulus eſt. *Pulueres del Papa Benedicto*, alias, *deel Papa Vrbano*, conſtructa ex cõſenſu 30. Doctorum. Confert ad ſtomachum frigidum, ad lienẽ tumefactum, abſumit vapores, & humores caput aſcendentes: iuuat auditui, efformationi vocis, ſenſationibus internis, & externis, mouet & vrinam, lapides, & arenas veſicæ, excitat ad ſomnum, clarificat ſanguinem, prodeſt celeritati coctionis, & viſui, interficit lumbricos, confert tuſsi, & reumaticis affectionibus: excitat appetitum, flatus reſoluit, & denique incredibilia ſcribunt de ipſa alia.

Pulueres pro ventriculo.

Pro calida cauſa faciente ventriculi dolorem, ante remediorũ vſum maior meditatio eſt habenda: poſſet nanque quis exiſtimare, ſanguinis miſsionem conuenire refrigerationis gratia: verum animaduertat in ventriculi paſsionibus, id non niſi magna cum præmeditatione faciendum: nam præcipuus ſcopus in eo remedij genere virium robur eſt: tum etiam quia cauſa calida eſt, vtuntur quidam intempeſtiue frigidis, & adſtringuentibus: ceterum tenentur animaduertere partis naturam, vt ſummopere com-

In ventriculi paſsionibus raro ſanguis detrahendus.

commendauit Gal.lib.met.lib.artis medicæ & alibi millies:nã ſi multum adſtringant refrigerando,ſine dubio patitur periculum inculcationis humoris in ipſo ventriculo,aut conſtipationis ipſarum tunicarum ventriculi,ita quod non detur locus cauſæ conſumptioni: & ita exiſtimo cum mica panis intincta aceto,ſucco agreſtæ,oleo roſato,nenupharis, aut quouis ſic alio miſcendum fore abſinthij dulcis ſucci tantiſper,aut mẽthę propter has indicationes: & quando intus abſumuntur ſerapia de ſucco agreſtæ,granatorum accidorum,nymphęę,portulacæ, endibiæ ſimpli.non abſre erit admiſcere decocti eiuſdem abſinthij parum,aut mẽthæ:pariter quando vſus eſt huius cõditi R. pulueris dyamargaritonis frigidi dracmam vnam,dyarrhodonis Abatis drac.ſemiſ.corallorum rubrorum ſcrupulum vnum, conſeruæ violarum,& bugloſæ ana vnciam vnam,conſer.roſarum rubearum,corticũ citri conditi,ana drac.duas,ſachari roſati tabel.q.ſ.vt fiat conditum,ſit vſus in quantitate vnius fabæ mane, ſic fit ſatis dictis duabus indicationibus:vt conſtabit cõſideranti naturam medicamentorum componentium conditũ ſupraſcriptum, his ergo ſolum abſq; carnis vſu viuere poſſunt condimentis & alimentis frigidis,aut calidis,iuxta cauſam excitantem dolorem in contrarium,abſque periculo inſigni aliquo toto quadrageſimæ tempore: dum modo cardialgiæ ſigna non apparuerint,nam tunc non decet dubitare de eſu carnis: quouis tempore fuerit,& in quouis hominum genere, ad huc ſine febre:poſſe etenim ſine illa contingere cardialgiam, colliges aperte ex Gal.2.de Placitis c.8.quo ſic, neque ægritudine vexactis tantum,verum etiam ijs,qui diutius,paulo ieiunium tollerarent,accidit,vt morſus hos ventriculi ſentiant: ex quo patet diferre cardialgiam,â cardiaco morbo,etiam ſi aliquando,& in hoc os ventriculi pati contigerit,quod febrem acutam comitatur hic:vt viſum fuit Aetio, & Theodoro Priſciano:cardialgia non ſemper. Fies autẽ certus de affectione iſta,ſi ſimul cum dolore dicto,& reliquis â cauſa calida excitatis,conſpexeris ſtomachi languorem,totius corporis imbecillitatem,ſudorẽ immodicum,præcipue ſi videas,quod præceſſit mœror, aut ieiunium copulatiue, aut diſiunctiue, aut vehemens exercitatio quæ ſolent eſſe cauſa,vt flaua bilis in ventriculum confluat:& ſic vt antecedentia ſigna tibi deſeruient, concomitantia dicta cum oris amaritudine, & aliquando cum vomituublioſo,& de

In Cardialgia nõ negatur carnis eſus.

iectionibus ſimilibus, angore, eroſione, ac morſu in ore ventriculi, vt expreſſe deducitur ex Gal. illo citato 2. de placitis cap. 8 dicitur autem hæc affectio non ſolum cardialgia, ſed & cardiagmon, ideſt, oris ventriculi paſsio: & quantumuis rigide cordis paſsionem videatur ſignificare, nomine cordis non licet ſolum intelligere paſsionem illius partis, quæ in thorace continetur: ſed ipſius oris ventriculi, videre eſt apud Gal. 4. apho. 17. ſ. cordis autem morſus, eſt cordis, hoc eſt, oris ventriculi paſsio, lib. de ſymptomatum cauſis 1. c. 7. ſ. ſuperq; cardialgia, quod oris ventris infeſtū eſt ſymptoma: & 3. de ſymp. cauſis c. 5. ſ. aut cardialgiā, id eſt, oris ventriculi dolorē. Sunt ergo hæc tria nomina cōmunia huic paſſioni vētriculi: cardialgia, vt liquet ex dictis, cardiagmon, ſeu cardialmos, com. 1. in pri. Prorrh. Hipp. ſuper tex: 30. ſ. qui ſuam affectionem refferre, ſeu recenſere poſſunt cardialmos: ideſt, cordis ſeu ſtomachi morſus, & cardiaca, libr. de tremore rigore & pal. c. 5. & lib. de theriaca ad Pamphilum, vnde quando lib. de ſpermate ſcriptum inuenias, eſt corporis verberatio, quæ contingit in oris melancholiæ conceptis cardiaca. Et 4. apho. 65. cardiagmon, id eſt cordis morſus quidam motus eſt ſimplis palpitationi, animaduertas id relatum, quia varie apud diuerſos ſignificat, vt clare tibi cōſtabit apud Gal. 4. apho. com. 65. his verbis, quod non ſolum ei viſceri, quod ſua natura palpitat, cor nomen fuit apud antiquos: ſed etiam ori ventriculi pro confeſſo habetur apud omnes, ſicuti etiam quod cardialgiam, id eſt, cordis dolorem huius partis dolores appellant, & verbum cardioſim apud Græcos plurimi exponentium aphoriſmos pro cardialgia, id eſt, cordis dolore acceperūt. Nonnulli ipſius viſceris motum quēdam palpitationem ſimilem per cardiagmon verbum intellexerunt: reliquum quod hæc affectio ſimilis palpitationi, valde ſit diuerſa a cardialgia, luce eſt clarius: cū primario in corde ſiat, etiam ſi os ventriculi, ſicuti & totum quādoque contingat verberari: & hinc etiam cardiacus morbus adhuc ſine ſyncope diuerſus eſt a cardialgia: nam affectus hic morbus eſt acutus eueniens ſemper cum acuta febre, & maxime æſtuoſa, & ei adeſt pulſus maxime obſcurus, extremarum partium frigiditas, ſudores circa faciem, & ad pectus vſque glutinoſi, odor terreſtris per nares percellens, pulſus circa ſiniſtram mammam (aliquantulum infra) vehementes, & magni, & accidere ſolent deſperatio, angor animi, & corporis iactatio, ſiccitas, & fri-

Nomina cōmunia cardialgiæ.

Cardiacus morbus quid.

Signa cardiaci morbi.

& frigiditas in cruribus: quorum etſi quæ cum cardialgia aliquã do videas, non ſemper, neque febrem, vt diximus: & inde de cardialgia dicitur: quod ſi abſque febre, aut non præcedẽtibus morbis ſummopere vexantibus appareat, non adeo mala erit, neque periculoſa (nam cum febre mala 4. apho. 65.) at Cardiacus morbus cum ſemper cum acuta febre, & maxime æſtuoſa fiat, perpetuo periculum minatur. Propterea vero, ſine febre apparente cardialgia, non eſt denegandus vſus carnis tempore interdicto: quia etiamſi non fuerit tam periculoſa vt ſic: tamen ſolet quam plurimos de medio ſubripere, ſiue morſus contingat, propter lũbricos: ſiue propter humores erodentes, aut alicuius viſceris inflammationem: de quibus omnibus magna habeatur cura iuxta præcepta auctorum praxim agentium.

Deinceps accidũt animali propter humores ventriculo euenientes aut diſtemperies, varia alia ſymptomata, vtpote bullimos lib. 1. de differentijs ſymptomatum cap. 7. ℣. Preter hęc eſt, quod bullimos Græce dicitur: eſt autem ſymptoma ex indigentia ſimul imbecillitateque refrigeratione huius loci ortum. Pica fames, vt eodem etiam capite liquet ℣. vitioſæ autem qualitatis appetentia, de qua diſputans Picationis memini, aliquando in viris quoque incidit: cum ſcilicet ijs quoque in ventris os ſimilis aliquis vitiatus ſuccus procubuit. Denique & canina fames alias appetentia. Eodem etiam capite ℣. vitioſæ vero appetentiæ, quæ quidem in quantitate modum excedunt, vocanturque à quibuſdam caninæ, tunc exiſtunt, cum vel accidus quiſpiam vitioſus ſuccus ventriculum mordet, vel totum corpus immodice diggeſtum inops alimenti redditur: vitioſus nanque ſuccus qui frigidus ſimilem ſuctui morſum infert, appetentia vero proritat naturalis affectus ſimilitudine (id eſt, famis naturalis) alimenti autem deſiderium excitat, non potus propter frigus. Reliquum, vt iſtæ appetentiæ, ſeu fames præter naturales conſtent, non abs re erit explicare, quid ſit naturalis fames. Pro cuius integra explicatione ſupponendum eſt cum Galeno eodem capite ſeptimo citato, quinque in fame inueniri ſymptomata (motus dicant alij, exiſtimo quod videant opus illud naturale) ℣. exiſtuntque in totum quinque ſymptomata ordine quodam ſeſe deinceps ſequentia, quorum primum vacuatio eſt (ſeu extima mẽbrorum inanitio) ſecundum vacuatorum appetẽtia naturalis (ſeu tractus membrorum ab hepate, hepatis à ventriculi ore, videlicet maximus: nam

Bulimos quid.

Canina appetentia.

Quinq; ad famem requiruntur.

quod eiuſmodi tactus, licet minor terminetur ad totum ventriculum, & inteſtina, vt ſcriptum eſt 9. de vſu partium c.11. Tertium ventris ſuctus (ſeu diuulſio in ore ventriculi ex vaſorum actione) quartum eius ſenſus, (ſeu ſenſus eius diuulſionis) quintū appetentia eius animalis, quæ omnium eſt vltima, videlicet, qua cibus expetitur exterior.

Secundo ſupponendum eſt cum omnibus expoſitoribus, ex his quinque primum ineſſe animalibus, vt inuoluunt rationem miſtam ex calido & humido, &c. ſecundum, & tertium, vt amplectātur iam ſuperiorem rationem vegetabilium, ſcilicet, quatenus animata ſunt, nam ad inſtar plantarū ſemper ſunt in opere: quartum vero, & quintum inſunt illis, vt animalia ſunt ſenſus participantia: nam illa vltima appetentia cibi externi cum ſequatur ſenſationem ſuctionis animalis, operatio eſt toto genere diſtans ab appetentia illa priori loco recenſita naturali functione: quapropter animalia eguerunt duplici hac ſupra vegetabilia actione: quia alimentum diſtans requirunt, non paratum ſemper, & proximum in plantarum ſimilitudinem: quamobrem inſtinctu naturæ planta tota ex radicibus fibris trahit, membra autem animalis vim trahendi vniuerſam in ſtomachum conuertunt, ſeu vētriculum totum, à quo meſaraicis vaſis inſtar fibrarum multiplicibus fugunt, & inde ſequitur ventriculi ſolutio: quia cum vaſa non reperiant alimentum in ventriculo, vt trahant, conuertuntur ad ventriculi ipſius humidum exhauriendum. Cum autem rurſus alimenta ſumuntur, conuertuntur, inquit Gal. citato 7.1. de cauſis ſympto. 5. venæ ad alimenta, ex quibus ſugunt: ventriculus vero ab ipſis alimentis tantum abſumit, quantum venæ ab ipſo arripuerunt.

Conuenientia inter plantas & animalia.

Tertio ſupponendum venit, quod quantumuis ſit in fame ille ſenſus ſuctionis, triſtis ſcilicet: indeque ſentiatur dolor in fame adhuc naturali, propter quod ſequebatur, vt ſemper quid contra naturam eſſet cogitandum, iuxta quod citato loco dicitur à Gal. exiſtuntque in totum quinque ſymptomata. Verum tamē cum ſufficiat ad hoc, quod dicatur res aliqua naturalis, non opus habere inuolutas illas aceptiones ab Ariſtotele depictas. 5. metha. tex. com. 5. ſed ſufficit vt dicatur naturale, quod ſequatur cauſas ſecundum naturæ ordinem, & modum operantes: in quo ſenſu & dicitur mors naturalis, & ſenectus: tum apud philoſophos lib. de vita & morte capite primo, & apud medicos libro de maraſmo ca-

mo capite ſecundo, aut quia intentum ſit â natura. 2. Phyſicorũ, tex. comm. 48. naturalia dicuntur, quæ procedunt a principijs in fines intentos determinatos. Et denique quod non ſequitur cauſam morbificam aliquam: in quo ſenſu dictum fuit libro ad Traſibulum, ſanitas eſt modus naturalis: quod non ſequitur cauſas morbificas: quia vero hæc tria cum fame reperiuntur, & naturalis vocitatur; primum patet: nam quemadmodum conſumpto humido, ſequitur mors: ſic aſſumpto cibo famis, loco citato de cauſis ſymptomatũ 7. ſ. talem vero appetentiam vacuatio præcedit. Secundum, quia alias non apponeret ſenſum illum præſtantiſsimum natura in ventriculo. Verum non intenditur a natura fames, vt finis, ſed vt medium determinatum ad illum finem, nempe, vt animal excitaretur ad ſumendum cibum, ne tabeſceret, aut exſiccationi traderetur.

Tertium propterea quod fameſcunt homines ſine læſione alicuius functionis naturalis ſenſibiliter: & hinc licet videatur dolor adeſſe præſente fame, ſicuti dum dolent reliquæ corporis partes: reuera nec meretur medice contra naturam nuncupari neq; morbus, ſymptoma, aut morbi cauſa, etiam ſi Phyſice neceſſario talem mereatur appellationem, ſicuti dicitur de dolore illo, qui inuenitur in naturali expulſione excremẽtorum per inferiorem regionem. Hinc etiamſi dictum ſit a Galeno, quæ ſunt ſecũdum naturam debent conſeruari, quæ vero contra naturam auferri, dicendum eſt de fame abſolute non eſſe contra naturam, prout cõnotat dolorem: quia non per remedia medica, vt quæ ſunt cõtra naturam ſui detractionem expoſcunt: ſed per alimenti applicationem conſeruatiue ſcilicet, non curatiue. *Fames etſi cum dolore non dicitur contra naturam.*

Sed dices, quod hæc ſtare nequeunt, cum his, quæ Galenus docet libro artis medicæ capite 63. ad finem, ſub his verbis, malæ temperaturæ, quæ morbi ratione ventriculum occupant, hoc differunt ab his, quæ naturales exiſtunt, quoniam contraria non autem ſimilia appetunt, quemadmodum & naturales: ergo pro fame, & ſiti, potius appetenda erant ſimilia quam contraria, ſi ſequantur naturalia principia finem, &c. dicitur nanque fames appetitus calidi & ſicci, ſicuti ſitis frigidi, & humidi. Quidam reſpõdent, illud Galeni teſtimonium eſſe intelligendum de apetitu naturali non vero de animali, qui ſequitur cognitionem: naturaliter enim pars, quæ affecta eſt temperamento contra naturam expoſcit contrarium, vt auferatur illud: & pars, quæ connatu- *Fames & ſitis quid.*

Digitized by Google

turali temperamento conſtat, petit ſimilia: vt tale conſeruetur: in prædicta vero fame, aut ſiti naturalis appetitus eſt ad ſimilia pro conſeruatione animalis, quia talis appetitus eſt ſubſtantiæ ſimilis. Si vero ſermo ſit de animali appetitu ſequenti cognitionem, in hoc caſu, iuxta omnium ſententiam eſſet dicendum, appetitum talem eſſe ad contraria: nam in fame eſt appetitus calidi, frigore exiſtente in organo: licet aliunde poſſet aliud excogitari. Sed quia ex hac ſolutione ſequitur, ſimilem etiam eſſe naturalem appetitum animalem, nam propter calorem & frigiditatem, quæ ibi reperiuntur, eſſet neceſſario dicendum, tanquam magis proximum finem eſſe ad contraria: & non ad ſimilia: Reſpōdetur appetitum contrariorum non eſſe, quia non eſt appetitus ad aliquam diſtemperiem, per quam alia auferatur, Galenus autem de temperamentis loquebatur in ſanis non autem in morboſis.

Quarto ſupponendum eſt, etiam motus illos, ſeu ſymptomata atque illorum ordinem tenere in vniuerſum: nam & in athletis, quod alij negant, propterea quod viderint, cum ſit redundantia materiæ, & plenitudo, non eſſe opus præuiſa reſolutione in partibus cutaneis, vt tractio fiat & vſque ad iecur, & ventriculum tenet reuera: nam ſuppoſita euacuatione partium, non ſolum propter aerem ambientem, ſed propter illud exercitium frequens & frictiones, quibus athletæ vtebantur, omnes partes trahunt illo præfixo ordine: & licet abſolute non videatur vniuerſalis illa ſugendi ratio, quia redundet materia, ſtante plenitudine, tamen ſuppoſita conditione trahendi, reſpectu conſueti alimenti, ſequitur & euacuatio illa vniuerſalis, vſque & in ventriculum, tum in his, tum & in omnibus, non etenim deſtituitur à chilo ſemper ventriculus, non ſolum in tunicis, ſed & in cauitate, vt clare ſatis deducitur ex Galeno lib. 3. de naturalibus facultat. capite 13. & Auicenna fen. 15. lib. 3. tract. 5. capite 8. neq; defectuoſum reddit ordinem illum, fœtum nutriri per venas vmbilicares à ſanguine, quæ terminantur in iecur, & non in ventriculum, propter quod poſſet deficere animalis fames: quia licet non nutriatur niſi ſanguine, cum ſanguis valeat auferre famem à ventriculo, non eſt cur non poſſit, ille ſanguis deficere, & ex conſequenti cur non poſſit habere ſenſum moleſtiæ ex eius defectu. Neque negari poteſt, in eo ſenſu habere ſtatim ſenſum tactus omnia requiſita ad operationem ſenſus ventriculi, ex quibus be-

bus bene infertur propterea in alijs partibus, à ventriculo non ſentiri famem, quia ipſæ omnes denique vnde trahant, habent, ventriculus vero non.

Sed dices, & erit primum dub. poſt hæc ſuppoſita, ex illis duobus vltimis quibus animata ſenſitiua exſuperant vegetabilia: quod ex illis conſtituit rationem formalem famis? nunquid ſenſus ille ſuctionis? an appetentia illa, quæ conſurgit poſt ſuctionis ſenſum? diſtrahi etenim videas auctores: Galenus quidem illo 1. de ſymptomatũ cauſis capite 7. inquit, ac ſuctus quidem ipſius ſenſus fames eſt: ergo definiendi ratio iniqua: aut in illo primo ponit formalem rationem, ſcilicet in ſenſatione triſti. Addũt dictum fuiſſe â Galeno 4. de vſu partium, capite 7. eſſe ſenſum indigentiæ alimenti, aut ſaltem colligi ex eo, quia ſecundum eius ſententiam dolor conſiſtit in ſenſatione, & relatum eſt ab eodem lib. de inæquali intemperie, famem & ſitim dolores eſſe vẽtriculi: ergo in ſenſatione illa apponit rationem doloris: quod confirmant quidam, ex eo quod communiter dicitur, animalia fame moleſtari, imo aliquando per ipſam perire: quod ſi in illa appetentia conſiſteret, illud fuiſſet impoſsibile. Sic explicat Veiga lib. artis medic. cap. 60. ſuſtinens hanc ſententiam: quam etiã fuit amplexus Muſa Braſabolus, ſuper 2. aphor. comm. 8. noſter Doctor Petrus Garcia Carrero codice manu ſcripto ſuper Galenũ lib. de mor. & ſympt. inquit, ſed reuera aliqua ex his non oſtendunt talem fuiſſe Galeni opinionem, nam quando aſſerit famen eſſe ſenſum indigentiæ, aut defectus alimenti, non videtur facere ſenſum formalem, ſed potius cauſalem, aut occaſionalem: nam reuera ventriculus dum fameſcit, neque poteſt poſitiue ſentire defectum alimenti, neque ſuctionem; probat, quia tactus nõ ſentit illius defectum, atque adeo ſi Galeni verba ita intelligantur, tantum denotant occaſionem quandam: & ſic nomine ſuctus non eſt quare intelligamus alimenti defectum, ſed poſitiuam diuulſionem, quam patitur ventriculus propter defectum, Hinc reſpondere tentat argumento illi in contrarium, videlicet, quod quando dicitur, animal perire fame, non probatur, ſicutĩ quando etiam dicitur perire gaudio. Ceterum potius videtur dicendum, quod perire poteſt per illud, quia ſimul cum altero illius poſsit habere rationem: & inde quod Galenus definiuit per illud, etiam ſi alterum conſtituat rationem formalem: neque propterea afirmo, rationem formalem conſiſtere in vtroq; ſimul

Ratio formalis famis in quo.

ſimul, vt quidam: diſſonum enim rationi eſt affirmare, ex rebus tam diuerſis non habentibus ordinem, neque cauſalitatis, rei eſſentiam alicuius conſtitui: ſed alterum ſe habere veluti conditio neceſſaria, ſicuti dicitur de perfectione caloris natiui, in coctione rei, quæ perficitur.

Ariſtoteles autem videtur aliter ſentire. 2. de animo capite 3. quando ſic: eſuries concupiſcentia calidi & ſicci, cui aſſentit Laurentius Iobertus libr. de quartana febre cap. 8. dicens, cum illo etiam ventriculi appetentiam animalem, quæ proprie fames eſt. Ioannes Fernelius libro 6. de partium morb. & ſymptom. cap. 3. 5. eſt enim fames ex penuriæ ſenſu orta, cibi appetentia, & patrocinantur huic dicendi modo omnes aſſeuerantes, doloris eſſentiam pertinere ad appetitum. Sed quia duplex eſt actus appetitus, alter, qui conſiſtit in fuga obiecti moleſtantis, qui eſt prior, & magis immediatus, ſequiturque cognitionem: alter vero conſiſtit in proſecutione, ſcilicet, in deſiderio alimenti: ſub quo igitur iſtorum ſit collocanda quæritur: nam ex Ariſtotele non videtur conſtare, conſiſtere in actu deſiderij, vt quidam autumãt: docet nanque 2. de animo citato capite 3. famem & ſitim cupiditatem eſſe, ſed nil probat circa dub. Vnde videtur cõſentaneum rationi potius conſiſtere in actu, qui ſe habet per modum fugæ: nam reuera, ſi ſenſationes iſtæ ſunt doloroſæ, eandem habent rationem in appetitu, ſicut & dolor: certum autem, eſt iuxta communiorem opinionem, dolorem non cõſiſtere in deſiderio, propter quod appetimus, id quod auferri poteſt: ergo idem eſt dicendum de fame: nam in deſiderio alimenti appetimus id, quod aufertur famis cauſa: vnde dicitur, Ariſtotelem nõ tam definiſſe famem per illud, quod eſt de formali ratione intrinſeca, quam per illud, quod vltimo reperitur in illa, ſpectans ad potentias internas: aſt, quia hæc non tantum medico curanti adducere vtilitatis poſſunt, vt alia, ideo ad cauſas famis naturalis expedit deuenire, vt inde liqueat, quid in illis, bullimo, pica, &c. ſit tenendum pro noſtro inſtituto.

Non ſeruatur ordo inter ſitim & famem.

In hac re primo dicendum eſt, famem, & ſitim non habere ex natura rei aliquem neceſſarium ordinem, prioris, & poſterioris: ſed excitari hanc vel illam, iuxta prædominium ſuæ cauſæ: ita quod ſi accedat cauſa valens ſubleuare ſenſum illum diuulſionis pro fame: conſurget primo famis: ſi pro ſiti, ſitis. Quæ vero ſit cauſa, vt ille ſenſus triſtis inſurgat, hic opus, hic la-

hic labor. Legi etenim quoſdam aſſeueraſſe, deficiente quadam ſubſtantia, quæ & ſi ſicca appelletur, quia fuerit ſolida, tamen humida eſt natiua humiditate, excitari famem; cuius opinionis hoc poteſt eſſe fundamētum, quia alias nulla eſſet cauſa, propter quam poſsit contingere contractio, aut diuulſio in ventriculo, quam Gal. c. 7. cita. de cauſis ſymptomatum docuit in fame, & nos ſupra recenſuimus: probaturque ſic, quia iſte motus ſimilis eſt conuulſioni ex inanitione, conſtat autem ex Gal. 2. & 3. de locis affectis, & lib. de tremore, rigore, & conuul. fieri deficiente humiditate, ergo idem dicendum erit, reperiri in ventriculo fameſcente. Verum iſte dicendi modus inter alias difficultates hanc amplectitur magnæ conſiderationis: quia ſequeretur, non extingui famen niſi repoſitione ſubſtantiæ illius deperditæ, aut eius ſimilis: cuius contrariū experientia oſtendit: quia aſſumpto cibo, quin potius epoto vino, aut re optima odorata, ceſſat fames; vnde ad comprobationem illam videtur dicendum, non eſſe cauſam illius retractionis defectum ſubſtantiæ: etiam ſi præſupponatur quandoque: ſed potius propter ſiccitatem: videre eſt, apud Gal. lib. de tremore. rig. & con. cap. 7. 5. vt enim lora, quæ prope ignem ſiccentia contrahuntur, tenduntur que: eodem modo ſpaſmi fiunt ex nimia morborum ſiccitate, quæ neruoſum genus ad modum arefacit: in ardentibus igitur febribus id ex ſola ſiccitate euenit, &c. Alij vero alium tramitem ſibi eligunt aſſeuerantes, excitari famem, non propter defectum alimenti, aut humidi potabilis: nam ſicuti in alijs partibus ſentiētibus priuationes non ſentiuntur: ſed potius poſitiuæ cauſæ: ita neque in ventriculo: defectus enim alimenti dicit priuationem, & carentiam: ſed propter portionem humoris melancholici venientis ad os ventriculi, quæ diſſolutionem ſeu ſolutionem continui valet efficere, & irritationem: quod placitum poſſent probare meo videri ex Gal. lib. 6. de locis c. 1. dum inquit: ac nonnūquam & ciborum vehementiſsimas appetentias, præcipueque quando exquiſite acetoſum ſit id, quod ad ventrem fertur excrementum: ex quo ſic, ergo quando mediocre, mediocres excitabit appetentias, & ſic vſque in ſtatum naturalē appetendi iuxta augmentum, aut decrementum acetoſitatis. Et lib. 3. de naturalibus facult. c. 13. quando ſic. Quoniam autem lien, &c. vſque ibi. Ad eundem modum, & in ventriculum excrementum effundere: ſed id non mittit ad ventriculum, vt expurgetur, quia ſolum

Pro defitiētia cuiuſdā ſub. fames.

Propter humorē melāncholicū venientem ad ventriculū fames.

ſolum purgatur per aluum 13.methodi cap.17.tum lib.5.de vſu partium cap.4.clare ſatis inſinuat,non ſolum portionem melancholiæ peruenire à liene in ventriculum, vt contrahatur, atque cogatur ad complectendos cibos,atque retinendos quouſq; fuerint percocti: ſed vt excitarent famem. Eam etiam expreſſe fatetur auctor lib.de anothomia viuorum,cap.de anothomia ſplenis §.& habet duos meatus,vnum qui dirigitur ad os ſtomachi,quo mediante tranſmittitur melancholia ad illam partem,ad prouocandum appetitum: vnde ex opilatione ſplenis accidit faſtidiũ: ſicut ex nimia apertione eius : & tranſmiſsione melancholiæ ſuperflua accidit bullimos,ſiue caninus appetitus. Idem Carolus Stephanus de diſſectione partium corporis humani lib.2.cap.13. iuxta medium, Veſſalius ſimiliter, refert & quoſdam id recepiſſe,lib.5.cap.9.§.ſed alij quidem contenti ſunt, ſi doceant hanc atram bilem ſua ſaporis qualitate,quam acerbam,& accidam eſſe fatentur,omnes ventriculi functiones,quæ in amplexu quodam conſiſtunt aſtringendo & colligendo corroborare,&c.Quod ſi dicas hos potius affirmare auctores acerbitatem & acciditatem melancholiæ ventriculum aſcendẽtem ab ſplene prohibere ſolum, ne eleuetur cibus;ſit bene:licet particula ſolum ibi non reperiatur:ſed legas precor eundem auctorem paulo inferius,vbi ſic,alij autem huic vſui tantum non acquieſcentes, iam dictis vtilitatibus addunt, vim ventriculi appetitricem hoc excremento adeo incitari:vt eius præcipue vſus gratia venam, aut porum à liene in ſuperius ventriculi orificium inſeri ſtatuant:quid clarius? Etſi Veſſalius aliter ſentiat,nil potius determinãdo, quandoquidem ſic habet,ego ſane de hoc recremento lienis in ventriculum eructatione,& eius vſu nil affirmare audeo. Quando autem obijcitur contra hunc dicendi modum,famem per certa interualla repetere,humorem vero continuo permeare in ventriculum, & inde quod ſemper adeſſet fames: mihi facile eſſet reſpondere concedendo antecedens,& negando ſequelam:nam ſemper quod cibus,& potus eſt in ventriculo, acciditas;& acerbitas retunduntur,quia indulzorantur,ita quod non valeant inducere veluti cõſtipationem quandam, â qua cum adeſt, inſurgit ſolutio continui:quæ percipitur,ſicuti quando maceratur propter ictum pars aliqua, in qua conſurgit dolor propter illam ſolutionem inductam,etiamſi partes non pateant diſcontinuatæ, aut diſtemperatæ in primis qualitatibus; quia tamen ſunt in ſecundis. Neque erit id

Digitized by Google

erit id difficile intellectu animaduertenti, quod ſi quis aſſumat aceti accerrimi, ſucci limonum, ſucci nucum cupreſsi, druparum, aut huiuſmodi alterius acerbi, & auſteri quantitatē merā ſuper linguam, corrugationem percipit, & veluti conſtipationem, vſque adeo, vt dolere ſe ſentire ſentiant: ſi tamen illis admiſceatur ſuccis potio aquæ, vini, lactis, aut alterius huius ordinis indulzurantis, neque talis naſcitur effectus: neque id ſolum in nobis videas, ſed in terra, etiam: nam ſi acerrimi aceti portionem terræ inijcias, percipies per initia terram quaſi in ampullas eleuari, poſtea vero poſt aliquot temporis ſpatium adipiſci cōdenſationem tantam, atque conſtipationem, vt difficulter incutere eam valeas, niſi prius recepta aliqua re humectante: pariter igitur recepta melancholia illa in ventriculo deficiente cibo irritat, & cauſa eſſet illius ſolutionis, quæ ſentitur immediate, propter vim corrugandi, & conſtipandi: mediate propter vim refrigerandi, in quo ſenſu percipiendi ſunt auctores tribuentes frigiditati cauſam famis: vnde non percipitur ſenſibile commune, ſed propriū, & doloris cauſa, atque obiectum diſtinctum ab illo, quod in ſiti ſentitur: etiam ſi in illa & ſenſatio triſtis percipiatur. Vnde licet quandoque aſſumpta potione aquæ fameſcenti contingat doloris illius ſedatio: illud non eſt, quia vtriuſque cauſæ fuerit vna ratio formalis obiecti, & ſenſationis: ſed quia & in aqua illa epota, cum non ſit purum elementum qualitatis nutrimentalis, fuerit quid dicens contradictionem cum illa cauſa, à qua eſt ſitis, quæ non poteſt eſſe quædam qualitas producta à natura pro neceſsitate indigentiæ tempore inſequente finem, vt quidam acutiſsimus docet: nam & illa debet inſequi aliquam diſtemperiem, cuius tenetur ſignare radicem. Dicimus igitur nos portionem melancholiæ aſsiduam eſſe cauſam illius cauſæ immediatæ famis, quæ non trahitur ſolum a ventriculo, aut mittitur a liene ſolum tempore indigentiæ: ſed etiam quando eſt multa copia cibi in ventriculo: alias perperam Galenus, & alij locis ſupra citatis affirmaſſent per melancholiam omnes ventriculi functiones, quæ in amplexu quodam conſiſtunt adſtringendo, & colligendo corroborare: ac proinde, ne inconfectus a ventriculo cibus elabatur, prohibere: vnde obiectum præcedit ſenſationem, etiam ſi pro impedimento non ſentiatur, niſi deficiente impedimento illius ſenſationis. De ſiti vero quid tenendum fuerit, dicemus poſtea Deo auxiliante.

Ab acerrimis quando corrugatur & quando ſecus.

Ad rem

Digitized by Google

Ad rem ergo noſtram dicendum ſequitur, famem illam pręter naturam, concomitari humorem acerbum, & accidum ventriculum habitantem, aut qualitatem conſurrectam, propterea quod totum corpus diſsipatum, & diſſolutum ſic traxerit à ventriculo, vt diſtemperaretur, ſic vt illa ſolutio inſurgat, ab eodem autem, cauſa mutata, aut ſecundum quantitatem, aut modum qualitatis oriri naturale opus viuenti, & præter naturam non eſt difficile legēti Hipp. & Gal. 2. apho. ſen. 3. & 4. quibus dicitur, ſomnus & vigilia modum ſi exceſſerint malum. Tum etiam non ſacietas non fames, neque aliud quicquam, quod naturæ modum excedat bonum. Ergo ſi humor melancholicus deſcendat in maiori quantitate, quam expediat, aut in minori, aut qualitate intēſiore reddita, non erit mirum excedens naturæ modum parere malum, pariter pro intenſione ſuccionis. Et propterea ille auctor libelli de anothomia viuorum dicebat ex opilatione ſplenis accidit faſtidium, ſicut ex nimia apertione eius, & trāſmiſsione melancholiæ ſuperflua accidit bulimos, ſiue caninus appetitus. Sed de his iā ſeorſum, vt noſtro ſatisfaciamus inſtituto, diſſeramus.

De Canina appetentia.

QVantumuis iuxta naturam canini appetitus relatum ſit à Gal. 1. de ſympto. cauſis. cap. 7. vitioſæ vero appetentię, quę quidem in quantitate modum excedunt, vocanturque, à quibuſdam caninæ, &c. & 2. apho. 21. quæ vehemens & ſedari cōtumax ciborum appetentia dicitur, quam & quidam medicorum appetentiam caninam nominant, & 6. de locis affectis cap. 3. quemadmodum in his, qui canina vocata appetentia vexantur, dicaturque etiam fames appetentia: ſunt qui dicant, quod fames potius in malum ſumatur, appetentia autem in bonū: vnde videbatur dicendum potius in canina vocata fame, quam appetentia, ſiquidem quid alienum eſt à natura, 6. de ſanit. tuenda, capi. 10. ſ. aliæ appetentiæ à natura alienę, quas caninas appellant: verūtamen ſiue illi ducantur tutelare Hipp. 2. apho. 21. dicente famem non appetentiam, parum curare oportet de hac re: res etenim curamus inuenire, non nomina: & inde ſequentes loquutiones Galenicas dicimus, cum eiſdem, appetentiam caninam oriri exiſtereque cum vel accidus quiſpiam vitioſus ſuccus ventriculum mordet, vel totum corpus in modice digeſtum inops alimenti redditur, vi-

tur, vitioſus nanque ſuccus, qui frigidus eſt, ſimilem ſuctui morſum infert, appetentiam vero proritat naturalis affectus ſimilitudine: alimenti autem, non potus deſiderium excitat, propter frigus loco allegato de ſympto. cauſ. cap. 7. & com. illo 21. part. 2. apho. 3. inquit, talē enim famem (id eſt, caninam) vini potio ſanat, non eam quæ ex longa inedia, vel alui profluuio, aut fluxu ſanguinis, aut aliqua alia facta euacuatione fit. Ex quibus patet, & fluentibus humoribus, & â qualitate illa contracta ſine affluxu materiæ conſurgere exſorbentibus os ventriculi, quod ſi Gal. talis affectus non ſignauerit cauſam qualitatem frigidam cap. illo 7. lib. 1. de cauſis ſymp. nec propterea reprehendendus eſt, quandoque id depinxit 21. apho. 2. & ſub humoribus frigidis ſub intelligi potuit cap. illo 7. percipitur vero in vniuerſum hic affectus ex eo, quod ſimul cum illo intenſo deſiderio cupiendi, alimētum illico euomunt 6. de locis cap. 3. 5. quemadmodum in his, qui canina vocata appetentia vexantur, vidimus, vt affatim impleti paulo poſt aut euomant, aut fluore deijciant: reddit rationem paulo inferius referendo eandem ſententiam his verbis, vt igitur canina cupiditas in ore ventriculi conſiſtens, non potente ipſo deuoratorum pondus ſuſtinere, multa impetuoſe ingerere, atque ea celeriter excernere cogit. Inſinuauit & id capite illo. 7. ſæpe citato, quia igitur affecti hac affectione euomant copiam pituitæ, aut melancholiæ: & cibum cum aſſumunt retinere nequeant: & poſt euomitum, alium appetunt, quemadmodum canes, id fortaſsis exercentes, quin eorum venter paruus, & qui non multo amplior ſit, quam inteſtinum, ſed quaſi inteſtino ſimilis, intus leuis, inde dicuntur, & merito caninam appetentiam pati: ſicuti eſt videre, apud Alex. Trallianū lib. 7. cap. 3. 5. quare etiam tales caninum habere appetitum dixerunt. Comitatur etiam hunc affectum ructus, hoc aut illo modo, ſecundum quod, ab hac cauſa frigida, vel calida naſcatur ex Auicenna fen. 12. lib. 3. tract. 2. cap. 13. & denique pulſus rarus tardus, paruus, & languidus 4. de cauſis pulſuū, cap. 26. ſpeciatim vero ipſa affectio, quæ ſymptoma eſt in genere noxę functionum animalium, atque ipſius ſenſus tactus percipitur: ſi fuerit ex euacuationibus ſuper excedentibus, aut ex morbis reſoluentibus dignoſcitur ex relatis; & ex recenſione cauſæ prochatarticæ. Si ex caliditate frigida, ſolum vomuntur cibi, & eſt ſitis carentia propter oris ſtomachi frigus, eſt laxitas ventriculi: quia aſſumitur plus quam non ſolum concoqui poteſt, ſed

Famam caninā ſanat vini potio.

Signa caninæ appetentiæ.

Aa &am-

& amplecti: & inde laxatur, & diſtenditur: adeſt etiam ventoſitatis copia, quæ generatur ex cibo multo & ſuperfluo à diminuto calore: adſunt etiam & ſigna ſequentia ventriculi temperiem frigidam, de quibus ſupra actum eſt. Deniq; facillime læduntur ab externo excedenti frigore. Si conſurgat ex cauſa calida cũ affluxu humoris aut redundantia, ea quæ vomuntur cum cibo, potius declinant ad amaritudinem, quam ad acetoſitatem: quod ſi accida, erunt iuxta illam regulam adductã de ſignis ructus accidi a calore: ſi a qualitate ructus accedit, & vomitus ſolius alimenti: ſitis propter calorem calefacientẽ & deſiccantem os ventriculi: adeſt etiã ventris in obedientia, quia calor fortis cauſa eſt, vt cibi multum reſoluantur, & humiditates: quamobrem feces exſiccantur: accedunt tandem ſigna calidæ complexionis ventriculi, ſi ex debilitate totius corporis ortum habeat præter illa communia ſigna, euenit multitudo excrementorum incoctorum, quia cũ alimenti ſumatur multum, & non tranſmutetur, neq; retineatur & coquatur, tum per ſeceſum fecum multitudo, tum illius humiditatis, quæ ſimilis eſt loturæ carnis recenter mactatæ apparẽtis cum debilitate venarum meſereaicarum hepatis retentricis: accedãt & ſigna in vniuerſum corporis debilis. Cognitis igitur his ſpeciebus, ſi ex totius euacuatione vel reſolutione, lõga inedia, alui profluuio, vel fluxu ſanguinis: miniſtrabis licentiã ad carnis eſum, iuxta exigentiam cauſæ, potius quam caninæ appetentiæ quadrageſimæ tempore. Si vero non ex his, neque ad ſummum peruenerit, quia non difficulter curatur 6. de locis cap. 3. ſed facile per potionem meri 2. apho. 21. nam ſanat hunc affectum mirifice, dum non adfuerit in cauſa magna caliditas: quia tũc potius per vinum merum augebitur: quia, & fiet reſolutio, & fortaſsis excitabitur conuulſio, delirium, aut ſaltem ingens dolor capitis: in alijs vero ſummopere laudat Galen. eius vſum loco allegato, & oleaginea alimenta, dummodo acredinem non habeant admiſtam, poſſunt ergo quadrageſimalia condimenta plurima parari in hoc euentu, citra conceſsionem ad eſum carnis: ſi autem iam inueterata eſt à confirmatione: (non enim fit ſubito, vt videre eſt apud Galenũ illo ſexto de locis, capite 3.) ſed quæres fortaſsis quamobrem vrinæ fluor ſubito euenire poſsit, leuitas inteſtinorum non poſsit, veluti neque canina cupiditas, ſed plurium dierum numero opus ſit: nam affectus initium ab incremẽto, incrementum à vigore diſtinguitur) aut timetur de permutatione

In canina appetentia quando concedenda caro.

tione eius in ſoporem vel bullimos, quia & facile tunc, & ad mortem contingit permutari, non eſt dubitandum de concedenda licentia. Vniuerſalem curationem recte inuenias ſcriptam apud Donatum libro de medendis corporis malis cap. 61. & iuxta Auicennã loco citato cap. 14. hoc vero remedium in hebdomadâ iuuare ſummopere quidam ſcribit auctor indiſcriminatim pro omnibus, tu vero reſpice, an cum calidiſsima diſtemperie ſe companiantur ſimplicia componentia illud, ne agas impiricum. Recipe piperis albi, piperis nigri, macropiperis, omnium ana quartam libræ, xylobalſimi vnciam vnam, ſpicæ, ammomi, amborum ana dracmas quatuor, ſeminis apij, zingiberis, ſeſeleos, Keiſim, caſiæ mundatæ, enulæ, aſari, omnium ana dracmas tres, tere omnia, & cribela, & confice cum melle deſpumato, & repone ipſum: & ſumatur ex ipſo quantum bundacha. Ordinata hæc ſcripta eſt etiã eiſdem verbis lib. ſecretorum, titulo ad caninum appetitum, & ſingultum, & ructationem acetoſam: vbi per Keiſim etſi multa alia ſignificentur, decet intelligere liguſticum: nam præterquam ſic exponunt Arabum multi, rationi eſt conſonum: quia ex Dioſcoridis ſententia, & aliorum ad inflationes præcipue circa ſtomachum ſummopere prodeſt, lib. 3. cap. 51. vnde quãdo legitur iuxta Plinium inutilem eſſe ſtomacho Panacem, quem nuncupant liguſticum, non eſt intelligendum de liguſtro depicto a Dioſcoride, Mathiolo, aut Iobellio, quod debet miniſtrari in hac præfixa compoſitione, ſed de liguſtro nigro columellæ: quia hoc illud cõtinet merifice. Per caſsiam mundatam percipiunt quidam caſiophiſtolam, ſed immerito, nam præterquam receptiſsimũ habeatur apud antiquos ignotam fuiſſe, in ordinata dicitur poſt enumerationem illorum omnium ſimplicium, tere omnia & cribela, ſed caſiophiſtula non patitur triturationem, neque cribelationem: igitur non hanc, ſed caſiæ lignum. Animaduertit autem, quod ſit emundatum, quia inter tot huius ſpecies ligni caſiæ, vt videre eſt apud Dioſcoridem lib. 1. capite 12. & eſt quædam cuius cortex incommoda eſt. Denique iuxta hoc remedium oportet mandare memoriæ, præcipi miniſtrari quantum bundacha, quod eſt magnitudo vnius auellanæ: ſicuti in ſynonymis Auicennæ videre quis poteſt: & alibi dicit burdachaton pondus eſt in modum auellanæ, idem etiam Serapion.

Remediũ ad caninũ appetentiã

Keiſim quid.

Bundacha que menſura.

Aa 2 Debu-

De Bullimo.

PEruenit propter ventriculi diſtemperiem, & famis alia ingẽs ſpecies, quæ bullimos dicitur ex Gal. ſententia lib. 1. de ſym. cauſis, c. 7. ſæpe citato §. præter hæc eſt quod bullimos Græce dicitur: eſt autem ſymptoma ex indigentia ſimul imbecillitateq́; & refrigeratione huius loci (id eſt ventriculi) ortum 2. apho. 21. paſsio bullimos nominata eſt caſus potentię ex frigiditate exteriore, qui à fame quidem inchoauit, ſed non habet eam amplius adiũctam. 1. de arte curatiua ad Glauconem c. 14. & qui bullimos appellatur, nil aliud eſt, quam animi defectus: ab Auic. fen. 13. 3. tract. 2. c. 15. hoc ſympto: vocitatur fames vaccina fortaſsis a bu quod eſt bos, & liſmus quod eſt fames: quaſi ſit bobina fames: ſicut enim canibus interdum contingit inſatiabilis, & rabioſa fames, nec ceſſant comedere, quouſq; compellãtur euomere comeſta: ſic vaccis boliſmus frequenter accidit, ſic quod mẽbra ſua vehementer fameſcunt & ſtomachi ſui ſunt quaſi ſaturi ruminantes comeſta, vel quia bu, dictio eſt connotans multitudinem, aut magnitudinem, & liſmus famem, dicitur buliſmus quod eſt magna fames, & ſic appellatur lib. 7. ca. 4. à Tralliano primis verbis, à Paulo lib. 2. cap. 51. hac ſerie, ſi vero in grandem famem, quam bullimon appellant, dico autem, cum minus quam par eſt, cibos corpora ſentiunt. Ex quibus omnibus auctoribus decet iam tibi, manipulare diſcrimen inter caninam, & hanc vaccinam famẽ: nam licet vtraque quandoque ducat infirmum ad ſyncopem: raro canina appetentia, multoties vaccina, in hac etſi cum fame ſemper incipiat, ceſſat: quinimo quandoque in faſtidium terminatur vt docet Paulus loco citato. §. faſtidium deuenerit, in illa ſemper adeſt: & inde ſtant illa verba Gal. com. 21. allegato â fame quidẽ inchoauit, ſed non habet eam amplius adiunctam bullimos. Tertio, quia canina fames vniuerſalior affectio eſt bullimo, quidquid alij cogitent: colligitur ex Gale. locis citatis, quibus ex pluribus cauſis caninam fieri appetentiam dicit: quam bollimon. Ex quo non abs re infertur: quando Trallianus loco citato ait, fit bullimos, vt ratio ſubindicat, ab immoderato oris ventriculi calore, & imbecillitate: aut quod habuit particularem ſententiam: aut vt quibuſdam arridet, quod nomine immoderati caloris ſubintelligit frigiditatem excedentem: quod ego non percipio, ex eo

Bullimos quid.

Bullimos vnde.

Differẽtia inter bullimos & famẽ caninã.

ex eo quod Trallianus videtur non impugnare ſententiam dicẽtium, ab excedente calore bullimos oriri: quando ſic, nonnulli etiam opium grandi fame laborantibus cum aqua frigida exhibuerunt, vt excedentem calorem reſtinguerent: ſed ſi hoc eſſet vtique & a cauſa frigida, & à calore cum humoribus, & abſque illis conſtaret bullimus, ſicuti & canina fames: cuius contrarium docuit Gal. locis citatis: & oſtendit effectus, nam in bullimo ægri referunt ſe valde cibos appetere, & magnopere deſiderare, quos inſtanter expoſtulant, ſed niſi celerrime ſubueniatur, eoſdem animo linquentes auerſantur cum extremorum refrigeratione, at id non in canina appetentia. Vnde licet aliquando ſitiant, æſtuent, & extenuentur, quod Vega depinxit ſigna à cauſa calida, non conuincit: quandoquidem, &, quia id propter portionem melancholiæ hypocondriacę euenire eſt poſsibile. Sed ſi poſsibile ſit à cauſa calida etiam habere ortum, ſicuti & â frigida, percepta hac affectione medijs illis ſignis, dubitandum non eſt de eſu carnis vaccinæ adhuc, & porcinæ, vt pote quod ex ipſis ſanguis, & ſpiritus non diſsipatu faciles generentur. Aſſertionis eſt ratio, quia quantumuis ſine febre contingat, vt Aetio fuit viſum libro nono, capite 6: tamen, vt referunt auctores auxilij facultate deſtituti, perire ſolent quam plurimi repente fere: vt igitur virtus recuperetur & carnis eſus, & vini odoriferi potus arridet: & inter omnia, quæ valent ad hunc caſum potentiæ, & virtutis reſolutionem, hoc medicamen inuenias maxime probatiſsimum, Recipe caſiæ ligni, corticum nucis muſcatæ, cardamomi maioris & minoris, zingiberis, ben albi & rubri, peoniæ ſeminis, ſeu granorum, ſcrup. j. & ſemiſ. florum bugloſi, borraginis, naphæ, & ſtechados, ana. ſcrup. ij. & ſemiſ. omniũ ſantalorum, ſpodij, & menthæ. ana. ſcrup. j. & grana. 5. oſsis cordis cerui. n. j. omnium coralorũ præpa. ana. ſcrup. j. & ſemiſ. perforatarum, ſeri rubri combuſti ſcrup. ſemiſſem., iacintorum, ſmeragdonis, rubini, pyropi, granati, ana grana 15. pulucrizentur omnia ſubtiliſsime & poſtea adde moſci electi g. 5. ſachari albi dracmam vnam, & vtatur hoc puluere iuxta mane, meridiem, & noctem drac. j. cum tribus vncijs vini albi odoriferi, aut aquæ naphæ.

Buliminosi ...ic. *Pro bullimos carnis eſus.* *Ad bullimos remedium.*

Sed rogabis, & merito, an fuerit verum quod præter cauſam frigidam frequenter ortam itinerantibus per loca gelida, vt per mõtes vndique niue coopertos, ſicut ſunt quamplurimi, vnde contingit & ſpiritus condenſari, mortificari membra, & calorem ventri

 culi

Digitized by Google

culi extingui præ frigoris vehementia,& præter complexionem humoris frigore mortificante virtutem ſenſibilē, qua ſtomachus ſuam ſentire ſolitus eſt inanitionem,& etiam virtutem eius attra ctiuam, & appetitiuam:id quod inſinuatum fuit à quibuſdam, nē pe & a vermibus oriri eſſe poſsibile, exiſtimantq;, id poſſe proba ri ex Alexandro Traliano loco citato.§.noui mulierem quandã, quæ cum multa & immodica aſſumeret, omnia que conquoque ret,&c.& Auic.fen.13.3.tract.2.c.12.§.& quandoque fit propter vermes,& ſerpentes magnos cum ſubito incipiant venire ad comeſta,& appropinquant eis,& dimittunt corpus & ſtomachum famelicū. Verum neque bullimos neq; canina appetentia rigide loquendo pro vermibus poſſunt conſurgere , cum operatio vermium non ſit frequentior,ſicuti cauſæ excitantis caninam appetentiam,neque euomere aſſumptum faciant , aut alios humores vermes: neq; per initia,vt in bullimo irritent , poſtea ſecus , aut abhorreant:ſed per interualla mordicando irritent. Neque oppo ſitum liquet ex dictis:nam Tralianus ſic terminat,§.vermem pro iecit,qui longitudine 12.cubitos,& plures habere putaretur,atq; tunc immoderata,& furioſa appetentia conquieuit:innotuit igitur non bullimum,ſed beſtiam fuiſſe,quæ ad cibum ſumendum, compelleret,omniaque conſumeret. Auic.& Scrapio lib.3.ſui breuiarij cap.1.etſi aliquando titillationem factam circa os ventriculi; quæ ſpeciem quandam famis repræſentat caninam appetentiam,aut bullimon videantur nuncupare,id tamen lato vtēdo vocabulo fuit:nam rigide potius illa affectio , vt quidam notat auctor,famiuermis,hoc eſt,ex verme facta fames vocitanda eſt. Cōtingit etiam cum adſunt vermes excitari ſyncopes:quæ valde diuerſa eſt affectio a ſyncopali fame,cuius recordatus fuit Auic . c. 17.fen.& lib.citati,eſtque talis moris,vt cum ipſa patientes ſeipſos non ſubſtineant,imo deficiunt in viribus totius corporis,dum famelici ſunt:huius eſt ratio , quia conſurgit propter caliditatem totius ingentem iuuantem ad diſsipationem alimenti, propter raritatem,& apertionem,tum in vniuerſo corpore, tum in ventriculo,& ore eius:tum etiam propter vehementem debilitatem cum acumine ſenſus:differt autem a bullimo tripliciter. Primo, quod in hac ſemper eſt appetitus verus orificij vētriculi, in bullimo nō ſic. Secundo in hac membra vehementer ſunt inanita, & famelica,ad bullimum hoc eſt impertinēs , cum ſufficiat illa dicta frigiditas. Tertio,in hac ſtatim inſurgit ſyncopis : quamobrem nō eſt denegā-

An ex vermibus bulimos.

Bulmos non a vermibus neque canina fames.

Bulimos differt à lipotimia.

denegãdus eſus carnis tempore interdicto. Sed bullimos non tã cito adducit ſyncopim, neq; regulariter terminatur id ipſum: vnde quoties ſcriptum inuenias apud Gal. quod bullimos nil aliud eſt, quam lipotimia, ſicuti eſt videre. 1. ad Glauc. c. 14. dicit nanq; ibi, & qui bullimos nil aliud eſt, quam animi defectus, intelligendum eſt, in via, quia ducat, vt ſemita in ſyncopim.

De picaceo appetitu.

SVccis vitioſis ventriculi os occupãtibus & famis naſcitur aliud genus, ſeu deprauata quædam appetentia, non quidem in quãtitate modum exſuperans, ſed in qualitate aduenìens viris, ſicuti & mulieribus, teſtificante id Gal. illo de ſymptomatum cauſis, 1. c. 7. 5. vitioſe autem qualitatis appetentia, de qua diſputans picationis memini, aliquando in viris quoque incidit, cum ſcilicet ijs quoq; in ventris os ſimilis aliquis vitiatus ſuccus procubuit: illam quidã malatiam appellant, ſed minus ſtricte quam opus eſt, cum malatia nomen ſit cõmune ad ſignificandũ cibi faſtidium etiam, vt quis legere poteſt apud Braſabolũ apho. 5. ſuper com. 61. Gal. citta vero appellatur à Gal. & loco allegato de ſymp. cauſ. ex Grecorũ mẽte: vt à Latinis picca: forte quia ſimili ſymp. multoties corripiatur auicula illa, de qua Martialis lib. 14. *Pica loquax certa dominum te voce ſaluto, Si me non videas, eſſe negabis auem.* Eſt autem concupiſcentia quædam ciborum vitioſarum qualitatũ, vt prę omnibus adnotauit Aetius lib. 9. c. 23. nam dicente Gal. illo. 7. ca. appetunt ſub hoc affectu accida maximeq; acerba, aliquando vero acria: ſicut nonnunquam vel terram, cimoliam vel teſtas, vel extinctos carbones, taleue aliquod alienũ edulium. Vnde aliud q ſolet accidere cũ hac affectione in grauidis. 1. 2. 3. & vſq; ad 4. quãdoq; mẽſem ſcilicet vomitio & euacuatio vitioſi ſucci (vt refert ibidẽ Gal. 5. partim vomitione: & oſtendit experiẽtia quotidiana, quod forte fuit occaſio, vt exiſtimarent aliqui cum eodem Aetio lib. 16 cap. 10. eſſentiam huius affectus explicari illis verbis, pica fames ſtomachi eſt languor, cum nauſea & auerſione ciborum, bilis, ac pituitæ vomitum inducens) nequaquam cõſtituit eſſentiam: nam in virginibus, & puellis, quotidie talis appetitus inuenitur, abſque eo, quod adſit vomitus, neque auerſio ciborum appetentibus, & comedentibus gypſum, ſal, terram, & alia huiuſmodi: non tamen expedit affirmare affectum alium à Pica fame eas apprehendiſſe: ſed eſſentiam affectus conſtitutam eſſe in

Picaceus appetitus cõmunis viris & fœminis

Picca ſamis vnde & quid.

illa concupiſcẽtia dicta: vnde, ſi ſimul adfuerit, ſicuti in vtero gerentibus cibi faſtidium, & vomitus, potius malaciam ego nuncuparem, quam appetitum picaceum; ſed de hoc ſuo loco erit locus. Ad picam tamen, quæ accidit tum viris, tum virginibus quibuſdã vt ego vidi ante tempus menſtruorum debitũ, alijs menſibus ſuppræſsis, non decet conſulere de eſu carnis tempore quadrageſimæ: nam licet in illis color vitiatus appareat: quam plurimę reuera potius ductæ neſcio quo iniquo deſiderio, aut voluptate immunda, ſal, terram & gypſum comedunt, quam fortaſsis propter humores vitioſos: & quantumuis adfuiſſent aliqui humores commouentes ad id, non eſt ſufficiens cauſa, cum videamus quotidie quam plurimas ſine alio lapſu habere vitiatum colorem, imo & motum, per tres aut quatuor annos, ceſſantibus autem ipſis à comeſtione illorum, nulla cura præuiſa, neque per victus rationem, aut medicamentorum, ſanitati reſtitui.

Cum pica non conceditur caro.

De Inappetentia.

QVantumuis cum cibi faſtidio nonnulli confundere inappetentiam contendant: illa diſsidere inter ſe, recte conſideranti doctrinam Gal. & rationem, credo non eſſe dub. Gal. etenim in lib. 1. Hip. de mor. vulg. cõ. 1. tex. 29. ſic habet, appellãt Greci appetentia carẽtes, qui cibũ non ſumunt, aut qui oblatos faſtidiunt: ratio etiam commoſtrat æſtate præcipue, & autumno quam plurimos non ſolum aſſerere, ſed affirmare iurando, neque vllum genus ciborum aſſumere poſſe: aliquo tamen comeſto cibo, non tãtum non faſtidire, quinimo bene maxime ſe habere: tum quia inappetentia conſurgere poteſt deficiente aliquo ex illis requiſitis enumeratis à Gal. 1. de differentijs ſymptomatum cap. 7. ad famem naturalem, non equidem pereuntibus, ſed proprijs ad abolitionem accedentibus: & ſic erit inappetentia ſymptoma in genere noxæ functionis animalis, ſuppoſita quandoque noxa in naturali functione, etiam ſi quandoque propter intemperiem aut humores exiſtentes in ſtomacho luceat cap. illo. 7. ex Gale. & ex Alex. lib. 7. cap. 7. aſt cibi faſtidium non, niſi cum ſtomachus, aut intemperie vitiatur, aut humorum redundantia premitur: videre eſt apud Paulum lib. 3. cap. 37. quo id tenet: tum etiam quod ſine febre faſtidium contingere eueniat. ſ. quibus autem humores cõputruerint, interdum ij etiam febricitant: at quos craſsi viſcoſiq; ſucci

Cibi faſtidium diſtinguitur à picca.

Digitized by Google

que ſucci male habent, ij plane nec roſionem ventriculi, nec ſitim experiuntur: communiter autem omnibus ſuperuenit nauſea: quod vero cum febre copuletur expreſſe legitur. 3. epid. comm. 3. tex. 34. & com. eiuſdem prorrh. com. 2. & 7. apho. 6.

Prælibatis his, ſit prima regula pro affectionibus iſtis obſeruanda: ſtante in appetentia, aut quia totum non euacuatur, aut non fiat naturalis totius tractio, aut ſuctus ventris, non expedit concedere licentiam ad eſum carnis, quia ſtare hæc poſſunt cum plenitudine & optimo corporis, & bono habitu propter cauſam aliquam procatarticam: quo euentu inedia, aut ſaltem vſus ciborũ conuenit attenuantium & incindentium: & inde dicitur de ſimp. med. facult. inappetentiam tollit mel, & auertit ſal, & lib. de dynamidis prodeſt omphacomeli: ergo ex piſcibus ſalſis, ex melle, & acetoſis parari poſſunt quadrageſimalia ſufficienter ad vitam agendam. Secunda regula viſa in appetentia propter defectũ ſenſus ſuctionis, maxima habenda eſt cura, cum id, non ſtante alio morbo, accidere non ſoleat niſi melancholicis, quorũ miſeria maxime eſt ploranda, & quocunque tempore, & ſtricta occaſione, quouis alimentorum genere cibandi: vidi etenim in hoſpitio S. Mariæ de Antozana quendam aſſeuerantem ſe nec velle comedere, quia neque neceſsitatem in ſtomacho ſentiret: qui obijt abſque vllo remediorum genere, neque cibandi intentione: amantibus etiam & id videas quandoque: ſed expedit tibi potius iuxta ea quæ diximus in ſuperioribus miniſtrare eis remedia. Tertia regula, apprehenſa in appetentia ex diſtemperie calida, aut frigida, aut humoribus hiſce qualitatibus præditis, per ſigna apprehẽſis ſuperius ſcripta de his oſtendentia, fuerint ne in totum, an ſolum in ventriculo, teneris præuiſo morbo, aut per vomitum, medicamentum expurgans, balneum, aut aliud huiuſmodi, iuxta regulas auctorum eum curare, & ſi non ceſſauerit inappetentia, cõcedere licentiam ad eſum carnis: quia licet dictum fuerit de ipſa a quibuſdam, inappetentia cum febre nullum minatur periculũ, modo illa non ſit peſtilentialis: verum tamen certum eſt, quod & ſine febre non caret periculo, propter multa ſymptomata, quæ fere ſemper excitat. Et idem ſentiendum eſt de faſtidio, dummodo propter horrendorum, & abominabilium aſpectum, vel propter externum frigus, ictum vel percuſsionem leuem ſtomachi videas non contractum, vt ſolet, quia tunc non eſt ſufficiens cauſa, niſi conſurgant aliquot accidentia id expoſtulantia.

Pro inappetẽtia quadrageſimalia.

De Siti.

ETſi defenſabilem putauerim cuiuſdam neoterici dicendi modum circa cauſam naturalem famis, eiuſdem placitum de cauſa ſitis naturalis recipere non ſum auſus: quia ratio valde eſt diuerſa: nam ſi aſcenderet continuo portio bilis, vt ipſe affirmat per inteſtinũ duodenum in ventriculi fundum, vt calefaceret, & exſiccaret, & inde excitaretur ſitis: quæritur primo, quare quotidie homines non cruciamur vomitibus bilioſis? ſicuti ille homo cuius recordatus fuit Gal. lib. artis medicæ cap. 74. qui cum totius corporis habitus eſſet pituitoſus, quotidie tamen bilem pallidã euomebat, cuius dicit eſſe rationem: quia bilioſus quotidie egurgitabat humor ad imum ventriculi locum per oſtiarium, Græci pylorom. Et hinc etiam inuenies apud eundem Gal. 2. de temperamẽtis cap. 6. hæc verba, vidi & qui flauam bilem nunquam vomuerunt, qui tamen & graciles, & hirſuti, & muſculoſi, & nigri, & venoſi fuerunt, affatimque calidi, ſiquis tangeret, videbantur: ſed incidit hoc loco ſpeculatio quædam anothomica, quam aliqui medicorum ignorantes, ex ſymptomatum diſſonantia magnopere anguntur, dum paruum intelligunt meatum illum, per quem iecur bilem in ventrem euomit, alijs geminum eſſe, alijs vnicum, &c. ſubdit paulo inferius. Ceterum, quibus eſt maior, ijs in ventrem quotidie non exiguum bilis effunditur: quam & euómant ante cibos, oportet: & niſi id faciant, læduntur: quibus autem vnicus eſt omnino meatus, ijs tota bilis confluit in ieiunium. In cuius teſtimonium Carolus Stephanus lib. 2. de diſſectione partium corporis humani cap. 8. ſic ſcribit, addemus etiam illud, quod ad ventriculi deſcriptionẽ attinet in multis corporibus nos vidiſſe duos meatus excretorios à folliculo fellis, per quos bilis flaua excerneretur: quorum alter in cephyſim prope ieiunum inteſtinum mittebatur, ad faciliorem excretionem: alter qui priore minor eſt in fundum ventriculi inſerebatur, paulo ſupra pylorum & hinc ſit, vt quidam ieiunij bilem flauam puram euomant, tertio quoque die, aut etiam quotidie: quod ſi id non faciant, accidit vt ſubuerſionibus ventriculi, vomitionibus ſpontaneis, & interdum ſyncope tententur. Ex quibus conſtat taxandum fore Ioannem Argẽte. ſuper Gal. locum libro artis medicæ citatum dicentem, neque talem viam eſſe viſam, etiam ſi ipſe viderit hominem huiuſcemodi vomentem. Sed dicet fortaſsis ille auctor, quod ex eo, quod eſt

Sitis non propter aſſiduum fluxum bilis.

Argẽterius notatur.

vnicus omnino meatus, non excitatur quotidie, aut tertio quoq; die vomitus, etiam ſi per illum ventriculi fundum permeet bilis portio? aſt videat ipſe Gal. dicentem, & Stephanum, quibus autem vnicus eſt omnino meatus, ijs tota bilis confluit in ieiunum: tum ſi continuo deſcendit per duodenum ad fundum ventriculi, vt ei gratum eſt, quare ſemper calefaciendo, & exſiccando non ſemper plus minusue lucet ſitis? nam aſſerere, quod ex eo, quod dum adeſt potus, reprimatur caliditas, & ſiccitas, ſicuti dicebatur de illa qualitate mordace in fame, nō tenet: propterea quod, quotidie experimur, tribus aut quatuor horis poſt cibi comeſtionem vigente ſiti, potione aquæ epota magis vrgere ſitim: quod ſi propter portionem bilis inſurgeret, non eſſet quare calor, & ſiccitas eius non remitteretur à potione aquæ frigidæ, & humidæ, & inde quod ſitis extinguereretur. Affirmare denique, quia non eſt naturalis, non ſatisfacit: nam ſequitur cauſas naturaliter operantes præter noxam alicuius facultatis operis. Alij, quia ſitis naturalis duos modos ſtatuunt, quorum alter defectu humidi roridi suboritur, reliqui vero ex vſu cibariorum reſultant: quæ non niſi ab ingeſto cibo homines adoritur, videntur etiam & cauſarum duas differentias præfigere: verum quod defectus humidi cuiuſuis nō valeat excitare ſenſum triſtem, &c. quę in ſiti reperiuntur, probatum habes ex illo de fame naturali: etenim & animalis ſtatuitur ſitis, ſicuti & fames, & inde quoad aliqua inuoluunt rationem vnam communem: qui vero ſtatuunt ſuctionem cauſam ſitis, niſi occaſionaliter dicant, minus philoſophice loquuntur: cum neque calorem, & ſiccitatem, quæ reprimuntur à frigido & humido potu valeat producere, niſi per accidens, neque ſenſum illum triſtē qui ſentitur, in ſiti, & maior quam in fame, extirpare. At ſi conditionem ponant neceſſariam ſuctum cum Gal. illo cap. 7. 1. de cauſis ſymptomatum, vt conſurgat qualitas, quæ cauſa eſt illius ſenſus triſtis, quem comitatur appetitus ille frigidi & humidi, libenter recipiam talem dicendi modum: quia placitum philoſophiæ principijs reſpondet: & inde facile à calumnijs liberatur pro naturali ſiti.

Sitis vero præter naturam cōſurgit. ſi ille ſenſus triſtis excedat naturæ limites, qualitate orta ab aliquo præter naturam ſe habente ſecundum rem, aut ſecundum modum, ventriculum ab indiuiduali natura & temperie ſubuertentem, ſiue ipſa cauſa intrinſecus, aut extrinſecus fuerit. Hinc comment. primo de natura

hum,

hum.ſuper tex.6.ſitis dolorem facit: hinc ſitim continuam facit bilis in ventriculo 2.de naturalib.facult.cap.8.& in 1. de morb. vulg.com.3.hinc.6.de mor.vulg.com.4. ſitim facit vinum meracius,cui ſtat medella aquæ potus:quandoque ſomnus, & poſtea moderatum exercitium 5.apho.17.id tamen,dum ſitis aliquantulum cruciet:ſecus ibidem conſtat,non eſſe dandum potum. Si vero propter humorem bilioſum ſitis fuerit excitatio, ſcribunt remedium extractioni illius,aut ſalſi, aut alterius naturæ: tu autē in hac re conſule parentes medicinæ practicos:ſcias etenim,fuiſſe dictum com.4.de ratione victus in acutis tex.115.incipiente(cognoſcere autem & eos oportet) ſiticuloſis non eſſe madicamentum adhibendum: & hæc ibidem redditur huius ratio, quoniam ægrum periculo expones:& illum non iuuabis: qua propter dicit,quod quanuis affectionem hanc ſuperare non poſsis, medicamentum non exhibebis:alias autem inuenies lib. de ſimpl. med. ad Paternianum,ſi ſitis fuerit extinguitur pillula aſſumpta magnitudinis ciceris conſtructa ex aloe cum ſucco caulium: aloes tamen med.dicitur expurgās 3.lib.de ſimpl.med. facult. tum quia certum eſt,etiam redundante ſucco in ventriculo, quod eſt euacuandus per ſuperna vel inferna iuxta conſuetudinem languentis,facilitatis,aut difficultatis vomendi,pro ſtructura eius, tempore,& regione,humoris natura inclināte ad ſuperna, vel inferna, apho.4.per multas ſententias.Et quia hoc inſequendum eſt remedium,ab his cauſis ſiti commota expoſcentibus aliquando med. expurgans,ideo intelligere debes tex.illum de ſiticuloſis ex humiditatis inopia,quia ob aliquam cauſam ſit, quæcunque illa ſit, exhauſti,vt vel mœror,vel timor,vel ambulatio per ſolem: vnde cum ſine humore ſit ſitis,& is,qui ſitiet. non habeat etiam in corpore humores,qui euacuatione indigeant, tunc non eſt dandum medicam.Præterea excitatur ſitis præter naturam,ex quadā conſuetudine:ſicut nonnulli reperiuntur, qui ob bibendi conſuetudinem,ſemper ſitire videntur,qui nec ſomno iuuantur, nam potius in eodem ſtatu ſunt,qnando expergiſcuntur, neque ambulatione leui,potu moderato aquæ,neque vini:qua propter conſulēdi ſunt ſolum de perdenda conſuetudine per bibendi detractionem.Inſurgit etiam ſitis ex nimio cibo aſſumpto effumante, cui remedium ſomnus eſt,& ea,quæ concoquere valent, & fumos reſoluere,& inter cibos,ſalita,ſinapis,cæpa,allium, &c. huiuſmodi & hoc euentu prodeſt potio aquæ copioſa,niſi aliud impediat,teſtificante

Siticuloſi magna præmeditatione medicādi.

Pillula pro ſiti.

Sitis vitioſa.

Sitis ex cibo.

Digitized by Google

ſtificante id Paulo, & aliquando ſomnus, quia cibi illi abſumūtur concocti. Propter ſupinam cubationem inquit Paulus lib. 2. cap. 50. inſurgit & ſitis: ſed quis eſt qui non videat remedium? Propter potum etiam aquæ ſalſæ, præcipue marinæ: ſed tunc occurritur cibis & putationibus frigidis, & humidis non iuuantibus retentionem ſiccitatis productæ in ipſo, ſi ſit ventriculo. Si ex cibo corrupto, nullum præſtantius inuenias remedium quam vomitū: ſi ex calore & ſiccitate totius, aut alicuius ex viſceribus, vt contingit teſtificante id Gal. lib. artis med. cap. de temperiebus cordis, iecoris, & pulmonis, quod ex ſignis pro illorum temperiebus interſtingues, & miniſtrabis remedia iuxta exceſſum diſtēperiei, cuiuslibet illarum partium: ſeruata indicatione de illarum natura, ſitu &c. Si propter calorem ipſius ſine materiali cauſa: inter alimenta conferunt lactuca, portulaca, melopepon, & mica panis lota aqua frigida, calorem etenim attemperant: exterius autem ceratum refrigerans, Gal. mica panis madefacta agreſta, aut ſucco granatorum acrium: ſi ex calore & ſiccitate poſca prodeſt in potu, & vinum frigidum valde dilutum. Si ex ariditate & gutturis, ac faucium aſperitate, mirabiliter ſitim corrigit Diatragacanthū in tabellis: vti modo in officinis paratur in ore detentum, quia ſic ſuarum partium humore ſit ſatis cauſæ ſitis. Præter hæc ſolet ſitis ab extrinſeco oriri, nempe ab aeris caliditate, ab æſtu, ab igne, â fumo, a puluere, a labore, ira, & reliquis, quæ æſtum in corpore excitare valent. Sed quia iſtæ cauſæ omnes inducunt per ſe vel per accidens cauſas immediatas ſitis calorem videlicet & ſiccitatem, in ventriculo, gula, aut ore, quod fuit occaſio Ioanni Argen. com. ſuper lib. artis medicinalis in cap. 64. vt affirmaret fore dicendum ſitim paſsionem eſſe non ſolum orificij oris ventriculi, ſed etiam gulæ, linguæ, & omnium partium, quæ ori ſuper iacent: ſed ipſe videat, quod iſta omnia radicem continent, dum ſic ſentiunt â pellicula quadam ventriculi, vt omnes fatentur anothomici, & inde ſat fuit a Gal. dicere lib. 1. de cauſis ſympto. cap. 7. paſsionem eſſe ventriculi â Platone vero in thimeo dictum fuit prius ſitis dolor eſt oris ventriculi, ideo remedia petēda ſunt iuxta ea, quæ dicta ſunt pro illis cauſis. Vide etiam Auicennā fen. 13. lib. 3. tract. 2. cap. 20. 21. & 23.

Sitis ex prauo decubitu.

Sitis ex potu & cibo.

Ad ſitum remedia, ex multiplici fonte.

Ab externis ſitis.

Sed dices, quid cum ſitientibus iuxta noſtrum inſtitutum obſeruandum? malum etenim ſitim ingentem adeo videas, vt dictū ſit a Gal. illo 1. de ſymptomatum cauſis, nonnullos perijſſe propter ſitim,

ter ſitim, ex diuerſis cauſis ſubortam: & ab alijs ingentis ſitis prę ter naturam non parui facienda curatio eſt, cum ſi nimium inua leſcat, ex ea homines perire poterunt: quod confirmant hiſtoriæ illæ relatæ a Ioanne Rauiſio 1. tomo ſui operis titulo ſiti, & fame mortui. Nec minus oſtendunt grauitatem ſitis verba illa filiorū Iſrael Exodi 17. contra Moyſem dicentium, cur feciſti nos exire de AEgypto, vt occideres nos, & liberos noſtros, ac iumenta ſiti? & hiſtoria illa à Plinio adducta lib. 10. naturalis hiſtoriæ capite 43. in fine ſub his verbis, Tradendum putauere memoriæ quidam, viſum per ſitim lapides congerentem in ſitulam monumēti, in qua pluuia aqua durabat, ſed quæ attingi nō poſſet: ita deſcendere pauentem expreſiſſe tali congerie, quæ poturo ſufficeret, euidenter etiam oſtendit. Quantum ab animalibus hoc ſentiatur malum: confirmat & id, pro ſiti homines exſiccari, cōtabeſcere, quartanis febribus (vt ego quandoque vidi) & alijs morbis cruciari. Sed nihilominus pro ſola ſiti niſi aliud accedat, ſeu morbus luceat expoſcens eſum carnis tempore interdicto ab Eccleſia ego non concederem indultum: ratio huius eſt, quia omnia de ſiti mala depicta a Galeno locis ſupra citatis, & 6. de morbis vulgaribus comm. 4. ſuper text. 23. primo de ſimplic. medicam. facult. capite 30. quarta aphoriſm. 13. ab Alexan. lib. 7. capite 8. Aetio libro 5. cap. 119. ab Auicenna fen. 13. libro 3. tract. 2. capite 21. ſolum tenent cum alijs accidentibus, & non quomodolibet, ſed ingentiſsimis & a morbis acutis. Hinc dicitur ab Auicenna, ſitis vehemens in morbis acutis cum corporis exſiccatione minatur tabem vel mortem, tum febricitantibus valde ſitientibus, ſi ſubito ſedetur ſitis, abſque cauſa manifeſta, febre remanente, & nigredine linguæ apparente cum ariditate certum eſt mortis indicium, cum extinctione virtutis ſenſitiuæ: & primo de ſymptomatū cauſis capite 7. ſiti vehementi cruciabatur, qui viperam comederet: itaque ratione ſemper alterius prædicitur malum. Secundo quia nulli cauſæ ex annumeratis ſubuenitur carnis eſu, ſed potius aut refrigerantibus & humectantibus, aut ſomno, aut euacuatione per ſuperna vel inferna ſecūdum illa, quæ diximus in ſuperioribus: aut denique per appoſitionem exterius aliquorum frigidorum, aut interius aſſumptionem, tum calidorum, tum frigidorum. Hinc dictum eſt 6. de ſimplicium medicamentorum faculta. ſitim ſedant glycyrhiziæ, radices, & ſuccus, libro de puero epileptico, ſitim cohibet oxymel non valde dulce, de ſimplic. medi-

De ſiti hiſtoriæ variæ & notabiles.

Pro ſola ſiti nō datur eſus carnis

Ex ſiti præſagium expertum.

Digitized by Google

medicamentorum facultatibus, ſitim prohibet ouum, ſi crudum bibatur, lactuca, pira, ficus nimium comeſtæ, theriaca, libro de theriaca ad Pamphilum, tria ſandali, ſymphitum petreum: tu autem miniſtra hæc, cauſis perceptis & animaduerſis, frigidis, aut calidis, ne ſitim adaugeas intendens euellere ipſam. Vnde ad illa reſpondetur ſolum probare periculoſum eſſe ferre ſitim, indeque quanuis licentioſius, quam par ſit, non ſit bibendum, iuxta illud Aetij ſer.9.cap.27.§. multum autem potum tanquam infeſtimum hoſtem deuita, timore perterritos non abſtinere a potu ſufficienti profitis ſedatione eſſe iuſtum: nam ille qui voluit pertinaciter ferre ſitim, multum paſſus eſt primo de ſymptomat. cauſis cap.7. & qui in vehementi ſiti potarunt immodice, quatuor accidentia ſubire ſolent: vnum & quidem primum vomitio eſt: alterum, velox per aluum excretio aut fluor, aut inteſtinorum lęuitas: tertium, quod potius diutius quam par eſt, in ventriculo manet: quartum id ipſum de quo (inquit Galenus 6. de locis affectis cap.3 (quo hæc) nunc ſermo eſt, ſiue id diabetem, ſiue dipſacon, ſiue vrinæ fluorem nominare volueris, &c. expedit ergo mediocritatem ſeruare, tam in vno, quam altero: quia omne nimium inimicum naturæ, vno animaduerſo in hac re vltimo, quod licet lac complexione medium ponatur ab aliquibus inter ſanguinem & pituitam iuxta illud tertio de alimentorum facultatibus, lac non eſt ſimplicis naturæ, & primo de ſimplicium medicamentorum facultatibus, dicatur frigidum, licet album: quod etiā colligi poteſt 5. apho. commen.40. vnde 4. de ſimplicium medicamentorum facultatum in lacte frigiditas vincit caliditatem: & lib. de oculis dicatur humidum, ſicuti 5. de ſimplicium medicamentorum facultatibus, propter quas qualitates non abſre iudicabis, conuenire ſiticuloſis appetentibus frigidum, & humidum: quod illis non conuenit ex Hippocratis ſententia 5. aphoriſm. ſen.64. vbi ſic lac dare ſiticuloſis malum, Galenus reddens ſententiæ huius rationem, & cum eo omnes expoſitores, quia ipſam recipiant, inquiunt: etſi ſiticuloſorum duo ſint genera, nam alij natura ſiticuloſi ſunt, alij hoc habent ad tempus, de vtriſque verum eſt: nam ſi ventriculum habent calidum, in bilem conuertitur, & ſic ſitim auget ſaltim mediate: aut ſaltim vertitur in fumoſum vaporem, continet enim partes aptiſsimas ad vtrumlibet: ſi vero frigidum aceſcit, & inde contingit irritatio, & ſimiliter quando adeſt cauſa calida & ſicca, nil prodeſt, ſi aceſcat lac: in quo

Ex ſiti mala.

Lac non datur ſiticuloſis.

in quo ſenſu dictum eſt a Galeno lib. 1. de ſimpl. med. facult. cap. 30. quapropter neque a ſicca diſpoſitione prouenientem ſitim, neque a calida & ſicca vnquam ſanare queat epotum acetum: at ſi quando in vnum coeunt humiditas atque caliditas, eiuſce quidē ſitis optima medella acetum eſt.

Dub. denique in hac re ſe offert non paruæ curioſitatis, & vtilitatis, vnde eſt, ſi aſſumptis ſalitis alimentis, ſitis augetur: in quibus deeſt naſcitur? ſi verum tenet illud relatum ab Archidiacono Saguntino lib. 2. comment. de ſale numero 7. his verbis. Adhæc experimento compertum eſt in calidiſsimis regionibus, ob nimiū ſolis æſtum ſiti vehementer affectos, ſal ſub lingua continentes triduo, non ſitim modo, ſed integram famem depuliſſe: ſubdit poſtea, cuius experimenti per clarum exemplum ſubijciam, quod a multis fide dignis accepi, idque eueniſſe decebāt ſuperioribus annis, quo tempore Cæſar Carolus huius nominis Quintus, maximum ac potētiſsimū exercitum ab Hiſpania in Africam traiecit, vt Tunetum vrbem florentiſsimam olim ex ruinis magnæ Cartaginis à Romanis erectam a truculentiſsimo Chriſtiani nominis hoſte Ariadeno Mythileneo (Barbaruſa a noſtris appellato) occupatam eriperet: quippe tunc ſole in cancro exiſtente, ac ad ſolſtitialem orbem, cui fere vrbs illa ſubeſt accedente vniuerſis copijs, ſalus & læta Cæſari victoria vno die per ſal obtigit: nam cum Cæſar, debellatis primum hoſtium præſidijs, vrbem obſeſſurus accederet, Cæſariani ardore ſolis, atque infeſtiſsimo puluere tū maxime aquæ penuria, grauius ardentiuſque ſitire cęperant, quo animaduerſo, Cæſar ſal omnibus diſtribuere, ac ſingula cuiq; grana ſalis linguæ ſupponere iuſsit, quod milites facientes, non ſolū ſitim famemque die integroque repreſſerūt: verum multo etiam animoſiores eo affecti congiario hoſtem cum innumerabilibus copijs occurrentem fugarunt: ſimulque e veſtigio vrbem victores atque ouantes intrarunt: mirabilis Deus in omnibus operibus ſuis. Verum miraculum neq; in hac interfuit re: ſal etenim ſuum opus operatum eſt naturaliter, nam ſub lingua poſitum non alterat partem illam ſuperiorem linguæ continuatam cum ventriculo, in qua viget guſtus, & ſentitur ſitis, propter quam dictum fuit quod ſapit nutrit: quia in vna & eadem pellicula receptum, amplectitur & tranſmutatur: habet tamen maximam auocandi virtutem pituitam a cerebro, & partibus circunuicinis, hæc frigida & humida deſcendens ad linguam, & inde in ventriculum, frigefacit,

Hiſtoria de ſale.

Sine miraculo ſal ſitim ſedat.

Soluitur hinc dubiū

facit,& humectat,& inde extinguitur ſitis,quia fit ſatis calori,& ſiccitati contractis pro æſtu,aut alijs à quibus ſitis orta, ſale ſub lingua poſito:& inde tempore indigentiæ, quis portare ſecum poteſt grana ſalis,nã ſub lingua poſito grano, aduocata ſeu tracta pituita,irrorata lingua,& humefacto ventriculo extinguitur ſitis,& fames compeſcitur:quia propter illum humorem qualitas excitans ſenſum triſtem reprimitur:libro etiam de medicamentis facile parandis 3.hæc ſcribuntur: vt ſine ſiti diu quis conſeruetur,dulcis radicis ſuccus potui detur , aut portulacæ ſucci cyatho deuorato: aliud, Aneſorum pondo vncia , dulcis radicis ſucci pondo vnciæ duæ , tragacantæ madefactæ pondo tantundem,conſicito paſtillos,& vmbra ſiccato,ex his vnum ſub lingua contincto,& ſuccum permittito,vt videas multa remedia & contraria pro ſiti.

De Singultu.

CVM animo duxerimus de morbis ſeu ſymptomatibus,febribus coniunctis non agere,neque de illis, iuxta quos ſcrupulum eſſet multo dubitare,conueniat ne eſus carnis:ſed de illis tantum de quibus expoſtulat Chriſtiana ratio, vt in dub . vertatur:ideo certum erit omittendum fore ſingultum,cuius recordatus fuit Hipp.4.de ratione victus in morbis acutis tex.69. & ibidem Galenus,vbi dicitur febri ſingultuoſæ,&c. non quidẽ quod ſit febris genus, iri nuncupatum ab alijs generibus diſtinctum: ſed quia cum hoc ſymptomate febris , hæc infeſtans ſingultuoſa nuncupatur:de qua etiam mentionem facit Hippoc.3. de fracturis,ſectione 47.tum etiam illum,qui cõtingit in rigore febrium, etſi illico ceſſet:propter quod neque merentur febres iſtæ ſingultuoſæ appellari,vt priores:eum,qui ſanationem non recipit, vtpote quod ex innanitione ſuppoſita magna ſanguinis euacuatione,aut alterius neceſſariæ ſubſtantiæ fuerit contractus:quia tũc iudicandum eſt iuxta exigentiam exſiccationis ſeu conſumptionis totius entis,veluti ſolet euenire ex ſuperflua purgatione 5. aphor.4. & denique,illum,qui ſuponit hepatis inſignem inflammationem,de quo 7.aplio.17. dictum eſt,ſingultus in hepatis inflammatione malum,erit igitur dub. de ſingultu euenienti ſenioribus non purgatis. Nam ſi purgatis eueniat malum eſt:quia ſuppونit illam eradicationem ſubſtantiæ humidæ ſeptima aphoriſ.

Singultus multis modis.

41.aut contingenti, pipere aſſumpto, ſicuti euenire ſibi refert Galenus 5. de locis affectis cap. 7, §. etenim me ipſum quoque ſingultus illico inuadere ſolet, ſi piperis aliquam immodicam quantitatem ingeſſero, id quod alijs quibuſdam non paucis, quibus ſcilicet facilis erat oris ventriculi ſenſus, accidiſſe meminimus: aut accido epoto; aut magna quantitate alimenti recepta, ita quod vētriculus repleatur, vſque ad contractionem, ſeu motum illum, qui ſtomachi conuulſio exiſtimatur 5. apho. 4. nan. 3. de ſymptomatum cauſis cap. 2. non conuulſiuum motum prædicat illum Gale. ſed ait ſic v. g. ventriculi motus, qui veluti conuulſibus eſt, qui in ſingultiendo accidit, conuulſio quidem in totum non eſt (vtpote quę in ſolis accidit muſculis, ventriculus autem neque ipſe muſculus eſt, nec eius os) ſed veluti conuulſio quædam ambarū virtutum commune ſymptoma eſt: retentricis, quidem quod vēter cum ſingultit praue, & non naturaliter cibos complectitur: expultricis propterea quod primum eius eſt ipſe motus prauus, dum ſcilicet cupit, quod contriſtat, reijcere: quod etiam recipit Auic. fen. 13. lib. 3. tract. 5. cap. 19. diſsidet tamen multo, & eius ſectatores Arabum ſcholam componentes in reliquo, quæ ſcribuntur â Galeno de ſingultu; nam ſubdit, ſane non idem eſt de vomentibus, atque ſingultientibus motus, propterea ſcilicet, quod non idem affectus, quippe in vomitionibus, ea, quæ in capacitate ſunt ventris reijciuntur: in ſingultu quæ in ipſo ventris ſunt corpore: quaſi dicat infarta, & in ipſius ore penitiora, atque quaſi abſorpta, propter quod, 6. apho. 39. ſingultum vehementiorem eſſe vomitu motum, Galenus docet §. nam ſtomachus appetens eorum aliquid, quæ in ipſo continentur expellere ad duos mouetur caſus; vehementiorem quidem in ſingultibus, mediocrem illo in vomitibus: ſiquidem in vomitibus appetit ea tantum, quæ in vētriculi ſpatio latiori continentur expellere, in ſingultibus autem & ea quæ ſunt in ipſius ore penitiora, aut vt alias legitur, ea quæ ſunt in ipſo in profundo. Verum tamen Auicenna oppoſitum tradit loco citato §. & dixerunt quidam, quod motus ſingultus fortior eſt motu vomitus, quoniam vomitus expellit rem effuſam in ventre & ſingultus expellit rem ſiccam, (inquit, ſed non id Gal.) & non eſt ſic, quoniam non omnis vomitus, & ſubuerſio fit â cauſa effuſa, neque etiam quod expellit aliquid oportet, vt ſit debilius eo, quod non expellit, & eo quod laboret, vt expellat, & non poteſt, imo ſingultus eſt motus debilior motu vomitus, & eſt quaſi

Singultus vehementior motus vomitu.

quaſi motus ad vomitum debilis.

Aſt in hac re ſermo poteſt excitari in duplici ſenſu, vno modo poſita inæqualitate in cauſa, in quo euentu ſi pro vomitu, ſiue ſingultu cauſa eſſet quam vehemens, ego non dubito quin poſsit vehementior motus excitari in vomitu, quam in ſingultu: alio modo æqualitate poſita in cauſa pro quantitate & qualitate, qua ratione experientia oſtendit vehementiorem motum excitari in ſingultu, huius eſt ratio propter diuerſam occupandi rationem ventriculi partes, & humoris exiſtentiam, nam etſi verum ſit aliquando in vtroque euentu, humores in cauitate ventriculi inclu di vſque in plenitudinem, verum tamen diuerſa excitatur ratio ad vomitum, & ad ſingultum: nam ad illum ſat eſt irritare: ad hunc vero & irritare & permanere, vt ille retractionis modus inſurgat. Verum tamen ſiue defendi poſsit Arabum opinio, ſiue ſecus, ſiue omnes cauſæ ſingultus ſuccingantur ſub illis duabus Galeni, & Hippocratis, ita quod poſsibile ſit, frigus, acredinem, & medicamenta ſeruare dum ſingultum efficiunt modum, qui ſeruatur, dum ab inanitione & repletione excitatur, vt tantus Hippocrates & Galenus nõ veniant accuſandi, ſiue ſeruent aliam rationem, ita quod ſint recenſendæ aliæ cauſæ: excuſandus vero Hippocrates & Galenus quod frequentiores cauſas enumerauerint ſolum: Galenus illas adducit 8. de compoſiti. pharm. ſecundũ locos capite tertio 9. ſingultum autem, ſiue ſingultus nuncupari poſsit conuulſio rigide propterea quod ex eodem 3. methodi capite primo conuulſio, id eſt, quod ſpaſmus dicitur: & inde Auicenna loco citato ait ſingultus ſicut ſpaſmus contractiuus: at ex eodem Galenus libro 6. methodi capite 1. ſpaſmus in neruoſis fit partibus, & ventriculi orificio maximi nerui ſunt tributi 5. libro de vſu partium, quo videbatur illum motum conuulſionem non abſre appellari: ſiue illegitimum placeat nominare motum facultatis expultricis ventriculi, in caſu noſtro placet aſſerere, nec licere concedere ad carnis comeſtionem tempore interdicto indultum, dum ſolummodo in euentibus illis conſpicitur: ratio eſt, quia ſi ex Galeni doctrina illo de locis affectis 3. capite 7. illis aduenit ex ſimilibus cauſis, quibus ſcilicet facilis eſt oris ventriculi ſenſus, ergo rectius erit conſulere de alimentis, quæ facilitatem illam corrigant, animaduertendo à quibus cauſis excitari contingat: nam ſi a cauſa calida quadrageſimalia miniſtrari poſſunt, ex piſcibus & cum aceto parari alimenta, ex

In ſingultu quando nõ conceditur caro.

Bb 2 farre,

Alimenta quadrageſimalia pro ſingultu.

farre, & ex Amylo cum lacte: & lac recens miniſtratur à quibuſdam potari, præcipue vero caprillum, aut aſininum: quod reuera ego non concederem, quia vt in ſuperioribus oſtẽſum videas, in bilem citiſsime tranſmutatur, quamobrem ab ipſo abſtinere eſſet melius, cucurbitæ, intybi, lactucæ, & portulacæ condimenta effici queunt multa: tum ouorum cum aceto, & alijs modis cum ſacharo (oleo, & melle interdictis) conuenit copioſa ptyſana, mica panis aqua imbibita: pro cauſa autem frigida cum decocto, caſiæ ligni, menthæ, pulegij, & cumini, & piſces, & oua copioſe miniſtrari queunt, & lac cum mentha decoctum, placentæ, & huiuſmodi alia plurima, quæ directe cauſæ frigidæ aduerſentur. Pro repletione potius diæta arridebit: & quandoque vomitus, ſicuti etiam aliquando exiſtentibus humoribus tenuibus, & acribus in ore ventriculi, corroborando poſtea interius, & exterius ventriculum, inter quæ his vtor feliciſsime: interius miniſtrando ſyrupum de mentha & violaceo, exterius olea eorũdem addendo, aut detrahendo pro tẽperie calida, aut frigida de hoc, aut de illo, vt diſsipetur cauſa, dulcis fiat acrimonia, & fiat ſatis omnibus indicationibus. Pro flatu ab imbecillitate ventriculi ſubleuato, propter calorem minorem moderatum, ſtat remediũ, cohibitio ſpirituum, id eſt, reſpirationis: quia ſic reuocatur calor, & interna, & non diſsipatur pars materiæ ſpirituoſæ pro tunc, vt colligitur ex illo Galeni libro tertio de difficult. reſpirationis, capite 10. §. reſpirationem enim ad plurimum tempus cohibere, quod ipſum ſpiritus detentio nominatur, qua ratione ſingultus ſanat. Hinc etiam exiſtimo conferre, detinere in ore portionem aquæ frigidæ: atque hinc quoque terror incuſſus finit ſingultus: vnde edocti parentes filios ſingultientes terrent dicendo, cur furatus es hanc, vel illam rem? aut quid hoc feciſti malum? Nam cum per terrorem calor ad interna concurrat, vt patet in his, qui metu corripiuntur, qui fiunt decolores, corrigitur cauſa frigida, â qua ſolet infeſtari ſingultus in pueris multoties: iuxta illud octauo de compoſitione pharmacorũ ſecundum locos capite tertio §. verum pueros maxime frequenter ſingultire contingit, tum ob corruptionem alimenti (ſed ſic nil prodeſt terror efficaciter, opus eſt enim euacuatione, aut correctione) tum ob partis frigiditatem. Prodeſſe etiam & ſternutare ſingultui, dicunt aliqui, quia hæc legant verba apud Galenũ quinto aphoriſmorum trigeſimo quinto. Cauſa autem ob quam iuuat, & quia

Ad ſingultum remedia.

vehemẽ-

vehementiori concuſſu atque feruore, partim quidem naturam excitat, partim vero excernit, quæ partibus corporis firmiter infixa adhærent: ſic enim & ſingultum ſolet ſanare: alij vero aliter legunt, verba hæc vltima, ita quod aſſerant dicendũ iri, ſic enim ſuffocationem vel ſtrangulationem ſanat: aſt ſi legere decet, ſanat ſuffocationem vel ſtrangulationem, non ſingultum, cum Galenus paucis interpoſitis lineis doceat: verum autẽ quod in vterinis ſtrangulationibus ſuperueniente ſternutatione patiens aliquantulum leuatur: non ſolum quia bonum eſt ſignum ſternutatio ſponte adueniens his, quæ ita ſe habẽt, mulieribus, ſed quoniam & cauſa, vt quæ ſit huius paſsionis remedium: nonne accuſandus recte ſequebatur nugationis repetitionis, ſi voluerit legendum, ſic enim & ſingultum ſolet ſanare? vlterius ipſe Braſabolus 6. apho. par. ſuper ſententiam illam 13. a ſingultu habito, (id eſt perſeuerante diu) ſternutatio ſuperueniens liberat, libẽter dicit: ſi ſternutatio ſuperuenerit ſingultum patienti, à ſingultu liberatur: quia natura à ſternutatione irritatur, & materia cõmouetur, vt facile expelli poſsit: quo ergo modo, ſuper ſententiam. 35. particulæ quintæ inquit, tamen hoc dici non poſſe videtur, quia ſternutamentum ſingultum non ſanat, &c. tum quia ipſe recipere apparet Pauli ſententiam lib. 2. cap. 57. vbi ſaltim ſingultum ex repletione ſanare ſternutamentum docet.

Sed dicet quiſpiam, ſi ſe offerat medico ſingultiens, à quo non poſsit percipi per relata, ex repletione, an ex inanitione fuerit contractus ei, an aliquo ſigno medico valeat illud ſecernere, vt det operam curationi? nam licet aliquis ſingultus ex inanitione cauſatus curari nequeat, aliquis tamen curationem ſuſcipit, vt videre eſt apud Auic. loco allegato cap. 21. Donatum ab Altomari cap. 66. lib. de medendis corporis malis: ſi quando ex ſiccitate recte curatur ſuaſu Haliabbatis, eiuſdem Auic. & Serapionis, referentibus illud eſſe conſpicuum ſatis, vt nunquam, (Dei miſericordia) natura defectuoſa nobis appareat. Magna etenim differentia eſt eius ſingultus, qui ex inanitione fit, ab illo qui ex repletione, nullo referto ab ægroto, neque â medico audito niſi ſonitu: nam is, qui ex repletione fit, ſonitum habet, non ita magnum, nec ita ſonorum: in eo vero qui ex inanitione eſt, ſonitus eſt valde magnus, & per cannam fere ſtrepitum facere videtur, quia fit in re ſicca, & partes illæ ſunt extenſæ, & ſine materia, quæ ſtrepitum obtundat.

Singultus cognoſcitur, ſit ne a repletione vel inanitione.

Digitized by Google

De Nauſea.

OMnes ferè practici auctores, quos ego legi, ſub vno & codẽ capite de nauſea, & vomitu eſſentias, cauſas, ſigna, conueniẽtiam, & differentiam conſcribunt: illo fortaſis ducti, quod tanquam prius & poſterius ſe habere certum teneant, iuxta illud Gal. lib. 2. de ſympt. cauſis cap. 4. §. veluti autem vomitiones nauſeæ præcedunt: ſed cum certum ſit, atq; experientia conſpicuũ, quotidie vnum ſine altero videri, quod ipſe Gal. paulo inferius his oſtendit verbis, præterea ſicuti nonnulli nauſearunt, nec tamen vomuerunt: ideo diſtinctionis gratia, ſeorſum, quæ ſunt vniuſcuiuſq; magis propria, & obſeruanda pro conſeruatione ſalutis humanæ, in medium adducemus. Dicitur ergo nauſea 5. de locis affectis cap. 6. affectus oris ventriculi, quidam ſcilicet deprauatus facultatis expultricis ventriculi motus, quo venter ipſe ea, quæ eius corpus contriſtant, quam luculenter, & tempeſtuoſe vacũare fere incipit: propter quod 4. apho. 14. dicitur a Gale. nauſea, quæ vehementioribus corporis aduenit motionibus, ex motione corpus perturbari: aut ſi mauis dicito, nauſea inanis eſt quædam vomendi irritatio, prope illud Gale. 1. de locis affectis, cap. 4. quod ſi humor quiſpiam in ipſis ventriculi tunicis contineatur, nauſea quidem vexabit, ſed inanis & ſine vomitu, & quę turbat, ac conuellit dumtaxat nullum humorem euacuans. Id etiam Auic. f. 13. 3. tract. 5. cap. 8. Hæc autem vel eſt multi temporis, ſic quod diu durabit, vel parui temporis & recenter inducta ſecundum materiæ facientis eam diuerſam ſuſceptionem: quæ vel diu ſtomacho per prius iniacuit, vel de nouo ad ipſum aliun de effuſa eſt, aut in eo genita, ob multiplicem cauſam: nam nauſeam inducunt aquea 2. lib. de alimen. facul. cap. 5. tum cibi non placentes 2. apho. 39. medulla ſi liberalius ſumatur, lib. 3. de aliment. facult. cap. 9. §. Porro medulla nauſeam prouocat: tum humores calidi & frigidi 1. de locis capit. 4. præter hæc & nauſeam excitare capitis fracturam docet Galenus 3. lib. de locis affectis, cap. 7. §. quo circa capitis fracturas, &c. & denique ſuo tempore, libro 7. met. capite ſexto docet, ptiſſana nauſeam excitari §. ſunt & qui ſi ptiſſanam guſtent, protinus nauſeant. Noſtra autem tẽpeſtate poſſumus dicere excitari quotidie, vtpote ꝙ oculis id cõſpexerimus, viſis rebus comeſtibilibus horribilibus: quod fortaſsis multo-

Nauſea quid.

Nauſea multiplex cauſa.

multoties non tam propter copiam, aut vitium humorum euenit, quam propter imaginationis apprehenſionem facilem: & hinc potius in mulierculis videas, quam in hominibus. Sed ſiue propter hoc, ſiue propter rem aliam, niſi mali aliquid alterius tibi conſtet, immerito præſtabis licentiam ad carnis eſum: nam ſi humores adfuerint, illos detrahes, iuxta expoſcentiam ſuæ naturæ: poſtea, & citra illos laborantes nauſea ſanabis theriaca, ſi aliquibus diebus quantitate dimidiæ dracmæ vtatur nauſeabundus. Mel etiam nauſeam prohibet, pulegij odor, & vſus vnius grani ſalis ſuper linguam: vomitum etiam excitatum per aquã tepidam nauſea affectos docet Galenus ſanare libro octauo de compoſitio pharm. ſecundum locos capite quarto, & plurimi ſanati ſunt, vt quidam refert, aſſumendo omni die coclearium vnum, cum aquæ frigidæ vncia vna, huius medicaminis. Recipe ſucci granati dulcis & ſucci granati acetoſi, aquæ tamarindorum, aquæ caſiarum, aquæ citrulorum, aquæ melonum, aquæ cidoniorum, & ſucci baſilici, omnium ana librã vnã, ſachari, quod ſit ſatis, vt fiat ſirupus ſpiſſus multo. Si tamen quis obijciat, libro cuius titulus præſagium experientia confirmatum, inuenitur ſcriptum, nauſea imminentis febris eſt nuncius, ſcrupuloſe ergo ſatis negatur nauſeantibus licentia ad carnis eſum. Reſp. quod licet id verum teneat, quando pro multitudine, aut vitio humorum in ventriculo exiſtentium conſurgat: tamen reparari id poteſt citiſsime citra illam indulgentiam.

Contra nauſeam remedia.

Præſagium ex nauſea.

In hac affectione ſiue differat a ſubuerſione, ex eo quod ſine cibo aſſumpto æger fiat nauſeabundus, ex Pauli ſententia, libr. 2. capite 55. ſ. ſubuerſio vero ſecus, ſiue ex eo, vt Galeno placet amplius, quoniam ea aut propter ſolam ventris debilitatem, aut cum vitiatæ alicuius modicæ tamen humiditatis complexu fit, hæc vero ex multa, & etiam valde vitiata citra quoque cibum afficiatur, dicendum eſt fore ſeruandam eandem regulam in ſubuerſione ac in nauſea.

Iudicandũ de ſuberſione vt de nauſea.

De Vomitu.

INter affectiones, quæ ventriculo infeſtæ ſunt præter dictas, auctores recenſent vomitum, & ſupinitatem ventriculi, qui affectus contingit quandoque iuxta intemperiẽ quancunq; ipſius

Digitized by Google

ſtomachi,citra tamen vitiatos humores: fit etiam per humiditatem multam etenim,non tamen malignæ qualitatis ex Gale. 8. de comp.med.ſecundum locos cap.3.quo etiam & ex vitiatis humoribus oſtendit ſ.ſupinitates igitur ex vitiatis humoribus obortas picra confectio quam celerrime curat, nempe vitiatos humores expurgans. Sed quia hæc ſtomachi affectio,quæ ſupinitas appellatur,facillime curabilis eſt,vt inquit Donatus ab Altomari cap.67.lib.de medendis hum.corp.malis,quia ſi adſint illi humores ex Gal.per picram confectionē curatur:ſecus,aut adſtringentibus ſolum,aut quæ ſiccare humiditatem poſſunt,ac cōſtringere laxatum corpus:ſi ipſum fuerit radix. Ideo illa viſa non cōcedendo licentiam ad eſum carnis tempore interdicto,ad explicandum naturam vomitus non ire piget: etenim non minorem videas controuerſiam non ſolum apud auctores diuerſos, ſed apud Gal.doctrinam:& apud ipſum, nō quidem in diuerſis locis ſolum,quinimo eodem lib. & vno capite de natura vomitus quā de alijs maximis accedentibus. Nanque lib.de ſymp. differētijs cap.6.& eſſe præter naturam, & nō eſſe præter naturam dicit ſ. aliqua enim quamuis etiam toto genere præter naturam ſint, veluti ſanguinis per nares effuſio, vel vomitus,vel ſanguinis deiectio,vel hæmorrhoides vel aliud huiuſmodi:tamen prẹter naturā adhuc non ſunt,ſi modo tempeſtiue fiant:ſubdit, fiunt autem tēpeſtiue,cum id,quod cotriſtat expellitur.Ex quo ſic, ſed ſemper propter illud,quod contriſtat irritatur natura ad vomitū:& vomitus eſt praui ſucci,ſecundo de alimē. facult.cap.20. & inde 6. apho.39.dicitur vomitus trahit,quæ ſunt in ſtomacho,ergo ſemper & eſſe naturalem vomitum aſſeuerare non eſt diſſonum rationi:cum alias dictum ſit à Gal.quod eſt toto genere præter naturam.Nititur Altomarus loco allegato conſonantiæ hæc reducere,quando inquit:at ſiquis eiuſdem verba(id eſt,Gal.) probe intellexerit,pro comperto habebit,vtrumq; verum exiſtere: nā cum nullum animal nauſeare, aut vomere ab aliquo doceatur, imo à ſe ipſo,ac â propria eius natura,ſeu(vt ita dixerint) à principio intrinſeco,& per conſequens naturaliter hos exerceat motus,cui in dub.venerit motus hos naturæ eſſe opera? At quoniā nunquam natura ipſa tales exorditur motus:niſi grauata,aut ſtimulata à quapiam præter naturam cauſa,quæ naturam ſic violēter moueri cogit,propterea inter ſymptomata,quæ præter naturam ſunt,annumerantur,ex illo quidem ſymptomatum genere ſunt:

Supinitas quid.

Gale. varius deeſſe vomitus.

ſunt,in quibus cauſa aliqua,quę præter naturam eſt,ad tales actiones naturam ſtimulat. Aſt ſi hæc ſufficit explicatio pro conciliatione Gal.verborum,ſine dub.omnes ſanguinis effuſiones vocitari poſſunt & hoc modo:vt pote quod nullus edoceatur eas efficere,niſi irritata natura & ſtimulata exerceantur:cuius oppoſitum apud Gal.& omnes practicos auctores videre licet dicentes ſymptomata aliquot partim â natura, partim a cauſa morbifica inſurgere:aliquot vero toto genere præter naturam. Arridet igitur aſſerere,quantumuis aliquibus difficile videatur, illius rixæ compoſitionem ex Gal.litera deduci:nam ſi,inquit,fit autem tẽpeſtiue,cum id quod cõtriſtat,expellitur, qua ratione præter naturam non eſt? Quid aliud,aut quid clarius,quam aſſeuerare, dũ prodeſt,non eſt exiſtimandus vomitus præter naturam?id eſt,ex parte finis non eſt præter naturam,neq; erit ex parte principij,ſiquidem vt ex ſuperioribus liquet, ſunt & fibræ ad hoc ex natura:erit ergo ſymptoma ex parte modi:quia natura irritata,& ſtimulata,vt inquit Gal.contingit vomitus: irritatur vero vẽtriculus prope illud de ſympt.cauſis 2.cap.3.ſ.& in vomitu quidẽ ſic mouetur ventriculus,ſicut in partu vterus,& ſ.quippe,qualis eſt cum euomitur ex pultricis in ventre facultatis actio: & iuxta illud Auic.f.13.lib.3.tract.5.cap.8.ſ.& illi cuius ſtomachus eſt debilis accidit,vt ſyncopizet ipſe,& non poſsit vomere: quod etiã recipit Aetius lib.3.cap.123.nam licet dicat, quod per vomitum emendatur affectus deſtillationis,veluti renum,veſicæ,ani, reliquarumque partium vlcera,item elephantes ſan et,cãcros,alioſque corporis malos habitus,articulares morbos,hydropicos,atq; eos præſertim,qui ea ſpecie laborant, quam vocant anaxarcam: arquatis,etiam & epilepticis conferat,his præſertim, qui ſtomachi ratione afficiuntur,&c.ventriculum eſſe partem,quæ mouetur in motu vltimo,docet,indeque facultatem expultricẽ moueri ad actum exercitum: id autem etſi propter multiplicẽ cauſam euenire,quis legat,ſicuti & nauſeare,apud Gal.placita,vtpote ꝙ præter dicta ſuperiori cap.vomitum ſuſcitare Elaterium,Epithimum,cedri cortex,cibus ſupra modum ſumptus, inſuauia, & excrementa tenuia poſsint.com.2.de articulis 2.de differentijs febrium 2.de aliment.facult.& lib.de ſimpl.med. facult. ſciat ipſe tamen,quod in vniuerſum duæ præcipue huius ſympt.ſunt cauſæ:ſcilicet copia vel humorum vitium, ſeu cachochimia, copia ſiquidem ventriculum grauando,propter quod etiam ſi ſanguis

Donatus ad uertitur.

Vomitus quomodo naturalis.

Ex vomitu bona.

Digitized by Google

nutrimentũm præſtet ventriculo, aut ſecus: tum & pituita dulcis, ſi in magna quantitate occupauerint capacitatem ventriculi, excitabunt vomitum, vt ego ter, quaterue, iam vidi: prauitas autem, ſeu chachochimia morſum inferendo affligens: & hinc ſi ſanguis corrumpatur in ventriculo, cibus, pituita, aut deſcenderit bilis eruginoſa, aut alia irritans nimis, excitatur ventriculus, vt ſine febre contingebat homini illi, cuius recordatus fuit Gal. lib. artis med. cap. ſuperius allegato ad vomitum: & ego vidi in muliere, cui ſemper menſtruationis tempore deſcendebat illius corrupti ſanguinis pars in ventriculum, à qua cum ſæuiſsimis accidentibus vomitus inſurgebat, donec pars euacuabatur: verum neque in illo caſu Gal. aut alijs ſimilibus, neque in hoc, aut huiuſmodi alijs, aut eueniente vomitu propter in digeſtiones, ſeu aſſumptionem alicuius ex relatis, ego non concederem licẽtiam ad eſum carnis toto quadrageſimæ tempore, etiamſi aliquibus diebus iuxta vltimam cauſam abſque periculo conſcientiæ licet illam præſtare. Rationem reddo, quia prior euentus cum ſequatur illud vitium naturæ, neque curatur, neque augetur, hac aut illa victus ratione: dummodo non ſit de natura aperientium viã illam. Secundus corrigitur (vt euenit in muliere illa) extrahendo ſemel, aut, bis ſanguinem, dum menſtrua illico incipiunt: & ſolum aliquo adſtringenti perungendo ventriculum. Tertius potius alimentis tenuibus, vt vitellis ouorum, lacte cum melle, mentha, & ſacharo, & huiuſmodi alijs diætam præſtantibus ab augmento interdicetur. Quartus expoſcit eſum carnis, donec contracta debilitas propter aſſumptum veratrum, aut ſic aliud, correctioni tradatur: reliqui ſecus, nam non minantur ruinam animalis, niſi propter coniunctum: & hinc dicitur 7. aphor. 3. â vomitu ſingultus, & oculorum rubor malum, non quod vomitus abſolute dicatur malus: ſed quia, vt refert Celſus cap. 4. lib. 2. de malis ægrotantium ſignis ſ. ſi ſingultus vomitum ſequatur, neceſſe eſt ſecum dum Galeni placitum, aut cerebrum, aut ventriculum inflammationem pati non mediocrem, ecce coniunctum. Hinc etiam aphor. 8. eiuſdem particulæ dicitur, vomitus malus tuberculi intus ruptionem, id eſt, ſuppurationem & ruptionem alicuius tuberculi inſequens, nam excitatus eſt propter materiam ad ventriculum defluentem, & mordicantem: eſt equidem ſolum malum quid, vt ſignum, non vt cauſa. Hinc item aphor. 10. eiuſdem 7. particulæ inuenitur, ab ileo vomitus malum, id eſt, vomitus ſter-

Vomitus ſanguineus tẽpore menſtruorum.

Carnis comeſtio pro vomitu.

Prognoſtica ex vomitu.

tus ſtercoris:ac ſi philoteus ipſe per ſtercoris vomitum ileum deſinire videatur:eſt enim ileos grauiſsimus morbus: quia grauiſſima ſymptomata ſecum fert:nam vt Paulus lib.3.cap.44. dicit, miſerabili ſiquidem morte tandem enecantur: igitur non damnatur vomitus abſolute:denique com.2.in prognoſticorum Hippo.tex.42.43.& 44.vomitum propter illa quæ ſupponit vomitus fœtidus,dicitur exiſtimandum exitioſum. Vtro autem modo procedat,curationem inuenies apud auctores locis citatis.

De ventriculi inflatione.

NEC minus patitur animal quandoque, quia eius inflatur ventriculus,ac quando alijs ſymptomatibus corripitur inſequentibus morbos truculentiſsimos : eſt equidem quid præter naturam lædens operationes, vt morbus ſpectans ad quantitatem,ſeu magnitudinem,ſicuti deducitur ex Galeno 14.met.capite 7.& 4.aphoriſ.34.ſub his verbis,priſci etenim per tumorem, & inflationem idem intelligebant,ſed tumor id connotat,vt habetur libro de tumoribus præter naturam 13. metho. & libro 1. de differentijs morbor. igitur ad morbos in figura poterit quis etiam & inflationem reducere, iuxta illud libro de definitionibus medicis, inflatio eſt cum ſpiritus copioſior genitus in ſtomacho detinetur,ipſumque, & cum eo ventriculum diſtendit, quo fit, vt diſpenſatio præpediatur alimenti. Vniuerſalius autem ab Arabum ſchola dicitur inflatio ventriculi, eſt tumor eminens propter flatum contentum in ipſo ventriculo vel propter apoſtema,aut aliam cauſam ibidem contentam : cuius cauſa efficiens eſt flatus craſſus in ventriculi cauitate contentus,vel in eius ſubſtantia imbibitus, ſequens debilem calorem non valentem talem diſſoluere flatum Galenus autem libro tertio de ſymptomatũ cauſis capite ſecundo,dum huius affectus explicat naturam in ſuis definientibus verbis his, atque cum flatuoſum excrementum per os excernitur, ructum creat:cum per ſedem, ſonoum ſilentem vel flatum : cum vero neutra parte emittitur, ſymptoma creat, quod empieumatoſis, hoc eſt, inflatio vocatur, ventre ſcilicet impotente ad excrementoſum nebuloſumque excernendum ſpiritum. Et ſi videatur affirmare, & eſſe accidens,neque eſſe negat morbum:ſiquidem inquit,ventre impo-

Inflatio quid.

Inflatio & morbus & accidens poteſt cogitari.

impotente,&c. ſed certum eſt,per naturalem impotentiam in ordine ad obiectum ſic non conſtitui:ergo credendũ iuxta ea,quæ explicuit 14.met.cap.7.& in lib.4.Hippoc. de victus ratione in morb.acutis ſuper tex.21.5.verum inflatio bifariam fit, nempe collecto in quibuſdam cauitatibus,vel ſenſui expoſitis, vel ratione contemplabilibus,flatuoſo ſpiritu:exiſtimare & docere morbum eſſe propter flatuoſum collectum ſpiritum in membranis, vel ventriculi cauitate.At in hac affectione, ſiue fuerit aliqua ratio conuincens vnitatem ædematis cum inflatione ventriculi, vt antiquorum docebat ſchola,referente Gal.locis citatis, ſiue illa non inueniatur,iuxta illud Gale. 14. met.c.7.primis his verbis, nunc tempeſtiuum eſt,vt de inflationibus diſſeramus,quibus diuerſa ab ædematis curatio eſt(ergo & ab eſſentia) ſiue quando contingit apoſtema in ventriculo, vt autumat Arabum conclaue,valeat & nuncupari inflatio, ſicuti quando ex flatuoſo ſpiritu:ſiue ex ipſo ſolo,vt inſinuat Gal.cap.7.allegato,quo differentiam præſignat inter ædema,vtpote quia ex pituitoſo ſucco fuerit:proindeque prementibus nobis cedunt digiti,quemadmodũ alte in ipſa deſcendunt:inflatio vero ex flatuoſo ſpiritu: ſiue liceat aliquando vuiuocare inflationem cum fluctuatione & cum ſonitu,quæ citra potionem fieri non poteſt. Sed ventre valenter præfrigerato, vel cum in eo nil contineatur,quod verti inflatum poſſit,vt quidam exiſtimant:propterea quod viderint ambo imbecillem retentricem ſupponere,ſeu eam prorſus non amplectentem:ſiue tenendum ſit cum Gale.diuerſificari hæc, tum ratione materiæ,tum etiam ratione cauſæ efficientis. 3. de cauſis ſympt. cap.2.ſiue neceſſarium fuerit,vt fruſtrata eiuſdem vẽtriculi propria coctione,propterea quod retentrix, ſeu complectens facultas non vndique prorſus cibos conſtringit propter eius imbecillitatem,locus relinquatur quidam vacuus inter ventrẽ & cibos, ſiue ſecus,dicendum eſt percepta inflatione ventriculi, per illud Gal.ſignum ex 14.met.cap.7.(videlicet quod digitis preſſa,veſtigium non retinet,ac ſonitum veluti tympanũ reddit) accedit quandoq; grauitas & diſtentio nedum circa ventrem ipſum, ſed iuxta totum pectus,aliquando vero retro iuxta collum ac dorſum,atque ipſa vertibula irruit:ſæpe autem & vtrinque occupatos tenet,aliquando & tumorem, circa os ventris, efficit ructuſque inanes,ij fiunt modice alleuantes,& inhibitio flatuum, quæ per aluum excerni conſueuerunt:quibuſdam eorum dolores accidunt,

Signa inflationis vẽtriculi.

cidunt & appetitus perditiones, ac capitis dolor, ſi vero ante perfectam reſtitutionem cibum accipiant, amplius membra ipſa inflantur, & cum dolore amplius diſtenduntur: qui ſæpe ad claui culam vſque defertur: ipſaſque ſcapulas, ac vniuerſam ſpinam, vltra hoc quod ructus cohibentur, vt aliqui iam non diſsimile quidam ſuffocationi ſe perpeti exiſtimarint: ſicuti eiſdem verbis docet Aetius lib. 9. cap. 27. & aliquando fiunt homines diſcolorati, & habent anhelitum conſtrictum propter diaphragmatis compreſsionem, oſcitatione, & pigritia corripiuntur, quod ſecure his ſic laborantibus poſſumus tempore interdicto præſtare licẽtiam ad eſum carnis: huius eſt ratio. Primo quia præter quam, quod affectus cauſa eſt, vt vitientur coctiones: quę neque in iecore, neq; in alijs partibus valent correctionem adipiſci: ſi diu perdurauerit: metus erit, ne in hydropem ſiccam præcipue terminetur: & ſi multiplicetur ventriculi inflatio in conualeſcentibus recidiuam ſignificabit: quia pluri cibo eos vti ſignificat. Si flatus diu detineantur fiunt toto corporis habitu frigidi: & ſi generati in ventriculo non reſoluantur, truduntur quandoque ad matricem in mulieribus, & illic inflationem pariunt: ſi ad caput aſcendant in eis, & hominibus tinnitum vertiginem & cæphaleam. Secundo, quia omnia fere quadrageſimalia, quia diſtemperent refrigerando, aut flatus generent calefaciendo, alias quam opus eſt, adaugent affectus, ſic lib. de bonitate & vitio ſuccorum cap. 11. inflationes proritant cibi dulces de ſimpl. med. facult, id etiam facit cibus craſſus, fabæ videlicet, lens, faſeolus, rapa, raphanus, & huiuſmodi cetera: quamobrem licet conſulere de carnis eſu citra febrem, ſecus ac in cruditatibus, præciſis morbis, ac in fluctuationibus ventriculi, vtpote quod in illis plus iuſto, quam pro ventriculi viribus cibi aſſumatur: in his vero bibatur, & propterea ſolum cum eueniant, diæta ad vtrumlibet concedenda eſt: non vero licentia ad carnis eſum, niſi pro alia cauſa id expoſtuletur: contingit nanque aliquando eis, qui poſt prandium intempeſtiue ſe exercitio tradidere, vt eueniat fluctuatio: quo euentu magna habenda eſt cura, quia & tũc naſcitur aliquãdo inteſtinorũ leuitas.

In inflatione ventriculi caro conceditur.

Prognoſtica.

Quadrageſimalia nocua inflationi ventriculi.

De *Inteſtinis*.

QVia cum adiaceant ventriculo inteſtina continuo, non certe quod inteſtina plura eſſe proferamus, quam vnum: nomina enim varia indita ſunt propter variam ſubſtantiam modaliter, figuram,

Digitized by Google

guram,& ſitum:quæ â ventriculo ad anum videmus, vt alia dicantur inteſtina ſubtilia,alia craſſa,alia etiam recta, ab ipſa forma:alioqui profecto vnum tantum eſt inteſtinū, in ſe ipſum circũuolutum) inſurgunt quædam affectiones communes(vt aiūt) ventriculo & ipſis inteſtinis:ideo de natura illorum, munere & virtutibus ſtatui aliquot ſcitu digna patefacere, vt illa innoteſcant.Inteſtinum igitur,vt habetur in lib.6.Hipp.de morb.vulg. com.4.ſuper tex.3.qui incipit.Cui inteſtinum à dextra parte, & ſi ſingulari numero prolatum nonnulli colon,quod vocatur eſſe, arbitrantur,alij vero cœcum, quod ſane etiam facile cum omni vinculo ſolutum ſit,deſcendit in ſcrotum,nempe ſolum hoc inteſtinum ſolutum eſſe:cum reliqua omnia lactibus alligentur,atq; inhæreant veriſsime dicunt,hic vero nō prout ſic ſolum, ſed prout cōnotant inteſtina,quæ nonnullis interanea vocantur,à natura primum facta ad anadoſim,& diſtributionem alimenti: vnde inſtrumenta anadoſeos, ſiue redditionis ab antiquis appellata ſunt:qua propter villis tantum tranſuerſis conſtituta ad expulſionem, hoc ordine ſerpentia â ventriculo, vt quis legere poteſt apud Gal.5.lib.de vſu partium 5.methodi capit.13. & 6.de locis affectis cap.2.deſcendit primum,atque omnium ſupremum ieiunum:deinde quod tenue vocatur:poſtea cœcum, quod ad infernas partes extenditur:deinde colum quod ad ſuperiores reuertitur partes,denique longū, ponuntur.Sed reuera an enumerauerit hæc Gal.quia viderit in hominibus,an in alijs animalibus, ignoro prorſus? Hiſce tamen temporibus ſic vocitantur ab Anothomicis,& oculis videntur, primo illud quod duodenum dicitur,quia vt in plurimū longitudinem duocim digitorū contineat.

Inteſtinum vnum.

A ventriculo incipiunt inteſtina.

Secundo ieiunum,quia ſine fecibus inueniatur. Tertio ileom, quia poſt multos anfractus terminetur in abdomen dextrum: & tria iſta tenuia dicuntur,quia carnis nil continere videantur:iuxta quod ſcriptum eſt,ſexto aphoriſm.18.inteſtina tenuia habent naturam ſtomachi. Poſt hæc tria ſequuntur craſſa nuncupata, quia carnis plus naturæ habere iudicetur: quorum primum poſt ileom reſidet monoculum alias cœcum, quia foramen vnum tātum modo imbibit:Secundo colon,vltimo rectum. Quem ordinem nobis depinxiſſe videas Gal.5.lib.de vſupartium cap. 3.9. primum quidem eſt ecphyſis:ſecundum autem ieiunum:tertium inteſtinum tenue,quartum cœcum: quintum Colon: & ſextum rectum,in cuius fine ſunt muſculi:qui conſtringunt,ac continent

Vnde habēt inteſtina ſua nomina

excre-

excrementa. De munere vero, etſi eodem cap. affirmat Gal. porro quod nonnulla ſint, quæ nullum præſtent vſum, ſed alia neceſſario ſequantur: non licet in dub. reuocare: quodlibet à natura ſuo muneri fuiſſe conſtructum in humano corpore. Galenus etenim iuxta rationem quandam particularem loquitur cuiuſdam inteſtini: vt conuincat vniuerſaliori ratione inteſtinum ieiunum ob nullam ſui vtilitatem eſt vacuum, ſed ea conſequitur, quæ alicuius gratia, &c. præter illam nanque depictam rationem ad alimēti diſtributionem, habent genuinam facultatem alteratricem vētriculo fere ſimilem: nempe dum chilum ad ſemiſſum primum præparant: deinde quod præparatum eſt in ſuam ſubſtantiam conuertunt. Qui ſecundus fuit naturæ ſcopus in inteſtinorum cōformatione, noluit enim tempus aliquod otioſum relinqui, dum chilus per ipſa delabitur: quam ob cauſam circumuolutiones plurimæ inteſtinis factæ ad cibi contactum & ſubſtantiæ ipſius. Poterat enim natura ſtatim poſt pylorum anum ſubdidiſſe, aut ventriculum alium inteſtinorum vice effeciſſe, quemadmodum in quibuſdam animalibus videtur: ſed non fuiſſet adeo perfecta coctio, quin etiam inteſtinorum circumuolutiones chylum diutius remorantur: alioqui cogeretur homo perpetuo cibum aſſumere, & continuo excernere, quemadmodum in pleriſque voracibus animalibus apparet, quibus vnum tantum eſt inteſtinum, idque rectum: neque circumuolutum, iuxta hanc doctrinam videtur dictum: & ſi recte perpendendum ſit, in libr. 6. Hippoc. de mor. vulg. com. 5. ſuper tex. 28. qui incipit, miſtio, quæ in ventre ſunt, &c. Non eſt autem ſola hæc, ſed & ipſius conſtrictoriæ inteſtinorum facultatis imbecillitas, & contentricis robur, & eius per quam ex ventre in iecur fit diſtributio, &c. Cum igitur poſt robur contentricis coctio ſequatur, & ipſa aduertenda eſt in inteſtinis, tum comprehenſio 3. de ſymptomatum cauſis: expulſio primo de criſibus cap. 11. contractio 3. de naturalibus facul. cap. 8. & inteſtina in ſe corpora ſint cauitates continentia, & duas tunicas amplectentia, vt 4. de vſu partium, capite 17. & 18. quibus conſtructio, vſus, & partes, cum virtutibus inteſtinorum deſcribūtur liquet ſatis. Superſt ergo vt morborum varia genera, atque ſymptomata illa quæ animalibus pro illorum vitijs contingant, 6. de locis affectis cap. 2. explicare, quamobrem de his, quæ ſine febre inſurgunt, iuxta noſtrum inſtitutum, iam agendum ſequitur.

Circumuolutiones inteſtinorum propter quid.

De diſ-

De difficultatibus inteſtinorum.

COmmunes ventriculo, & inteſtinis eſſe cœliacam paſsionem, lienteriam, difficultatem inteſtinorum, & leuitatem, eorundẽ paſsiones (propter quod terminatis ventriculi ſeorſum affectionibus radicaliter de iſtis agimus) inuenitur expreſſe iuxta Gal. doctrinam lib. 6. apho. com. 1. vbi poſtquam dixit, leuitas inteſtinorum eſt velox exitus eorum, quæ comeduntur, atq; bibuntur: quæ talia deijciuntur, qualia fuere deuorata. Si quis vero vellet breuiorem afferre definitionem, diceret eſſe carẽtiam coctionis, cum neque ſecundum conſiſtentiam, neque ſecundum colorẽ vel odorem, vel vllam omnino qualitatem in ventriculo facta fuerit mutatio ciborum: Braſabolus addit, vel paucam immutationem factam eſſe, quia ſi nulla fieret, penitus non nutriretur, ſubdit nõ multis interpoſitis lineis, in illa vero, quæ accidit propter ventriculi atque inteſtinorum imbecillitatem, abſque vllo doloris ſenſu fiunt deiectiones. Ecce quibus oſtendat verbis, & ventriculo & inteſtinis leuitates inteſtinorum accidere: ſub duplicique ratione contingere: nam paulo ante dixerat, in quadam inteſtinorum leuitate cuiuſdam morſus inhæret ſenſus: ſignat igitur huius affectus duas cauſas, vna prius dicta eſt ventriculi, & inteſtinorum imbecillitas, alia eſt humorum mordacitas, qui ventriculum & inteſtina mordicant, & exulcerant, cum vero cibus ad vlceratas partes accedit, dolorem perſentiunt, & cibũ ita emittunt, vt coctionis initium non fiat: & hæc eſt, quæ morſum quẽdam & dolorem habet: quæ ex imbecillitate fit, abſque dolore eſt. Vtra tamen, etſi prima extractionem expoſcat humorum, & ſtypticorum exhibitionem, ſecus ac ſecunda, ſi diu perſeuerent, in difficultatem inteſtinorum ſolent pertranſire: quã etiam paſsionẽ eſſe communẽ legere potes eodem 6. apho. com. 3. ſub his verbis, difficultates inteſtinorum fiunt quidem ex humoribus acribus: ſunt autem inteſtinorum exulcerationes, primum quidem ſumma occupantes, progreſſu autem temporis & profundiora, omnino habentium & vlcera putrilagini obnoxia, quo maxime tempore etiam ventriculus ipſis compatiens ad concoquendum offenditur: qua offenſione magis, ac magis ad ſuperiora perueniẽte, quãdo & os ventriculi vna afficitur, fiunt cibum faſtidiẽtes, hoc eſt, inappetentes: huius autem vnam ſolum ſignat cauſam, illis verbis: fiunt quidem ex humoribus acribus. Quod ſi huius nomine

Leuitas inteſtinorum quid.

intelli-

Digitized by Google

intelligat & ea, quæ comeduntur, & bibuntur recte: cum & ipſa vt alimenta venenoſa queant producere exulcerationem talem: id autem poſſe intelligi colligitur 2. de temperamentis cap. vltimo, quo pro humiditate quauis humorē ſupponere inſinuat. De cœliaca paſsione ſicuti & de prædictis legendus eſt Gale. de locis affectis cap. 2. vbi eadem communitas pro ventriculo, & inteſtinis præfigitur, & in 6. lib. Hipp. de morb. vulg. com. 5. ſuper illum tex. 27. qui incipit, refrigeratio, quæ in ventre ſunt, durat, §. interiorum autem contra humectareque cœliacos etiam, qui vocantur affectus, &c. cauſas ibidem delineat. §. liquida autem cibis neque recte concoctis, neque diſtributis deiici, & §. verum eſt, frigidum ſcilicet, quæ attingat corpora, cogens atque congelās ita duriora efficere: hoc enim de refrigeratis partibus, quæ interius obſtruſæ non ſunt recte dici poteſt: partes autem ventris adeo rigere nequeunt: vt cibi potusque congelati obdurentur: ſicut alia extra corpus noſtrum, hyeme, frigore concreta dureſcunt: prius enim quam ita frigeret, homo interiret. Verū eo tempore duntaxat, quó ab aere extima corporis, ijs, quæ in ventre ſunt, incolumibus refrigerantur, deiectiones obduratæ cernuntur, calidiore ventre reddito, id eſt, diſtemperato: propter quod Aetius lib. 9. cap. 37. in hæc prorrumpit verba non omnis vētris fluxus cęliaca affectio proprie appellatur, neque enim, ſi cibi crudi, & incocti inferne prodeunt, neque ſi corrupti, ac in peregrinum habitum mutati ſunt cęliaca affectio: verum tunc ſolū, cum leuia & humecta excrementa egeruntur: ventre præ imbecillitate ea diggerere nequeunte. lib. vero de definitionibus medicis deſcribitur ſic, cęliaca diſpoſitio eſt alui fluxio, nō recens, ſed diuturna cū torminibus, multisq; excretionibus, corpore ſimul marceſcente: quas etiam conditiones Tralli. inſinuat lib. 8. c. 5. Cornelius Celſus aliquot lib. 4. c. 12. & inter ſigna ponit vt ipſam percipias: quod venter indureſcit & dolor eius adeſt, extremæ partes frigeſcunt, difficulter ſpiritus redditur: late autē Aetius pręfigurat eius dignotionem, quando ſic allegato capite: ſequitur autem ipſos, id eſt, cęliacos, aſsidua egeſtio (vnde dū Cornelius cap. dicto inquit, aluus nil reddit, ac neq; ſpiritum quidem tranſmittit, propter quod ab auctore explicationes adducente in margine aliquorum Cornelij locorum dicitur (medici cœliacum morbum longe aliter accipiunt) intellingendum ſequitur dū cœliaca ten-

Cœliaca quid.

Signa cœliacæ.

 ca ten-

Digitized by Google

ca tendit in colicam,in qua illud contingit iuxta illud Gal.6.dē
locis affectis cap.2.§.vt ne flatum quidem , neq; etiā ructum ex
cernere poſsint,&c.reliqui autem auctores pro alio euentu,& cū
eiſdem Aetius ſubdit) aliquando fœtida cum animi deliquij ſen
ſu,aliquando vero etiam ſanguis flauus , ac tenuis vna cum his,
quæ egrediuntur deſtillat : & ob eam cauſam malum & vitiatū
cibum affectant, decoloreſque & vehementer graciles fiunt,cor
rugata inſuper eorum vniuerſa cute,& venæ ſane,quæ in ventrē
deferuntur,liueſcunt:& ad magnam omnino deſperationem ſo-
lent deuenire,ſi morbus diutius duret.Denique & lienteriam eſ-
ſe communem affectum inteſtinorum,& ventriculi non obſcure
inſinuat Gal.6.de locis c.1.& comm.12.lib.4.apho.§.neq; enim
abſurdum eſt ſymptomata quædam inteſtinis & vētriculo ſimul
affectis euenire,teſtificante id eodem Gal.hinc com.2.in libr.1.

Lienteria communis inteſtinis, & ventriculo.

Hipp.de mor.vulg.ſuper tex.36.qui habet ſic, quæ hos infeſta-
bant,hæc erant dyſenteriæ,teneſmi,lienteriæ,&c. ait lienterias,
quæ celeres ſunt ciborum non mutatorum tranſitus,&c.ſed hoc,
vt ſupra probauimus,arridet inteſtinis & ventriculo:igitur conſ
tat illam communem rationem receptam fuiſſe à Gal.cauſas ta-
men lienteriæ commoſtrare cępit com.3.in lib.3. Hipp. de mor.
vulg.ſuper tex.55.qui incipit,quæ ad ventrem attinebant,&c.§
tum vero in hoc ſtatu quem plectoricum ſimul & prauis humori

Lienteria quid.

bus fuiſſe exſudantem diximus, multo magis lienteria teneban
tur:nam debilitata facultate retentrice fieri lienterias didiciſti,
&c.lib.de alimentis dicit Hipp.(ſi liber eius eſt) lienteriam fieri
ex frigiditate,& humiditate:ex frigiditate nanque non conco-
quunt,ex humiditate egerunt . Et aliquando dyſenteriā cauſam
eſſe lienteriæ docet Gal.& humorum pituitoſorum redūdantiā:
id autem euenit,quia ob humiditatem pituitæ vis contentiua de
ficit.Percipitur tamen,quia in lienteria deponitur cibus , ac aſſu
mitur:nam quando ſanguinis apparet aliquid cum dolore ſequi
tur poſt dyſenteriam,a qua potius exiſtimo illud accidens:quan
do vero citra dolorem cū ſanguinis ad miſtione hepaticæ iūgitur
affectioni ſeorſum nanq;,& rigide illo dicto modo eſt intelligen
da:licet Paulus Gineta lib.3.c.40.duplicem inteſtinorum leuita
tem ponat,alterā iuxta illā definitionem relatā ex lib. de defini-
tionib.med. quæ ex inteſtinorū exulcerationibus & cicatricibus
oritur:quę lienteria ad dyſenteriā plerunq; ſequitur:alterā vero
dicit

dicit ex infirmitate langoreq; viriũ cũ maximo vitio retẽtricis: in quo ſenſu nos loquimur, & quantunuis cũ hac cœliacã cõfundi arbitrẽtur, in qua vtiq; languente & imbecilla ſtomachi virtute, cibi neq; coquũtur, neq; perferũtur: cõcocti ue diſtrahũtur ſed molles, crudi, perliquidi, imperfectiq; euadũt, ſec⁹ ac in ſola liẽteria & inteſtinorũ liuore celerius, quã in cęliacis, quę in quibus aſſumpta ſunt alimẽta, deijciũtur tanquã graui cruditate, vt aſſumpti quoq; nutrimẽti genus liquido inde cognoſcatur: & his quidẽ, & illis, in definitionibus harum paſsionũ inuolutis eaſdẽ tu ſeparabis paſsiones: circa quas ſiue pro copulatione cum alijs, aut ſeparatione ſic, aut ſic, habẽda fuerit denominatio, nõ eſt dubitandum ipſis viſis, aut dyſenteria, de eſu carnis tẽpore interdicto ab Eccleſia. Huius eſt ratio, quia ſi quælibet earũ in longum prorogetur, neceſſario atrophia conſequetur, & inſinuata mala ſuperius, & a Gal. lib. 3. de differentijs ſympt. c. 4. lib. 3. apho. ſen. 22. & 30. 4. apho. 12. & 6. apho. 1. & alijs ſupra adductis locis, cum præſignatis auctoribus: ſat eſt enim vt abſq; periculo conſcientiæ medicus illam ſuã præſtet licentiã: nã licet Alexander de cęliaca cap. 8. libr. 8. referat, hic morbus curatione initio adhibita facile tollitur, & de liẽteria Gal. comm. 1. lib. 6. aphor. quæ fit humorum acritudine totius ventriculi, atq; inteſtinorum abraſa ſuperficie, ceſſante humorũ malignitate ſtatim ſanatur cibis ac potibus, qui vim denſandi habent: ergo multo melius, quam nos vocamus lienteria, & in longius adhuc leuitatibus inteſtinorum, ſi ructus acidus ſuperueniat: quod prius non erat, ſignum bonum eſt, loco citato per Hipp. ſententiã: propterea quod ſignificatur naturalem calorem iam creuiſſe, & potentiã habere mouendi materiam illam, quæ in ventriculo eſt, & quam prius mouere non poterat inflatus: vnde morbi, ſeu ſymptomatis paruitas inſinuatur, & de dyſenteria, denique de natura humana comm. 2. quia in dyſenteria via eſt decliuis, ideo facile excernitur malum. Verum tamen ipſe Trallianus ſubdit de eadem cęliaca, poſtea vero difficilius curatur, & magnum eſſe malũ inſinuatur à Gal. 8. de comp. med. ſecundum locos; quando cœliacæ & ſtomaticæ affectioni comparatur hepatica affectio. De lienteria illo aphor. 1. particulæ 6. quod ſi longiori tempore perſeueret in alteram paſsionem, quæ dyſenteria nominatur, tranſmutatur 3. de ſymptom. cauſis cap. 2. in lienteris conſurgit nauſea, vomitus, atque ſingultus, de differentijs ſympto. capit. 4. in lienterijs

In dyſenteria liẽteria & cœliaca conceditur caro.

Prognoſis cæ.

 accidit

accidit omnimoda facultatis retentricis priuatio lib. 1. de differentijs febri. cap. 9. lienteria laborantes aliqui hectica capiuntur. An hæc, quæ expectantur, aut cum lienteria ad ſunt ſymptomata, non ſufficiunt, vt eſus carnis concedatur tẽpore interdicto ab Eccleſia, licet quandoque ſanitati tradatur Galenico illo præfixo modo? Neque in longius adhuc leuitatibus inteſtinorum abſolute laudatur ille ructus, quantumuis in illo caſu, quia ſignificaſſet calorem naturalem increuiſſe: nam ſi à principio fuerit acidus ructus, & perſeueret, non eſt bonum ſignum, ſed ſolum ſi prius non fuerit, deinde fiat. Neque id etiam ſufficit, vt negetur eſus carnis: quia & tunc ſolent etiam tabeſcere. Tandem de Dyſenteria dicito, quod & cum illo malo ſic excernitur bonum (iuxta illud de ſymptomatũ cauſis 3. capite 2. ſæpe citato) hoc enim caſu neceſſe eſt, excernatur cum ſuperuacaneo bonum, veluti in lienterijs dyſenterijs, & choleris, cum ex imbecillitate expultricis neceſſe ſit carnem humidiorem eſſe, & magis excrecrementoſam) vt totum corpus euacuetur: vt per hæmorroides, & menſes 2. de locis affectis capite 5. quo & quod interdum ſyncerus, multusque ſanguis excernitur, & non ſolum veluti limus, & fex ipſius: expreſsis verbis docet Galenus: indeque tales euacuationes magnam ſiccitatem efficiunt. 1. de differentijs febriũ, capite 7. ſ. ſiccitatem magnam. Verum & diuturnæ euacuationes, quæ vel ex ventris pro fluuio, vel inteſtinorum leuitate, aut dyſenteria, aut diuturnis vomitionibus, aut tali aliqua alia cauſa proueniunt, & longi temporis fames, & febres ardentes longæ, atque vt in vniuerſum dicatur, quæcunque ipſa animalis ſolidas partes vehementer exſiccãt. Accedit pro noſtra probatione, omnia fere quadrageſimalia augere radicem horum affectuum: nã piſces dant alimentum humens, vt habetur lib. de ptiſana cap. 6. à quo retentrix illa læſa, magis læditur: ſi autem parentur pipere, porro, & allio, vt docetur libro de attenuante victus ratione capite 8. inſurgit irritatio, & augebitur neceſſario incoctorum, aut ſemicoctorum, aut coctorum expulſio præter naturam, ſummopere à medico cohibendum; olera omnia ſunt cibi imbecilles, in 6. de morb. vulgaribus commẽ. 5. ſuper illum text. 21. imbecilliora cibaria breuem vitam: vbi ſic, imbecillis cibus, haud alius intelligi poteſt, quam qui parum alimenti corpori exhibet, talia vero ſunt & olera, & plurimi arborũ fructus, iſti igitur inquit, breuẽ vitam

Ructus in leuitatibus inteſtinorũ aduertendus.

Quadrageſimalia in morbis inteſtinorum cõſiderãda.

Digitized by Google

vitam habēt, id eſt, ipſis veſcētes breuis vitæ reddere apti ſunt, quoniam cibaria ipſa celeriter è corpore euacuantur: præſtabūt ergo iuuamentum ad illas fluxiones, & inde, lib. de puero epileptico dicitur, olus ventrem mollit, & lib. 2. de aliment. facult. olera deiectionem faciunt: inde tempore veris paucis vtendum eſt oleribus, lib. de ſalu. diæta 3. & com. 3. pręcipue ſi oleo parentur: iuxta illud 6. lib. de ſanit. tuenda, olera ex oleo faciunt deijcere aluum: oleum nanq; ventrem humectat, emollit, & ſubducit lib. 2. de ſimpl. med. facult. cap. 5. & cap. 18. oua itidem multo humectant, prope illud de priſana cap. 6. 5. abunde humectabit, & nutriet, quemadmodum panis & alica, & oua. Et inde per vſum longum illorum retentrix etiam patietur: lac etiam, niſi calibeetur aluum euacuat. Supereſt igitur, poſſe in his præſtare licentiā ad eſum carnis: & magnam adhibere diligentiam in cura eorum, in diſenterijs inueteratis, poſt alia ſcripta ab auctoribus practicis, & à Gal. 6. lib. & 9. de compo. med. ſecundum locos 6. 7. & 8. de ſimpl. med. facult. atq; 11. & lib. de theriaca ad Piſonem, vti poteris hoc clyſmo, quo fœlici ſucceſſu Dei g. multos dyſentericos ſanitati reſtitui. Recipe ſumac, corticum granatorum, balauſtiarum, foliorum & granorum mirti, ordei toſti gallarum combuſtarum in aceto extinctarum, ana. P. j. coquantur in aqua calibeata, cuius recipe quantitatē ſufficientem pro clyſtere, in qua diſſolue ſepi capri, vnc. duas, bolli armenici, maſtichis, tragaganti toſti, gummi arabiæ toſti, thuris, mirrhæ, ana omnium drac. j. conſolidæ maioris ſcrup. ij. olei myrtillorum, roſati, & cidoneorum. ſ. vnc. j. tunc vlterius vtor, tunc tēporis trociſcis de ſpodio drac. j. ſummo mane, & iuxta horam ſomni, cum vncijs tribus aquæ capitum roſarum, & exterius ori ſtomachi portionē quandam applico carnis cidoneorum aſſæ, & puluerizatæ maſtiche, puluere corali rubri, & roſarum rubearum.

Clyſmus pro antiquis dyſenteris expertus.

De Dyarrhea.

EX dictis ſufficienter infertur, & neceſſario dicendum, in alui profluuio, ſeu fluxu vētris humorali copioſo, aut diarrhea: his nanque tribus nominibus nuncupari accidit (vt eſt videre apud Cornelium Celſum lib. 4. c. 19. Hipp. 3. aphor. 25. & 30. & lib. 6. 32. ſepti. met. cap. 11. lib. 3. de naturalibus facult. cap. 2. & lib. 2. de ſympt. cauſis, & iuxta Auic. lib. 2. & 5. per diuerſa capita) ille

Digitized by Google

ta,) ille ventris fluor (qui copioſior fluxio eſt alui diuturna ſine phlegmone & exulceratione, vt habetur lib. de definitionibus medicis, & inde merito dicitur, in diarrhea maior copia humorũ fluit, & reijcitur per aluum, quam in lienteria, vel dyſenteria) facile diſcernitur ab iſtis, nam in lienteria, vt diximus, alimenta vt aſſumpta ſunt, aut parum immutata reijciũtur, in dyſenteria primo redditur mucus inteſtinorum: deinde ſolet pinguedinis aliquid deponi: tertio quædam ramenta, vel aliquid ſanguinis: in diarrhea autem redduntur multa liquida excrementa. Iuxta quam doctrinam inuenias apud Gal. lib. 3. de natural. facul. c. 5. Ita nimirum & ventriculus mordente ſub inde acrimonia irritatus ante legitimum tempus crudũ adhuc cibum abijcit. Rurſus multitudine aliquando grauatus, aut etiam ambabus coeũtibus male affectus, diarrheis infeſtatur: quin etiã ſuperioris vẽtris vel multitudine grauati, vel ciborum excrementorum, vel qualitatẽ non ferentes, ſimilis diarrheis quidam affectus vomitio eſt: vbi enim in imis eius partibus talis affectus incidit, ac firmæ partes ſunt, quæ circa ſtomachũ habentur, diarrheæ excitãtur, ſi ceteræ partes ſunt valentes vomitiones cientur. Ponit igitur Gale. quomodo fiat diarrhea, atq; incipit inſinuare eius cauſas, ex multiplici enim fonte ſolet excitari: videlicet male ſe habentibus inteſtinis, aut ventriculo, aut vtriſq; morbis affectis, aut recipientibus influxum vel à toto, quod percipies ex ſignis oſtendentibus plenitudinem iuxta Gal. doctrinam lib. de multitudine c. 11. vel à capite, id autem noteſcit, quando excrementa apparent ſpumoſa, aut pituitoſa, ſicuti deducitur 7. apho. ſen. 30. & dignoſcitur etiã, ex his, quæ circa cap. apparẽt, vt grauitate, multitudine ſputi, & quod mane magis fluit, & noctu quam diu: & hæc ſpecies diarrheæ longo tẽpore durat: & qui hac laborant, ſentiunt ob pituitam fluentem ad ventriculum dolorem, cruditatemq; alimentorum: aut ex iecore, ventriculo, aut alia parte infecta: id autem ſpeciatim manifeſtatur ex ſignis proprijs ſuperius adductis cuiuslibet partis: pro priori vero cauſa ad omnes coctionis defectus inſinuatur à Gal. 2. lib. de natural. facul. c. 8. 9. Eſt enim ea prima generãdi hydropis cauſa ex ſanguificationis defectu proueniẽs: ſimili genere. atq; ea, quæ ex ciborum concoctionis defectu fit diarrhea. Ceterum ſiue hæc prima cauſa fuerit, & neceſſaria, vt contingat diarrhea, ſiue ſufficiat defectus retẽtricis, bene adhuc cocta materia, & alimentis: ſiue proueniat ab alimentis acribus irritan-

Diſenteria lieteria & diarrhea differunt.

Diarrhea cauſa.

Signa cauſa.

irritantibus ante coctionem,ſiue poſt,ſiue à corruptione alimentorum,ſiue à multitudine alimentorum,aut humorum,ſiue poſt febrem,aut aliquem morbum magnum,ſiue nullo præuiſo morbo appareat,neceſſario dicẽdum eſt,vt diximus,poſſe medicum, ſi diu perdurat diarrhea,patienti eandem,quadrageſimæ tempore ſuam interponere licentiam ad eſum carnis:nam præterquam homines per illam incidunt in ea mala:in quæ dyſenterici,& liẽterici ex locis ſupra citatis,nullo operi poſſunt aſsiſtere,neq; accumbere exercitio : quã regulã ex ſuperioribus liquet ſufficere. *In diarrhea diu durante conceditur caro.*

Reliquum inſurgit dub.ex Gal.7.met.c.11.habetur:ſunt quibus diarrheæ,& choleræ certis interuallis omnem corporis redũdantiam educant:licebit ergo ne,& his indulgere eſum carnis? Reſpondetur nequaquam:quia ſi per talem euacuationem, nocuum euacuatur,nullo alio præſenti morbo viſo,potius curandũ eſt,ne ſiſtatur,neq; medicamento,neq; alimẽto, aut quouis alio auxilio,donec redundantia depoſita videatur,viſitur autem quã do iam homo traditur debilitati,& ceſſationi ab operibus neceſſarijs:nam tunc temporis,nec decet dubitare diu perdurare,quã eſt opus,& ſic prior regula ſeruanda eſt. *Signũ diarrhæ immodicę.*

De colõ dolore.

ET cholera morbus paſsio eſt communis inteſtinis, & ventriculo,teſtificãte id Gal.6.de locis affectis c.1.3.de cauſis ſym. c.2.Celſo lib.4.c.11.Auic.f.16.lib.3.tract.1.c.2.& morbus eſt nõ ſolum acutus,vt videre eſt lib.introduct.ſeu medico c.12.§.acuti quidem hi phrenitis,febris ardens,cui nomen eſt cauſos, ſynãche, angina,pleuritis, peripneumonia,cardiacus affectus,regius morbus,cholera,&c.verum & peracutus, ſicuti conſtat lib. de definitionibus medicis.§.peracuti, ſynanche,cynanche,apoplexia, cholera,&c.& 1.apho.ſuper apho.12.§.angina autem, quæ Græce ſynanche dicitur: cynanche:& cholera:ſiue cholera ſit ſic vocitandus affectus,ob id, quod per eam affectionem bilis copioſe effunditur,quæ alias cholera nuncupatur 3.de cauſis ſymptomatum capite 2.ſiue cholerica paſsio, vt tenent ſectantes Arabum medicinam,& vt idem Gal.videtur fateri,2.meth. medẽdi capite ſecundo à cauſa putata,quamuis id non ex propria ſententia fateatur, ſed medicorum placito, qui ſunt à Cnido, cuius quoque ſententiæ videtur eſſe Celſus loco allegato : ſiue vt tenet

Alexander lib.7.cap.16.colera ſit nuncupanda, quoniam excrementa in eo morbo ab inteſtinis efferuntur (inteſtina vero Homerus cholladas appellat, vti & antiqui alij quamplurimi) tum & in voluulo ſeu ileos, aut colica, ſunt enim hæc eadẽ, vt ſcribit auctor lib.ſecretorum, & noſtra fert ætas, nam hiſce temporibus paſsionem illam subortam propter retentiones excremẽtorum (quæ magna ex parte fiunt ex alicuius inteſtinorum partis inflammatione 3.apho.ſuper tex.22.in qua excrementa per os reijciuntur. Vnde dicebat Paulus lib.3.cap.44. miſerabili ſiquidẽ morte tandem enecantur eo morbo detenti, alui recrementa per os reddentes) nũcupant colicam, & illo apho.citato inquit Gal. præter hæc eadem, & qui ilei, id eſt, voluuli, &c. ergo reuera patitur & ventriculus, & inteſtinum præcipue ileon, vt clare colligitur ex Gal.7.apho.ſuper tex.10.qui incipit ab ileo vomitus, &c. quando ſic. Hæc vero mihi fieri videtur ab inteſtinis, in quibus paſsio talis exiſtit à ſe expellere ſtercus appetentibus, quando in longitudine temporis cœpit moleſtare, & non potentibus ſe exonerare propter eam, quæ facta eſt in partibus inferioribus obſtructionem: ſed coactis contra naturam violenter moueri, & ad loca ſuperiora materiam noxiam extrudere: igitur ſi ſtercus peruenit ventriculum vſq;, & concedi eſt opus. Et licet non ſemper aſcendant ſtercora, quia non ſemper eſt neceſſarium: ſed ſolum quando inſanabilis factus eſt morbus (vidi vnum ſanitati reſtitutum prout ſic) iuxta illud eiuſdem apho. in ileis nihil deſcendit ad inferiora: & hoc eſt proprium inſeparabile paſsionis iliacæ vomitus autem non ſemper adeſt, ſed quando exitiales ſunt, ſi vehementius diſtorqueantur, ſtercus eis aſcendit, atq; ſingultiunt: quidam vero deſipiunt: & conuelluntur compatienti neruorum principio ſtomachi paſsione ſufficit, & præterquam luce clarius, id videre eſt vltimis his Gal. verbis, ab effumationibus ſtercoris retenti ventriculum lædi. Etſi abſolute à quodam Arabe dicatur, ileos eſt dolor inteſtinorum tenuiũ intenſus, ac ſiquis terebro illa perforaret, dictus ab ileo inteſtino: & a Rhaſe Domine miſerere mei, interpretatur. Auic.loco allegato inquit, parũ in cauſis differre ſignis & curatione a coli dolore, differunt tñ ratione ſitus: nã ileos fit in inteſtinis tenuibus: colicus vero dolor in craſsis, id autem quod frequentius eſt narratur: nam oppoſitũ videas inſinuatum a Gal.com.2.in lib.3.de morb. vulg. ægroto 9. ſuper illum tex. qui incipit apud Tiſamenum mulier decumbebat

In voluulo non eſt neceßariũ vomere excrementa fæcalia.

In illica paſsione patitur vẽtriculus.

bebat, cũ voluulus cum moleſtia excitatus eſt, &c.§. & cum ſit
periculoſus omnis voluulus, qui in ſublimibus inteſtinis conſiſ-
tunt, ijs qui in craſsis ſunt deteriores, vt qui contagio iecur affi-
ciant & lienem: cui dicendi modo arridet Auic. fen. 16. lib. 3. tra.
4. cap. 30. & de ipſa re legendus eſt Rhaſius 21. cont. tract. 1. cap.
1. Aetius lib. 3. ſer. 1. cap. 28. & Serap. tract. 3. cap. 31. docet igitur
Gal. quandoque & voluulũ & in craſsis excitari inteſtinis, & ſi
frequentius (iuxta quod ponitur ab auctoribus communis doc-
trina) in tenuibus fiat: ſemper tamen quod ſit periculoſus, etiam
ſi ſine febre ſuperuenerit: propter quod, quia non eſt dubitandũ
de præſtanda licentia tempore ſancto interdicto ab Eccleſia ad
carnis eſum, voluulo viſo, neq; cholera morbo apprehenſa, ideo
ad dolorem colli noſtra ſe conuertit oratio. De quo maxima po-
teſt eſſe dubitatio, iuxta noſtrum inſtitutum: cum in craſsis in-
teſtinis inſurgat: quod liquet ex illis verbis Gal. com. 2. de mor. *Colli dolor*
vulg. allegato §. contagio neq; iecur afficiunt, idem, neq; partem *vbi.*
principem. & ipſa ſub numero illorum non alligantur, & inde il
lorum morb. non videtur ſuſpitio alicuius lapſus conſideratione
digni inuolutus. Accedit, ita facillime excitari hunc morbũ, ſeu
ſymptoma, atq; ſanari, & communiter graſſari, vt videas depic-
tum apud Gal. lib. quomodo morbum ſimulantes ſint deprehen
dendi: aliquando ex indigeſtione, & leui infrigidatione paſsio-
nes colicas proficiſci. an propter hoc, etiam ſi quis frequẽtius ip-
ſis corripiatur, licebit præſtare indulgentiã ad carnis eſum qua- *Non in om*
drageſimæ tempore? non quidem: ſufficit enim pro primo conſu- *ni colli dolo*
lere de tenui victu, & facilis digeſtionis, qualis ex vitellis ouorũ, *re concedi*
lacticinis, & condimentis borraginis paratur, pro ſecundo de in- *tur caro.*
dumentis calefaciẽtibus: tum quod ſolo recepto clyſtere ex mel
le decocto & ſpumato (vt euaneſcat flatuoſa pars) vino albo, &
oleo chamemelino, rutaceo, aut anethino ſanetur, aquæ florum
aranzij vncijs quatuor epotis, parte inuncta aliquo ex deſcrip-
tis oleis: aut theriaca ſmeragdonis in vino albo diluta: quo feli-
citer ſæpe ſæpius ſum vſus: aut latere calefacto vino inſperſo &
lateri applicito, aut bouino excremento igne exſiccato & vino
albo rorato aut decocto: aut epota dracma vna huius pulueris, *Remedia*
(cuius ego feci periculum, & fœlicitatem vidi) Recipe ciſti anni *ad colli do*
primi: ſeminis arantij, ſeminis Ocimi & pulueris Iocinoris Lupi *lorem.*
p. æqua. in duabus vncijs vini albi: & parti appoſito emplaſtro
ex melle decocto, & ex ſtercore muris. Ciſtus vero herba quæ-

dam eſt, quę dicitur in quibuſdã locis *yerua del quadrillo*, in aliis *turmera*, pollens longioribus & rarioribus virgulis rectis foliis amplioribus Helyanthemo, & virentioribus, guſtu aſtringente, cuius flos ſuperiori forma ſimilis pallidus, & fere ſimilis granis ſynapis eſt ſemen ejus, ſed aliquantulum minus: rubet in cap. trigonis duplo quã helianthemi maioribus. Eius deſcriptionẽ adducit Carol. Cluſius li. 1. hiſt. rariorũ ſtirpiũ c. 2. a quo auctor hiſtorie omnium plantarũ lib. 2. c. 54. ſubripuit. Denique adeo frequẽtius dolor colli exiſtimatur euenire, vt dictũ ſit a Gal. 6. de loc. affect. c. 2. miratus ſum, quomodo non ſolũ medici fere omnes, ſed etiã populares vehemẽtiſsimos quoſq; dolores in quacũq; parte euenerint ad colum referãt, quinimo & a quibuſdã ſimulari, propè illud Gal. lib. quo modo morborũ ſimulantes ſint deprehendendi 5. vt autem ſæpe, quod dolor quiſpiam ita ſimuletur, vt ingens fereq; intollerabilis videatur: equidem ipſe quendam noui (inquit) in concionẽ a cibibus vocatum collico dolore torqueri ſe finxiſſe, &c. an cum his conditionibus indiſcriminatim licet indulgere eſum carnis? Non equidem: quamobrem opus eſt: quid ſit colicus dolor, videre, à quibuſque nanciſcatur cauſis, vt noteſcat, quo modo ſit procedendum. De qua re etſi Gale. 2. de locis affectis, cap. 7. videatur rem ipſam obſcurare: cum inquit, ideoq; huiuſmodi dolores (id eſt, intimi ventres) omnes fere medici colicos nominare videntur: quamquam, quod ad regionem attinet, quã dolor ſentitur, nullum indicium ſumi poteſt: quod magis colon, quam tenue inteſtinum dolor afficiat: etenim, paulo inferius, aliquo modo nodum diſſoluit, dum aſſerit, differunt autem inter ſe (id eſt, dolor colicus, & iliacus) aut multitudine, aut craſsitudine, aut motu, aut potentia rei dolorem facientis, ſiue ea humor fuerit, ſiue ſpiritus flatuoſus: quippe paucus multo & tenuis craſſo, & permanens, moto minorem dolorem excitare ſolet: atque qui ad vehementem refrigerandi vim haud quaquam accidit, vehementiſsime refrigerante minus cruciat: verum hoc doloris genus ad craſſum inteſtinũ referendum eſt: ſiue palum ibi infixum, ſiue terebro perforari locum quis putauerit: & inde libro de definition. med. habetur colica diſpoſitio eſt conſtitutio plenioris inteſtini diuturna: iliaca etenim, præcipue ſi eſt à cauſa calida, non diuturna ſed valde celeris dicitur: propter quod Conſtantinus lib. 4. viatici cap. 16. refert vniuerſalius, iliaca paſsio letalis eſt, & multoties interficiens intra tres dies.

Dolores omnis partis naturalis colli cogitãtur a quibuſdam.

Secernitur dolor colicus ab iliaco.

Digitized by Google

dies. Idem Azarabius tract. 26. cap. 12. ſectionis 2. quam Arabi-co ſermone appellat almuſtahad mena, quod eſt, Deus ab ea nos liberet. Differunt etiam in loco, vt ſupra diximus, nam ileos, *Vulga dolor de hijada*, rigide loquendo in tenuibus conſtituitur inteſtinis. Colicus dolor, Qui etiam large a quibuſdam enunciatur, *Dolor de hijada* in craſsis: quantumuis & controuerſia expreſſa de loco colicæ ſit expreſſa apud quoſdam referente id Gale. lib. 6. de locis cap. 2. §. ſed coli vehementem dolorem ſæpe numero cõſpexi medicis illum non ad collum, ſed ad renes pertinere putantibus: veluti renum quoque cruciatus ad colum referre videntur: ſubdit: ſunt qui omnino negent in ſiniſtris partibus colicam diſpoſitionem euenire poſſe. Hanc eandem ſententiam quoſdam habuiſſe refert Auicenna fen 16. lib. 3. tract. 3. cap. 1. §. & ſecundũ quoſdam non incipit colica à ſiniſtra. Potuiſſent autem probare eandem ex eo, quod magis appareat incipere inteſtinum colon a dextra parte iuxta coxendicem: poſtea ſerpit verſus ventriculum, & ſtatim deſcendit ad ſiniſtram partem prope lienem, donec tranſit ad poſteriorem partem: propter quod Azarabius inquit ad modum circuli conſpicitur colon. Verum & vtrunque eſſe falſum docet Galenus citato capite, quando ſic, igitur vt ab initio horum affectuum diſtinctio difficilis eſt, ita hoc tempore nõ ita magnam præſidiorum differentiam ipſi requirunt: itaque accidentia quorum magna eſt in his affectibus copia, diligenter intueri oportet: nam & nauſea & vomitus vrgent multo grauiores & magis aſsidui dolente collo: euomunt itaque laborantes pituitoſa quædam atque corrupta, hac in re nephriticos longe ſuperantes, ac retinent etiam magis excrementa, vt ne flatum quidem neque etiam ructum excernere poſsint, ſæpe numero etiam veluti circuire videtur dolorem atque ampliorem locum occupare: nonnunquam vero in diuerſis particulis vehementior ſit: nephritici vero dolores eodem in loco ſtabiles iugiter infeſtant. Inſinuat igitur Galenus his verbis, illos aberrare auctores circa affectas partes, & affectiones colicas, & nephriticas, tum & Auicenna quando ſubdit eodem §. allegato. Sed illud non eſt verum, &c. Verum de differentia inter nephriticum & colicũ dolorem poſtea cap. de renum affectibus, nunc intendentes cauſas colicæ patefacere: vt liqueat, quid tenendum fuerit iuxta noſtrum intentum: prius tamen dicimus ad illam comprobationẽ de loco colicæ, ex illius anothomia & reali inſpectione potius fieri

Illiaci, & coli doloris ſedes.

Colli dolor diſtinctus renum dolore.

fieri certum, & ad dextrum locum deuenire, & ibidē fieri, & ſentiri clare ſatis (quibuſdam animaduerſis) vt poſtea monſtrare cōtendam ex Gal. verbis illo 2. cap. lib. 6. de locis: nam de iliaco dolore, & colico ſeparandis, ſat eſt locis citatis: & iuxta Cornelium Celſum lib. 4. cap. 13. & 14. Paulum lib. 6. cap. 43. & 44.

Ad explicationem colicæ cauſarum recurrendo ſub multiplici genere collocari neque eſt quare in dub. reuocetur: nam præterquam id docet Gal. 2. lib. de locis affectis cap. 5. ſ. quod ſi in colo affectus conſtiterit, &c. & lib. de diffinitionibus medicis, colica ex indigeſtione, & infrigidatione prouenit, & Auic. cap. 6. tract. 3. fen. 16. lib. 3. ſ. & cauſæ eius, (id eſt, colicæ) quæ cadunt in ipſo proprie, aut ſunt malitia complexionis ſingularis, calida, aut frigida, aut ſicca: vbi ponit modum, quo vnaquæque ex his colicā valeat efficere: docetque humiditatem, niſi per accidens, & poſt multas mutationes ipſam cauſare. Subdit poſtea, aut ſunt malitia complexionis cum materia ſcilicet, aut cum materia calida, quæ inflammat, & mordicat, & ſeparat continuitatem, & pertrāſit terminum punctionis perueniens ad terminum colicæ: depingitque ſimiliter qualiter quiuis humor colicam generet, fructus cibi, & olera. Denique dicit, aut eſt cauſa colicæ proprie opilatio prohibens egeſtionem, quā parit, vel apoſtema vel corpus aliud implens ſpatium inteſtini colon ibi detentum. Et ratio id etiam oſtendit, nam cum ſit corpus ſuam temperaturam amplectēs, neceſſario in ipſa à quauis cauſa potente, ſubito & affatim vehementerque diſtemperare, excitabitur dolor: pariter cum expoſcat certam figuram, & cauitatem, opus erit, & propter excitatum inſigne vitium, quoad vtrumlibet ſic mutari, vt doleat, & animal cruciari.

Cauſa doloris colicæ affectionis.

Vt explicemus quid tenendum ſit, dum a quauis cauſa inſurgit colica, non abſre erit, & cuiuslibet depingere ſigna, & vniuerſalia accidentia colicæ affectionis adducere: de quare legendus eſt Gal. 2. de locis affectis cap. 5. & lib. 6. cap. 2. Rhaſius, 21. continentis tract. 1. cap. 206. & tract. 10. cap. 30. Auic. lib. cita. cap. 7. & fen. 17. tract. 1. c. 17. & tract. 2. c. 10. & li. 1. f. 2. doc. 3. ſum. 2. c. 2.

Sunt igitur ſigna communia decimo octauo numero alligata colicæ, quæ vera colica eſt. Primum, quod craſſa fex minor aſſueto eiicitur, vel omnino non exit propter fecuum viarum opilationes, ſecundum circuitus euacuationis, id eſt, aſſueta horarum reuolutio deponendi excrementa alui, non obſeruatur: quin potius ſic

tius ſic diuerſificatur, vt ſi mane, feroque quaque die ſanus excrementa illa deponere aſſueuerat, colica cruciatus iam in alijs horis aſſelat. Tertium eſt appetitus diminutio, vel ablatio propter ſtomachum conturbatum inteſtinis conſentientem dolentibus. Quartum eſt, odio habet dulcia, & vnctuoſa colica cruciatus: quia propter eleuatos vapores à fecibus retentis, temperies qua pollet ventriculi appetitiua & læditur inter hęc potius, quæ vim natandi continent, abhorret. Quintum potius appetunt ſalſa, acria, vel acuta propter introductam diſpoſitionem à vaporibus illis. Sextum faciſſime nauſeant, & ſubuerſionem patiūtur, præcipue viſis vnctuoſis, aut dulcibus. Septimum in colica, diggeſtio ſtomachi & inteſtinorum nimis minuitur, ex vehementia conturbationis & commotionis materierum, quæ ibidem ſunt, vel ipſis iniacent, vel ſibi infiltrantur. Octauum adeſt dolor punctorius, quia ſiue fiat diſtenſio propter corpus diſtendens inteſtina craſſa, ſiue diſtemperans frigus calorem, &c. natura inteſtinorum tendēs ad membranarum naturam talem ſortem doloris patitur, ex 2. lib. de locis affectis. Nono patiuntur ſitim, aut propter vapores humorum, aut fecum os ventriculi aſcendentes, & exſiccantes illum. Decimum, patiuntur quaſi dolorem grauantem in cruribus, & dorſo: propter ſympathiam quandam inter ipſa, & craſſa iaſtina. Vndecimum, quod poſt hæc ſigna dicta fortificantur mala accidentia. Duodecimum, cum his iam ſic aſtringitur venter ſeu natura, vt iam neque excrementorum quid, aut flatuum excernatur. Decimum tertium ceſſatio eructationis ſolet tunc euenire, propter occluſas vias excremētorum duritie. Decimū quartum, dolor tam vehemens, vt videantur (ſicut dicebat Gal. illo 2. de locis) terebro perforari. Decimum quintum, durities, & ſiccatenſio repræſentatur in vniuerſo ventre. Decimum ſextum non ſatiatur æger adhuc multa quantitate aquæ epota, quia quod bibitur, etſi ventriculum attingat, non tranſit ad hepar, neque peruenit ad exſiccata membra irroranda, propterea quod illa meſaraicarum orificia ſunt propter multitudinem vaporum fecum aſcendentem, & obturantem, & diſtemperantem illa, & ventriculum & occluſa & diſtemperata. Decimum ſeptimum, tremor cōtingit abſque manifeſta cauſa alicuius morbi, cerebri, aut neruorum: cuius dicunt quidam, rationem eſſe: quia reſoluitur magna copia ſpirituum motiuorum, & vitalium, & propter ingentes dolores. Cæterum facilius eſſet dicere propter mordicationem excitatam

tatā à vaporibus acribus & mordacibus vt ſæpe ſæpius vidimus, his receptis in ventriculi ore præcipue. Decimum octauum, eſt depoſitio (ſi contingat) excrementorum cum magna induratione, ſicuti caprarum.

His apprehenſis, ſit prima regula, ſi cui contingat aliquando per interualla colica, ita quod retentio non ſit vehemens, dolor mutabilis cum alleuiatione per oppoſitionem remedij facilis, contra cauſam calidam, aut frigidam, aut obſtructionem, ſicuti ſolēt clyſmi illi ſupra ſcripti, aut vnctiones prodeſſe, non eſt opus ei indulgere eſum carnis, quadrageſimæ tempore: huius eſt ratio, quia rationi conſonat materiam diſtemperantem, aut obſtruentem ſolum eſſe in cauitate inteſtinorum, indeque partis ſubſtantiam non pati, ita quod deceat timere aliquod periculum: neque ceſſatio ab operationibus ex hoc inſurgere eſt opus: nec timor alterius morbi, ex his qui ſolent concomitari colicam: dum modo ſit cura ex quadrageſimalibus parandi cibationē, vnctiones, & apertiones, iuxta indicationem a cauſa ſignatam.

In dolore coli quando non concedenda caro

Si vero alicui euenire videas, etſi per longa interualla duorum, trium, quatuor, aut ſex menſium dolorem coli, adhuc citra abceſſum, nam cum iſto peſsimus eſt omnium dolor colicus, quia prout ſic ex eo ſæpe accidit ileos, teſtificante id Conſtantino loco allegato: qui etiam putat, hunc affectum quandoque mutari in arteticum cum doloris vehementia, vixque tolerabili in aliquo inteſtinorum craſſorum affixo, cum frequenti vomitu ſudore frigido, extremitatum refrigeratione, ſingultu, ſenſuum perturbatione, ſeu mentis alienatione, alicuius partis vel totius ſpaſmo, vel concuſsione (ſicuti ſolet in epilepſia) retentione omnium excrementorum, & flatuum, & in externis, id eſt, ſupra parte dolente appareat puſtula nigra magnitudinis fabæ, & cum profundo ſomno, non eſt dubitandum de concedenda licentia quouis interdicto tempore ab Eccleſia: minatur enim magnum malum hic dolor, cum his ſignis, non ſolum copulatiue pro omnibus: ſed pro aliquibus. Nam primum inſinuat morbi materiam immerſam eſſe in tunicis inteſtinorum, præſertim quando malum non cedit remedijs, clyſteribus ſcilicet, fomentis & cataplaſmatibus ex Galeni ſententia libro duodecimo methodi. Secundum indicat conturbationem vehementem ventriculi, propter colligantiam, & ſympathiam eius ad craſſa inteſtina, medijs gracilibus. Tertium oſtendit cordis anguſtiam, retractionem caloris, & ſanguinis,

In dolore cō ceditur eſus carnis.

guinis, vel ad partem dolentem, vel ad cor ipſum: & inde etiam conſurgit quartum: nam quintum naſcitur, quia ſtomachus ipſis inteſtinis compatitur, & ſingultus quandoque ortum habent ex inanitione propter vigilias, & dolores fortes, & cibi abſtinentiam: & quandoque ex repletione, propter vaporum conturbationem circa os ventriculi: & quia ij caput vſque aſcendant, ſextum peruenit. Septimum, quia ab eiſdem irritetur, aut cerebri membrana, aut nerui in vniuerſa ſpina. Octauũ, propterea quod & vrinarum etiam viæ, ſicuti & reliqua vaſa excrementorum ventris inferioris ſenſus hembetactionem patiantur aut viarum aſtrictionem, opilationem, & compreſsionem. Nonum, quia aut magnæ vſtionis alicuius partis, humoris pars materiæ aliqua ſubleuetur: aut extinctio caloris: quæ omnia medico debent eſſe magnæ curæ, vt liquet ex ſupra dictis: & inde abſque periculo conſcientiæ indulgentiam ſuam præſtare poteſt medicus.

Rogabis fortaſsis, num eademmet ſeruanda ſit regula, dum colica ſit vehemens, naſcitur ex ſuccis pituitoſis, & frigida cauſa, ex flatibus, ex fecibus retentis, ex billioſis humoribus, & cauſa calida, ex debilitate expulſiuæ virtutis ſenſitiuæ, aut vermibus (de his nanque omnibus eradicari poſſe cauſis coli dolorem deducitur ex ſupra ſcriptis auctoribus, & expreſſe id adducit Auicenna fen. 16. libri tertij allegati tracta. 3. capite 11. 12. 13. 14. 15. & 16. quibus dat ſigna cuiuslibet, phlegmaticæ nouem, flatuoſæ decem ſeptem, colicæ factæ ex torſione tria: colicæ, quam cauſat frigus inteſtinorum quinque, colicæ bilioſæ ex bile citrina decem & ſex, colicæ factæ ex debilitate virtutis expulſiuæ inteſtinorum quatuor: colicæ factæ ex debilitate ſenſus inteſtinorum, qua fit vt non ſentiat pondus aut grauamen, vel punctionem fœcum, & prauorum humorum, ac flatuum feces concomitantium, quorum tamen ſenſu virtus expulſiua moueri ſolita eſt, & ad expulſionem fecum excitari: dubium ceterum tenet ſuam ſedem, quia a cauſa calida, & frigida, à fecibus quieſcentibus, & flatibus in motu non reuoluitur æqualis acuties, motus, neque actiuitas, vt in confeſſo eſt, apud omnes medicos, & philoſophos multa) aſt, etſi hæc fateamur vera, dum modo periculi illa adfuerint ſigna percurrentia iuxta ſuam cauſam vim eorum, eadem eſt ſeruanda regula, & in ſpeciali, ſicuti, & in communi & generali: licet curatio ſit nimis diuerſa, vt videre eſt iuxta præfixos auctores, apud Haliabbatem 2. parte

Coli doloris cauſæ aliquot.

regalis

regalis diſpoſitionis Valeſium de Taranta lib.4.tit. de coli dolo ribus, Bairij Taurinenſis, diſtinct.3.tract.vnici ca.9. Chriſtophorum â Vega lig.3.de arte medendi cap.16. Ludouicum Lobera de Auila, tractatu proprio de colica, & denique apud Gal. lib.9. de comp.med.ſecundum loc.11.de ſimpl.med.facult.lib.de theriaca ad Piſonem 2.de antidotis, & 11.& 12.methodi.

De vermibus inteſtinorum.

Vermes in capite.

EXpreſſe me fateri video, vermes in parte anteriore capitis generari, ex placitis Auic.fen.1.3, tract.2.cap.3.vbi ſic: nam vermes multoties naſcuntur in anteriore parte capitis ſuper locum, qui eſt in ſtrictura narium: & poſsibile eſt, vt naſcantur apud velamina, & ſi raro contingat: cui dicendi modo videtur quod faueat Rhaſius 1.conti.tract.21.cap.23.& ex ſequentibus eius quidam: propter quod Auic.eodem cap.paulo ſuperius ſcripſit, quidam vero medici inde dixerunt, quod quandoque eſt cauſa in ſoda vermes generari in partibus capitis, motu ſuo lędentes tenſione ſua & corroſione ſua. Video etiam, & rationem poſſe patrocinari huic parti: nam ſi in quauis parte magni mundi, vbi adeſſe poſſunt ſemina, aut materiæ corruptio (vt excludantur cęli, & purum ſi datur elementum) generari queunt diuerſa genera animalculorum, vt quotidie in terra & aquis apparet, & ab aere referunt hiſtoriæ deſcendiſſe: quare credendum non eſt, & in hoc paruo mundo corpore hominis videlicet, id valde eſſe poſsibile? Cum & pituita materia ſufficiens ſit, & quiuis ſuccus putredini obnoxius in quauis parte corporis 3.apho.26.tum & efficiens ſit calor potens ibi: propter quod exiſtimandum venit, dixiſſe Gal. 1.lib.de locis affectis cap.4.lumbrici in inteſtinis gignuntur: & in tranſlatione Arabica partic.3.apho.illo, ſenioribus vero, &c. in ſtomacho generantur: ſecundum Azarabium cap.de tuſsi gignuntur etiam in pulmone: iuxta Zoar tract.7. cap.12. ſub cute: in vlceribus etiam, vt eſt videre prope Auic.lib.4.fen.4.capit.de vlceribus: & in dente fen.7.lib.1.& in aure fen.4.eiuſdem, quod in arietum capitibus, & ſuum quotidie conſpicitur. Et inquit Gētil.ſuper cap.3.lib.3.tract.2.f.1. Ego vidi nobilem Pariſsinum nomine Guidarelum de Balionibus, qui paſſus eſt quotidianam cum dolore renum per octo menſes, & in conualeſcentia emiſsit

Paruus mūdus homo.

Vermes in inteſtinis.

In dētibus vermes, & in auribus.

cum

cum vrina vermes paruos & latos, & ceſſauit dolor, quaſi dicat, & in renibus poſſe generari vermes. Nec militat contra hæc illud Galeni relatum 3.apho. 26. lumbrici non poſſunt fieri, niſi adſit plurimus calor, qui deficit & in cerebro, & in alijs partibus: nam eodem argumento probarent, quod neque in inteſtinis id eſſet poſsibile, cum neque adfuerit, niſi præter naturam multus calor, huius ordinis & in cerebro & omnibus alijs partibus poſſet concipi. Et hinc inquit Gal. lib. de differentijs morb. capit. 8. lumbrici fiunt toto genere præter naturam, id eſt, calore præter naturali ſaltem ſecundum modum, materia &c. neque illud, etiã valet, non generantur in ſtomacho, ergo non generantur in capite, cum ſit nobilius membrum ipſo ſtomacho: nã ex illo apho. citato arabicæ translationis gignũtur in ſtomacho, ergo poſſent & in cerebro propter tale argumentum. Accedit fama communis, quod in cane rabido vermis genitus eſt in ipſius cerebro. Neque illud denique militat permanente vi a propter dignitatem & excellentiam ſubſtantiæ cerebri, quæ a quibuſdam dicitur præcipua ſedes animæ rationalis, & fons ſenſuum, & voluntarij motus, non poſſe putredinem tantam, in ipſo excitari, vt ſat ſit ad generationem lumbricorum: nam ſi ad id non putrefacienda eſſet ſubſt. animalis: ſed illa, quæ eſt in cauitate, quid refert vt viuo animali putrefiat? ſi putrefit & in corde, animali viuo: vt primo de differentijs febrium omnes fatentur medici. Tum, ſi ex Gal. ſententia 4. lib. de ſimpl. med. facult. cap. 20. maxime videntur in humidis corporibus naſci vermes, & pars anterior cerebri ex eodem 8. lib. de vſu partium, & primo de temperamentis, maxime eſt humida, quare & ibi vermes non generabũtur? Verum tamen, ſiue neque hoc fuerit poſsibile, ſicuti neque generari in ventriculo, vt aiunt, propterea quod, ſi perfecte exercetur coctio impoſsibilis eſt vermium generatio 3. apho. 26. ſi autem vitiata in ventriculo efficiatur, aut diminuto calore exiſtente, & tunc cõſurgit acciditas, aut aucto, & tũc lucet nidoroſitas: ex primo libro de locis affectis: quarum quælibet potius præſtat principium ad interficiendos lumbricos, quam generandos, aut conſeruandos (hinc illos deſtruit anchuſæ quarta ſpecies ſilex, quoniam amara, theriaca, tripheramagna, liſiani, nigela, myrrha, hyſopũ, mentha, nepita, abſinthium, abrotanum, calaminthæ ſuccus, lupinus, coſtus, farina lupinorum, coriandrum, chameleon, cardamonum, cornu ceruinum, folia priſci, & cortex radicum mori, vt

In renibus vermes.

Vemes toto genere præter naturã.

In cerebro rabientium vermes.

Lumbrici non gignuntur in ventriculo.

quis videre poteſt apud Gal.lib.6.7.& 8.de ſimpli. medic. facult. & libro de theriaca ad Piſonem: præ omnibus tamen prodeſt compoſito Antonij à Muſa ex coralina,& ex ſcordio.p. æquales cum oxyſacharro ſirupo acetoſo compoſito,aut de abſinthio. Et hoc eſt ſingulare etiam remedium,recipe ſeminis portulacæ naſturzij,apij,foliorum priſci ana ſcrupul.j.menthæ ſiccæ,abſinthij ſicci,abrrotani,coralinæ,cornu cerui vſti ana ſcrupulũ ſemiſ. fiãt pulueres ſubtiliſsimi,cuius miniſtra ſcrup.j.cum vncia vna ſerapi acetoſi,aut oxyſachari:prioris vero confectionis, recte conceditur a dracma vna vſque ad duas. Neque oppoſitum exiſtimes verum,etiam ſi videas ipſos quandoque per os euomi: ſiquidem propterea quod ab inteſtinis aſcenderent id factibile eſt ſatis:ſicuti quando in iliaca affectione inteſtinorum excrementa euomuntur. Neque propterea quod Hippocrates aut Galenus affirment in ventre inferiori generari 3.apho. 26. quia mos eſt eis intelligere nomine illo inteſtina:exiſtere etiam efficiens & materia in ventriculo,neque ſufficit, eo quod deficiunt conditiones etiam (nempe quod non deprauetur actio illo modo ſupra explicito) ſiue vtrumlibet fuerit factibile, & viſum fuerit, non detrahit,vermium generationes paſsiones eſſe euenientes inteſtinis: ſicuti non detrahit veritati huius doctrinæ,ſcriptũ fuiſſe, a Paulo a Gineta libro 4.capite vltimo dracunculorum, id eſt,lumbricorum quorundam forma in noſtris corporis muſculoſis partibus,vt in brachijs,ac coxis,quod quandoque fuerit viſa: nam ſicuti veritatem propoſitionum Hippocrates non ſubuertunt rari caſus:ſic neque vidiſſe illos auctores animalcula illa genita in illis partibus detrahit nos non poſſe veriſsime affirmare, quia frequentius in inteſtinis vermes,ſeu lumbrici gignuntur, affectiones,propter quas generantur lumbrici,eſſe inteſtinorum: & inde in illis effici tres eorum ſpecies ſolum, vt ex Græcorum doctrina colligitur,lumbrici ſcilicet teretes,aſcarides,& lati. Quamobrem quoties apud Auctores videantur recenſitæ aliæ ſpecies, vt apud Plinium libro 11.capite 33.tinearum (aut potius tæneiarum) intra hominem trium pedum longitudine, & apud Alexandrum Trallianum libr . vbi de vermibus, lumbricum immanem amplitudinis duodecim cubitorum e muliere eiectum vidiſſe,& apud Muſam hæc tertio aphor. 26. at reuera lumbrici quos in equis illuſtriſsimi ducis noſtri vidimus,qui moriebantur,ſeminis cucumeris effigiem habebant (quos & ego vidi in

Vomitu reiecti lũbrici ab inteſtinis.

Lumbrici, dracunculi in muſculis geniti.

ſtercore

ſtercore cuiuſdam mulæ) alij ſimiles cucumeris ſeminibus, & apud Auicennã fen. 16. libri 3. tractatu 5. capite primo, quod ſunt & magni vermes, propter quod ait, & ſpecies vermium ſunt quatuor, idem Paulus libro 4. cap. 57. ſed ſciẽdum eſt, quod illa diſtinctio, ſi recte animaduertatur, nominum eſt ſolum modo, cum longi poſsint eſſe magni, & parui, & ſic de reliquis: & ex eo Serapio tractatu 3. cap. 30. Aliabbas 9. thoricæ cap. 28. & auctor lib. introduct. & alij quamplurimi ſolum tres aſſigunt ſpecies. Nec ſubuertit hoc dogma, non feciſſe mentionem Hippocratẽ apho. illo 26. particulæ 3. latorum: receſet nanque aſcarides, & rotundos tantummodo, nam forte id fuit relatum, quia raro generẽtur: aut quia non eſt illorum generatio familiaris ætati, quarum affectiones lumbricorum ibidem magis recenſebat: ſimiliter quando neque recordatus fuit aſcaridum, non negat tres ſpecies, etiamſi liber ſit Hippocratis & non Polybij, vt dicunt: nam cum eſſet ſermo de lumbricis parturientibus, & id non fuiſſet dubium de aſcaridibus, ideo neque illorum mentionem adduxt: ratio eſt, inquit Donatus, quia continent magnam tenuitatem: aut quia ibi rogabat an in puero ante lucem edicto generentur vermes. Receptum autem eſt ante puerorum eductionem, aſcarides neque viſos fuiſſe, vt generati eſſent: parere tamen aliqui alios fatentur, non vere, ſed quia partes ſint illorum, quod an fuerit verum nil ad nos, dum tamen certum habeamus iſtos omnes neque in omnibus inteſtinis effici, neque omnes æqualem perniciem prædicere: nam teretes & longi, ſiue magni, ſiue parui in tenuibus frequẽtius in inteſtinis colligitur generari 6. epid. com. 2. ſuper tex. 17. aſcarides vero in recto, primo libro de locis affectis, tum & in craſsis illos qui referunt effigiem ſeminis cucurbitæ edocent, atque exiſtimat Monardus ex Ariſtote. ſententia partes eſſe latorum: de his etiam recordatus fuit Hippocrates de fœminarum morbis, quando dicit, ſi autem in fœminæ pudendis (ego eos vidi in quadam puella trium annorum a quibus liberaui ſucco hederæ) vel ano vermiculi naſcantur, ſalicis marinæ fructum, vel folia trita cum bouis fellis obulo, cedrino oleo ſubigito. De reliquo. Aetius ſermone nono ſecundo libro capite trigeſimo nono, inquit, cenſentur autem peiores ex ipſis maiores minoribus (quia certum erit maiora inducere ſymptomata) paucis multi, (& propter rationem affixam, & quia multitudinem materię inſinuant) albis rubri, aut nigri, ſeu fuſci. Alij aiunt, quia aduſtionẽ

Lumbricorum genera quatuor.

Vermes nõ pariunt.

Aſcarides in recto inteſtinum.

Vermes viui & mortui comparantur.

materialis cauſæ conuoluunt, viuentes etiam mortuis deteriores: alij e contra. Ceterum vtrunque exiſtimatur diuerſo ſenſu defenſabile: quia ſi conſiderentur, vt ſigna oſtendentia malignitatem materiæ, propter quod interfici euenit peius mortuos deponi: ſi vero viui, dicitur deteriores, propter accidentia, quæ ſua mordicatione valent efficere, vt cauſa in ordine ad tales effectus dicuntur tales.

Cum lũbricis caro.

His animaduerſis, ſi lumbrici lati, aut rotundi magni inteſtina ſuperiora apprehenderint: non eſt dubitandum de concedenda licentia eſui carnis tempore ab Eccleſia interdicto: huius illa eſt ratio, quia præterquam quod ex quadrageſimalibus augentur cibarijs, vt ex oriza, ciceribus, tritico, vulgo *Azlemite*, fabis, & omnibus fere oleribus, piſcibus, recentibus, maxime lacunalibus, & ſcammis carentibus, lacticinijs, & alijs, quæ parari ſolent ex herbis, & agmylo: & præterquam quod ſolent homines trahere in longos morbos libro introduct. capite 13. vires imbecilles faciunt, de ratione victus in morbis acutis commen. 2. & colicam contingit cauſare, & ex contrarietate qualitatis, ſuper quam figitur complexio corporis, & alijs, & quandoque epilepſia, Rhaſius 25. continentis tractatu tertio capite 6. quandoque famis canina quia vehementer rapiunt cibum, & quandoque generant bollimũ, & caſum appetitus, & ex ore ſtomachi, propter aſcenſum illorum ad ipſum, & fætorem aut ipſorum, aut excrementorum commotorum ab eiſdem: & quandoque generatur tremor cordis maximus, propter mordicationem illorum, circa os ventriculi, & propter motus illorum: nam vt expellantur per os & nares ſolent aſcendere. Percipies autem ineſſe vermes in ſuperioribus inteſtinis, vt expreſſe colligitur ex Aetio capite 39. illo ſerm. 9. Alzarabij libro ſuæ practicæ tractatu decimo ſeptimo, ſect. ſecũda capite nono, Rhaſio 25. con. tractatu primo, capite primo, Paulo libro quarto capite 57. Serap. tractatu 3. capite 30. Galeno libro de theriaca ad Piſonem, capite 15. & Auicenna, fen. 16. libro 3. tractat. 5. capite 2. ex his ſignis, quæ communia ſunt, ſaliuæ effluxio, ſeu curſus ab ore cum labiorum humiditate in nocturno tempore, & hora ſomni, propter vapores eleuatos ab humoribus, ſeu ſuccis crudis, aut pituitoſis: per diem exſiccatio illorum apparet, quia propter vigiliam non aſcendunt: ſed diſsipãtur, aut fortaſsis, quia abſumũtur â vermibus, alimẽto moto propter exercitiũ. Tertio homines habentes vermes ſunt rixoſi, & terribiles, in lo-

Prognoſtica ex vermibus.

Digitized by Google

In loquendo gerentes faciem hominis ira affecti, & malo more commoti ex conturbatione ſpirituum propter vapores commiſſos illis, eleuatos a vermibus, aut a fecibus commotis. Quarto, cõturbatio mentis & ſenſuum propter eoſdem vapores, ſicuti ſolet contingere multis commotis ad deponenda excrementa alui. Quinto accidentia illa phreneſis euenire illis accidit, ſine hoc, quod pilos colligant, ſine tenſione capitis, aut grauatione, quia etiam ſi eleuati vapores potentes ſint ad primum, non vero ad ſecundum. Sexto, illis euenit ſtridor dentium propter excitatam irritationem a vaporibus. Quidam affirmant, id adeſſe propter debilitatem lacertorum mandibularum: & propterea etiam affirmant, quod videantur noctu maſticare: & quod illis extrahatur lingua, clamant: intumefactiones patiuntur, ſuffocationes admodum incuborũ patientes propter multos eleuatos vapores: adeſt etiam eis in ſomnis agitatio figuræ vultus, & geſtuum membrorum, & figuræ decubitus, & iraſcitur eis, qui ipſum euigilant. *Signa lumbricorũ ſtãtium in parte ſuperiori.*

Præterea concomitantur habentibus vermes, poſt cibum nauſea, & triſtitia, ex eo quod recepto cibo in ventriculo vapores occupantes cauitatem eius mouentur, & attingunt os ventriculi, & cerebrum ipſum, & inde triſtitia inſurgit, & nauſea ſubleuatur. Secundo vocis interruptio, propter eoſdem vapores aſcendentes inſtrumẽti vocis locum: pulſus debilis, inficitur enim cor eiſdem infectis vaporibus: depoſitio excrementorum ſiccorum, quia humiditatem ſugant vermes: & propter eandem cauſam ſolet excitari inſatiabilis ſitis: & propter ventris diſtemperiem fiunt vapores & extenditur ad modum hydropicorum venter: & hæc ſunt etiam communia.

Specialia autem ſunt coniecturalia ſigna: ſi eijciantur longi, quod longi adſunt, & ſymptomata maiora: ſi parui, parui, & illa minora, & ſic de latis, & de rotundis. Secunda regula, ſi adfuerint illi in parte inferiore ſine accidentibus, vt contingit in pueris, & mulierculis, aut ipſi fuerunt parui, & exiſtant in recto inteſtino, ſicuti ſemper ſtant ſcarides, vt percipitur ex pruritu, qui in extremo inteſtini recti ſentitur ex titilatione, vel morſu aut motu, ſuper muſculos illius, grauitate illius loci, & in hypocondris, & ſub dorſo ipſius ex pondere vermium, licet quandoque viſum fuerit pro ſenſatione magna illius loci, vt ſyncope correpti fuerint aliqui habentes ſupra dictos vermes, non adeſt ſufficiens ratio ad præſtandam licentiam eſui carnis quadrageſimæ tempore: quia *Cum lumbricis ſunt in recto ſigna.*

neque periculis alicuius ſymptomatis eſt ratio communis, & facile per inferiorem regionem interficiuntur multiplici ordine tum medicamentorum calidorum, tum frigidorum, vt videre eſt iuxta Auic. c. 6. 7. 8. & 9. ſuppoſitorium ex pethaſitide ex ſucco cedriæ cum corralina, & ex ſucco abſinthi conferre maxime quidam docent, præſtabis tamen alimenta his calida & ſicca ſine viſcoſitate: piſces ſaliti non ſunt abſre, condimenta ex ciceribus rubris, aut nigris, ex porris, caulibus, & huiuſmodi alijs.

Negatur eſus carnis aliquãdo cũ lumbricis.

Vltimo in hac re vnum animaduertere placuit: ſiue generentur plurimo calore exiſtente vermes, vt placitum fuit Galen. 3. apho. 36. ſiue a minori moderato, vt alijs arriſit: (ſiue ſolum generentur ex materia viſcoſa, & frigida, non autem ex calida & ſicca, aut calida & humida: ſiue ex hac etiam, vt videre eſt apud Auicennã, dicunt aliqui, cuius oppoſitum expreſſum video loco citato cap. 1. 5. & non eſt eorum generatio ex omni humore, ipſi enim non generantur a cholera rubra neq; nigra, quoniam vna earum eſt vehementis caliditatis, quare non generatur ex ea vermis humidus, imo eſt contraria complexioni eius: & altera eſt frigida & ſicca longinqua à proportionalitate vitæ, ſuper ſanguinem vero dominatur, & ineſt cuſtodia, & membra vehementer indigent eo, & eſt proportionalis carni hominis, & oſsibus eius, non vermi: & non eſt etiam ex eis, quæ effunduntur ad inteſtina, & remanent in eis, & generantur ex eis vermes: neque etiã forma vermis, & color eius ſignificat, quod ipſe ſit ex materia ſanguinea: imo materia vermium eſt phlegmo, quoniam caleſit, & putrefit, & multiplicatur in inteſtinis, & remanet in eis) Certum eſt & philoſophice tenendum vermes per generationem, id eſt, per vnionem partium, aut elementalium, aut reſpõdentium ipſis elementis media operatione caloris eſſe, ffiunt enim omnia viuentia, non ſolum perfecta, ſed imperfecta per coctionem miſtione ſuppoſita, quæ eſt alteratorum vnio: quinimo & miſta nõ viuentia: ergo licet præſupponatur putrefactio materiæ phlegmaticæ, ex qua generantur vermes: ipſi tamen quia viuunt, actionem expoſcunt ad ſui eſſe, per quam vniantur partes, non vero per quam ſeparantur, cuiuſmodi eſt putrefactio in facto ex Galeno, Ariſtot. & omnium philoſo. & medico. ſententia. Vnde quando a Gale. dicitur aphor. illo 26. 3. vermes fiunt ex putrefactione, & ab Ariſtot. 1. de animo inſinuatur tex. comm. 34. ex putrefactione aliquot viuentia eſſe, ex ſuppoſitione loquuntur, id eſt, quod

Vermes non generãtur ex omnibus humoribus

Vermes per generationem fiunt.

eſt, quod præſupponitur putrefatio materiæ alicuius ad generationem aliquorum viuentium, ſicuti ex cadaueribus putridis vermes generantur. Inde quidam dixerunt 8. metaphyſ. viuere eſſe coniunctionem. Generantur vero ab vniuerſali cauſa, & inde dicitur, viuere & eſſe communicatur a ſubſtantijs, quæ ſunt extra cœlum iſtis inferioribus, alijs quidem clarius, alijs vero obſcurius primo de cœlo tex. 100.

De *Hemorrhoidibus*.

ETſi inteſtinis neceſſarium, aut ſaltem maxime congruum appareat explicatu dignum, alias eueniſſe affectiones ante hemorrhoides, vtpote ani procidentiam: qui affectus Celſo auctore cap. 18. lib. 6. morbus eſt in compoſitione exiſtens, & proprie in ſitu: relicta etenim ſua propria ſede anus foras prolabitur adeo notus oculis, vt alijs non indigeat indicijs pro ſui cognitione: verum quia dum non ſociatur ei inflammatio, aut peruentus ad vſtionem, quia affectio paucisſime conſiderationis eſt, cum extremitas hæc inteſtini recti pars principalis non ſit, quinimo dũ oritur, & ſecatur nullũ periculum inducit (iuxta Aetium c. 8. lib. 14.) iſta affectione omiſſa, ſicuti & teneſmo, qui paſsio eſt alia eiuſdem inteſtini recti, & non aliorum, veluti dyſenteria, 3. de cauſis ſymptom. c. 2. 6. de locis affectis cap. 1. apud Gal. iuxta Alex. Tralia. c. 9. lib. 8. & licet morbus ſit in ſoluta continuitate, quoniam prædicti inteſtini recti exulceratio eſt, ex Gal. locis citatis: tum progreſſu temporis ramentorum ſpecies deijciantur pro ipſo: nam ab initio ſolum excrementa pituitoſa, & pinguia excernuntur, quæ comitatur inanis eijciendi cupiditas 1. de morbis vulg. com. 1. 3. de mor. vulg. com. 3. & 2. de ſympto. cauſis, & denique ſcriptum ſit a Gal. de ipſo vehemẽtiores habere nixus, quam dyſenteria, & quod ſit peior ipſa in 3. lib. Hipp. de morb. vulg. com. 3. ſuper tex. 30. §. tenſiones autem, & deſidendi cupiditatem teneſmo laborantes vehementiorem habent, quam dyſenterici, &c. quia neque inter acutos neque maxime longos morbos meretur enumerari: cum & facile tollatur, neque vnquam perſe iugulet ex Celſo libro quarto capite 18. ideo ſi cui placeat negare in his affectibus indulgentiam ad eſum carnis, niſi alijs aſſocientur, exiſtimo, neque in aliquod detrimentum conſideratione dignum mutabit ægrum: neque tamen ſi illam

Ani procidentia qui morbus.

Teneſmus paſsio inteſtini recti, & quid.

Teneſmus cõparatur ad diſenteriam.

præſtet aduerſabitur conſcientiæ, ex eo quod reuera propter ipſas homines priuari poſſunt a ſuis operationibus: moleſti enim ſunt morbi, & quod diu perdurantes poſſent homines tradere in deſperationem ſalutis, ſi negetur illis inter remedia eſus carnis. Quamobrem ſolum de his ac poſita explicatione, ad noſtrũ cap. de hæmorrhoidibus ſe cõuertat oratio: nam de ipſis inſignis ſine dub. inuoluta eſt difficultas: nã ſi apertę ſint per eaſdẽ hepatis materia fœculenta viticoſa purgatur 6. apho. 12. & 6. aph. 11. hæmorrhoides ſolent euacuare ſanguinem craſſum plenum melancholico humore & 6. apho. 47. hæmorrhoides euacuant melancholiam, de bonitate & vitio ſuccorum cap. 14. hemorrhoides ab humore melancholico. 4. apho. 25. hemorrhoides ſunt maximum remedium melancholiæ, adeo vt quandoque futuram prohibeãt, & illo 11. ſexte par. hemorrhoides ſuperuenientes atra bile vexatis & renum paſsionibus bonum 6. apho. 21. hemorrhoides inſanientibus ſuperuenientes inſaniam ſoluunt. 6. de mor. vulg. com. 3. & li. de venę ſectione aduerſus Eraſiſtratũ, hemorrhoides ſunt melancholiæ remedium, 6. de mor. vulg. com. 6. ſanant atram bilem, lienem induratum, ſeruant hominem ſanum, aliaque innumera bona inducunt, vt videre eſt iuxta Auic. fen. 2. lib. 1. doctr. prima c. 8. 5. & ſimiliter ani venarum apertio omnibus cõfert melancholicis ægritudinibus, & doloribus ſciæ, & doloribus renum & matricis, & lib. 3. f. 1. tract. 4. cap. 15. & fen. 17. capi. 3. & lib. 4. fen. 2. tract. 1. c. 2. & denique ſunt, qui hæc proferant de ipſis, hemorrhoides fluentes præſeruant a varijs languoribus, vt a mania, melancholia, epilepſia, pleuritide, perineumonia, hydrope, elephantiaſi, cancro, herpete, formica miliari, pruritu, & ſcabie. An facienti tot bona licet aut vſu alimentorum, aut alterius rei ſuccurrere? Non equidem, quod ſi cœcæ fuerint ſine dub. licet nõ euacuent: quia trahuntur humores ad locum, vbi ipſæ efficiũtur, prodeſſe etiam neceſſarium eſt affirmare iuxta illam medicorum regulam, a partibus principalibus in ignobiles humores efficienter morbos moueri bonum, deducitur etenim ex illo Hippoc. de angina, ab internis ad externa tumor bonum, & inde 25. libro 4. apho. vt in totum non ſupprimantur præcipitur. Verum alias, in lib. 6. Hipp. de mor. vulg. com. 3 ſuper tex. 37. inuenitur propter ipſas pallore homines affici, hydrope, & alijs morbis: quamobrẽ 25. illo quartæ partic. apho. dicitur per hemorrhoides euacuationi non eſt aſſuefaciendum: quinimo præcipiuntur curari ab Hippocrat.

Hemorrhoides apertę.

Prognoſtica ex hemorrhoidibus apertis.

Propter hemorrhoides liberantur homines ab innumeris malis.

pocrat. & Gal. 6. de mor. vulg. com. 4. tex. cita. & 38. & 5. de cōp. med. per genera libr. cap. 7. tradit vt ipſas cohibeat cyzenum ſatis prolixum, vt ibi per initia eſt videre. Ibidem aliud remediū cap. 2. ſcribit, lib. de Dynamidis ad eaſdem delineatur vnguentum, & de ſimpl. med. facult. habetur marrubiatrium hemorrhoidas cæcas diſſoluit, & denique neque vllum legas practicum, neque audias vetulam non docentem innumera remedia, aut ſaltē plurima, quæ apponi poſſint. Bayrus, Auic. Paulus, Celſus, Trallianus, Taranta, Vega: tum ad cohibendas illas fluentes, tum ad conſumendas ipſas cœcatas multa deſcribunt. Ego autem ad exſiccandas ipſas feliciter vſus fui hoc remedio: præcepi ipſas melle inungere, & poſtea pulueriżare eas puluere facto ex tauri pudendo, dolorem ſedaui hoc, lacertulam viuam immiſſam in oleo frixamque recepi & poſtea cera vnguentum paraui: expertum eſt multoties, tum & hoc, recipe cœpam, medullam detrahe, cauitatem reple butyro vaccino aqua roſata lauato, aſſetur deinde ſuper prunas, & tandem cum dracma. j. ceruſæ, & vncijs duabus aquæ roſatæ agitetur iu mortario: & apponatur hoc linimentum ſuper hemorrhoidas dolentes tumefactas. Vidi etiam ſuſpendere ſex, aut ſeptem radices ſuper hemorroides, cuiuſdam herbæ, quæ Hiſpanicæ dicitur *Pelopilla*, aliquantulum ſimilis piloſellæ, quam ſic appellant a copioſis pilis, quibus tum cauliculi, tum folia veſtiuntur: eius duo genera reperiuntur, vt videre eſt lib. 10. hiſtoriæ omnium plantarum, quæ in Hiſpania naſcuntur: cap. 2. & liberati fuere quamplurimi: ipſas vero fluentes, & quamuis hemorrhagiam ſanguinis quædam mulier ſiſtebat his verbis, *En el nombre de el padre y de el hyo, y de el Eſpiritu ſancto, Amen Ieſus*, *Amen Ieſus*, *Amen Ieſus*. ter benedicebat, apprehenſa parte a qua fluxus repetendo ter benedictionem: ſtatim ſanguinem ab cauitate extrahebat, & verba huiuſcemodi deuote referebat, *Sangre tente en ti, como Ieſus Chriſto ſe tuuo en ſi, Sangre tente eu tu vena, como Ieſu Chriſto ſe tuuo en ſu pena, Sangre tente en ti fuerte, como Ieſus Chriſto ſe tuuo en ſu muerte, Amen Ieſus, Amen Ieſus, Amen Ieſus*. Etenim mira euenire affirmat, & ego vidi bis ſanguinem ſic ſiſtere fluxum. An vero propter hæc, an propter aliud, ignoro prorſus: ſicuti quod pelaſilla habeat virtutem ſædandi dolores hemorrhoidarum, ſiue fuerit ſpecies piloſolæ, quæ vires continet multas, vt quis & loco citato, & apud Doct. Lacunam cap. 174. ſuper 2. librū Dioſcoridis de hiſtoria plantarum legere poteſt.

Ad hemorrhoidas remedia.

Piloſella ſanat hemorrhoides.

In hac igitur noſtra difficultate, vt dirimatur ambiguitas, ſiuē huic affectui nomē inditum ſit hemorrhois, propter ſanguinem, qui magna ex parte cum ſucco melancholico à natura recludente horum vaſorum ora excerni conſueuit, & propterea dici poſſet eſſe ſymptoma in genere excretorum immodice toto genere præter naturam: ſicuti reliquæ hemorrhagiæ, præter menſium euacuationem, ſiue ſecus: ex eo quod nonnullæ ſint hemorrhoides cœcæ, vt diximus, ex Gal. & alijs auctoribus ſupra, ex quibus ne tantillum ſanguinis quidem profluit: niſi velis dicere ex eiſdem cœcis quod ſemper fluat aliquid ſanguinis, licet minimum ſit: Certum eſt in Gal. doctrina, non ſemper habere rationem præter naturalis rei abſolute, ſicuti legitur lib. de differentijs ſymptoma. cap. 6. ſæpe citato. §. aliqua enim quamuis etiam toto genere præter naturam ſint, veluti per nares ſanguinis perfuſio, vel vomitus, vel ſanguinis deiectio, vel hemorrhois, vel aliud eiuſmodi: tamen præter naturam adhuc non ſunt, ſi modo tempeſtiue euacuent, quaſi dicat dum medijs ipſis non diſsipatur natura, aut corrumpitur, etiam ſi aliquid naturæ amicum euacuetur per eaſdem. Certum eſt etiam, quod inter multiplicis ordinis hemorrhoides, quæ inueniuntur, dum intempeſtiue, aut tēpeſtiue ſunt fluentes non habenda eſt æqualis cōſideratio apud medicos: neque cura curæ. Plures exiſtere differentias illarum, legitur expreſſe libro de diffinitionibus medicis, quando ſic, differentiæ quinque hemorrhoidum ſunt, a magnitudine, multitudine, figura, loco & conſtitutione, à magnitudine, cum aliæ paruæ ſint, aliæ magnæ, aliæ mediæ a multitudine: cum plures in alijs, in quibuſdam pauciores conſiſtant: à figura quod nonnullæ anguſta, quædam lata ſint baſsi: à loco quādo aliquæ in ano, quędam in ſpintere, id eſt, ſtricto ore, aliæ in recto ſunt inteſtino: a conſtitutione, quoniam aliæ mites ſunt, aliæ malignæ: expreſſius autem hæc videre placeāt apud Serap. tract. 3. cap. 28. Auicenna fen. 17. lib. 3. cap. 2. vbi ſic, & hemorrhoides quidem diuiduntur per ſpecies diuiſionis famoſę in verrucales (id eſt, ſimiles verrucis) in vueas (quia ſimilitudinem contineant cum vuis, & in morales (figuram aut colorem continentes mororum) atque in veſicales (quæ quaſi veſicæ ſunt: vbi primario quadri membrem adducit diuiſionem hemorrhoidum. Subdit Auicenna, & diuiduntur hemorrhoides diuiſione alia in exterius natas & profundas, quaſi dicat, quæuis ex dictis quatuor, aut interius, ita vt ſpeculum ſit

Hemorrhoidarum multiplex ordo

ſum ſit neceſſarium matricarium ad hoc vt conſpiciantur, generatur aut exteris oculis nota. Erit igitur hæc ſub diuiſio membrorum alterius diuiſionis. Tertio diuidere videtur harum quaslibet in cœcas & fluentes, quæ ſubdiuiſio eſſet vtriuſque diuiſionis cuiuslibet membri: niſi dicas nec maluiſſe hanc diuiſionem, ſiquidem vltimo ait, & non eſt poſsibile, vt accidant hemorrhoides, niſi aperiantur orificia venarum: & fluat, etſi tantillum vt diximus. Sed quia hoc examinare parum refert, vlterius progrediendo dicere ſum auſus, quod quæuis ex dictis, & modo explicatis & poteſt eſſe magna, & parua, aut magnæ, aut paruæ, & plures, aut pauciores, cum hac figura, aut cum illa, cum malignitate, aut ſine illa. Sunt equidem aliæ deteriores alijs, ſic docet Auicenna loco allegato: ex hemorroidibus prioris diuiſionis deteriores ſunt verrucales, quoniã durã contrahunt naturã melancholicã, vixq; ſanabiles ſunt: veluti ſcliroſes, quæ vix reſoluuntur & mollificatur. Secũdo, inter internas, & externas, peiores ſunt internæ, præcipue illæ, quæ anterius tendunt verſus partem virgæ: quia viam exitus vrinæ, ac veſicæ quandoque impediunt cum apoſtemate ipſam conſtringẽte: qua propter remedia ſuper morbi locum non ita directe poſſunt applicari: neque ibi perſiſtere. Inter omnes certum eſt maiores, & plures, deteriores, inter dolentes & non dolentes, iſtæ inter tumidas & non tumidas, priores: inter fluentes & non fluentes: dummodo non excedant regulam illam Galeni de differentijs ſymptomatum, cœcæ ſunt deteriores, nam ſiue fuerint ex materia melancholica, ſiue ex ſanguinea, aut phlegmatica, fiunt etenim ex hoc triplici genere humorum, aut ſuperfluitatum, etſi raro ex pituita, quo tempore aſsimilantur veſicæ ventrium piſcium, vt videre eſt apud Rhaſium 24. continent. tract. 1. cap. 1. reuera euacuatur nociui & a natura depoſiti tanquam ſuperflui pars aliqua perfluentes hemorrhoides.

Hæmorrhoides plures aut paucæ.

Hæmorrhoides deteriores aliis.

Cœca hæmorrhoides deteriores.

Sit nunc generalis regula pro omnibus, ſiue magnis, ſiue paruis, ſiue quouis modo ex præfixis, dum interius exiſtentes tendunt ad partem virgæ, & adſtringunt vrinæ viã, quod ex mingẽdi difficultate percipitur, aut internæ, aut externæ, ſanguineæ, aut melancholicæ fluunt copioſe, vt homo defatigationem, & corporis debilitatem ſentiat, ſine periculo conſcientiæ præſtare valet medicus ſuam licentiam ad carnis eſum tempore quadrageſimæ: & ratio eſt quia, præterquam patitur periculum ſiſtendi ab

Digitized by Google

di ab operationibus neceſſarijs humanæ vitæ homo, minantur illa mala inſinuata initio huius difficultatis: in reliquis vero ſecus: quia neque horum periculum adeſt, neq; illorum: vidimus enim cum illis agricolas ſuam vitam degere, etiam ſi perpetuo exerceantur mouendo ſe: fabros lignarios, ferrarios, & reliquos laborantes corporis laboribus vehementibus bene ſatis abſque ceſſatione ab operibus, & citra id quod in morbos aliquos deducantur, quinimo, quod à multis liberentur iuxta ea, quæ dicta ſunt in ſuperioribus. Quorſum ergo reliqua hominuum genera non ſic laborioſe agentes quadrageſimalibus ſuam vitam & curſum percurrere non poſſent? Etenim rationem non inuenio ad oppoſitum: nam medio illo laborioſo exercitio humores magis aduocantur, vnde intumafactionis, doloris & periculi excitabatur ratio. Affirmare autem delitioſos magis ſentire dolores: ſentiant, ad hoc enim ſtatutum fuit ſanctiſsimum illud quadrageſimæ tēpus. Accedit, quod ex ſuis diuitijs præcipere poſſunt multa parari ex quadrageſimalibus cibarijs, vt ſine periculo alterius morbi ſuis adſint operationibus, & exercitijs.

Aliquæ exiſtimantur hemorrhoides quæ nō ſunt.

Vnum tamen licet animaduertere in hac re, quod licet verum ſit, quoſdam erraſſe medicos exiſtimantes hemorrhoides fluentes inteſtini recti vlcera ſanguinē fluentia, cum tamen non ſint (cum non conueniat eis hemorrhoidis cuiuslibet ex dictis ratio: more etenim æquiuocorum paſſæ ſunt prius diuidi quam definiri) iuxta Rhaſij ſententiam loco citato, & Auice. verbis illis primis capitis, & ſcias quod multoties exiſtimat aliquis, quod habet hemorrhoidas, & nō habet niſi vlcera in recto: & in eis quæ ſunt ſupra ipſum, vnde oportet vt conſideretur) ſeruandam fore eandem regulam de hoc fluxu, ſicuti de hemorrhoidali.

hemorrhoidæ antiquitus fluētes conſiſtēdæ.

Dub. tamen illud commune ſic ſe offert, deceat ne, dum antiquitus emanauere hemorrhoides, omnes ſiſtere: an opus ſit euacuationi vnius ſaltim dare locum: ad vtrumlibet enim, auctoritates auctorum antiquorum, & rationes videas expreſſas: Hipp. quidem 6. apho. 12. ſcribit a diuturnis ſanari hemorrhoidibus, ſi vna non ſeruetur, periculum eſt, aquam intercutem, vel tabem aduenire. Et de ratione victus in morbis acutis 4. com. tex. 123. hemorrhoidas modo ſimili perſequeris, nam acui craſsiſsimum lanæ pinguis filum & quam maximum colligabis, ſecurior etenim eſt huiuſmodi curatio: deinde comprimes, & putrefaciente vteris medicamento neque prius quam decideris: vnamque perpetuo relin-

relinques: & 4.apho.Gal.comm.ſuper tex.25,inquit,hemorrhoides periculoſæ, ſi in totum ſupprimantur. Stat & ratio, nam cum homo conſuetudinem adipiſceretur per antiquam hemorrhoidum euacuationem, quæ gerit vicem rei naturalis, indeque ſeruanda iuxta Hipp. & Gal.ſen.2.apho.50. aſſueta in aſſuetis etſi deteriora meliora: vnde 5.de ſanit.tuenda habetur, conſuetudinem omnem ſeruandam medici cenſentes minus errant. Ceterũ auctores aliqui, & quod Hipp. ſenſerit oppoſitum firmiter tenẽt illo primo loco, alias non diceret ſananti, nã ſi ſanat oportet tunc neque vlla fluens permanſerit, ſed quod ſiſtenda fluxio omnino fuerit, atque claudende ſint omnes: etiam ſi antiquæ fuerint, dũ tamen æger deinde probe regatur: fuiſſeque Aetij ſententiã autumant. Confirmantque hunc dicendi modum, nam alias non liceret antiquam aliquam fluxionem ſanare, ne humor, qui fluere ſolebat, in partem aliquam ex præcipuis irreperet, propter ꝙ potiſsime ſubſtinetur oppoſita pars. Poſſentque confirmare hãc ſententiam ex illo Gal.2.apho.50. eſt enim omnis vniformis cõſuetudo periculoſa, indeque dicebat Hipp. eodem text. oportet igitur ad inſueta permutari, cuius ratio videtur, quod magis curat in hac re, quam in alijs, nam ſi ipſa eſt: cum omnes homines inopinatis rerum ſortibus ſubijciantur, ne igitur incidentes aliquando repente in nobis inſueta, magnopere offendamur, ſatius eſſe inquit omnia tentare, & certum eſt omnes homines paratos eſſe ad exercitia, medijs quibus fluxus hemorrhoidum augetur ad extenuationem vſque, & vſque in tabem. Igitur merito cohibendas omnes fore aſſeritur, quod tenendum recte mihi non eſt dub. non ſolum in his hominibus, ſiue priuatis, ſiue nobilibus, quibus adeo fluxio illa moleſta eſt, vt ſibi morbos potius, quandoque eligant: quam patiãtur fluxionem moleſtam ipſam: ſed in omnibus quod præter hæc adducta confirmat doctrina illa Gal.lib.de conſuetudinibus, quo probat, quomodo conſuetudo innoxie mutari poſsit, quod ſit aliunde per rectam viuendi rationem per quaſdam quandoque euacuationes, medijs quibus natura paulatim mutetur a conſuetudine habita: nam ſic natura non patietur, quia ſolitus humor non deſcendens ad partes alias patientes, neque irriperet partes principes. Etenim iam, pro recta viuendi ratione, & quibuſdam ſuppoſitis euacuationibus ſuis temporibus paulatim repetitis, quæuis pars ſuum retinet alimentum: & per diſtinatum locum, ſuperfluum mittit, ſic vt neq; partes

Cõſuetudo ſeruanda.

Cohibendæ omnes hæmorrhoides.

Ad inſueta mutari bonum.

Digitized by Google

partes emunctoriæ plus,quam opus eſt,recipiant,neq; non emũctoriæ. Vnde liquet loca illa Hipp. & Gal. atque rationes cõuincere ſolum non ſuppoſita illa viuendi ratione: nam ſic neque tabeſcunt homines,neque generatur aqua inter cutem & reliquas partes:neque opus eſt propter conſuetudinem vnam ſeruare:nã paulatim ex illorum medicinæ parentum ſententia conſuetudinem mutare ſine periculo valemus.

De Renum affectibus.

ET ſi cui videatur,accuſationi nos poſſe tradi:quod ſermonem agendo de partibus regionis,quam vocant naturalem,de affectibus inteſtini recti prius egerimus,quam de renum morbis, cũ ſuperiorem locum renes obtineant, quam inteſtinum in eadem regione:verum tamen exiſtimo me haberi excuſatum ab eodem animaduertente continuitatem inteſtinorum cum vẽtriculo ſurſum exiſtenti præ renibus. Renes igitur præter præfixam rationem,ſi inteſtino longo iunguntur,ſicuti inuenitur in 6. de mor. vulg.commẽ.1.ſuper tex.9. qui incipit in renem dolor grauis ſ. continenter enim renes laxo inteſtino, & laxum inteſtinum renibus per tunicam peritonæum vocatam copulãtur, merito hoc loco ſequuntur perſcrutandi.Duos etenim inquit Gal.lib. 5. de vſu partium cap.6.fabricaſſe naturam renes, & vnum non tantum ſ.at cur ad ſeroſam humiditatem purgandam naturæ duobus opus fuit inſtrumentis,quod ſi præſtantius eſt, quod duplex eſt in liene ac veſica bilem continente,natura videri poſſit reſtricta,quod vtrumq; vnum effecerit,ſin vero vnum,ac ſimplex,abũde erat ſuperſtuum,rurſus ipſum ſiniſtrum renem dextro cumulaſſe cenſebitur:clarius autem lib. Galeno aſcripto de renum affectuum dignotione,& medicatione cap.1.habetur,duos autem natura renes produxit,non vnum: quoniam alias excrementorum ſpecies ſeroſa hæc ſuperfluitas non parum ſuperat, quam attrahere,renum officium eſt:ignorare enim non debemus alteram cauæ venæ partem ad corporis inferiores partes deferri, quæ bifariam diuiſa eſt,altera parte ſurſum,altera deorſum porrigitur,&c.quibus fit illud notum. Verum iſti duo renes neque æqualitatem continent in loco,vt oculus videt,& omnes docent & anothomici,& medici:vnde Galenus illo citato de vſu partiũ & Auicenna libro tertio fen.18.tractatu 1.capite 1. dubitationẽ hanc

Renes duo

Propter quod duo renes.

hanc delineant, cur vero alter quidem renum ſuperiorem habuit poſitionem, aliter vero inferiorem: cui ſatisfaciunt his verbis. Quia alias alter tractu ſuo in contrarium alterius tractui moram afferret: ſic autem vterque agit liber, ſoluſque attrahit: cũ nil ſibi e regione habeat oppoſitum: ſubdit Galenus: at cur dexter quidem eſt ſuperior ac primus, ſiniſter vero inferior, ac ſecundus? Reſpondet ipſe Galenus, quia viſcus ipſum (id eſt, iecur) quod purgatur, in dextris locatum erat, & plurima cauæ venæ germina in dextram partem orificij deſinunt ſanguinem ex gibbis iecoris in ipſam venam ducentia: ceterum corpus omne virtute attractrice præditum expeditus ex directe oppoſitis trahit, (mirabilis Deus in omnibus operibus ſuis, & laudabilis nimis) oculi duo facti ſunt a natura, duo foramina ad audiendum, & olfaciendum, duo brachia, duo crura æqualitatem continentia in loco atque ſitu (dum non contingit orbatio) naturaliter ſaltim priora operantia, vt renes in trahendo non ſolum ſui alimoniam verum & excrementitium aliquid, vt animal perfectius viuat, & non ſe impediunt. Quare ergo renes ſe impedirent? Id eſt, quare quando alter trahat, alter retrahet? etiam ſi iaceant ad ſpinam, paulo altius, quam illa: & ex ſe vrinarios meatus duos emittant, atque illas venas ſupra dictas a vena caua, & ab arteria orti: ſiquidem neque dum trahunt ſuperfluitatem, neque dum expellunt (aſſumpto ſibi alimento) ſe contrahunt, aut dilatant, qua ratione poſſent ſibi eſſe impedimentum: quod non contingit. Secundo, quia ſi illa Galeni regula, ſeu ratio, videlicet, quia viſcus quod purgatur in dextris locatum teneret, ergo in vniuerſum ſemper obtineret ſuperiorem locum ren dexter: cuius oppoſitũ quotidie conſpicitur. Propter quod Carolus Stephanus libro 2. de diſſectione partium corporis humani capite 15. inquit, adiacent renes ab vtraque parte venæ concauæ, parum ſub hepate ad lotium expurgandum: quamquam horum quidem alius ſemper alio altior conſpiciatur, ſiue is ſit dexter, ſiue etiam ſiniſter: nam hunc, & illum in varijs corporibus indifferenter eminere cõſpeximus: quod etiam docet Veſſalius lib. de humani corporis fabrica 5. capite 10. §. quippe non raro etiam ſiniſter (ren ſcilicet) dextro elatior obſeruatur: quo etiam loco nec recipit Galeni rationem dicens; neque etiam in renum ſitu Galeni ratio probanda eſt, &c. Verum rationem illius ſituationis inæqualis expreſſam non inuenio apud Veſſalium: nam poſtquam docuit, quod

Renis ſitus inæqualis.

Quare ren dexter ſuperius.

Aliquãdo ren ſiniſter ſuperius.

quod ea, quæ dextro venæ lateri adſcribit, non magis illi, quam ſiniſtro lateri propria ſunt, &c. ſubdit, ceterum vtcunque renes ſitu inter ſe diſcrepent, neuter tamen alterius altitudinem, quanta media eſt illorum longitudo, ſuperat vnquam: ſunt enim humani renes oblongi, & minus lati, omnique ex parte æqualiter craſsi, anterius namque & poſterius comprimuntur renes & in latere exteriori adamuſsim orbiculares, & gibbi in interiori autem, quod exteriori breuius eſt, partim gibbi, partim caui, in media enim interioris lateris ſede ſinum profundius ſibi impreſſum exigunt ſuperius inferiuſq;, velut in acutũ angulum deſinentem, in medio autem extuberantem: ſuperiori parte, paulo quam inferiore latiores ſunt renes, & parum ad modũ exterius, quam interius craſsiores. Magnitudine ea donantur, qua probe quantum ſanguini ex vſu eſt, ſeroſo humore illum emundant: ſuperficiem iecoris gibbo ſimiliter impenſe leuem, & lubricam ſortiuntur, vt & colorem intenſe rubrum, & reſplendentem: ſubſtantia nanque conſtant carnea, denſa admodumque ſolida & dura, parumque a cordis ſubſtantia variante, præterquam quod nullis omnino fibris intertexitur. Ecce vbi neque recordatus eſt Veſſalius rationis illius euentus, eſt ergo ipſa: quia etiã ſi non trahant per dilatationem & contractionem, ſi ex deametro ſibi inuicem obiecti fuiſſent, alter actionem alterius facile præpediret, ex eo quod comprimeret alter alterum comprimendo intermedia: & ſic illorum actionem & illius vitiaret, vitiando figuram per compreſsionem. Verum ſi hoc verius ſit, aut defenſabilis Gale. opinio, in animalibus ſaltem ab eodem diſſecatis: ſiue quoad cauitates etiam ſubſtineri teneamur, quę ſcribuntur a Veſſalio, an quę ab aliijs auctoribus ab eiſdem reprobatis: certum eſt, renes quia corpus tale eſt, quale depictum vidimus a Veſſalio; & inflammationes, & morbos in cauitate pati, abceſſus, vlcera &c. huiuſmodi & munus in toto habere adeo neceſſarium, vt ſine eo animal nec viuere poſsit: nam licet illud monſtrum a Carolo depictum loco citato, videlicet in quodam cadauere vnum tantum inuentũ fuiſſe renem in medio ſpinæ exacte ſitum, eumque maximum, vt lienis fere magnitudinem excederet, non detrahit veritatem relatam: ſiquidem pro eius magnitudine ſatisfaciebat neceſsitati animalis: & ideo de ipſis iã agere incipiamus, prout afficiuntur ſuis morbis.

Renum figura.

Renũ ſubſtantia.

Renes afficiũtur morbis diuerſis.

De re-

De Renum vlceribus.

Vlcera fieri in renibus ſicuti in alijs particulis referentibus naturam carnoſarum, neq; vllus dubitat ex Neotericis, aut antiquis ſcriptoribus, neque eſt quare in dub. reuocetur, cum carnoſæ ſint partes: vt deducitur ex Gal. 10. lib. met. cap. 11. lib. 1. de naturalibus facult, & 2. lib. de arte curat. ad Glauc. harum autem proprium eſt exulcerari: exulcerantur autem renes præcedente inflammatione ſuppurata, aut rupta vena, aut humoribus erodentibus, diu per renes tranſeuntibus. Dignoſcuntur ſic affecti, ex mictu ſanguinis, cum pure & vrina ſic diu perſeuerante, cum renum dolore, ex carunculis paruis, aut veluti capillis exeuntibus cum vrinis craſsis 4. apho. 76. perceptis prout ſic, licet relatū ſit ab auctoribus, vlcera renum minus mala ſunt, & facilius curātur, quam veſicæ vel meatuum vrinariorum: eo quod carnoſa mēbra, quam neruoſa facilius curantur, ſi diu perſeuerent cum ſanguinis mictu, quantumuis in pauca quantitate: quia vires deiicit, & hectica ſequitur 10. met. ca. 9. §. interim vero, & vtero & renibus, & 1. de differentijs febrium cap. 9. §. capillitiū 4. apho. 76. ſine periculo conſcientiæ medicus poteſt ſuum indultum præſtare ad eſum carnis: & ſuppoſitis vniuerſalibus remedijs hoc vti medicamine, expertum etenim ſæpe eſt, recipe thuris, maſtichis, farinæ hordei ſingul. vnciam vnam, myrtilorum, roſarum rubearum, chamemali ſingul. vnc. vnā & ſemiſſ. mellis, vini rubri, olei roſati, ſing. partes æquales, quātum ſufficiat ad emplaſtri formā: calidum enim renibus applicatum prohibet vlceris putrefactionem, lenit dolorem, roborat renes, eorum malam qualitatem corrigendo, & carnem inducit.

Renes carnoſi.

Prognoſtica ex ſanguinis mictu.

Cruciantur & animalia nō minus renum abſceſsibus, ſeu inflāmationibus, ac vulneribus: verum quia ab auctoribus dicitur illarum inflammationum ſignum inſeparabile eſt febris ob putrefactionem & continuam eleuationem vaporum ad hepar, & cor, ideo non cadit ſub noſtro argumento hic renum affectus. De illo autem qui dicitur renum imbecillitas, quæ affectio maxime nota eſt ad retentricem facultatem attinens, quæ retinendo ſanguinem percolat, ac vrinam puram, & naturalem conficit: ſic quidem & renes ob laxitatem ſanguinem delabi permittunt, atque ea ratione vrina redditur cruenta, quæ ſi diu perdurauerit, atque

Renum imbecillitas quid.

Ee minetur

Digitized by Google

minetur periculum aliquod ex ſupra dictis iuxta renum vlcera, poterit medicus concedere ad carnis comeſtionem tempore interdicto ab Eccleſia ſuam licentiam, ſiue ſanguis conducens ad ariditatem naſcatur ob laxitatem vaſorum ad renes deducentiū vrinam, aut ob venæ alicuius illorum rupturam, aut ob intemperiem frigidam & humidam, quæ percipitur ex ſanguine fluente aquoſo atque ſeroſo, & qui ſic hoc morbo laborant, ſiti carent, atque dolore, & à calidis auxiliis iuuantur, pariter atque ſiccis: ex calido e contra, nam ſi ob redundantiam in toto, potius diæta vtendo detrahitur & illa: ſi ex humoribus acribus, animaduertere decet illorum naturam; fit vero id notum, quia antecedunt dolores acres, & vrina flaua: & interim pus quoque cum vrina mingitur, & quandoque carunculæ: omnibus tamen dum præſtatur licentia ad eſum carnis competunt aues montanæ, ſicuti turtures, palumbes, perdices, turdi, oriza cum lacte, aut iure carnium, & palmulæ.

Obſeruatio in renū imbecillitate.

In hac re animaduertere licet, quandoque cum calida renum intemperie aſſociari magnam quandam illorum imbecillitatem, cui ſequitur renum alia paſsio, quæ a quibuſdam vrinæ profluuium appellatur: ab alijs dipſacon, ab alijs matella inter cutem, ab alijs diabetica paſsio renalis, qui hunc morbum patiuntur illico poſt aſſumptum potum per vrinam emittunt & adhuc quantitatem maiorem: ſitim validam habent, renum ardorem: & quãtumuis cum hac paſsione non mingatur ſanguis, ſicuti in alijs ſupra fixis, non eſt denegandus carnis eſus, tempore interdicto ab Eccleſia: nam licet ſolum vrina alba & aquoſa eijciatur, ſequitur totius corporis tabes, ac colliquatio, & venter redditur valde aridus: propterea quod ſicuti qui patiuntur caninam appetentiam, ſemper aſſumendo cibum exſiccantur, ſic etiam iſti continuo bibentes contabeſcũt, & exſiccantur: ex eo quod renes vehementi calore trahunt potum a iecore, & iecur à ventriculo, tractus autē potus minime retinetur, & inde naſcitur illa ariditas: conueniũt igitur eis, & miniſtrandæ ſunt etiam quadrageſimæ tempore carnes veruecis, porcorum, & pedes porcorum, & boum, gallinæ elixæ cum lactucis, portulacis, cucurbita, endibia & huius generis reliqua, quæ valent refrigerare, humectare, & ventrem linire.

Vrinæ profluuium.

Signa diabeticæ renalis.

De re-

De renum & veſicæ calculo.

QVantumuis certum ſit, apud auctores, tum antiquos, tũ neothericos lapides generari in inteſtinis, pectore, vtero mulieris, ſub lingua, & alijs locis, vt quis legere poteſt apud Gal. lib. 3. & 6. de locis affectis, Auic. ſen. 26. lib. 3. tract. 3. cap. 3. Aetium capite de lapide, & de affectione vteri, Paulum lib. 3. capite 28. Auenzoar, Tralianum, & alios: verumtamen deſcribendum ſequitur capite de renum & veſicæ lapidibus tantum: propterea quod & ſi genitis lapidibus in alijs ſupra fixis partibus, cruciari ſolent animalia: frequentius tamen, dum in renibus, & veſicis gignuntur: nam euenit hoc pueris, iuuenibus, ſenibus, viris, atque mulieribus, adeo conſpicuum, vt auctores decantauerint ſigna quam plurima ad illorum generationis certificationẽ: intactis reliquorum notis. Affirmãt etenim Gal. Aetius, Paulus, & reliqui propter lapidem mulieris vterum occupãtem, & hominum inteſtina, varios & valde cruciantes dolores concitari: verũ ſubticuere ſigna, quibus dignoſcere poſſemus, an lapides ibidem ſubieciſſent.

Lapides in multis locis generantur.

Lapides in omnibus ætatibus & tẽperiebus.

Dices, potius dignotio lapidum in renibus ſic difficulter percipitur, vt eadem ſteterint ſigna doloris pro illo lapide, & pro dolore colico, vnde dicitur relatum à Gal. 6. de locis, ſi quis ab initio perceperit medicus, laboret ne æger dolore colico, an renum dolore, ipſe valde eſt habendus: Ceterum dicendum eſt Gal. pro hac re veluti à terrore liberando medicos (vt in ſuperioribus diximus) eodem 6. de loc. c. 2. ſic ſcripſiſſe. Igitur vt ab initio horũ affectuum diſtinctio difficilis eſt, ita hoc tempore non ita magnã præſidiorũ differentiam ipſi requirunt: & paulo inferius ſic, quapropter nullum, quod ad curationis rationem pertinet, committatis errorẽ, ſi in prima protinus horum morborũ acceſsione eos difficulter diſcernatis: eo ꝙ tunc neq; extrinſecus, neq; intrinſecus differẽtibus egẽt auxilijs, ꝙ ſatis ſit, ea quę dolorẽ lenire poſſint, adhibere. Nihilominus tamẽ depingit ſigna ad præfixã dignotionem, & antecedentia, & cõcomitantia, & ſubſequẽtia: prioris ordinis videas vſum frequẽtem lactis caſeoſi 3. lib. de alim. facult. c. 15. §. nã eos quidẽ renes offendit, qui calculis generandis ſunt appoſiti: alicæ, & ſuillę carnis alim. continuum, lib. de bonit. & vitio ſuccorum cap. 2. §. renumque meatus obducat, &c. aſsiduam cibationem illorum, quæ craſſum gignunt ſuccum. 14. libro methodi capite 16. §. incidit tamen ex tali victu diutius ex-

Curatio illorum ſimilis.

hibito etiam calculi in renibus generatio, aliaq; huiuſmodi multa, alias cauſæ calculi nuncupata, libr. de dignotione & medicatione renum affectuum cap.2. de qua re legendus eſt Auic.lib.3. fen.18.tract.2.cap.17.Rhaſis lib.diuiſionum cap.70.& 23.cont. tract.3.cap.1.& Hipp.com.1.in 6.lib.de mor.vulg.tex.6.ibidem etiam Gal.& lib.1.de locis affectis cap.5.

Signum lapidis concomitans.

Concomitantium ſignorum illud maxime proprium ab auctoribus reputatur, quod ſcriptum iri videas, lib.de renum affectuum dignotione, & medicatione cap.3.ſub his verbis, proprium ſignũ eſt, quod certe, nulloque medio morbum oſtendit in renibus nempe lapidem: vt cum arenæ in matula ſubſident, tunc plane oſtenditur lapidem in renibus eſſe: ſignumq; hoc conſtans, & propriũ. Idem concertant docuiſſe Auic.loco citato: quinimo & Gal.1.illo de locis affect.c.5.verum pace illorum dixerim, & ſi alia nõ adfuiſſet ratio, mihi ſufficeret hæc, vt cum Antonio Muſa affirmarem, libellum illum Gal.fuiſſe adſcriptum: nam com.in apho.79.4.part.ſic docet, ſiue enim in renibus, ſiue in veſica calculi generentur, vna cum vrinis exeunt arenoſa: cõſtat ergo quod tale ſignum fuerit potius commune. Idem oſtenditur ab Hipp.ibidẽ, & lib.de puerorum calculo, a Celſo lib.2.c.7.neque oppoſitum legitur iuxta Auic.loco præfixo, ſunt eius hæc verba, & dicitur, quod quando ſani, & proprie ſenes mingunt vrinam nigram cum dolore, aut abſq; dolore, indicat ꝙ lapis completur in veſica: & cõfirmatur ſignificatio in omnibus illis, ſi vides arenam reſidentẽ: ponit igitur arenã ſignum commune, & Gal.loco ab eiſdem tradito hæc ſolum dicit, proprie affectuum ipſorum notæ in excretis deprehendũtur, vt ramentum vlceris, ſi in vrina ſabuloſum reſidet lapidis. Erit igitur ſignum proprium, quod conſtruitur ex ſignorum multorum ſyndrome: vt ſi appareant illa ſabuloſa in vrina, ſtupor in crure pro altero eiuſdẽ partis, & pro ambobus in vtriſq;. Quare autem talis excitetur dolor illo euentu, docet Gale.in lib.6.Hipp.de morb.vulg.com.1.ſuper tex.qui incipit, in renem dolor grauis ꝰ.at dolorem ſtupi dum in crus deſcendentem propter vaſorum dorſo incumbentium, cauæ ſcilicet venæ, magnæq; arteriæ cum renibus, & cruribus coniunctionem ortũ habere, putandum eſt: maxime nanq; in ipſos renes expullulant: poſt eas quædam haud magnæ in lumbos inſeruntur: poſtea vtrumque conceptabulum bipartito diuiſum, in vtrumque crus delabitur, per ipſumque totum diſtribuitur dolor vehementiſsimus, quam

Arenulæ ſignum commune ad lapides.

pro ve-

pro veſicæ lapide: & lapides magna ex parte minores ſunt æquales, & molliores lib. adducto de renum affectuum dignotione & medicatione cap. 3. §. dolor præterea vehementiſsimus fit in renibus, propterea quod eorum cauernulæ nõ ſunt latæ, ſed anguſtæ, & renes ob firmitatem ſubſtantię non deducantur, vt veſica: eadem cauſa renum lapides magna ex parte minores ſunt, æquales, & molliores: & apud Auic. lib. 3. fen. 19, tract. 1. cap. 5. §. differunt enim vtrique lapides vrina aquoſa, illo citato de renum affectuum. §. qui calculo laborant, his primo vrinæ ſunt aquoſæ, cum enim ſit obſtructio, ceu per cribrum effluunt, poſtea arenoſæ. Et licet tibi videatur oppoſitus Auic. iuxta hoc ſignum fen. 18. 3. tract. 2. cap. 17. §. & eſt quod in vrina in primis eſt groſſa, deinde incipit conuerti ad tenuitatem, &c. ſẽtẽtiæ adductæ verum non ſic, quia Auic. tenet doctrina ante quam generetur lapis, dum adeſt materia craſſa, cuius pars per multos dies ante deponitur. Semel vero genito lapide, conuertitur vrina ad tenuitatem propter obſtructionem: auctor autem alter dicit poſtea ſunt arenoſæ, dum iam lapis incipit diſſolui, iuxta quod relatum fuit illo citato 4. apho. 79. renum lapis vel veſicæ ſignificatur, ſi quis mingat arenoſa: nam ſi ſumatur pro materia antecedenti, & non pro concomitante, ſignum non teneret. Confirmat vlterius lapidem (cum dictis) renibus adeſſe, ſi ſentiatur grauitas in parte illa dorſi, quæ directe reſpondet renibus, prope illud Auic. & confortat illud, ſi inuenitur grauitas in chatin. Accedit, quod quando mouentur habentes renum lapidem dolore cruciantur, ſicuti quando cibis replentur, & præcipue quando deſcendit cibus ad inteſtina, quia compreſsio excitatur aliqua. Cum autem euacuantur & expelluntur fœces ex inteſtinis retũditur dolor ex Auic. loco citato, Hipp. comm. 1. in 6. de morbis vulg. Rhaſio 23. conti, tract. 3. cap. 2. inter tertij ordinis ſigna poſſunt enumerari mictio ſanguinis circa illud Gal. in lib. 6. Hipp. de mor. vul. com. 1. §. cur ſanguinem mingunt, quoniam calculus egrediens cum anguloſus ſit, proximas particulas vulnerat, & cruorẽ euocat, & pulſus laſus vt habetur lib. de Dynamidis §. Nephriticorum pulſus laſſus. Proprie etenim dicitur calculoſa paſsio, renũ Nephritis, prope illud de renum affectuum dignotione ca. 2. his verbis, omnis affectus, quo rem laborat, quanquam Nephritis dicitur, ſiue is ſimilaris ſit, ſiue inſtrumentalis, ſiue communis, proprie tamen lothiaſis, id eſt, calculi morbus Nephritis appellatur:

Signa lapidis ſubſequentia.

Nephritis.

quod inſinuatum etiam iri videas de naturalibus facult.lib. 1.c. 13.§.vbi circa lumbos dolent,ac arenoſa mingunt, Nephriticos ſeipſos nominant.Signa etiã oſtendentia lapidẽ veſicæ,ex multiplici fonte ſunt petenda,vt liquet ex Gal.1.de locis affectis.c. 1.6.de locis cap.4.in 6.de morbis vulg.com.3.ſuper tex.15, ex Paulo lib.3.c.45.& lib.6.c.6.Auic.lib.3.fen.19.trac.1.c,5.&fen. 18.trac.2.c.8.Rhaſio 23.continentis trac.2.c.1.ex Auctore libr. de digno.& cur.renum affectuum c.ſupra cita. ex introduc. ſeu medico.c.13.ipſa enim ſunt pręter illa arenoſa communia,quod multoties expelluntur furfuracea quędam: quæ propter inæqualitatem lapidis abraduntur a veſica:arenarũ color vt in plurimum magis accedit ad albedinem,& citrinitatem,quã dũ a renibus:dolor non ſic vehemens, vt in nephritico affectu, nec ſuper lumbos:ſed circa pectẽ & in radice,& extremo virgę,ani exitus,hæmorroides,deſiderium mingendi ingens: & mictio citra voluntatem cum ardore,pondus ſuper inguina, inappetentia,ſitis,mæror,& ponderoſa laſsitudo in vniuerſo corpore:maior aſperitas in lapide,& ſæpe ſepius etiam ſanguinis mictio,proter lapidis abraſionem circa ora venularium:vt conſtẽt ſicuti de lapide renum tria ſignorũ genera.Accedit & his vrina retenta,propter occluſionem meatuum vrinarum alleuiatio ex motu,& concuſsione clunum:minime vero in nephritica paſsione,ex eo ſcilicet,quod dum concutiuntur remouetur lapis à meatu, & quando tunc fit compreſsio ſuper pectinem, fluit pars aliqua vrinæ. Deniq; quandoq; intromiſſo digito per anum ſentitur lapis in veſica vrinaria,præcipue ſi aliqualẽ contineat magnitudinem:ſolent etenim,vt affirmant valde maiores, quam in renibus generari,habentesq; maiorem duritiem:huius illam affirmãt eſſe rationem,quia calor veſicæ ſit debilis,& non valet diſcutere multitudinem materiæ ibi reſidentem, renibus autem fortior ineſt calor ad reſoluendos humores pituitoſos ſanguini admiſtos.

Alijs ſignis ſeparatur cognitio lapidis renis & veſicæ.

Ceterum mihi potius inde videtur neceſſario dicendum, maiorem duritiem ineſſe lapidibus renum: quia partium humidarum pituitoſarum & ſanguinearum maior à fortiori calore exerceatur reſolutio:& ob id naſcituram fore maiorẽ duritiem. Accedit,quod etiam ſi renes,vt veſica canales ſint vrinarij ex lõga humorum & deſtillatione vrinæ humefacti:tamẽ in veſica diutius detinetur vrina,iuxta illud 5.de vſu partium cap.16. §.cum enim omnes intendit,vndiq; ijs,quæ continet adſtringitur,donec ſu-

Renum lapides duriores.

nec ſu-

nec ſupra modum referta pondere grauetur: & inde ſtat cauſa ſemper præſens contra indurationem maiorem in veſica, ſcilicet multitudo vrinæ: propter quod minus bene dicitur locus lenior rem, quam veſicca à quibuſdam. Ergo licet præſtet maior calor renum, maior coarctatio cauitatum, & loci ſtrictio ad generetionem minoris lapidis, quia ex illo reſoluitur materia, & ex hoc non datur locus extenſioni: non tamen videtur conferre ad lapidis mollificationem maiorē: niſi dicas, quod ex materia ſanguini admiſta, & pituitæ dulci inſurgit in renibus moliciei principium ad lapides materiale: ad duritiem vero in veſica, propter ſalſedinem materiæ lapidis veſicariæ: ad craſitiem etenim, & duritiem ſalſa omnia aquea iuuare colligitur expreſſe ex Ariſt. 2. metheoro. cap. 3. talem autem habere naturam nō ſolum partes craſſas, quæ ſubſidunt in veſica, ſed totam vrinā, habetur expreſſe iuxta eundem Ariſt. locum ſ. vrina quidem ſimul delata quadam virtute, qualis & videtur ſubſiſtēs in vaſis ſalſedo, & deducitur ex Gal. 3. apho. com. 16. & ſi auctores aliqui legant etenim vrinarum acritudines, alij acuties: nos legimus ſalſugines. *In renibus lapis minor ſed durior.*

Verum fuerit ne hoc, an illud amplexandum, quia non placet amplius diſcutere de his, ad noſtrum inſtitutum ſermo reuertitur. Non equidem in affectis lapidibus minorem continet difficultatem citra febrem: quam in alijs ſupra fixis affectionibus: nam ſi renum lapidem comminuunt cicera parua nigra 1. lib. de aliment. facult. cap. 22. conſiſtens alimentum præſtant: & frixa flatum deponunt. Eorumetiam decoctum renum lapides confringit 6. de ſimpli. med. facult. proſuntq; etiam, & vtilia ſunt calculoſis illa multa ſcripta ab Alexandro Benedicto lib. 22. cap. 40. ſub his verbis ceraſia dulcia, & quæ acria ſunt, mora, prunaque matura, armeniaca, fici, vuaque matura, ac pēſilis, vel paſſula, vel quæcunque alia exemptis nucleis, fici ſiccæ, carycæq;, perſicaq; matura, ſi modus adeſt non inutilia ſunt. Obſeruauere, vt & nucleos excuſos pariter aſſumant, iuuāt item melopepones, & quo dulciores ſunt, ac ſuauiores. Cucumis quoq; æſtatis feruoribus, qui ingens eſt, ac rotundus, lato nigroque ſemine, carne molli, ac dulci, quæ difficile in aquæ ſuccum liqueſcit, cucumeriſque vulgaris cum ſemine immaturo, interior caro offerri poteſt: malaque punica dulcia nō inutilia ſunt, cœna, capparis inter oblectamenta, thymus, aſparraguſque altilis, lupulus item ſalitarius, & his ſimilia nō inutiliter damus: tertia vero mēſa regibus piſtacia *Cibi comminuentes lapides ex quadrageſimalibus.*

Digitized by Google

damus,&diuitibus amygdalas purgatas,ac ſine tunica,pineas nuces,nam & amaræ nuces,vel ſacharo inuolutæ ab eo malo tuentur:quinas ſatis eſt manducaſſe,caſtanearum vſum,quia grauiſſimæ ſtomacho ſunt,improbamus:quidam iuglandem dari volunt:citra tamen capitis grauedinem,ſicuti & auellannas & nuces,quæ recentes ſunt,renum meatum ſuauiores faciunt,bilioſis cucumeres inter cibaria damus coctos,cucurbirasq;, ſed cum beta,vel a triplice,nihil vtilius inter fercula malua eſt,cuius cauliculi decocti veluti aſparragi ad primā veniunt menſam,nam calculos eximie(vt Galenus ſcribit,comminuit,& eijcit) Vtiliſsimus eſt zea cibus,eam alicam vocabimus,braſicæ ius,ac atri ciceres,nam arenas exturbant aductibus. Inter reliqua olera beta, atriplex,bugloſum,fœniculum,lactuca,cichorium,paſtinaca, & quam Galicam vocant.Græci albam,ac purpuream apte ſub cinere torrentur,Petroſelinum,oluſatri cauliculus ex primo germine,ſiſer,plebi rapum damus,vrbanioribus vero napum. Saxifragæ genus eſt,quam vulgus pimpinellam vocat , ea peculiari remedio cum fœniculo,mentha,ac Petroſelino,vel apio,aut anetho inter acetaria admiſcetur , ſed crethmo, ſiue crudo ſiue cocto ex aceto ſumma laus eſt ad calculi vitia.Habes igitur ex Alexandro,quinimo vt rectius loquar habes ex Gal.lib.de oculis.3. de comp.med.ſecundum locos,lib.6.7.8.& 9.de ſimpl.med. fac. lib.de dignotione & curatione renum affectus , quam plurima, vt quadrageſimę tempore,& alijs diebus interdictis à carnis eſu per ſanctam Romanam Eccleſiam,poſsis alimentorum varia cō dimenta præparare abſque carnis vſu,& ſine languentis lapſu: quin potius cum magno iuuamento. Sed ſubdit Alexander à ſale in primis abſtinendum eſt in condimentis,ac cibarijs, vel acetarijs.Vna ſola inter herbas ſalſilaginem ſecum affert, chretmū littoralis vel ſatiua,nec ob id obeſſe traditur.Accedit etiam pro hac parte, quod etiamſi damnentur pro calculoſis oua dura , & frixa,mollia,& blanda multis modis alijs præparari poſſunt vtiliter ad eſum quadrageſimalem,tum etiam etſi interdicantur ab aliquibus omnes piſces tamen ab alijs paruulorum inſalitorum comeſtio recipitur.Secundo,quia quantumuis in 6. lib.de morb. vulg.com.3.Gal.dixerit lapides in renibus facit caſeus : auctor lib.de diſſectione continua , docet id intelligi , ſi multus fuerit, non ſecus.Denique,quia carnis eſus niſi magna cum præmeditatione concedendus non eſt : propterea quod inter obſonia dā-

Oua dura non conueniunt calculoſis.

nantur

nãtur caro ſuilla, ouilla hyrcina, bubula. gelu; id eſt, ſtagni cuiuſcunque generis anates paluſtres, anſares, & omnium animalium renes, corda, cerebela, & pedes cum iecoribus præter gallinacea.

Sed dicet quiſpiam legumina omnia cõdemnari, vt liquet ex aliquibus ſupra citatis auctoribus: perperam ergo recipiuntur illæ menſæ Alexandri: at reſpondetur in nullo textu ſcribi niſi fere omnia & id intellige ſalſuginoſa, acriaque dicitur fere, quia inter acria non interdicitur porrum, neque armoracia: inter ſalſa crethmum: damnantur vero inter olera lens, oriza, aſparragus ſilueſtris, apium, & petroſelinum incocta, inter terranea omne genus fungorum, & tuberum: & inter fructus, acerbi, ac aſperi, & tandem omnes qui dulces non fuerint: ſaltem aliquantulum: propter quod recepta ſunt ceraſa non ſolum dulcia, ſed quæ habent cum dulcedine aliquam acredinem. Verum ſi attento animo conſideremus, quot laborum generibus cruciantur calculoſi, atque ingentiſsimis doloribus, quomodo cauſa aſſumptis oleribus, piſcibus & omnibus fere quadrageſimalibus alimentis augeatur, & mutetur in craſsitiem, viſcoſitatem, cruditatem, & glutinoſitatem, vt legitur lib. de bonitate & vitio ſuccorum 14. metho. & 5. de ſanit. tuenda. Tum quod dictum fuerit ab Hipp. 6. apho. ſent. 6. renum & veſicæ vitia in ſenioribus difficulter ſanãtur: & a Gal. in com. illius multo autem difficilius ſanantur inſenibus: quaſi diceret in omnibus difficulter: ſed multo difficilius in ſenibus: iuxta quod legitur 6. epidemiõ, dolores renum ſupra quinquageſimum annum non vidi ſanatos: huius eſt ratio, viriũ naturalium imbecillitas, quæ talem ſequitur ætatem, ſalſuginei humores ſuperabundantes, & vrinarij canales ex longa humorum & vrinæ deſtillatione quodammodo attriti: ergo cum in iunioribus ſtet ſæpe virium debilitas, & ſalſuginei humores ſuperabundent, aliæque multæ cauſæ, non diſſonat rationi renum vitia difficulter & in eis ſanari. Vlterius ſi in veſicæ, & renum difficultatibus tabes, & hectica ſequitur 1. lib. de differentijs febriũ cap. 9. denique ſi ſotiatur calculoſis inappetentia, triſtitia, vomẽdi cupiditas, & alia ſupra præfixa, quis medicorum ſcrupuloſus adhuc non ſic miſerebitur eis, quod libenter ſuam interponat auctoritatem ad carnis eſum quadrageſimæ tempore. Accedit, vt quidam explicant, lapidem habentibus carnes dandæ. Deſumpſere vero id ex lib. Gal. adſcripto de cura lapidis, vbi ſic, illud ve

Olera noci ua calculoſis.

Prognoſtica pro lapidibus.

ro, quod aufert eſſe lapidis, & eius prohibet generationẽ, eſt eſſe contentum in cibo pane fermentato ſpongioſo cuius farina molita fuit in proximo, cum auibus laudabilibus, ſicut pullis, & perdicibus, &c. Secundo, ſi lapidem habens parum ſic debet edere, vt non ſolum non repleatur comeſtione, imo demittere tenetur de ſua ſaturitate, vnde poteſt rectius, quam in rebus ex dictis foueri: aut ſubſt. elixa vrticis, ſicla, pimpinella, malua, gramine, & alijs huius ordinis: non etenim ad id poteſt recte præſtare ciprinus latus, ſiue brama, nam licet à nonnullis habeatur in prætio, quia mollis pinguisque ſit, & quia ſi incraticula aſſetur, vel farina bene ſubacta & piſta includitur aromatibus condita valde eſt bona: ſed tunc ſuauior eſt, quam ſalubrior. Idem de tinea, de belſuco, carpione, ſalmone, vmbla, lauareto, bezola, tructa, vmbra, anguilla, & ceteris piſcibus in prætio habitis.

Alimenta prohabentibus lapidem.

Controuerſia tamen iſta diſſoluitur recte, ſi animaduertamus, Primo in mulieribus periculi minus habere calculum, quam in hominibus: propterea quod & molliores habent carnes, vt cedãt deſcendenti lapidi, & ampliores vias, vt craſis humoribus detur locus cadendi: tum ob aſsiduam mẽſtruorum purgationem, qua media ſucci plurimi craſsi lapidum materia euacuatur, de priori eſt videre Auicennã lib. 3. fen. 18. tractat. 2. capite 16. ℣. & ſcias, quod parum accidit puellis, & mulieribus, Haliabbatem lib. 9. theoricæ capite 34. Serapion. t. 4. capite 19. inde etiam relatum fuit ab Ariſtotele 1. de hiſtoria animalium capite 12. mulierum caro fungoſa, & foraminulenta, pro ſecundo tamen, ſi recte mulieres vitam digerent, propter menſtruas purgationes minus quam homines ægrotarent. Secundo animaduertendũ eſt: quia variarum contingunt lapides figurarum, inæquale adducere periculum: hinc 4. aphoriſm. 75. habetur lapis renum acutus, vel aſper facit exulcerationem: ita vt pus, & ſanguis exeat, licet mictio ſanguinis non ſolum lapidem renum indicet, aut veſicæ, vt quis videre poteſt apud Aetium libro 10. capite 3. Paulum lib. 4. capite 45. Galenũ libro 6. de locis, capite tertio, Hippocrates vero, vt refert Oribaſius, tantum inquit, ſi ſanguinem, aut pus mingat, aut renum, aut veſicæ exulcerationem ſignificat: quia etiamſi ſint quatuor loca, perque vrina deducitur: duo prætereuntur ſcilicet iecur, & pẽnis: nam nominatis partibus medijs, extrema facile intelliguntur. Hinc etiam dicitur, calculus ciceri vel grano frumenti ſimilis periculoſior, quia citius retinet vrinas &

Pro diuerſa figura lapidis inæquale periculum.

nas & ſtrictius, quam magnus: eo quod facilius ingreditur pudendi foramen, quod penetrare non potens ipſum obſtruit: in renibus vero deterior quo maior, per vreteres enim penetrare nequit: & propterea & in ordine ad exitum ſicuti magnus in veſica difficilior. Tertio animaduertendum venit, quod licet lapis in veſica toto genere præter naturam vocitetur, libro de differentijs morborum capite 8. §. & in veſica lapis: tamen puerorũ mortibus magis aduertitur libro de dignot. & curatione renum affectus in 6. de morb. vulg. comm. 3. & in 7. etiam com. 3. & 3. apho. 26. vbi veſicæ lapidem propriam puerorum paſsionem ob eorũ edacitatem eſſe dicit Galenus: humores nanque multos, & crudos coaceruant, quorum craſsior pars vna cum vrina deſcendens lapidum fit materia: & eo magis quo caliditas accedit, quæ ſatis vehemens eſt: ſenes vero humores generant, nõ quia edãces ſint, ſed ob id ſolum, quod vires imbecillas habent, quæ concoquere, vel conſumere non valent: vnde ſi in renibus generant lapides, fortaſsis euenit, quia in his partibus aliqua caliditas ineſt, inde tamen non negatur, quod & in veſica poſsint effici: ſicuti & in puerorum renibus.

Sed dubitabit quiſpiam, ſi lapidum materia humores multi craſsi, & crudi ſunt, ex locis ſupra citatis: & cauſa efficiens calor: propter quod dictum eſt, de renum affectuum dignotione & curatione: lapis in homine non poteſt fieri ex frigore, & lapidem indurant calida vrinam prouocantia: atque renes calorem igneum habentes faciunt tophum, primo de alimentor. facultat. capite quinto §. cuiuſmodi in vaſis, in quibus aquam calefacimus acreſcit, aut ad ſaxa affigitur in pleriſque aquis calidis ſponte naſcentibus, confert autem ad id maxime renum ipſorum temperamentum: quando ipſorũ calor acris fuerit ac veluti igneus, Num & poſsint generari deficientibus ſupradictis in exceſſu lapides, propter gibbum in ſpina infra ſeptum? ſicuti & alia vitia renum, & veſicæ generantur, iuxta illud Hippocratis comm. 3. de articulis text. 10. verum ex his quibus ſub ſepto tranſuerſo gibba ſpina eſt, nonnullis renum & veſicæ vitia ſuperueniunt: nam ſi reliqua excitantur vitia propter conſenſum, quare non, & lapides? gibbum equidem illum poteſt in cauſam venire, vt humores & ſi non tanti comprimantur, & calor reconcentretur, vt luceat lapidũ generatio. Reſpondetur & id poſſe, etſi in parua quantitate, & inde neque Gal. in com. illius text. explicat magis hæc vi-

hæc vitia, quam illa euenire ex tali gibboſitate, quaſi expreſſe re cipiat omnia per conſenſum poſſe excitari vitia, quæ alias euenire contingunt.

Concluſ.1. His animaduerſis ſit concluſio cognitis lapidibus in renibus cũ aliquo cruciante dolore, ſiue in mulieribus, ſiue in hominibus, ſiue in puellis, ſiue in pueris, ſiue in iunioribus, aut ſenibus, etiam ſi febris deficiat, abſque periculo conſcientiæ permittitur licẽtia ad carnis eſum: ſecus poſset hominem calculoſum detrahere in multa vitia ex ſupra dictis, quinimo & in mortẽ, primo vrina diutius propter illos detẽta, ſecũdo vlcera excitata a lapidibus difficulter ſanãtur ſicuti & reliqua vlcera interna & propter lapides ipſos, & tertio quia, & quãdo in renibus eſt inflammatio medicamenta vrinam cientia non ſunt exhibenda 13. lib. met. c. 11. §. aut vrinas mouere &c. ſed omnia fere illa ex quibus relatum vidiſti poſse quadrageſimæ tempore parari calculocis alimenta & condita habent illam virtutẽ. Vnde dicitur lib. 6. de ſimpli. med. facult. acria ſubamara aſparragus, cardi decoctum, cicera nigra decoctum huius, ficus &c. huiuſmodi renes expurgant, merito ergo conceditur illis carnis eſus faſianorum, pullorum, perdicũ, hædi, arietis, & aliorum ſic: pauperibus concedi poteſt hircina non ſalita, ouilla & agnina caro: ſuilla vero ſalita neque his, neque illis, quia lædit: non quia vt caro non poſsit elargiri: quæ regula ſeruanda eſt, ſiue lapis percipiatur magnus, ſiue paruus. Si vero non adfuerit dolor, etiam ſi appareant ſigna lapidis renum deficiatque ſuſpitio inflammationis, non eſt quare præſtetur a medico licentia illa: ſufficit enim ex illis ſupradictis quadrageſimalibus frigidis, aut calidis, aut temperatis iuxta temperiem, & neceſsitatem calculoſi præcipere, vt aſsumat alimenta ſibi neceſſaria pro illo ſancto tempore. Non etenim currit tunc periculum incrementi lapidis, quinimo ex quibuſdam ex illis comminui poteſt, neque diſtemperiei, ſi animaduertantur prædicta, neque cauſæ mutationis: quia potius in contrarium alterabunt illam: & licet non pingueſcat homo, ſed extenuetur illorum alimentorum genere ſufficit ſibi venire ſine incremẽto morbi ſenſibilis vſque in quadrageſimæ vltimum diem, & cum mediocri corporis habitu.

Carnes pro calculoſis excluditur ſuilla.

Concluſ.2. Concluſio ſecunda, ſi lapis adfuerit in vrinaria veſica, aut in meatibus antecedentibus vel ſubſequentibns cum dolore, & periculo vlcerationis, non decet negare medico ſuam indulgentiam prædicto tempore ad carnis comeſtionem: nõ etenim mi-

nim minus habenda eſt conſideratio, de veſicæ dolore, etiamſi ſolum enumeretur inter loca conferentia ad euacuationẽ 1. aph. com. 21. ſicuti liquet 3. prognoſt. tex. 61. quo ſic, veſicæ dolentes difficiles omnino, & exitiales ſunt: quę pars intelligitur expreſſe deficiente febre: nam præſente, dicitur ab Hipp. exitioſiſsimæ vero ſunt, quæcunq; cum febre continua ſunt. Accedit, quod in veſicæ phlegmone, non ſemper danda, quæ vrinam prouocant, 13. metho. c. 6. §. cũ in veſica, vel cole, vel renibus eſt, cœpta pharmaca, quæ vrinas prouocent, bibenda dabis, & cap. 11. §. æque vt ſi cum renes, aut vexica phlegmone tentari cœperint: ergo neq; alimenta, quæ vrinam cieant, neque illa ſupra ſcripta ſecure poſſunt miniſtrari: & inde conuenit vſus alimẽtorum, ex carnibus. Vlterius ſi cura magna eſt habenda, ne excitetur dolor in veſica, lib. de Dynamidis neglectis alimentis non conuenientibus: ergo incœpto dolore, maior habenda eſt cura, ne ſcilicet augeatur dolor, quia magis diſtemperabitur, & citius phlegmone corripere tur, ſiue lapis fuerit paruus, ſiue magnus: aſt ſiue fuerit arenulæ multitudo, ſiue lapis magnus, aut paruus in veſica ſine dolore, phlegmonis ſigno, aut alterius diſtemperiei, & pręcipue in mulieribus, quibus non tãtum ineſt periculi, vt oſtendimus in ſuperioribus, non eſt quare illa elargiatur licentia: de arenulis inſinuatum ſatis videtur illo de dignotione renum affectuũ, & medicatione cap. 3. §. at tenues arenulæ haud magno negotio quidem excernuntur, quod qui faciunt, nec ægrotare ſe putant, quã do dolorem nullum ſentiant: ergo ſi ex his quidam nec ægrotare ſe cogitant, quid, vt alij, vt ego vidi acclamant expoſtulantes illam licentiam eſui carnis tempore interdicto? de lapidibus autẽ ſic, parari poſſunt ſufficienter alimenta ex ſupradictis: tum & ex lacte chalibeata ferro, iuxta illud Antonij à Muſa pro calculis ponebat ferrum in lacte Gal. perperam ergo ſine periculo vitę illorum, & cum periculo conſcientiæ medici permittitur carnis comeſtio tempore prohibito ab Eccleſia ſancta. Præterea cõtingit, vt duret lapis in veſica per totam vitam, vt deducitur ex Gal. 6. de ſanit. tuenda cap. 7. §. quo fit, vt alijs eorum, &c. citra id, quod deficiant à ſuis operibus, & abſque incremento ſenſibili lapidis, niſi vtantur intemperantia, qua redditur corpus vitioſum, quorſum ergo his concedendus eſt carnis eſus.

Vrinã prouocantia non ſemper in phlegmone veſicæ.

Sed dices illo lib. de dignotione & medicatione renũ affectuũ. citato cap. 3. poſt illa verba de arenulis, ſcriptum eſt: verum nihil

eſt in

eſt in hac re contemnendum,cum tempore omnia grauiora redantur. Reſpondetur,& id recipio libenter, & inde affirmo conſulendum fore calculoſis tantum de illis alimentis,quę ſimul prę ſtando nutritioni ſufficienter iuuant,& vt medicamenta, cuius ordinis habes iam plura delineata ſupra: tum etiam de abſtinentia aquarum craſſarum,lutuoſarum, & male olentium: quas hoc modo vitiatas,veteres quidam indomitas,ſiue crudas,ſiue incoctas vocabant:noxam etenim magnam omnibus inferunt,& maxime quibus renes, aut veſica pro gignendis calculis procliues ſunt,in lib.6.de mor.vulg.com.4.ſuper tex.10.qui incipit,aqua decocta,&c.§.neq; enim in lutuoſis,&c.aqua ergo expedit,quæ citiſsime calefit,aut refrigeratur,expers cuiuslibet ſaporis & odoris,& ipſa adhuc cocta,vt pars terrea ſubſideat,non etenim iã ſic optima inuenitur,vt cruda potari poſsit â languẽtibus:pręterquam quod melius refrigeratur:fortaſsis quidem pro hac indicatione,& complacentia languentium, qui frigidam illam deſiderant,id pręcipitur eo loci:verum calculoſis in veſica ego non concederem libenter aquam nimis frigidam:læditur nanque â frigidis veſica magis,quam alia membra 3.apho.com.5.§. vrinæ etiã accidunt difficultates,veſica flatu aquilonis ob frigiditatem offenſa,eſt enim exanguis,& propterea ex cauſis frigidis pluſquã aliæ partes offenſioni parata & com.22.eiuſdem particulæ veſica ex inordinatis ad frigidum nocetur:dum elixatur autem ſiue cum aliquo medicamento ſiue ſola, ſit ad ignem lentum abſque fumo,& vaſe detecto,vt vapor & quidquid ab ea diſſolutum fertur,expiret:niſi intendas ſeruare virtutem medicamẽti in aqua cocta,quia tunc oportet operculum habere ſuper vas magnitudine reſpondens ori vaſis:inde itidem lib.illo de dignotione & curatione renum affectuum cap.5. habetur,aqua vero in vniuerſa victus ratione ſit puriſsima,& purgata:non fluuiales, paluſtres, & omnes aquæ ſtagnantes,quæque ſegniter fluunt & non commouẽtur,omnes generare lapidem poſſunt.vinum ſit albũ,quod parum aquæ tolerat:craſſum autem,forte,aut nigrum non ſolum negandum eſt ſenibus,quibus calculi eſt ſuſpicio: verum & iunioribus,vt colligitur 5.lib.de ſanit.tuend.capit.5. & expreſſum videtur illo citato de renum,&c.§. vinum itaque ſit tenue admodum & album,non valde vetus,dulcia vero, & nigra vina calculoſis ſunt inepta.

Aqua conſiderãda pro calculoſis.

Aqua mala.

Conſulendum venit ſecundo de illis etiam, quorum maxima

commen-

commendatio eſt apud auctores, ad frangendos, & extirpandos calculos renum, & veſicæ: inter quæ in maximo prætio habetur ſaxifragia, de qua Alexander Benedictus, loco ſuperius depicto ſcribit, ſaxifragiæ genus eſt, quam vulgus pimpinellam vocant: quantum autem differat hæc ab illa ſaxifraga, ſeu ſaxifragia ad ducta â Dioſcoride lib. 3. cap. 18. & a Lacuna ibidē dicente quod habet ſimilitudinem cum Peucedano: pimpinella vero cum aſplenion Græcorum, Hiſpanice *Doradilla*, tu reſpice, tum quãtum fuerit diuerſa ab illa relata â Galeno 5. de ſanita. tuenda cap. 5. 5. qui calculo laborant, etiam aliquid Betonicæ, & ceſtri qui in Gallia naſcitur, eſt immiſcendū: vocant autem herbam eam ſaxifragon, libro tamen 7. de ſimpli. med. fac. cap. de ceſtro aſſerit, ceſtrum Latine vocari Betonica, an non vides: hic ceſtron vniuocare cum betonica, illic vero ſeparari: an etiam, non reſpicis betonicam noſtram nimis diſtinctam â ſaxifraga, ſeu ſaxifragia? etiā ſi in codicibus quibuſdam Græcis, vt refert quidam interpres, betonica, quæ & ceſtron appellatur, & ſaxifraga alias ſarſifragon, ſeu ſaxifagon vniuocationem recipiant: an etiam nō animaduertitur, quod de ſua ſaxifraga dicat Dioſcorides, frutex ſurculoſus in petris & aſperis locis naſcens epithimo ſimilis coctus in vino calculos veſicæ frangit, & vrinam ciet. Calzolarius de ſua miris laudibus ſaxifraga ad calculos e renibus educēdos. fuſius de ſua idem lib. 2. cap. 85. Dodoneus de alia lib. 2. cap. 89. habet ſemē rufum minutiſſimum in ſiliquis gracilibus, & lōgis feruidi guſtus, quod dracmæ pondere ſumptum ex decocto radicis graminis calculum efficaciſſime exterit, ac expellit, adducit & aliam ipſe auctor, quam nuncupat ſaxifragam auream, & de ea ſic loquitur, radicis eius cum granulis decoctum ex vino poto vrinā mouet, calculos frangit, & conterit. Retulit mihi etiam diœceſis Toletanæ quidam medicus, expreſſe cognouiſſe mulierem quandam in rene ſiniſtro lapidem habere: cui conſilio habito cuiuſdā viridarij apponentis ei præ oculis duas ſaxifragæ, vt ipſe dicebat, radices, pratenſem alteram, alteramque montanam, pondus vnius argenti Caſtellani montanæ radicis ſaxifragiæ mediocriter trituratæ in vncijs quatuor decoctionis ſeminis vrticarum, maluarum, radicis gliceritiæ, & fœniculi ſeminis, cum olei amygdalarum amararum, ſcorpionum, & lini, ana vncia dimidia propinauit: & pauco interpoſito tempore proiecit lapidem mediocris magnitudinis circumuolutum pellicula quadam: & deinde totum ren

Saxifragia a diuerſitur.

Hiſtoria de muliere reijciente lapidem magnitudine vnius caſtanea.

tripar-

tripartitum abſque periculo vitæ mulieris. Denique & aliæ ſpecies ſaxifragiæ vſq; numerum decenarium adducuntur lib. 10. hiſtoriæ omnium plantarum c. 9. nulla tamen hiſce temporibus, vt patet eodem loco apud Gallicos nuncupatur ceſtron, vt tempeſtate Gale. neque apud Hiſpanos nunc ſaxifragæ aliqua ſpecies pimpinella, vt dicit Alexander Benedictus loco ſupra præfixo: vt animaduertas, medice incipiens, in tanta æquiuocatione iuxta harũ herbarũ ſpecies, & cõcedendi modo (nã alij fructicẽ, alij ſemen, radicem alij, alij vtrunq;, nũc in vino, nunc in decocto, nũc ſignata quantitate, nunc tacita) quanta animaduerſione, & expertorum hominum doctrina teneris procedere: ſcriptum enim eſt lib. de medicinis expertis, caue à medicinis non expertis: huius ratio colligitur ex illo Hipp. experiri eſt periculum facere.

Saxifragiæ ſpecies 10.

Saxifragiã concedunt.

Deinceps inter præſtantiſsima remedia ad lapidem renũ, & veſicæ imo omnium præſtantiſsimum ponitur auicula quædã (quã Latini vocant caudam tremulam. Doctor Franciſcus Diaz lib. 2 de morbis veſicæ fol. 241. inquit, Hiſpanico verbo dicitur, *Paxarita de las nieues*, Auila tractatu de lapide inquit, quod vocitatur *Aguzanieue*) videre eſt prope Auic. lib. 3. fen. 18. tract. 2. c. 18. ſ. & quidam ſunt fortes vehementes in vtriſq; lapidibus ſimul, ſicut auis, quæ nominatur Altragulidos, aliter Troglodites: id Azarabius tract. 20. c. 19. Rhaſius lib. 10. continentis, Serapion lib. 1. c. de lapide renũ, Paulus lib. 7. tex. illo Troglodites paſſer eſt omnium auium, excepto regulo, minimus, in ſepibus potiſsimum degens: qui & toſtus, & crudus aut ſalſus, manducatus renum calculos conterit, cremati ipſius cinis epotus idem præſtat: id etiã Alexander Benedictus, vbi ſupra. Et deniq; Edoardus Votonius de differentijs animalium lib. 9. cap. 141. ſic ſcribit, apud muros veteres ſepeſq; victum quæritat troglodites omnium auicularum minima, præterquam illa, quæ regulus appellatur, in multis quoque baſiliſco auicula ſimilis eſt: niſi quod in fronte aureas nõ habet pennas troglodites: eſt vero troglodites baſiliſco regulo ne paulo maior, magiſq; nigricans, tenui roſtro caudamque ſemper gerit ſubrectam, in auerſa parte candicantibus maculis interpunctam, magis item garrulus, quam baſiliſcus eſt, & apud alarũ extrema cinerei magis coloris: breues item facit volatus: in hieme frequens vbique apparet: hoc auicularum genus in cibo calculũ renum comminuit, & aſſa & ſale condita ſi aſsidue edatur, & ne alius prægignatur calculus efficit: eadem præſtat & cõbuſtę auiculæ

tulæ cinis epotus, verum ſale obruitur integra auulſis pennis: vtitur autem vna cum pennis. Plinius lib. 5. capi. 8. ſic, Troglodit æ ſpecus excauant: hæ illis domus, victus ſerpentium carnes, ſtridorque non vox, &c. an confuſio inſignis non tibi iam conſtat, ex dictis circa cognitionem huius remedij? Dices, Plinius non aues vocat Troglodites, ſed illud genus gentium, quod Ptolomæus Barbaricum: ſed eſto ſit verum: conſtat ne tibi, quæ ſit hæc auicula apud omnes? Dices, paret, quod ſit cauda illa tremula, ſed tunc ſic, qua quantitate licet vti eius carnibus, aut cineribus, aut quomodo? reſpondebis fortaſſe, ille Franciſcus Diaz, ſic docet, *Eſta toda junta ha de ſer quemada, deſta ha de tomarſe quatro dracmas, flor de culantrillo de pozo dos onzas, de açucar blanco media libra, hagaſe conſerua, y deſta ſe puede dar cada mañana media onça con agua miel, o con vino blanco aguado.* Bene equidem: ſed non vides tu quãtum diſtat hic modus vtẽdi huius auctoris ab illis præſcriptis a magnis illis medicinæ patribus? Vide ergo quid agas in eligendo hunc, vel illum vtendi modum. Vlterius balneum, & tinam ſummopere prodeſſe fatentur auctores, vt expreſſe legitur lib. illo de renũ affectibus, &c. c. 8. & iuxta Auic. cap. etiam allegato 18. 5. & balneum, & tina fortaſſe perducunt ad lubricitatem eius: & quandoq; extrahunt materias ad illud quod de corpore apparet, & auertunt eas a renibus. & ego feliciter, vrina detenta pro lapidibus, in quodã monacho religionis S. Frranciſci Seraphici vſus fui hoc balneo poſt vniuerſales neceſſarias euacuationes, & quibuſdam factis fomẽtationibus emollientibus, iuſsi, hydriam dimidiam magnam adimpleri decocto herbarum emollientium, & calefacientium, chamæmali ſcilicet, fœniculi, anethi, graminis, maluarum, & viſmaluarum, thimi, & radicis oxylapati acuti, donec ſuper vmbilicum eius ſtantis aſcenderet aqua balnei calida: præcepi etiã, vt haberet virgam in manibus adſtructam in parte ſuperiore hydriæ: ita quod corpus ſuſtentaretur potius, ne decideret intra balneum ſuper virgam, quam ſuper pedes: & cum hoc illi comendabam animaduertiſſet, ne ſepararetur virga a pariete hydrię, & corpus deſcenderet in fundum balnei, quia ei magnum eueniſſet malum, & vitæ periculum: dum vero ipſe tanta cura & ſolicitudine corpus ſuſtineret ſuper virgam: videre ſupra res, ſeu ſurſum illum duxi, & tunc violenter ſurrupui virgam e manibus eius, prę timore animaduerſo à fundo balnei tanta vi ſurrexit, vt vrinam in longinquum iacularetur, & quinq; lapides eijceret magnitudinis oſsis

Ex cauda tremula condimentum.

Balneũ pro calculoſis.

dactili,

dactili, & eiuſdem figuræ. Præ timore doloris contingit eo euen tu, vt nec apponant conatum efficacem ad mingendum: dolo vero facto (inde enim dicitur balneum fraudis) ſumam vim inferunt: ne lędantur a balneo iuxta dicta, ſi aſcendat aqua vſque ad cor. Sed licet hæc vera ſint, ſummopereque proſint: dicit etenim Gal. de balneo de victus ratione in mor. acutis com. 3. balneũ laſsitudines tollit, mollit articulos, & cutem per ſumma apparentẽ, vrinas ciet, capitis ſoluit grauitatem, & nares humectat: & lib. de ſalubri diæta balneum corpus calefaciendo maxime foris ad diggeſtionem confert, & diggeſtorum appoſitionem: 4. de ſanit. tuẽda balneum trahit foras humores: & lib. de marcore, balnea ſitiẽtibus ſitim leuant: quæ omnia maxime arridere calculoſis apparet. Sed reſpice deprecor, quanta ſint conſideranda in balneis, eodem equidem loco, ſic docet Auic. & quando, multus eſt vſus eorum, mollificant virtutem, & debilitant virtutem renum, & ſimiliter ſi adminiſtrentur in hora in qua non ſunt neceſſariæ mollificationes, ſeu lenificatio, & ſedatio doloris, faciũt enim renes ſuſceptibiles materierum effuſarum ad eos, id eſt, ad lapides, propter mollificationem ipſorum: vnde dictum eſt de victus ratione in mor. acut. com. 3. ad balneũ via ſit breuis & ingreſſus & egreſſus facilis, non exerceantur in his, qui nuper comedere vel bibere: ſed vacuato corpore: vnde 3. de ſanit. tuenda dicitur balneum nõ eſt tutum, niſi prius corpus ſit inanitum: & 7. apho. 42. balnea non ſunt vtilia niſi poſt euacuationem, aut coctionem. Attende, igitur qua occaſione illis vtaris, eſt enim occaſio pręceps 1. aph. 1.

Bona ex balneo.

Mala ex balneo.

Denique vltimo pro veſicæ lapidibus ſummopere comẽdatur extractio lapidum manus exercitio: fortaſsis propter quotidianam experientiam, quia dictum videant apud Gal. in 6. de morbis vulg. com. 3. calculus veſicæ non ætatis mutatione, ſed manũ opera duntaxat curari poteſt: & hinc calculi detractores lib. ad Traſibulum cap. 24. medici communi nomine vocitantur, & cap. 23. inter ſingulares medicinæ actiones veſicæ calculi extractio recenſetur: in cuius cõſequentia, calculo euulſo, quod vinculum aliqui adhibeant, & quomodo opinio horum ſit reijcienda, atq; qua faſcia vtendum docet Galenus de faſcijs capite 16. ſ. quod vinculum ſine adiunctis cruribus nõnulli ad calculoſos vbi calculus euulſus eſſet adhibuere, &c. aſt quantum adfuerit periculi, in hoc curandi modo, dicant ipſi, in quorum manibus quotidie intereunt homines pro calculi euulſione: fortaſsis non quia remediũ deficiat:

Lapides manus operatione extrahuntur.

deficiat:ſed artifex illo vtens in quacunq; ætate, cum alias Cornelius Celſus libro 8.capite 3.memoriæ mandauerit ętatem perfectam eſſe â nono anno vſque in 13. (ſed intelligendum venit perfectiſsimam, cum hiſce temporibus aliqui in alijs ætatibus ſaluti reſtituantur) in quacunque temperie, corporis habitu, & regione: cum hæc debeat eſſe temperata, & ille nõ plenus, nec chachimius, ſciſione facta ſine magna animaduerſione, cum Hippo. 6.apho.tex.18.comendauerit inuolute, & caueant iſti calculi detractores â deciſione veſicæ: veſica enim deciſa, aut cerebro, &c. lætale eſt: loquitur vero de ſubſtantia veſicæ, quia neruoſa eſt: nam collum, quia carnoſum, vt docet Galen. 5.de vſu partium ſi incindatur ſolum, & coaleſcere, & conſolidari poteſt: quod docet quotidiana experientia, cum alicui veſicæ calculus educitur, conſolidari enim vidimus: tum etiam dum inciſio effatu digna non eſt: ex quo patet, quod ſtante magnitudine lapidis neque extrahendus eſt, quia inſciſsio magna expoſcitur: neque conterendus manus opere intra corpus, quia magnus cõſurgit dolor, quẽ ſumma diligentia tunc eſſe vitandum docuit Paulus â Gineta lib. 3.cap.45. Inſinuauit etiam huius curandi methodi difficultatem Auic. loco ſupra allegato, dicens & ſunt quidam, qui laborãt extrahere ipſum per inciſionem ilij, & per dorſum, ſed eſt magnus timor in eo, & operatio eius, qui rationem non habet: vt animaduertas non tibi expedire cuicunque homini condonare licẽtiam neque quocunque modo ad lapidis euulſionem. Sed ſolum experto, perito, & prudenti maxime: vt recte ſuccedat lapidis auulſio: & ſine maiori periculo accidentium inciſionis, quam ipſius calculi. Expedit etiam tibi animaduertere, quod inter remedia ſcripta â Martiano, Alexandro, Aetio, & alijs quam plurimis, ſanguis hircinus collocatur ad frãgendos lapides in renibus, aut veſica, & ad doloris mitigationem, ſi eo modo quo paratur ab Aetio & Alexandro coclear vnum exhibeatur cum paſſo: eſt adeo probatum medicamẽtum, vt appellatum fuerit iure Deorum manus, inquit Vega lib. 3.de arte medendi cap. 5. verum multoties vſus fui hoc remedio nulla viſa vtilitate, vt videas quid promittas magnatibus, & omnibus: & quo modo paratur â pharmaco artifice, aut quid miniſtret nomine paſsi. Eſt enim vini dulcis genus, quod ex vuis paſsis exprimitur: fit autem, vt docet columella libro duodecimo, capite 39. hoc modo, vuam (inquit) præcoquam, bene maturam legito, acina arida, aut vitioſa reijcito, &

Qualis extractor lapidis.

Manus deorũ ſeu ſanguis hircinus pro lapidibus frãgendis.

Vinum paſſum columele. furcas vel palos, qui cannas ſuſtineant, inter quaternos pedes figito, & perticis iugato: tum inſuper cannas ponito, & in ſole pãdito vuas, & noctibus tegito ne irrorentur. Cum deinde exaruerint, acina decerpito, & in dolium, aut in ſeriam coniicito eidem muſtum quam optimum, ſic vt grana ſubmerſa ſint, adiicito: vbi combiberint vuę, ſeque impleuerint, ſexto die infiſcellam cõferto, & prælo præmitto, paſſumque tollito: an exiſtimas medice, pharmacopolam ſic habere paſſum? Ego non credo: credo tamen & defectu huius, & alterius ſortes non euenire, vt conſcribũt medicinæ parentes. Vnde quidam miniſtrant coclear illud in aqua apij montani: alij in vino maluatico, alij in vino exactiſsimo albo vnius anni adhibita myrrhæ drac. j. cum ſanguine dicto: tu vero elige circa tuum placitum recte, & inter innumera illa remedia ſcripta ab Alexandro Benedicto Tral. Aetio Galeno, & Auicenna loco allegato lib. 3. capit. 19. hoc eſſe multoties expertum crede & ad lapides renum, & veſicæ fœlicisſime. Recipe cineris vitri, ſcorpionum terreſtrium cineris, caulis cineris, nabati, cineris leporis, lapidis ſpongiæ, ſanguinis hircini ſicci, & pulurizati, cineris corticum ouorum poſt pullorum gallinaceorum extractionem, lapidis Iudaici, gummi mori arboris, radicis acorij ſing. drac. vnam, ſeminis petroſelini, dauci, pulegij, gummi arabicæ, ſeminis viſmaluarum, & omnium piperum ana. drac. vnam & ſemis cum melle ſiat lectuarium, ſecundum artem: cuius poteſt aſſumere calculoſus a dracmis tribus vſque ad quinq; ſummo mane, cum vnc. quatuor decocti ciceris imperialis, & ciceris nigri P. æquales. Alia quam plurima remedia (vt inquiunt) experta, ſcripta ſunt à Doctore Franciſco Diaz loco citato, tu lege, ego enim ad alia propero, vt ſatisfaciam meo inſtituto.

Ad frangẽdos lapides remedium magnum.

De morbis partium generationis.

CAPVT IX.

LICET generationis membra abſque dub. ad regionem naturalem ſpectent, iuxta partitionem cap. 8. delineatam, placuit tamen, caput illarũ ſeparare, propter multa, quæ eis conueniunt, potius ad conſeruationem ſpeciei ſimpliciter neceſſaria, quã indiuidui. Ipſa vero, quia ad generationem duo animalia requiri melius eſt, 15. lib. de vſu partium c. 1. §. quod poſtquam duo facere animalia,

quæ

quæ procrearent, eſſet melius, & 14. de vſu partium cap. 11. iuxta illius ſententiæ confirmationem dicebat, quãtum vero ſit quod & ipſa fœmina ad animalis generationem cõfert, liquet expreſſe plura eſſe neceſſaria, ſcilicet tria præcipue, nempe teſticuli ad generationem ſeminis: hominis pudendum, ad ſeminis eiaculationem, & mulieris vterus ad illius receptionem. Vnde Gal. illo 15. de vſu part. ſcribit ob eã cauſam natura (id eſt, quia duo ſunt animalia) partium alias quidem ad recipiendum, alias vero ad excernendum ſemen fecit accommodatas: deinde facultates indidit, vt commode inſtrumentis vterentur: poſtremo quod partes omnes etiam minimæ poſitionem habent optimam, magnitudinem, connexionem, conformationem, & omnia denique neceſſaria: nullam enim in ipſis partem reperias ſuperfluam, neq; quæ deſideretur, (hoc tenet certiſsimum, ſiquidem prædicta ſunt vaſa preparatoria, delatoria, & corroborantia) aut quam tranſponi, aut transformari oporteat: non in qua non ſit denſitas, aut raritas, ſi illis eſſet opus, vel meatus, quibus excernere humiditatẽ, aut capacitates quibus recipere eſſet neceſſe: ſed omnes, vt cuiuſque vſus poſtulat, ſumme ornatas inuenias: neq; enim aliũ quẽnis totius corporis locum excogitare queas, in quo vtrumque pudendum locari commodius potuiſſet, neque hic quidem, verum exiguũ quidam ab hoc ipſo loco in alterutram partem deductũ, vel in anteriorem, vel poſteriorem, vel ſuperiorem, vel denique inferiorem: ſunt igitur gemelli (honeſtius enim ſic, quam teſtes vocitantur lib. 9. de anoto. adminiſtrationibus cap. 5. ſ. id eſt, gemellos, quoniam & teſtes ſic appellant, tãquam honeſtius ſit ita vocaſſe) vnum principium vniuerſi corporis 2. de arte curat. ad Glauc. c. 2. ſ. hepar enim, cor, cerebrum, & teſtes, communia vniuerſo corpori principia ſunt virtutum: & 14. lib. de vſu partium c. 1. partes ſunt ad generis inſtaurationem a natura cõſtitutæ, vt conſtet, & indiuidui ſaltem ad melius eſſe, vt ibidem habetur, & ſpecies ſunt principium gemelli. Vnde à quibuſdam dicuntur, gemelli principium generationis, & vis cuiuſdam, quæ ab eis in totum corpus diſpergitur; rotundi, ſed paulo ad modum ob longiores, quam aut lati, aut profundi, & in infima parte obtuſiores, amplioreſque quam ſuperiori: in externa ſuperficie nullum penitus ſinum, impreſsionem ue, aut inæqualitatem obtinent: ſubſtantiaque conſtant alba, lactea, molli, & ſibi vndecunq; ſimili ac continua, niſi quod venulis frequentibus, eiſdemque exiguis te

Partes tres ad generandum.

nuiſsimisque opplentur: obidq; rara cauernoſaq; perinde ac lienis ſubſtantia apparet contexta villis quam plurimis, & circumuoluta quatuor panniculis, quorum duo propria cuilibet apparent, duo vero communia. Sic deducitur ex Gal. 14. de vſu part. 1. de ſemine, & 2. Veſſalio lib. 5. de fabrica corporis humani cap. 13. Carolo Stephano lib. 2. de diſſectione partium corporis humani cap. 19. & id oſtendit realis diſſectio. Inſunt etiam & mulieribus gemelli, vt legitur expreſſe libr. de diſſectione vuluæ c. 9. ipſi tamen exigui parui & imperfectiores teſtibus maris 14. lib. de vſu partium: denſiores vero quam marium de ve. ar. diſſe. atque diuerſæ formæ, eodem 9. de diſſect. vuluæ. Vnde & quia multoties credendum eſt vidiſſe in hæc prorrumpit verba Veſſalius lib. citato cap. 14. vaſorum fœminalium mulieribus ortus & ductus, ipſaque teſtium ſubſtantia & conformatio mulieris ſemẽ habere mihi vtcunq; perſuadent: verũ id humidius frigidius ve. virili ſemine exiſtere arbitramur: quod teſtes ipſi & minores ſint, & mediam duntaxat arteriæ venæque ſeminalium partitionem aſciſcant: quodque mulierem viro frigidiorẽ eſſe credimus.

Gemelli in mulieribus

Virilis mẽbri nomina

Secundum generationis membrum, viri pudendum ſcilicet virile membrum nuncupatur, virilis virga, Priapus, veretrum, pennis, caulis, eius autem extremum (quod carne conſtare ſimplici omnes fatentur anothomici) glandem Latini nominant, atque eam cutem, qua ſupertegitur, præputium: cõtinet vero illud ſubſtantiam ligamentoſam, venoſam, arterioſam, neruoſam, muſculoſamque: quibus medijs, & vrinaria canali ad ſuas actiones, ſed expulſionem vrinarum, & eructationem ſpermatis in mulieris vterum redditur ſic perfectum & conſummatum, vt de ipſo dicat Gal. lib. 15. de vſu partium cap. 1. Poſt autem, cum admirati fuerimus, & verbis, quæ nam hæc ſit in pudendo condendo ſolertia, exequi non potuerimus, ad partis diſſectionem eſt tranſeundũ, &c.

Vulua mulieris.

Tertium generationis membrum illud eſt, de quo Gale. 6. lib. de locis affectis cap. 5. inquit, atque ne hoc quidem loco ſolicitos eſſe oportet, vtrum vuluam, an vterum appellemus eam partem, quæ mulieribus ad pariendam à natura data eſt: cum hoc tamẽ ait com. 5. in lib. 6. de mor. vulg. 18. tex. vterum appellare conceptaculum Hipp. phraſim non ſapit, quaſi meo videri dicat; neque vſus vteri eſt à natura, vt ſit conceptaculum menſtrualis ſanguinis, cum alias niſi ad pariendum data fuiſſet vulua, poſſent ſem-

pere

pere venæ, vt vitioſus ſanguis deponeretur: exiſtimant nanque nonnulli propter hunc finem, etiam ſic fabricatam fuiſſe vuluã, quod niſi ſecundario ſtatuant, non credo: verum ſit ne hoc, an illud, certum eſt, ad vtrumlibet continere capacitatem, media illa ſua tunica (cuius recordatus fuit Gal. 3. lib. de natur. facult. cap. 11. §. proinde ſi quod, vel ex vna tunica inſtrumentum cõſtat veluti ambæ veſicæ, vterus &c. & Auic. li. 1. f. 1. doc. 5. c. 1.) ipſaque neruoſa 5. apho. 22. atque ſuis fibris conſtans diuerſis 2. de temperamentis, & illo 3. de natura. facult. §. vtrunque fibrarum genus obtinet. rectarum ac transuerſarum, quin tertium quoque fibrarum genus obliquarum eſt, neque aliquali vacans carni, iuxta illud 2. de temperamentis cap. 3. §. vteri & veſicæ vtriuſque: licet enim in his quoque omnibus inſtrumentis propriam quãdam videre carnem ſuis ipſorum fibris circum natam: neque venis, & arterijs in ſextum de morbis vulgar. comm. 1. de diſſectione vuluæ capite 5. & lib. 9. de vſu partium capite 5. denique nec muſculoſæ naturæ. Vnde dictum eſt 14. libro de vſu partium capite 1. inſunt autem ei & corpora muſculoſa, quæ ad teſticulos deſcendunt in maſculis, à muſculis hypogaſtrij, quo circa quod ad hoc etiam pertinet, fœmina ipſa partes omnes habet, quas & maſculus, quamuis alias quidem ipſarum minores, alias autem maiores habet. Quam omnem doctrinam videre quis poteſt, apud Andream Veſſalium libr. 5. de corporis humani fabrica capite 15. (ne exiſtimet à Galeno ſolum non inſpiciente diſſectiones humani corporis eſſe edoctam) ab illo loco potiſsime, ab his vterũ accedentibus, &c. quando vero Veſſalius aſſerit: ſunt enim duæ vteri tunicæ, quarum exterior principium ducit à membranis, quæ vaſa vterum accedentia continent, vterumque peritoneo alligant: non eſt oppoſitus Galeno dicenti habet vnicam tunicam non conſtructam à membranis aliarum partium. Si ergo iſte tres potiſsimæ partes generationis (reliquæ, quæ inſunt non ſunt tantæ animaduerſionis, cum neque illarum morbi ſicuti & iſtarum percipiantur) conſeruandi ſpeciem munus continent: ſicuti & indiuidui, & fortaſsis plus: non erit rationi diſſonum, morbos iuxta illum ordinem, ſeu defectus quandoque pati, affirmare: veluti & læſiones in ordine ad indiuiduum: quamobrem, vt ſatisfaciamus noſtro inſtituto per ſingulos vtriuſque ordinis placet iam diſcurrere.

Vuluæ finis facta.

Partes vuluæ.

Tunica vuluæ.

De impotentia gignendi.

INgens hoc malum tantum habuit conſiderationis apud omnes fere nationes, & ætates, vt aliqui repudiauerint vxores pro ſterilitate: ſic Carbilus ſterilitatis cauſa vxorem chariſsimam alioqui repudiauit: alij ſe interfecerint. Vnde dicitur, Cambiſes rex Perſarum cum ſeptem regnaſſet annos, menſes quinq;, obijt in Ecbatanis Syriæ, ſuo ipſius gladio ſaucius, nulla vnquam prole ſuſcepta. Alij iuxta alios abominabantur, & hinc habetur: Hebræi ſterilitatem olim pro certiſsimo diuinæ iræ argumẽto abominabantur, quoniam benedictioni, quæ Abrahamo facta eſt, cõtraria erat. Et denique in religione hac noſtra Chriſtiana pro ſterilitate cognita impeditur matrimonium, & factum dirimitur, dum adſunt omnes conditiones à ſacris Doctoribus edoctæ, de qua materia diſputant Doctores in 4. diſt. 34. & Doct. ſcholaſtici ibidem, Magiſter Sotus in eadem diſt. q. 1. & 2. Syluester. ver. matrimonium 8. quæſt. 16. iuris periti diſputant, in titulo de frigidis, & maleficiatis, Nauar. in Manuali cap. 22. n. 59. & 60. & tãdem copioſe ſatis F. Petrus de Ledeſma in additionibus ad 3. p. q. 58. art. 1. & 2. notat vero iſte auctor artic. 1. in ſumma articuli, quod non eſt idem impotentia gignendi, & impotentia coeundi: nam impotentia coeundi eſt impotentia ad copulam carnalẽ, impotentia vero generandi eſt impotentia non ad copulam, ſed ad generationem: & ita aliqui habent potentiam coeundi, qui non habent potentiam generandi: quia ſemen eorum eſt ſterile vt patet in Eunuchis, & idem poſſet dici de ſenibus: & poſſet etiã exiſtimare huic ordini reducendos fore habentes priapum breuem, eſt etiam & cauſa ſterilitatis, iuxta illud Auic. lib. 3. fen. 21. tract. 1. cap. 8. 5. cauſa autem virgæ facta eſt, ſicut ſi ſit breuis in creatione ſua, eandem habuiſſe ſententiam Aetium lib. 4. ſer. 4. cap. 16. referunt quidam: ſed expreſſe eam adducit Ambro. Pareus lib. de hominis generatione, addẽdo & alias cauſas, illo etiã ordini merito adſcribendas: quando ſic, pudendi quoque vitia ſterilitatis conſequutionem inferunt: vt ſi breuius ſit, ſi in omnẽ dimenſionem grandius adeo, vt locorum laniatu, cum hęmorrhagia mulieri dolorificum ſit: ſic enim prohibetur ſemen excernere, quod id citra voluptatem excerni nequeat, ſed & ſubtenſi ligamenti, quod filum vocant, breuitas pudendum obtorquet: & rigidam ip-

Hiſtoria de ſterilibus.

Magnitudo aut breuitas pudendi hominis facit ad impotentiam.

dam ipſius rectitudinem violat, adeo vt intromitti facile in mulieris pudendum nequeat. Alij vero generationis cõſecutionem non oriri aiunt, dum breuior aut grandior Priapus euenit: quia cum illo ante quam ſemen deſcendat in capacitatem vteri, exhalantur genitiui ſpiritus, & ſemini complantati, pro hoc vero pariter ante quam deſcendat, quia ſpatium ſit grandius, corrumpuntur, quæ ſi vera ſunt, non poſſum, non irridere illam hiſtoriã mulieris ingredientis balneum ſugentisque ſemen derelictum a iuuene balneato eodem loco: nam ſi pro breui, aut longo pudendo exhalantur ſpiritus: qua ratione in balneo illo nec exhalationẽ ſunt paſsi? nunquid naturalior exiſtimatur locus balneum ſemini, quam grandius pudendum verſus longitudinem? & quam vteri collum, etiam ſi pennis ſit breuis? ego vero non recipio abſolute quod iſtæ duæ conditiones præſtent ad impediendam generationem animalium, niſi facta conſideratione breuitatis colli vteri mulieris: breuiſsimum etenim aliæ illum habent, vt breui Priapo poſsit ſemem fundum vteri aſcendere: & ſic adimpleri illud neceſſarium ad generationem â Gal. relatum 14. lib. de vſu part. cap. 3. his verbis, quod ſi non repente in ſinus matricis incideret (ſemen intelligito) ſed in itinere aliquantulum moraretur, exinaniretur, ſtatim atque ab humore excederet, & expirando euolaret, vt qui exiguus eſt ac leuis, (ſpiritus videlicet ille dictus) ſubdit Gale. vt autem nil tale accideret natura collum matricis durum mediocriter effecit: vt cum ſemen intro fertur, conſeruetur: proportio ergo eſt neceſſaria inter illas partes veri: alias fortaſsis & ſi non ſit impotentia ad coeundum, & ſeminandum: erit ad generationem filiorum: & ſic & ipſi mererentur vocitari ſteriles, hoc enim commune nomen eſt ad vtrumlibet, nam ſterilis idem eſt, quod fructum non habens, & eſt ſine prole.

Hiſtoria de muliere ſugente ſemẽ in balneo incredibilis.

Sterilis quid.

Sed dicet aliquis ſi tanta vis vtero, vt trahat ſemen, ineſt, ſicuti auctores deſcribunt (habet etenim hæc Gal. 1. de ſemine cap. 1. Plato dixit vuluę, & qui vteri appellantur, quodã quaſi procreationis appetens animal eſſe, atq; idcirco ad ſeſe attrahere ſemẽ, illudque complecti, ac continere (reijcit enim vterũ eſſe animal) quidam aiunt) Gal. recipit autem illam trahendi efficaciam) vnde ſubdit cap. 4. eiuſdem lib. ſuoque collo, ac gula tãquam manu vtitur, qua ſemen intro compellat: ergo licet nõ eſſet illa proportio, neque Priapus aſcendat per totum collum, trahet vterus tanquam manu ſuo collo ſemen citra periculum impedimenti gene-

Vulua trahit ſemen.

rationis. Idem in infirmatum fuit 5. lib. de nat. facult. ca. 11. & apud Auic. lib. 3. fen. 20. tract. 1. cap. 3. 9; & ſperma quidem maſculi expellitur prope matricem etiam, quare deglutit ipſum os matricis attractione vehementi:) quorſum ergo exiſtimatam iri vidimus proportionem illam? Reſpõdetur, ne euaneſcat ſpiritus ſeminis: nam licet connaturalis illi videatur vterque locus: non tamẽ ita perfecte, ſicuti cum eſt proportio inter collum matricis, & longitudinem virilis pudendi.

An ſit Priapi magnitudo naturalis & vteri.

Sed dices 2. eſt ne apud auctores ſignata magnitudo naturalis harum partium, vt intelligat medicus, viſo hominis Priapo, confeſſa exſeminatione, & intellecta prolificatione, ex lineamẽtis, & colore, fuerit ne defectus generandi pro longitudine vteri? ſolum etenim coniecturabiliter hoc valet percipi. De hac re libro de diſſectione vuluæ cap. 2. inuenies dictum, vt plurimum tamen vndecim digitorum ſpatium eſt, dixit autem in plurimũ, quia prius dixerat magnitudo in omnibus æqualis non eſt, ſed in aliquibus longior, in aliquibus minor, iuxta ætates, aut ſtatũ enixæ, aut prægnantis, iuxta quod Auicenna lib. 3. fen. 21. tract. 1. capite 1. in hæc prorrumpit verba, & longitudo eius (matricis ſcilicet) æqualis in mulieribus eſt inter ſex digitos vſque ad vndecim digitos, & quod eſt inter illud: & quandoque abbreuiatur, & prolongatur per vſum coitus, & dimenſionem eius. Veſſalius tamen libro 5. de corporis humani fabrica capite illo 15. videtur irridere illos qui tentant deſcribere longitudinem & latitudinem vteri, & pennis (cui illa inſtar vaginæ cenſetur) cuius videtur adducere rationem, quando inquit: quin etiam vteri ceruix pro mulieris libidine turgidior, anguſtiorque, & directior (præterquam quod alijs natura ſit ſtrictior) efficitur: ac proinde etiam haud miror (inquit) omnes quodam digitorum numero eius longitudinem deſcribere aggreſſos, inter ſe diſcrepare, & hunc à pudendo ad fundi ſinum vndecim, illum duodecim, iſtum plures, alium pauciores digitos enumerare, & quod omnium abſurdiſsimum eſt, parem in non prægnantibus fundi ceruicisque ſtatuere longitudinem. Ceterum meo videri, Veſſalius nil contra Galeni doctrinam (etiamſi non conſtet ex libro de diſſectione vuluæ & 14. de vſu partium mulieris vterum diſſectioni reali tradidiſſe Galen.) probat: neque aduerſus Auicennam, cum in enixis, prægnantibus, & viro non vtentibus maxime variari vterum expreſſe doceant: ſolum igitur videntur aſſeuerare mu-

Defẽditur Galen. & Auic. de lõgitudine pudendorum.

licrem

ſierem non breuiorẽ, quam ſex digitorum habere vterũ citra fœtuum contentum, atque longiorem vndecim: à quo non multum diſsidet illud, quod ſcriptum eſt iuxta Veſſaliũ 27. figura lib. 5. vbi ſic præſens figura (& ſine dub. continet pro longitudine vndecim digitos) vterum à corpore exemptum ea magnitudine refert, qua poſtremo patauij diſſectæ, & quæ ſæpius pepererat, proceræque admodum ſtaturæ fuit, mulieris vterus nobis occurrit vulgarem vterum molem vtcunque excedens: nunquid etiã pro termino verſus longitudinem, ſtatuunt Gale. & Auicenna locis depictis vndecimi digitorum terminum? Et ſi alias extendi & dilatari poſsit in vtero gerentibus: propter quod dicebat Hieronymus Mercurialis 2. lib. de morb. mulierum cap. 1. durißime expliꝗcatum eſt a Galeno & Auenzoar, vterus fabricatus eſt a natura, talis vt ſemper poſsit extendi vſque ad conformationem partus. Poterit ergo medicus iuxta illam menſuram, penne conſiderato, iudicare, a quo fit pro ſpirituum exhalatione, & retardato deſcenſu ſeminis in vtero impotentia generandi: dicit enim Auicenna lib. 3. fen. 20. tract. 1. capite 13. quod eſt de ſpermate generante, & non generante, & cum prolongatur virga, valde prolongatur ſpatium motus ſpermatis, quare venit ad matricem calore eius innato iam fracto, & inde non generat ſecundum plurimum, dicit autem, vt in plurimum, quia ſic poteſt eſſe bene coctũ, & abũdans, vt ſi quid exhalitur caloris, ſufficiat tamen ad generationem, quod ſupereſt, & fen. 21. lib. 3. capite 8. Cauſa autem virgæ facta eſt, ſicut ſi ſit breuis in creatione ſua, tunc elongatur ab ore matricis, & impeditur generatio: vnde corroboratur expreſſe dubitatio de ſemine generante in balneo detento. Sed quidquid de hac fuerit re, nos vt rem noſtram agamus, tradamus iam ſterilitatis cauſas, vt videre poſsimus, mereatur ne quis pro illarum aliqua indulgentiam ad carnis eſum quadrageſimæ tempore; ſunt nanque præter illa vitia pudendi virilis, tortuoſitas quibuſdam: & ſunt quibus id ad extremum perforatum & peruium non eſt, ſed paulo altius adeo, vt ſemen cito & recto impetu in vterum nequeant eiaculari: pudendi quoque paralyſis ſterilitatis ſtat cauſa: dignoſcitur autem pudendi paralyſis genitalium frigida dimerſione, nam niſi inde contrahantur paralyſis eſt argumentum, paralytica namque membra frigido occurſu non contrahuntur, ſed in eadem & ſolita ſibi laxitate ſemper manent: accedit ad hanc comprobationem, quod in hoc

Vitia pudendi viri.

Paralyſis pudendi cognoſcenda.

Mm 2 caſu

caſu exiguo ſenſu prædita ſunt genitalia, ſemen ſine volup-tate, & penis contentione effluit, teſtes contactu frigidi indi-cantur: tunc quibus tabes corpus in dies marceſcit, qui chache-xia, aut viſcerum alicuius obſtructione tenetur, ſteriles ſunt, & infœcundi, vt & illi, quibus pars aliqua nobilis & ad vitam, ge-nerationemque neceſſaria inſigni aliqua intemperie naturæ limites exſuperat: qui lapſus percipitur ex proprijs particularũ ſymptomatibus, quoad ſecundum: nam primum viſus expreſſe oſtendit. Si vero defectus naſcatur ex illa obſtructione, in vaſis ſeminarijs, qua fit, vt ſemen eiaculari non poſsit, fiet notum, ex eo quod aliunde non apparet defectus ad exſeminãdum pro co-lore, habitu corporis, & partium omnium delineatione, & mem-bri ſufficienti erectione: nam ſi hæc deficiant, & ſterilitatis etiã vides cauſam. Præterea ſignatur ſterilitatis cauſa ſpermatis vi-tium, non ſolum propter malitiam complexionis diuerſificantis virtutem generationis, ſed propter exceſſum in frigore, calore, ſiccitate, & humiditate: ſic colligitur ex Auic. illo cap. 8. lib. 3. fẽ. 21. tract. 2. §. cauſa vero, quæ eſt in ſpermate: ex Auerr. 3. collect. cap. 29. §. quia quando dominatur multum in calore & ſiccitate, tum comburitur ſperma: & ſimiliter ſi dominatur in frigiditate, & ſiccitate, aut humiditate per ſe, aut in frigiditate per ſe: quia tunc non decoquitur ſperma, ſed remanet ſubtile, & aqueum: ſi-ue hoc fuerit à primordijs generationis principijs contractum, ſiue temporis ſucceſu. Idem etiam docetur decr. 4. tit. 15. cap. 2. de frigidis, & maleficiatis, & omnes Doctores, vt refert P. Ledeſ-ma loco allegato.

Vitiũ ſpermatis ſterilitatis cauſa.

Verum tamen circa hanc communem doctrinam duæ mihi ſe offerunt difficultates, altera quod ſemen viri frigidum ſolũ fe-cerit Gal. cauſam conceptionis fœminæ 5. apho. 42. non vero im-potentiæ abſolutæ: tum quod dixerit, eadem 5. apho. com. 63. ſe-men fœcundiſsimum fit in calidioribus, & humidioribus naturis §. videntur ſiquidem viri multi habentes rarum corpus, ſemẽ ta-men habere fœcundiſsimum, neque id mirum; raritas ſiquidem corporis in calidioribus, atque humidioribus prouenit tempera-turis, quæ plurimo ſemine, & fœcundiſsimo abundant, quo mo-do igitur frigidum, calidum, & humidum ſemen dicitur ſterilita-tis cauſa? nam a calido homine calidum ſemẽ, & ſic de ceteris ge-neratur: quinimò in regione, & conſtitutione, temperata ſic, aut ſic, variatur ſeminis, & humorum generatio: iuxta quod dictum eſt in

Calidi, & humidi ſemen habẽt fœcundiſſimum:

Digitized by Google

eſt in 1. de mor. vulg. com. 1. temperatiſsimus humorum ſanguis intemperatiſsima conſtitutione abundat, vere nimirum. Altera difficultas eſt, ſi nō decet permitterre homini effuſionē ſeminis, vt merito docēt ſacræ Theologiæ Patres, quomodo poterit medicus, aut quiuis iudex iudicare de calore, frigiditate, humiditate, & ſiccitate ſeminis: tum defluxibilitate, ſeu raritate, condenſatione, ſeu ſpeſitudine? Nam, & ſterilitatis cauſas certe has eſſe edocetur 63. aphor. citato: dicit etenim Oribaſius viri ſemē aquæ in iectum, ſi ſuper natat, aquoſum, & nimis tenue eſt, neq; concipit ex illo mulier: accedit quod dixerit Gal. 9. met. med. temperaturam ad vnguē ſcire eſt difficile: ſi ergo in corporibus de quibus tot data ſunt ſigna, cognitio temperiei ſic eſt difficilis; quid dicendum de ſemine, etiam ſi licuerit videre illum emiſſum? tum ſi in vaſis maioribus, quam pro natura exhalatur ſpiritus ſeminis: & in collo matricis pro paruitate Priapi, ita quod non ſequetur generatio, eiaculatum ſemen in aqua, aut alia parte, vt fiat iudicium, nonne ita liqueſiet euaporatis ſpiritibus, vt ſemper iudicetur nimis fluxile, & ineptum ad generationem?

Seminis effuſio coercenda.

In hac re ſit primo certum, quod non exiſtimādus eſt frigidus impotens, propterea quod ſemen nimis liquidum, ſeu fluxile appareat: non enim decet permittere eiaculationem ſeminis ad taſe iudicium: ſed ex tribus illis adductis a Ioanne Antonio de Sancto Georgio, rubrica de frigidis & maleficiatis §. tria ſunt remedia ad probandum frigiditatem, aſpectus corporis viri, & mulieris, iuramentum cum ſeptima manu propinquorum, & trennium quod eſt ſi adfuerint illa ſigna corporis frigidi nimis intēſa à nobis in ſuperioribus relata: & poſtquam ſimul adfuere ſpatio triū annorum (ſuppoſita ætate requiſita vtrique ſexui) dādo operam copulæ, conſitentur impotentiam ambo: & interuenit illud iuramentum ſeptima manus: de cuius vi, & modo diſputant iuris periti, vt videre eſt loco allegato, recte iudicatur, quod ſit frigiditas ſufficiens cauſa ſterilitatis. Sic enim debet ſuperabundare probatio: & ſi quandoque deficiente aliquo ex his iudicium habeatur verum, iuxta illud eiuſdem loci §. quandoque nulla vel pauca apparent ſigna frigiditatis, & tunc exiguntur iuramenta propinquorum, & vltra hoc probatio triennij. Vnde ad primum argumentum, quod ſemen viri cum his præfixis conditionibus nō ſolum inſufficiens eſſet ad fœminæ generationem, ſed ad omnē. Illud autem ex caſu Gal. non iſtius modi eſt, ſed hominis valētis coire,

Frigiditas ſeminis ex triplici radice.

Digitized by Google

coire, & ſufficientem caliditatem continentis, etiam ſi reſpectu aliorum ſemen eius frigidum ſit. Et ad ſecundam partem eiuſdem argumenti, quod Gal. copulatiue aſſumit caliditatem & humiditatem: cum docet ſemen fœcūdiſsimum ſit in calidioribus & humidioribus naturis: non vero de calido tātum in exceſſu nimio, humido, aut ſicco, nam prout ſic ſterilitatis fuiſſent cauſa huiuſmodi ſemina, & homines â quibus taliter gignuntur. Et hinc iuxta conſentanea Galeni præceptis, inquit Braſabolus ſuper Gale. 5. aphoriſ. 62. at ſi multa ſit humiditas, ſemen penitus ſterile eſt: idem euenit in calore, quia vbi temperatura eſt nimis calida, ſemen eſt tanquam toſtum: idemque euenit in ſicca temperatura, quia ſiccum eſt ſemen, ideo cum in vterum cadit extendi nō poteſt, propter id non concipietur: quia vt in lib. de ſemine dictum eſt, niſi ſemen pro magna parte per vteri cauitatē extēdatur (ponit id, quia fluxile aliquo modo extendatur) mulier nō cōcipit. Secundo certum eſt etiam temperiem hominis ad vnguem ignorari: & quod ſi ſemen in aqua eiacularetur exhalarētur ſpiritus eius: verum tamen, cognitione habita cuiuslibet temperiei à relatis in ſuperioribus ſignis, ſufficienter & bene iudicare poſſunt medici de quacunque temperie, & de ſemine eius: & cum ſemen eiaculari non ſit permittendum in nullo euentu, niſi in mulieris nuptæ vterum, ideo liquet, vnde medicus, & iudex poſsint certificari de prædictis. Impotens fit etiā homo, & inde ſterilis per maleficia, & allegationem, aut in perpetuum, aut temporale: videre eſt apud illum Ioannem Antonium ca. fraternitatis enim. 13. vbi incipit, quod maleficium in dub. præſumitur perpetuum, quoniā probatio eſt facta per cohabitationem trienni j, alias cenſetur tēporale. Idem etiam pater Ledeſma loco ſupra citato art. 2. & omnes Doctores ab illo citati, hinc etiam Baptiſta Condronchius de morbis beneficis lib. 3. capit. 5. epilogat veneris impotentiam matrimonio coniunctis potiſsimum (quia etiam & alijs) ſterilitatemque inferre, genitalia præſtigioſe auferre: abortus facere: lac exſiccare, vrineque retentionem facere, veneficos poſſe. Quod & apud antiquitatem fuiſſe, videtur oſtendere, quando ille Virgilij ex Eclog. 8. delineauit hæc carmina.

Semen humidum nimis infecūdum, & nimis calidū.

Temperies hominis nō percipitur exquiſite.

Necte tribus nodis trinos Amarilli colores.
Necte Amarylli modo: & veneris, dic vincula necto.

Poſſet etiam innumeris teſtimonijs, tum huius tempeſtatis, tū antiquitatis totius comprobari, quoad omnes illas præfixas partes, hęc

tes hæc pars: vt videre quis poteſt theatro humanæ vitæ: maleo maleficorum: apud Ginetios libris de morbis mulierum: & iuxta illum Codronchium loco citato: verum nos illis præpoſitis noſtrum progredimur opus dicendo, ſiue ab hac, vel illa cauſa, ſiue in hoc, aut illo euentu orta fuerit viri ſtirilitas, prout in ipſa agitur (aliud enim erit, ſi ſequitur læſionem alicuius partis, quæ ex ſe aliud expoſcat) non eſt concedenda tempore quadrageſimæ ſanctæ licentia ad carnis eſum. Huius eſt ratio, quia etiam ſi curabilis fuerit talis lapſus, vtpote quod in maleficiatis fuerit ad tēpus, & ſubiecta remedijs naturalibus, citra opus maleficorum, & in diſtemperatis, aut membrorum defectuoſis (ſi hoc reſarciri eſt poſsibile) fieri valeat reductio: nihil pateretur indiuiduum circa ſua opera, & ſanitatem conſideratione memoratum, neque ſpecies: licet curatio, quæ expoſceret carnis comeſtionem, detraheretur vſque in finem quadrageſimæ. Neque ab illo infectu liberantur etiam mulieres, ſiue ab vna, vel alijs cauſis confectum iri videas: nam ſi à maleficio docent id expreſſe auctores locis ſupra citatis, & expreſsius ſatis D. Thom. 4. ſent. diſt. 34. art. 3. inſinuat: vnde Bapt. Condro. ſcribit, matrimonij igitur copula multis modis impediri poteſt, primo excitando in vno odium, ac faſtidium in alterum coniugem, & deformem, ac infeſtum eſſe ſuadendo, ſecundo vim generandi, ſeu ſemen eliciendi vim varijs medicamentis adhibitis 3. tollendo coniugum corpora per interpoſitionem alterius corporis, ne mutuo adhæreant, diſtrahendo, & à mouendo, ſicut de quodam iuuene ſcriptum eſt, qui, & idolum & iuuenculam deſponſauerat, quam ideo cognoſcere nequibat, ſe in huiuſmodi corpore dæmone interponente: quarto coeundi voluntatem diuertendo a coniuge, & in aliam, vel alium inflammādo: quinto genitalis membri rigorem reprimendo, ſeu auferendo, ſicut etiam motum localem vniuſcuiuſque organi impedire poteſt: vel alia via membrum inutile reddendo, in muliere etiam pudendi arctationem, vel aliam infectionem inferendo, vt viri acceſſum ferre non poſsit 6. ſpirituum emiſsionem, in quibus eſt mouendi vis ad membra prohibendo, vel ſeminis vias intercludendo: ne ad generationis vaſa deſcendat, ne ue emittatur, ſi ab intemperantia vteri expreſſus eſt, Galenus quinto aphoriſm. 62. iuxta quod literis mandatum eſt, vteros bene temperatos bene concipere, parum temperatos difficulter concipere: intemperatos non concipere: ſiue id in vna, vel duabus qualitatibus euenerit:

Maleficiatis ſterilib⁹ non conceditur caro.

Matrimonij copula impeditur multipliciter.

Mulier maleficatur.

euenerit: nam tunc non ſolum naſcitur impedimentum pro actione primarum qualitatum, ſed pro ſecundarum: frigidam equidem vteri temperiem inquit Hipp. illo 62. apho. ſequitur ſpiſſitudo ſubſtantiæ vteri, & ſtrictio capacitatis: & inde ſi aliquæ mulieres habentes has conditiones concipiant, fœtus alere nō poſſunt: nam vel menſibus carent, vel paucos habēt & vitioſos. Similiter eandem temperiem præcipue coniunctam humiditati concomitatur pituitæ multitudo, & inde, aut augetur frigiditas, aut cōſeruatur ſaltem: propter quod & in illis vteris, viri ſemen frigeſcit, niſi apprime calidum fuerit: quæ etiam habent nimis humidos vteros, non concipiunt, quia genitura extinguitur, vt in paluſtroſis locis diſſeminata ſemina deperduntur veluti ſuffocata ab humiditate: quæ ſiccos vteros habent, non concipiunt, vt inſinuatū fuit ſupra, quia accidit eis, quod arenoſis aut petroſis terris quibus ſemina ſeminantur: quæ vteros valde calidos habent, non cōcipiunt, quemadmodum cum æſtate ſub cane ardente terra ſemina mandantur. Si igitur hos parit defectus vterus diſtemperatus: ergo ſemen, quod deciditur ab omnibus partibus ſaltem radicaliter, id eſt, materia ſeminalis, ſiue ſub vnica ratione ſpecifica identificetur cum ſemine virili, præſtando efficientiā: vt fatetur Gal. lib. de ſemine, & cum eo maior medicorum pars, dum iam confectum eſt ſemen: ſiue ſub hac ratione ſeminis non præſtet efficientiam, etiam ſi eiuſdem ſpeciei infimæ fuerit cū ſemine virili, ſed ſolum complementum paſſiuum cum ſanguine menſtruo: ita ſicuti dictum eſt de mammillis in hominibus, quę cōceſſę fuere, licet nunquam pręſtiterint efficientiam lactationi: ſiue ſolum contineat ratiōnem mucoſi excrementi, vt alijs placuit, negādo, quod fuerit eiuſdem ſpeciei infimæ, rationi eſt conſonum & ſterilitatē poſſe parere: nam dum miſcetur cum virili ſemine efficacius diſtēperabit illum, quam pars vteri, cui ſolum adhæret ſine cōmiſtione: quinimo & ſanguis menſtruus cum illa diſtemperie inſigni, ſi vera eſt opinio dicentium, quod prope menſium purgationes cōtingit certius efformatio, ſine dub. præſtare etiam valebit ad ſterilitatem: ſicuti cum ſuperflue fluunt menſes: quia tunc præter illa innumera mala, quæ ſolēt accidere mulieribus, vt refert Hippoc. 5. apho. 57. ibidem Gal. & 5. de locis patientibus, ex tali immodica euacuatione corpus frigidius, & ſiccius redditur: ſufficiēs cauſa ad ſterilitatē, deficientibus autem omnino, & ſi aliquæ mulieres ſteriles omnino permanſere, nonnullæ viſæ ſunt concipere

Pro vteri diſtēperiebus ſterilitas.

(& ego

(& ego quandam vidi) quemadmodum etiam dum ſupprimuntur multo temporis ſpatio aliquæ ſteriles efficiuntur, aliæ vero ſecus, & inde hic euentus ſeu lapſus non dicendi ſunt abſolute cauſæ ſterilitatis, pariter neque menſium ſtellicidium: nam ſiue ſtillatim profluant menſes, indolenter, & citra aliquod aliud accidens diu permanendo, aut ſecus, & minute prodeundo: ſiue cum grauiſsimis ſymptomatibus & quantitate multa, de quorum accidentium cauſis merifice diſputat Aetius lib. 4. ſerm. 4. cap. 63. enarrauere mihi perſonæ fideles mulierem nobilem cum huiuſmodi accidentibus concepiſſe: tempore autem prægnationis tentauit Valleſius illorum curationem: & inter reliqua miniſtrabat mane aquæ inſtillatitiæ limacis, & catulorum canis vnc. ij. peruenit pariendi tempus, & in lucem peruenit puer, quem ego cognoui Doct. Theologum: ſecundinæ tamen apparuere cum multitudine cochlarum & catellorũ: vnde licet affectio ſit grauis, & multarum calamitatum in fœminis ſoboles, & viris ingratas reddat fœminas, & alijs pleriſque affectionibus obnoxias, non cauſat in vniuerſum ſterilitatem. *Hiſtoria de concipiente cũ immodica ſãguinis euacuatione.*

De vermibus vteri.

A Morbis etiam, qui fiunt in compoſitione vteri, naſci ſterilitatem, credo ſatis eſſe conſpicuum: ipſi autẽ quaternario numero apprehenduntur, vel enim ſunt in numero, vel in via, vel in magnitudine: de quibus abunde ſatis Doctor Ludouicus Mercatus lib. 2. de mulierum affectionibus, Hieronymus Mercurialis 4. lib. de morb. mulierum, Albertinus Botonius de mor. mulierum. Ambroſius Pareus de hominis generatione, Albucaſis lib. 2. ſuæ methodi chirurgicæ, Nicolaus Rocheus lib. de morbis mulierum curandis. & Erotis lib. de paſsionibus mulierum. in numero recenſentur lubrici, quorum ego vidi in puella quatuor annorũ quantitatem ſufficientem: & inde non dubito, ibi poſſe generari. Nã aſſeuerare, quod illi lumbrici ab inteſtinis mittantur in vterum, vt docuit Priſtianus, & Cleopatra, referente Hieronymo Mercuriali lib. citato cap. 12. non libenter recipio: non equidem propter argumentum Mercurialis, quando dicit: ſed non poſſum videre, qua via & ratione ab inteſtinis egredientes ingrediantur in vterum, quia & ſi hoc fieret, perforatis inteſtinis & vtero, ſane ſub dolore, & ſub his vulneribus interirẽt mulieres: nam ſi veræ ſunt *Vermes in vtero generari.*

Digitized by Google

illæ hiſtoriæ â nobis in ſuperioribus relatæ de oſsibus inuẽtis in ventriculo, de ſagita deſcendente, & globo plumbaceo, â cap. vſque in crura, ſine ruptione ſenſibili, & dolore, quare non poſſent lumbrici mutari etiam illo modo: naturæ equidem ſecreta incomprehenſibilia ſunt: ſed propterea quod viderim, ſolum appoſito ſucco hæderæ ſuper pudendum illius puellæ exſiccari materiam veluti mucoſam fluentem ab illo, & inde ceſſare generationem lumbricorum ſpatio fere vnius anni, & apparẽtibus, illo præterito, Eodem remedio ſolum extirpati fuere etiam lumbrici, citra expurgationem, & totius euacuationem, ne quis cogitet expurgata materia ab inteſtinis medio pharmaco, euanuiſſe generationẽ illorum in inteſtinis: & apparitionem in vtero, vbi ceſſabat pruritus: pruritu etenim eiuſdem partis, & non ſolum ventris & decurſu humoris limoſi, ſudore denſi (qualiter apparebat in puella) cognoſcuntur lumbrici exiſtentes in vtero, a quo etiam genituram impediri non diſſonat rationi, ex ſuperioribus rationibus adductis, & ex Aetio lib. 16. cap. 21.

Succo hædere contra lũbricos vteri.

De lapidibus vteri.

MOrbum etiam in via aſsignat Aetius libr. 16. capit. 100. his verbis: ſed & calculi interdum tophacei generantur in ipſo vteri vaſe, de quorum generatione, & ſi dubitet Mercurialis lib. citato cap. 11. ego non dubito: nam ſi in vtero adeſt materiæ pituitoſæ redundantia, vt experientia multoties monſtrat per fluxum, & euacuationem talis pituitæ, & aliorum ſuccorum craſſorum, vnde dicebat Gal. 5. methodi cap. 8. pus & ſanies ex vtero quidem & veſica, tum ſua ſponte excernuntur, adeſt etiam & ſufficiens calor 5. apho. 48. adeſt etiam capacitas, vt in veſica, quare, vt in illa, in vtero lapides non poſſent generari: nunquid, quia vt aſſerit Mercurialis, quod etiam ſi adfuiſſet materia, quæ poſsit durari, videtur rationi conſentaneum, vt excurrat: nam ſi ſemen etiam ab vtero reijcitur propter hiatum, niſi fiat conceptus, procul dubio etiam aliæ ſubſtantiæ, quæ non ſunt amicæ, & familiares vtero, vt ſemen, deberent excludi. Sed reuera nil conuincitur hoc dicendi modo, nam ſi ſanguis poſſet grameſcere, & grumi illi poſſunt referre formam lapidis, quod reuera ego vidi poſt abortum cuiuſdam quadrimenſis fœtus, miſſo enim hoc, apparuit dolor vehemẽtiſsimus per duos integros dies, appoſito vero em-

Lapis in vtero morbꝰ in via dicitur ibi genitus.

plaſtro

plaſtro ex cepa alba & oleo anetino, & ex ſcorpionibus ſuper pecten reiecit mulier corpus carnoſum durum admodum, vt ſua duritie exſuperaret cordis carnem, & difficulter cederet gladio: ergo retinetur iam ſubſt. minus amica, quam ſemen. Dices adhuc ſanguis eſt, & inde humor familiariſsimus: reuera non concerto, ſit ne ſic, an iam maxime melancholicus & præternaturam: ſed rogo, non ne Mercurialis cum Antonio Beniuenio libro de occultis morb. cauſis recipit generationem lumbricorum in vtero: ergo retenta fuit aliqua materia prę̨ter ſemen & ſanguinē, etiamſi non amica noſtræ naturæ, vt ſemē. Dices quod quemadmodum dictum eſt â Rhaſio, Haliabbate, Serapione, & Auicenna libr. 3. fen. 18. tract. 2. capite 16. §. & ſcias quod parum accedit puellis, & mulieribus proprie lapis in veſica, quoniam meatus veſicæ earum ad exteriora eſt breuior, & latior & paucorum anfractuum; & in breui facilitas eſt expulſionis, quæ non eſt in longo, ſic in vtero. Sed tunc ſic: ſi parum, ergo quandoque, licet omnes illæ conditiones adfuiſſent, quod ſufficit ad verificandam propoſitionem Aetij, non ſolum de ſanguinis grumis: ſed etiam de lapidibus: quæ cum adfuerint, & ſterilitatis erunt cauſæ: vtpote quod præterquam ſua temperie opponantur ſemini, vitiare eſt neceſſe capacitatem vteri. *Sanguis cõcretus in vtero.*

De mola vteri.

CONtingit & alius morbus in via vtero, qui mola nuncupatur (cuius naturæ fortaſsis fuit caro illa dura â nobis relata, multarum enim figurarum notantur ab auctoribus, citra id quod mõſtra intrent intra hãc rationem) propterea quod mulieres habentes illam grauentur, tanquam habentes moles, multo aliter quam cum fœtum geſtant: quia tunc tanquã naturale quid, potius non mouetur ad motum matris, huc, & illuc: ſed veluti ſi quid fuiſſet vere continuum, detinetur vero cum mola adeſt, vbi vertitur mulier in latus, hac ſcilicet, vel illac, pondere ſuo decurrit mola: vtpote, quod nec illam coniunctionem, quam continet fœtus ſortiatur. Vnde quando Hipp. lib. de ſterilibus dicit, nil autẽ in ventre mouetur, neq; lac in mammis generatur, & paulo inferius, iudicare vero oportet ex plenitudinis mole, & ꝙ in ventre mouetur, habet expreſſe illud idẽ, nempe ꝙ mola non mouetur neq; circũ *Signa molæ.*

Digitized by Google

voluitur, vt fœtus, niſi ad motum ventris: quod fœtus non facit, etiamſi non ſentiatur à quibuſdam mulieribus, vſque ad ſeptimũ menſem: ſed veluti adhærens tenet mediam ventris regionem: aut ſi ad latus declinent, ibidem moto ventre matris quaſi adhærens: veluti ſi diceret Hippoc. mola non mouetur motu animali, ſed naturali tantum, ſicuti corpus graue: illud autem, quod ſenſere aliquæ mulieres habentes molas, circumuolui, flatum eſſe credo: vidi etenim in hoſpitio iam ſæpe dicto mulierem patientem hydropem aquoſam, & aeream, quæ affirmabat ſe prægnantem ſentire, & fœtum in vtero circumuolui, quemadmodum iterum, atque iterum fœtum gerendo illi eueniſſet: obijt, præcepi chirurgo, vt anothomi traderetur, aperto vtero continebat ſcirrum duriſsimum magnitudinis oui gallinacei, vnde coniectatus fui aerem circumuolui, ſentire mulierem: nam ſcirrum impoſsibiliter poteſt agitari, & id etiam exiſtimo inſinuandum fore apud Auicennam fen. 21. lib. 3. tract. 2. capite 18. quando aſſerit, & ſentit in ventre ſuo motum, qui eſt ſicut motus embrionis: & magnitudinem corporis: quod vero iſte auctor dicat, & Paulus lib. 3. capite 69. & accidit inflatio ambarum mammillarum, nil arbitror conſideratione dignum probare contra Hipp. docentem propoſitiones doctrinales, etenim ſi in virginibus nullo ſtante in vtero, retentis menſibus, viſum eſt lac (propter quod exiſtimo illam etiã doctrinalem propoſitionem: ſi lac viderimus adeſſe mamillis, mulierem peperiſſe credimus) quid, vt non appareat in habentibus molam? vnde certum eius, cum illo motu exiſtimo ſignum: ſi tranſactis vndecim menſibus tumor non euaneſcit, nullo etiam viſo & ſtante tactu hydropis.

Mola quo motu moueatur.

Ceterum ſiue hæc, ſiue illa fuerint veriora: ſiue ſuſtinẽda Hippocratis mens de cauſa molæ: docet enim ſic loco allegato, molæ porro conceptus cauſa hæc eſt, quum multi menſes modicum & morboſum ſemen conceperint, neque fœtus rectus fit, &c. quo loco non video arbitrari Hip. opus eſſe, vt accedat ſemẽ viri ad molæ generationem: ſed ſolum quod ſi modicum, & morboſum ſemẽ recipiat multitudo ſanguinis mẽſtrui retenta ſufficit fortaſis, quia cogitauit moto morboſo ſemine per inſomnia, aut alter, abſq; viri cõcubitu poſſe mulierẽ generare molã: quod expreſſe fatetur, Auic. 10. lib. de animalibus: & inde cõſequenter dicit, quod virgines etiã non vtentes coitu concipiant molã: quia põt. ex pollutione nocturna ingredi ſemen muliebre in vterũ, atq; generare

molam:

molam: & hac explicatione aperte ceſſat argumentum Mercurialis loco allegato, cum dicit, vnumquodque ſemper operatur ſecũdum gradum ſuum: ſi gradus debilis, debiliter operatur: ſi gradus vehemens & fortis, valde operatur: itaque ſi fieret mola à ſemine morboſo, procul dubio fieret aliqua forma, & forma eſſet morboſa, eo præſertim quod ipſemet Hipp. lib. de aere, aquis & locis, ab infirmis ſcribit fieri infirmos fœtus, eo quod ſemen infirmũ eſt, ergo deberet potius ſi ſemen eſſet morboſum, fieri fœtus morboſus, quam fieri mola: ceſſat inquam, quia currit dum ſemen virile, & muliebre morboſum occurrunt, non vero dum ſolum muliebre, vt expreſſe conſtat loco citato ab eodem. Nec oppoſitam ſententiam cogito arbitrari Gal. etiamſi Mauritius Cordæus in Hippoc. lib. 1. de mulieribus com. 6. hæc ſcribat perperam quippe iudicant illi, Gal. voluiſſe ouo proportione reſpondere conceptum molæ, iſthic Gale. nonnullos interrogat per ironiam, num id ipſi velint ex hypotheſi in greſſilibus, nanque tantum abeſt, vt is ad eorum opinionem accedat: vt contra per regreſſionem eoſdem ipſos mendacij in ijs explorandis arguat, quæ ſolent euenire, non enim (ait) ſicut gallinæ ſine maribus oua pariunt, ita mulierẽ aliquando viderunt ſine congreſſu viri, vel molã, vel eiuſmodi quippiam aliud concepiſſe, hæc Cordæus. Sed nos integra, quæ de hac re dicit Gal. paulatim adducamus, vt luceat veritas 14. lib. de vſu partium ſic habet, vt autem paucis rem omnem cõplectar, ſi quis aliam quampiam ſeminis fœmenini viam, atque motus ordinem, aliam autem maris exiſtimet, is haud quaquam in rebus naturalibus cenſebitur exercitatus: ſiue enim fœminæ ſemẽ, ſiue ſanguis, qui in matrices promanat, motus principium quoddam conferat, omnino motus principium idem cum maris ſemine habere eſt putandum (vult igitur Gal. virtutem coagulandi continere ſemẽ fœmineum ſicuti maris) ſubdit, quod in gallinis eſt perſpicuum: concipiunt enim hæ oua, quæ ſubentanea nuncupantur, ſine coitu cũ mare: quibus ouis, quod deſit quidpiam ad perfectionem, id indicio eſt, quod animal ex ipſis gigni non poteſt. Quod tamen hæc quoq; formam omnem habeant, quam & alia oua, apparet euidẽter: vt enim perficiantur, ſolam à maſculo deſiderant caliditatem: verum hoc ingreſſilibus animalibus equidem addeſſe non poteſt, id eſt, quod ſolam caliditatem deſiderent à maſculis: quandoque enim calidiores ſunt ipſis viris, & tunc non quidem caliditatẽ deſiderant, ſed principium: calidæ enim fœminæ etiamſi ſemen quã-

Cordæus cogitat Gal. mentẽ eſſe molam non fieri ſine viro.

Gal. verba de mola.

Quare fœminæ habẽt ſemen in humano genere.

doque generent calidum ſufficienter, id paucæ quantitatis eſt: & inde opus eſt ſemine viri: & quando dicitur de natura humana com. 1. ex fœmina ſola, aut mare, ſine coitu nil poteſt generari: perfectum intellige: vt expreſſe ſatis docet ipſe Gal. 2. lib. de ſemine cap. 4. §. difficillimum tamẽ profecto eſt: ac fortaſſe nullo modo eſſe poteſt, vt animal aliquod in ſe integrum fœtum ſine maris coitu concipiat: ergo de imperfecto non dubitat, quale eſt mola: quinimo illis verbis (difficilimum) videtur dubitare de perfecto. Illud autem poſſe ſic intelligi, liquet 5. aphor. com. 62. & eodem cap. 7. lib. 14. de vſu partium, vbi ſubdit Gal. cum enim omnia hæc volacribus longe ſint humidiora corpus femineum, omnino habent imbecille, quod eo motus progredi nõ poteſt, vt formam artificioſam fetui imprimat: ſolum autem ſi quod animalis eſt genus temperatura eo vſque ſiccum, vt humoris frigidi redundantiam in feminæ ſemine poſsit quadantenus abſumere, id fœtum eiuſmodi, qualia ſunt in gallinis ea oua, ſine mare poteſt efficere: verum in greſsilibus quidem animalibus quid reperias, quod ouo proportione reſpõdeat, niſi quem medici appellant molæ conceptum? quæ ſane caro quædam eſt otioſa, atq; informis (an hoc eſt irridere opinionem aſſeuerantium poſſe molã generari ſine maſculo, vt dicit Cordeus? non quidem, ſed expreſſe affirmare, quod ille conceptus greſsibilium, quem medici appellant molam, ouo reſpondeat in cauſa defectuoſa: nã quod nõ poſſet eſſe perfectum in genere greſsibilium, adhuc in figura, vt docet de ouis ſubentaneis, nec erat quare affirmaſſet, cum greſsibilium mola nullam figuram contineat.

Dices forte cum Cordæo, non illis irridere verbis illos, ſed his, ſi igitur eo vſque volunt ſemen fœminæ progredi, primum quidem, quod parum artificioſam actionem tribuunt ei (quæ vtique vel ſoli menſtruo fore aſſicerit) nemo eſt qui ignoret: ſecũdo autem quod mentiuntur etiam in eorum, quæ fiunt, hiſtoria: non enim ſicut gallinæ ſine maribus oua pariunt, ita mulierẽ aliquando viderunt ſine viro vel molam vel huiuſmodi quidpiã concepiſſe: ſatius igitur eſt maris ſemẽ motus principium ſupponere, fœmine vero ad animalis generationem exiſtimare ipſi aliquid conferre: reliquum pace illius dixerim, Gal. neq; irridet illos, illis verbis, quod dixerit poſſe mulieres molã gignere ſine cõcubitu maſculi: ſed quia affirmauere, eo vſq; ſemen fœminæ progredi, vt ſeruiat ad generationẽ molæ; negabant tamẽ ſemen muliebre præ-

brc præ-

bre præſtare actionẽ in fœtus productione; & inde dicit ꝙ parũ artificioſam actionem tribuebant ſemini quod expreſſe cõſtat 2. de ſemine c.4. quo de vſu, & efficientia ſeminis muliebris aduerſus Atheneũ, Ariſt. & Empedoclem adducens circa finem illam et verba aſſerit, & quãdo ſubdit: ſecundo autem quod mentiuntur, &c. non dicit illos mentiri propterea ꝙ aiunt illud poſſe mulieres: ſed quia auſi ſunt affirmare hiſtoria eſſe prolatũ, aut viſum certe ab aliquo: quamobrem dicit, non enim aliquando viderũt, &c. propterea tamẽ nõ negat illud eſſe poſſibile: neq; eſt aliqua ratio ad id cõuincens. Verum tamen ſi neq; hæc tibi placent de generatione molæ: dicito quod generatur ex ſanguine, ſicuti caro cum Hieron. Mercuriali loco allegato, nã licet, ipſe aſſeueret, itaq; ſententia mea eſt: molã, cũ ſit caro, non habere aliã generationem, quã caro ex ſanguine, ſcilicet craſſo cocto & in formã carnis redacto à calore natiuo (ſit autem eius augmentũ per vaſa, & per acceptabula inſtar fœtus vteri: quã ſententiam ait inſinuaſſe Auic. 21. tertij tract. 2. c. 18. vbi duas generationes molæ tradens dixit: fieri molã, quando multũ ſanguinis confluit ad vterum, vt a multo vteri calore conglobetur. Hęc ſunt Auic. verba, & cauſa in generatione huius fruſti carnis, ſecũdũ quod exiſtimatur, ſunt duæ res, quarũ vna eſt multitudo materierum effuſarum ad eam cum vehemãtia caliditatis) expreſſa eſt Auic. imo & Gal. illo de vſu p. propoſitione illa circumligata parenteſi: ſcilicet, quæ vtiq; (id eſt, forma artificioſa molæ) vel ſoli mẽſtruo fore affluxerit. Verũ etſi dicamus, dicito ſic de generatione molę cũ Mercuriali: nõ recipio illud ſecundũ ab illo edoctũ: nempe molã fieri ſolummodo in mulieribus viro vtẽtibus, eius equidem illa ratio, ꝙ fuerit ſcilicet opus, vt ex cõcubitu incaleſcant loca muliebria, quæ vbi incaluerint duo præſtãt: efficiũt, vt attrahatur ſanguis præterea efficiũt, vt calor vteri coaugmẽtatus concoquat ſanguinẽ, & in formã carnis redigãt) nullius eſt roboris: cum mulier calida, & humida vtrũlibet queat habere, & calor receptus in cõcubitu nõ permaneat, vt poſſit perficere illud opus. Quamobrẽ etiãſi ſignis deprehenderim mulierẽ habere molã, quæ exiſtimatur virgo, eã non condemnarẽ corã iudicibus de cõcubitu cũ viro: licet auſus eſſem dicere pro tunc ad ſterilitatẽ reducendã: nam licet verũ ſit aliquando ex ſuper fœtatione videri poſſe colligi ex Hipp. hiſt. illa vxoris Georgiæ, generari molã: ꝙ clariſsime ego iam teruidi poſt aliquos dies, ſcilicet ab aborſu mulierem quandam cruſtum

Molæ generatio ex ſãguine vt caro.

Gale. recẽpit illã ſententiam.

Mulier quia habet molem non eſt iudicanda corrupta neceſſario.

 carnis

carnis magnitudinis renis reieciſſe, de quo coniectatũ fuit, genitum fuiſſe, poſt conceptum, & inde venire aborſum: tamen prius concepta mola, propter perfectionem fœtus delineandi, non videtur rationi conſonum poſſe efformari: tum quia cum occupet prius genita fundum ventriculi, ſemen neque adhærere videtur poſsibile: quod maxime neceſſarium eſt ad conceptionem, iuxta illud, ſi ſemen ſeptima hora detineatur in ventriculo adhęret. Et iuxta illud Gal. 14. de vſu partium, ſemen repente ſumi debet in ſinus matricis: & paulo inferius, ſemen maris debet manere in matricibus, ſi mulier debet concipere: ſed illa ſterilitas ſolum ad tẽpus exiſtimabitur.

Semen viri & mulieris ad generationem.

Sed circa primum dicendi modum recipiendo Gal. negaſſe ex ſolo fœmineo principio poſſe generari molam, docent hanc poſſe habere rationem, quia ex Gal. ſententia, ſemen maſculinum: & fœmeninum habet efficientiã ita partialem, vt actiuitas vnius ab alio non poſsit ſuppleri, ergo actiuitas exiſtens in muliebri ſemine ratione formæ viuentis eſt partialis: ſed ad productionem effectus requiritur totale agens, ergo ſine virili ſemine non poteſt produci mola. Et quando quæritur quomodo poteſt Gal. cõcedere generationem ouorum ſubentaneorum ſine maſculo, non tamen molæ: ſatisfaciunt aſſeuerantes, quia mola eſt multo perfectior ſubſtantia ipſis ouis: & inde quod potius correſpondet mola proportione monſtruoſo pullo, quam ipſis ouis: & inde non eſt mirum, perfectiora principia expoſtulare generationem molæ: aſt, ſi doctiſsimi illius rationis auctores eodem tract. de generatione molæ edocẽt: mola appellatur a Gal. otioſa caro, quia propter aliquem finem non eſt: cum neque poſsit eſſe animalis pars, neque ex ipſa generetur fœtus: dicitur autem informis, nõ quia formam ſubſtantialem non habeat, cum eam habere certum ſit: ſiquidem eſt ſubſtantia per ſe exiſtens, ſed quia neque figuram, aut conformationem debitam alicui viuenti habet, & oua illa videantur quoad hominum vſum eiuſdem rationis, ſicuti reliqua oua, & cum eadem figura: vnde probant, quod ſit perfectior ſubſtantia molæ ſubſtantia, quam illorum ouorum? Dicere autem, ꝙ mola non illis ouis, ſed pullo monſtruoſo proportione reſpondeat velim ego videre probationẽ: alias dicã ad placitum fuiſſe relatũ. Sed cũ abſolute fateantur molam non eſſe ita perfectioris ſubſtãtiæ, naturæ, neq; figuræ, neq; habere finem vt fœtus: inde ego dicam, neque oportuit, habere principia perfectiora molã, vt fętus habet,

Quare mola informis dicitur.

habet,& conſequenter quod abſque ſemine viri potuit generari: & ſemen muliebre eſſe totale agens illius imperfectioris ſubſtã-tiæ,citra id quod ſuppleat actiuitatem ſeminis viri : ſicuti etiam dicendum eſt in ſecunda opinione:quod ſolum ſanguis eſt agẽs totale illius imperfectæ ſubſtan.ſuo modo. Dicimus ſuo modo, quia quemadmodum in alia opinione eſt aſſeuerandum, quod ſemen muliebre inſtrumentaliter concurrat ad productionem illius ſubſtantiæ,& formæ molæ,vt agens virtute prioris agentis, ita vt mulier v.g.quando eius ſolũ accedit ſemen,& homo quando illius cõtinet perfectiſsimam formam, habeat actualiter eminenter formam ipſius molæ,quam poteſt producere vt agens æquiuocum:pariter & ſanguis circa aliam opinionem inſtrumentaliter concurrens ad productionem illius ſubſtantiæ dicitur agens virtute prioris agentis.

De *Nympha vteri*.

IN magnitudine etiam contingunt vtero morbi, & licet huius ordinis appellẽtur,quotieſcunq; vterus in molem augetur,vt lædat operationes(quoniam licet in conceptu tumeat vterus, tamen tumor ille,inquiunt,operationes nõ lędit,propter quod neque morbus dicitur)quorum cauſæ materiales deſcribuntur flatus, a quibus vteri inflatio : humores aquoſi, a quibus vteri hydrops:ſanguis,a quo vteri inflammatio: & ſic de reliquis tumoribus inſequentibus hũc,aut illum humorem,tenuem,aut craſſum viſcoſum,aut fluxilem:non exiſtimo ſolum prout ſic euenire vtero morbum in magnitudine,ſed etiam,quãdo aliqua pars eius increſcit præter naturam,ita quod lædat operationes,aut in ordine ad indiuiduum fęmineum,aut in ordine ad prolem, & ſpeciem:inter quas illa potiſsime ſolet increſcere,de qua dictum eſt a Gal.lib.15.de vſu part.quod vero ad cutis epiphyſes,quæ ſunt in finibus vtriuſque pudendi pertinet,in mulieribus quidem tum ornamenti gratia extiterunt, tum,ne matrices refrigerarentur, operimenta ſunt oppoſita:viris autem præterquam quod ornamentum quoddam afferunt,carere ipſi omnino ijs nõ poterant, ſi quid eorum,quæ prius diximus recordemur : cum docuimus, quonam pacto mas,ac fęmina conformentur.Cuiuſmodi autem pharyngi vba eſt propugnaculum,talę eſt matricibus, quã nympham appellant,quæ tegit ſimul,ac prohibet colli orificiũ, quod *Morbi in magnitudine in vtero.*

Digitized by Google

ad muliebre pudẽdum pertingit, refrigerari: quod etiam inſinua-
tum inuenies lib. introductorio, ſeu medicus c. 10. §. inter has au
tem caruncula, &c. apud Hipp. lib. de natura mulib. columella vo
citatur, eo quod hoc perinde ſit, ac columella ingargarione: adeo
tamen quandoque increſcit, vt referat de ipſa Auic. f. 21. tract. 4.
cap. 23. quandoque oritur in ore matricis caro addita (intellige
ſuper fundamentum naturale) & quandoque apparet ſuper mu-
lierem ſicut virga prohibens coitũ: propter quod dicebat Aetius,
ſæpe hæc caruncula ad tantam magnitudinem augetur, vt non
ſolum deformitatem inducat: verum etiam pudorem aliquẽ im-
mittat mulieribus: hinc etiam Moſchio ſymptoma turpitudinis
illam nuncupat: hanc laudicam Muſio vocat: Arabes albathara,
vel albandar, id eſt, vt aſſerit Ioannes in ſuis ſyno. eminẽtia quæ
dam carnea in vulua quarundam mulierum, quæ aliquando in
tantum magnificatur, vt ſit veluti virga virorum, de hac Haliab.
integni tract. 3. com. 79. Paulus libr. 6. capit. 60. Rhaſius 22. conti.
tract. 3. cap. 21. ipſa vero ſiue prolongetur ſolum tempore æſtiuo
propter caliditatem ipſam dilitantem: & minuatur, & abbreuie-
tur tempore hiemis: ſiue verum fuerit, ſic increſcere, vt commo-
ueat ad actum veneris, vt ipſum exerceat cũ mulieribus: ſiue hoc
fuerit ridiculum, vt exiſtimat quidam Iudæus, referente Iacobo
ſuper Auic. loco allegato: ſiue illa ſit carũcula muſculoſa, vt Pau
lus loco allegato, & Ruffus Epheſius in lib. de nominibus partiũ
corporis noſtri referunt: an vero ſit cutanea vt autumat Aetius,
& ex Arabibus aliqui: an vero media quædam ſubſtantia inter
carnem & cutem veram, vt expreſſe Mercurialis tenet capit. 13.
lib. allegati, certum eſt, dum ſub natura exiſtit, vt Nympha me-
reatur nuncupari. cum tali tamen diſtemperie & diſproportione
vt excitet deſiderium ad coitum, magis quam par ſit, eſſe impedi
mentum generationi: quia ille coitus eſt deprauatus, & tunc ſe-
men diſtemperatum maxime verſus calorem. Si autem cauda fa
cta eſt, & iam virga exiſtimetur eſſe (ſiue naſcatur in orificio vte
ri, ſiue paulo interius) impedimentum etiam præſtat generatio-
ni, quia impeditur ingreſſus, & egreſſus ſeminis: quin potius ali-
quando priapi: quamobrem inter ſterilitatis cauſas merito recen
ſetur, ſicuti & clauſura vteri, quando ita eſt occluſio foraminis
matricis, vt mulieres neque coire, neque concipere poſsint, imo
quandoque neque expurgari: ſiue cauſa a qua, fuerit naturalis,
vt concretio carnis, aut membranæ, ita vt obturet foramen, eue-
nerit,

Columella creſcit in muliere ali quando.

Subſtantia columellæ pudendi.

nerit, nullo exiſtente vlcere vel exſiccatione, aut alio ſic, ſiue hoc modo, quia tunc eſt à cauſa accidentaria, de hac vero tractat Paulus lib. 6. cap. 72. Ariſt. 4. de generatione animalium 1. Auic. fen. 21. lib. 3. tract. 4. cap. 1. quod eſt de phymo 1. de vteri clauſura. Et Gal. 9. de compoſitione medicamentorum ſecun. loca. 6. de illa vero locis ſupra citatis.

De vteri motibus.

MOrbos etiam in ſitu corripere vterum, fatentur quampluri-mi, eo quod legitur apud Hipp. lib. de natura muliebri, ſi vteri ad hepar acceſerint, muta de repente fit mulier, & dentes conſerit, & color niger fit, patitur autem hæc de repente, dum ſana eſt, & lib. de mor mulìebribus, ſi vero ſtrangularint vteri, & ſträgulatio cor contigerit, & os concluſum fuerit, acetum calidum ſorbendum dato, & os paxyllo aut radio apperito, & vinum inodorum ſimiliter exhibeto, & cum aceto mulſo: & ibidem, ſi vero vſque ad hepar aſcenderint, & ſuffocatur, voce deſtituitur, & nil videt, & dentes conſerit, & dura fit, & nil ſentit, & frequenter reſpirat, & non audit: ibidem, ſi ad inguina incumbant, ac innitantur: & præterea, ſi vero vteri extra prominuerint, & dependent velut ſcrotum lib. de natura muliebri, ſi ad crura & pedes conuerſi fuerint, (vteri ſcilicet) ex hoc cognoſces, magnis pedũ digitis conuellitur ſub vngues: ibidem, ſi vteri ad ſedem conuerſi fuerint, & ſeceſſus ſecedere prohibuerint, dolores habent & lũbos, & imum ventrem, & illia, ibidem, ſi vteri aſcendentes ſuffocarint, fœniculum lucernarium accenſum extinguito & naribus admoueto: & ſimiliter, ſi vteri ad viſcera conuerſi ſtrangularint. Et denique, ſi ad caput conuerſi fuerint vteri, ſignum hoc eſt, venas in naſo & ſub oculis dolere videtur. Docet ergo moueri à plãta pedum vſq; ad caput, verſus omnes partes, quod eſt in vniuerſum corpus mutare ſitum, quam ſententiam, & ſi non ſpecialiter, vt Hippo. docet & Gale. 6. lib. de locis affectis cap. 5. ſ. ſupereſt ergo vt declaremus, quam ob cauſam vterus vel ſurſum, vel ad latus retrahatur. Idem Auic. loco allegato, cap. 8. dum inquit matrici accidit quandoque vt declinet ad vnum duorum laterum mulieris, & cap. 16. peruenit ad communitatem fortem, cordis & cerebri mediatione velaminis, &c. Idem Aetius lib. 4. ſerm. 4. capite 68. & Fernelius libro ſexto, de partium morbis capite 16. ſic ſcri-

Morbi ſitus in vtero.

Refertur vterum aſcẽdere cor, &c.

Suffumigia in hyſterica affectione dicta.

ſic ſcribit Galeni motus auctoritate nonnunquam putaui, vterum nil aut per exiguum e ſua ſede dimoueri: at ægrotarum mulierum modo querimonia modo precibus adductus, hunc ſæpe tactum deprehendi inſtar globi cuiuſdam in ventriculum efferri, eumque grauiter opprimere. Hinc & ſæpe manu depreſſus eſt, manifeſtoq; in propriam ſedem pro pulſus. Doct. Mercado lib. de mulierum affectionibus 2. cap. 2. & 3. ſcribit vterum à ſua ſede moueri mille modis, diuturna obſeruatione comperimus, nō minus quam quæuis alia particula, quæ aut alijs alligatur, aut in aliarum medio ſita eſt nulli alteri continua, licet multis cōtigua exiſtat: & denique ſi attendamus mulierum placita, cum auctoribus omnibus de hac re ſermonem agentibus, ſummis vocibus acclamant nunc ad collum peruenire, nunc ad ventriculum, nunc extra corpus labi, adeo, vt totus vterus pēdeat, ſicut hominis pudendum. & audiui à quadam muliere, cum id vidiſſet multis diebus, angore iſto cruciatā euulſiſſe vterum, vixiſſeque poſtea decem fere annos ſine vllo morbo. Platonem etiam non ſolum hic & illuc moueri vterum, varioſque cauſare morbos in ſitu & figura docent illi auctores, de morbis mulierum ſcribentes inſinuaſſe: ſed quod affirmaſſet eſſe animal diſtinctū. Platonis hęc ſunt verba in Timæo, vel de natura, circa finē lib. 32. Quocirca pudē dorum naturæ in viris inſita vis, inobediens atque imperioſa, & quaſi animal non exaudiens rationem furioſarum libidinū violentia ſubijcere ſibi cuncta conatur: vulua quoque matrixq; in fœminis eadem ratione animal auidum generandi, quando procul a fętu per ætatis florem, aut vltra diutius detinetur, ægre fert moram ac in plurimum indignatur: paſsimque percopus oberrās meatus ſpiritus intercludit, reſpirare nō ſinit, extremis vexat anguſtijs, morbis denique omnibus premit, quouſque vtrorumque cupido amorque, quaſi ex arboribus fętum fructum ve producunt, &c.

Deſcendit vterus vſque ad externa.

Platonis ſentētia de motu & natura vteri.

Ceterum niſi obliti fuerimus eorum, quæ noſtris cōſpeximus oculis in anothomia vteri, & auctores anothomiæ vnanimiter fatentur, haud credere poſſumus omnia hæc delineata: nam licet verum ſit: prælaxitate poſſe vterum deſcendere: ita vt extra videatur, ſicuti in herníoſis ſtante relaxatione apparent multa deſcenſa: tamen quod aſcendat haud eſt credibile, non ſolum caput vſq;, quia id impoſsibile eſt, ſicut & ad omnes partes ſuper dyaphragma, niſi illud diſrumperet, imo neque vſque ad ventriculum, ni-

lum: niſi dicamus, venas quæ terminantur in ipſum vterum, mē-branas & reliqua vaſa, de quibus dictum eſt ab Andrea Veſſalio lib. 5. de corporis humani fabrica, quod adnaſcuntur vtero, diſrū-pi, aut relaxationem pati: ait enim ſic cap. 15. lib. citati, anterior enim, poſteriorque & ſuperior fundi vteri regiones, nullis, quas contingunt partibus adnaſcuntur, latera vero connaſcuntur mē-branis vaſa vtero deducentibus, ac demum carneis illis fibris intertextis, quæ duos efformant muſculos, &c. & paulo inferius cer-uix porro vteri ex lateribus membranis quoque & vaſis ipſi pro-rectis adnaſcitur, & illorum interuentu perithoneo (ſed quemadmodum & vterus, laxe) connectitur, poſteriore autem parte ſuæ longitudinis medio, quod fundo propinquus eſt, recto inteſtino ita innititur, vt accumbentes inuicem inteſtinorū gyros mutuo allocari cernimus. verum ad ceruicis in pudendo finem illa podi-ci proinde connaſcitur, ac ſi recto inteſtino, & ipſi cōmunis quæ-dam eſſet tunica, vti ſtomacho & aſperæ arteriæ communem eſ-ſe tunicam nō ambigimus. Rurſus, ceruix anteriori ſede elatius quidem ac iuxta fundi orificium innitentem duntaxat habet ve-ſicam: ſed paulo inferius fibris quibuſdam humillimā veſicæ par-tem, & ipſius ceruicem adnatam poſsidet: vbi autem hæc illi in-ſeritur, velut commune quodam vtriuſque corpus & tunica effi-citur. Sic quoque qua vteri ceruix in pudendum deſinit, commu-ne vtriuſque, ceruicis ſcilicet, & cutis quemadmodum in labris, & palpebris, corpus cōſtituitur. Idem etiam Carolus Stephanus lib. 3 de diſſectione partium corporis humani titulo, vterus, & muliebria 5. vt inde ſenſim etiam veſicæ ceruicem ab vteri collo, cui per ligamenta adhæret, &c: & omnes denique hiſtorici ana-thomes. An exiſtimas, hoc laberinthum diſſolui, cum aſcendit v-terus? an quod aſcendat vna pars, & non alia, vt pote quia alliga-ta illo ordine præſignato? an etiam credis, dum mulieres affir-mant, & vſque ad collum aſcendere, & inde ſuffocari, aut vſque in ventriculum, & hinc inclinationes ad vomendum conſurgere, ſolū ſuffumigijs (ex ruta, perdicis pennis, corij fœtidi partibus, aut capillis) receptis, ſaluti reſtitui, quia illæ partes, aut diſruptæ reſarciantur, aut laxæ redditæ attemperentur, tam breui tempo-ris ſpatio? an cogitas, cogitabilem inueniri finem, propter quem aſcendat, aut ab alijs partibus ſurſum trahatur? nam ſi alimentū diſquirit, quorſum aliam quam iecur aſcendit partem? quod ſi il-lo furore Platonico ſemen intendit, quorſum dum, ira, metu, mœ-ſtitia,

Locus vteri & alligationes.

Probatur non aſcendere vterum.

ſtitia,dolore,aut quarundam rerũ deſiderio,à coitu,valde diuerſo afficiuntur mulieres:affirmant collum vſq;,& ceruices aſcendere,& comprimere,donec periculum ſuffocationis inſurgit.

Dices,motiones iſtæ vteri ad ſymptomatum genera reducendæ veniunt,vt colligitur lib.2.de ſympto.cauſis cap.3.& lib.6.de locis affectis cap.5.vbi expreſſe retrationem vteri verſus alterũ, aut alterum latus, dicit oriri à repletione nata ex menſtruo ſanguine craſſo retento:quaſi diceret à conuulſione ex repletione: ſed ſymptomata inſequuntur morbum, vt vmbra corpus: ergo quemadmodum non quęritur finis in morbis,ergo neque in ſymptomatibus illis.Secundo vt retrahitur verſus latera,aut æqualiter,vel inæqualiter,non ne,& verſus ventriculum, & diaphragma retrahi etiam erit poſsibile,& inde ſuboriri motum verſus illas partes?quod videtur recipere Galenũ ibidem.Reuera hęc expreſſe iam diſcutiendum poſtulant de eſſentia illarum affectionum: & quare verſus latera vterus retrahatur, non vero verſus ventriculum.Circa primum animaduertere non erit abſre, quod licet quæuis vuluæ præfocatio(vt aiunt ex Moſchione, & Cleopatra)â Græcis hiſterice,pnix fuerit nuncupata:tamen hyſterica affectio, & vteri ſuffocatio non dicuntur ad conuertentiam: hyſterica nanque affectio nomẽ eſt vniuerſalius:quia vt ex Hippocrate referunt libro de mor.virginum, ſtrangulatio quædam ſpecies eſt hyſtericæ. Verum communiter iam omnes affectiones,quibus medijs videntur mulieres ſuffocari appellant hyſtericas affectiones medici:præcipue tamen illam, qua vterum ſurſum ferri aſſerunt.Ipſæ vero omnes aiunt habere rationem morbi in figura,& ſitu,propterea quod dixerit Paulus libr.3. capite 71.ſtrangulatus vuluæ ad ſuperiora recurſus eſt, Hippocrates locis citatis moueri ad omnes fere partes corporis, Galenus illo 6. de locis capite 5.ad latus dextrum,& ſiniſtrum,& ſurſum, pariter & Auic.aſt iſte,quod duæ fuerint tunc ſpecies morbi, docet, quarum vna eſt ægritudo officialis(in figura ſcilicet, & poſitione:nam figuram eius propriam corrumpit ipſam contorquendo, & â ſua remouet naturali diſpoſitione) quæ in primis conſequitur matricem,quare ſpaſmatur (poteſt & hoc contingere vtero, nam & ſi proprie ſit paſsio neruorum, accidit etiam & partibus membranoſis,quia referunt & illorum naturas) & cõtrahitur & primis ad ſuperiora,aut ante,& retro, aut ad latus dextrum, & ſiniſtrum, ſecundum obedientiam materiæ retentæ in venis: & nõ in-

Hiſterica quid.

non inuenit meatum,imo dilatat venas, id eſt, ſecundum quod occupauit cauitatem alterius,aut alterius loci vaſorum (vt explicat Gal.loco citato)præſtando prius obedientiam parti mittenti illum humorem:& ſecunda eſt ægritudo materialis cũ eo, quod facit procedere materiam retentam ad duo membra principalia ex vapore malo venenoſo,quare accidit res ſicut epilepſia,& ſyncopis,ex quibus verbis pro comperto ſemper habui,quod ſi vera eſt ſententia aſſeuerantium,eſſentiam hyſtericæ affectionis non expectare ad morbos in ſitu(ex eo quod Gal.dũ illo 6. de locis, cap.5.mouens duas quæſtiones,alteram, quæ nam ſit cauſa retractionis vteri ſurſum,& ad latera:alteram,quo pacto vtero quieſcente,contingat ſæpe,accidentia hyſtericarum reperiri in quibuſdam.Primum determinat propter imbibitum ſanguinem in his, aut illis vaſis,huius,aut illius partis vteri: ſecundum propter corruptum ſemen)& inſinuatam fuiſſe etiam ab Auic.nam quid aliud ſignificatur illis verbis Auic.ex vapore malo venenoſo aſcẽdente cerebrum & cor accidit res ſicut epilepſia,& ſyncopis, niſi quod vtero quieſcente contingant accidentia hyſtericarum: & inde quod illi morbi non ſpectãt ad morbos in figura? Quæ pars poteſt etiam probari:nam ſi illa ſuffocatio ſemper aduenit, quia vterus ſurſum aſcendens comprimat ſeptum trãſuerſum: quomodo in vltimis geſtationis vteri menſibus, & in maximis ſatietatibus,vbi etiam comprimitur,non apparet illa ſuffocatio, ſed ſolũ, reſpiratio parua & crebra,Hipp.vero & Gal. locis in argumẽtis adductis non intelligunt in ſitu conſiſtere eſſentiam,ſed cum accepiſſent ab obſtreticibus vterum recurrere illis modis,& a mulieribus patientibus,conantur inuenire cauſas talis euẽtus.Paulus vero,& Aetius, & reliqui ſtrangulationem definiunt per recurſum vteri,non quidem tanquam per eſſentiam morbi, ſed tanquam per ſymptoma,quod multoties in hyſterica inuenitur. *Hiſtorica non eſt morbus in ſitu.*

Sed dices,affirmas igitur ſitum mutare vterum,& moueri à ſuo loco,reuera,in hac re arbitror dicendũ,vt ſupra inſinuaui,collũ, caput,viſcera,nec ventriculum poſſe aſcendere vterum: neq; id demonſtrant Hipp.& Gal.& Auic.loca:nõ enim docẽt aſcẽdere vterũ:ſed vapores illius,ꝙ ſufficit,vt appareat illa læſio in corde cerebro,& alijs viſceribus,vt fateat,aura aſcendente à pede,ſeu crure in cerebrũ:vt puer acceſsionibus epilepticis corriperetur,& per periodos:quod hyſtericis etiã accidere,docet Rhaſius 22.continentis tract.4.c,1.& Auic,loco allegato 5.& quandoq; accidũt huic

huic ægritudini periodi,& propterea videtur ſatis conſonum rationi per ſolas effumationes rerum vehementium fœtidarum potius ſaluti reſtitui mulieres,vtpote quod ille vapor aſcenſus aſſumatur & diſsipetur,& vapores illi ſufficiunt,vt mulieres poſsint vere affirmare ſentire corpus illud,quod exiſtimant vuluam, in collo,& ceruicibus,alijsque partibus: quin potius, vt Fernelius ſenſiſſet ſub tactu corpus,quod cedens tactui,fugæ cederet locũ, & in pedibus, & alijs omnibus partibus maxime ab vtero diſtantibus præſtaret læſionem,vt fiat ſatis locis Hipp. & aliorum ſcribentium de morbis mulierum. Et hac ratione arbitror etiam, affirmare Platonem,quod paſsim aberrans vulua plurimis premat morbis reſpectu partium diſtantium à ligamentis vteri(de quibus alia ſtat ratio,vt poſtea dicemus) neque enim animal docet eſſe diſtinctum,meo videri,vt falſo ei imponunt auctores aliqui magnæ conſiderationis,fortaſsis potius recipientes commune dictum,quam legentes verba Platonis, ſunt etenim illa adducta, in quibus poſtquam dixit viri pudendum quaſi animal inobediens,& quaſi non exaudiens &c.ſubdit vulua quoque matrixque in fœminis eadem ratione animal,&c. docet igitur quod ſit eadem ratione animal ſicut pudendum viri. An Plato vult pudendum viri,quod fuerit animal diſtinctum? docet ergo quod tã quam,ſeu quaſi animal inobediẽs ſit vulua in muliere,veluti pudendum in viris: neque ego miror,quaſi animal non exaudiens vocaſſe Platonem partes illas, ſunt equidem potiſsima carnis inſtrumenta,de qua dixit beatus Paulus ad Galatas 5. caro concupiſcit aduerſus ſpiritum. Vnde S.Thomas 1.p.q.95.artic.2.ad 1. addit per hoc,quod paſsiones rationi repugnant, & ibidem Caieta.præuiſis quibuſdam diſtinctionibus,inquit, probatur diſtinctio in nobis,ex eo quod appetitus ſenſitiuus nõ eſt totaliter ſubditus rationi,& quodammodo rationi obedit in nobis: quod iuxta noſtrum propoſitum poteſt explicari,vtriuſque membri erectiones,& motiones non obediunt rationi quaſi animalia alia, obediunt vero quoad actum coeundi. De alijs vero motibus, medijs quibus vitiatur figura eius,alia eſt ratio.nã illud intra ſpheram partium alligantium illum ſolum fit,& inde verſus dextrũ, aut ſiniſtrum contorquetur, quia ſanguis inculcatus in vno aut altero latere conuulſionem ex repletione pariat,aut ſpaſmũ, pro mala qualitate,referente Auic.loco citato,aut frigore volẽtibus alijs,nam quando deſcendit,adfuit relaxatio,aut ruptio alicuius illorum,

Plato non docet vterum alterũ animal.

Appetitus ſenſitiuus inobediens multo.

illorum:& inde Paulus à Gineta lib.3.cap.72.inquit,vulua procedit,raro quidem,ſed multis occaſionibus:vel enim ab alto delapſa,& incoxas firmata,membranis, quæ interaneum id continent,ruptis,aut extractione ſecundarum ſimul ipſam extrahentium:vtque eidem adhæreſcant quemadmodum in partu difficili,&c.iuxta primum Gal.lib.2.de cauſis pulſ.dicebat vterus ſimiliter,& ſpina,muſculique detorquentur cum in corporis illas partes tendantur,in quas diſtorqueantur,& Hipp.com.3.de articulis:multa alia quoque his haud diſsimilia in corpore inueniuntur,&ſecundum neruorum diſtentiones,& muſculorum figuras: quin etiam plurima notatu fortaſſedigniora, quam quis putauerit,contingere ſolent,& ſecundum inteſtinorum naturam, & vniuerſum ventriculum,atque vteri tum errores, tum extẽſiones. Quo vero ſurſum intra illud ſpatium moueatur,non ita facile videtur:ſiquidem non ſunt vaſa ſicuti ad latera: moueri vero ſurſum,non ſolum vt reddat rationem narrationibus obſtrecticum, ſed vt curetur talis lapſus,docet expreſſe lib.1.ad Glauc.cap.14. 9.& quemadmodum in multo effluxu cucurbitas iuxta mãmas imponimus,ſic,quibus ſurſum, aut in latus tractus eſt vterus inguinibus & coxis adhibebimus. Dicere vero , quod conuellitur verſus ſuam originem,ſeu retrahitur,expreſſe expoſtulat explicare,vnde ſit radix & origo vteri:ſed quia hoc liquet ex illis,quę adduximus exVeſſalio,& quomodo adfuerint vaſa omnibus partibus,iam ſolum placet dicere,vterũ verſus partes ſupernas quandoque aliquando aſcendere , vtpote quod in vltima parte imbibatur humor,aut diſtemperies frigida, quæ ſint cauſa retractionis,vt in externis in corio multoties apparet : & id expreſſe eſt, quod fatetur Auic.loco citato,dicens,& proprie cum accidit , vt in radice ſit frigidum,&c.nec propterea intelligas Auic.inſtituere cauſam hyſtericæ affectionis rigide,vt loquebatur Hipp.de ipſa lib.de mor.virginum in frigida diſtemperie , etiam ſi dictũ iri videas apud Gal.lib.9.de comp.med.per loca c.10. aliquod ſymptoma huius ægritudinis procedere ex frigiditate : nã potius ex ipſo Auic.& Gale.expreſſe confeſſum inuenies,quod ſi accipiatur in ſpecie & proprie morbus,eſt cuius eſſentia in tota ſubſtantia conſiſtit:ſicut enim ſunt plura:quæ non operãtur primis qualit.ſed potius à tota ſubſtantia,non quidem ipſa immediate agente,ſed alijs,quæ ſenſu tactus non percipiuntur,vt oſtendit Gale. lib.4.de ſimpli.med.facult.c,12.quo oſtendit huius ordinis habe

Vterus relaxatus deſcendit.

Cucurbitula in vtero affecto.

Hh ri vene-

ri venena & alexipharmaca. Sunt itaq; plures morbi, qui non habent ſuum eſſe in exceſſu alicuius primæ qualitatis: ſed potius alterius qualitatis, & ſi dicantur â tota ſubſtantia morbi: ita de febre peſtilenti referebat Gal. in 1. de mor. vulg. com. 1. ſic etiã referunt de morbo gallico, eo quod viderint, non curari primis qualitatibus, ſed alexipharmacis, vt ſæpe etiam conſtat de hyſterica, & ſic dicendum ſequitur de eius eſſe: videre eſt, illo 6. de locis c. 5. vbi dum conatur inuenire cauſam accidẽtium, quæ in hyſtericis inueniuntur: docet neque eſſe impoſsibile in hominibus generari venenũ, quod etſi quantitate ſit paruum, virtute tamen eſt magnum: inſinuat ergo venenum eſſe cauſam illorum accidẽtium. Idem Auic. dum iuxta ſecundam ſpeciem morbi illius (inquit) quare accidit res, ſicut epilepſia, & ſyncopis ex vapore malo venenoſo attingente duo membra principalia, ſcilicet cerebrũ & cor. Nec militat aduerſus hanc doctrinam, illud Gal. 1. de arte curatiua ad Glau. c. 14. videlicet, omnem præterea, quæ ex vtero prouenit, ſtrangulationẽ defectus animi antecedit, ſicut ad vteri verſus ſuperiora recurſus, & ad latus inclinationes, atq; inflãmationes plerũq; cõſequitur. Neq; illud Aui. & Aetij, vbi ſigna dãt quibus poſsimus cognoſcere hyſtericã ex quouis humore, & nõ ſolũ ex ſanguine mẽſtruo ortũ ducere, neq; illud Hippo. lib. 2. de morb. muliebr. ſi vẽtus in vteris fluxerit, flatus exit, & ſtridet, & tota intumeſcit (mulier ſcilicet) & 7. li. de morb. popularibus, plurimos hyſtericarũ flatus. Quibus põt. apparere cauſam hyſtericę paſsionis flatũ eſſe, & inde calorificis tẽtat illos reſoluere, neq; illud, ꝙ retẽtus ſanguis mẽſtruus in geſtantibus vtero non cauſet hyſtericã affectionem per retractionem vaſorũ, nec per vapores eleuatos & ferientes, aut diſtendentes: nec deniq; illud quod cũ ſemen poſsit detineri in viris, & in venenum tranſire, corriperẽtur vtique ſimilibus morbis, non inquã militant: quia etſi in primo loco doceat Gal. quod defectus animi antecedit ſtrangulationem ex vtero, potius confirmat illam ſententiam, nam ab illis vaporibus excitatur animi defectus, quia mali moris, vt venenum fuerint. Ad ſecundũ quod per ſanguinem menſtruũ non intelligit Gal. quartũ humorem tantum: ſed maſſam ſanguinariã habẽtem quatuor humores, quorũ nunc vnus, nũc alius poteſt vigere, & iuxta eius vim cauſare ſymp. adeo ſenſibilia, vt merito Auic. & Aetius edoceãt ſigna, quibus poſsint medici cognoſcere, an ab hoc vel illo humore fuerit cõgeſta vteri affectio. Ad tertiũ, ꝙ nomine

Hyſterica habet ſuam eſſentiam in ſubſt.

mine hyſt.affect.(reſpondent)aliquãdo intelligitur proprie morbus ille à tota ſubſtantia,aliquando vteri retractio:vnde quando Hipp.dixit,ſi ventris,&c.& plurimas hyſtericarum, &c.ſermo eſt de hyſterica. 2.modo,pro retractione ſcilicet vteri: & in hoc ſenſu debet etiam intelligi,quando docet,quod procedit à cauſa procatartica:quam doctrinam cõfirmat illud,videlicet, quod ſi potũ frigidum magnum deguſtauerint,aut acetũ:aut in terra frigidiſſima ſederint,illa affectione corripiuntur:cum tã cito non videatur ſemen,aut ſanguine maligne corrumpi poſſe : verum ſemel concepta opinione,poſſemus etiam dicere,nõ illo breui ſpatio venenoſum illud fieri,ſeu generari:cõſurgere tamen quia generatũ poſitis illis iuuãtibus ad concitationẽ:ſicuti aſſumpto pipere videtur,adueniẽte ira,gaudio,metu,mœſtitia, aut alio huius ordinis. Neq; intelligibile videtur,quomodo illa praua ſemper excitẽtur ſymp.niſi adeſt praua qualitas:cũ hoc tamẽ bene poteſt adeſſe tãta quãtitas humoris,à quo flatus volant,vt valeat ad repletionem partiũ,vt extẽſiones & cõtorſiones fiãt,& ſigna vniuſcuiuſq; diuerſi luceãt.Ad quartũ reſp. ꝙ alia eſt ratio detẽti ſanguinis menſtrualis per morbũ,& alia per vteri geſtationem:nã hoc modo, cũ ad finẽ naturalẽ nõ eſt ita cauſa huius affectionis:quia partim ad vbera gratia generationis lactis trahitur,aut mittitur,partim abſumitur in nutritionem fœtus,& quæ remanet pars ſecundum naturam conſeruatur, & præſeruatur à tali corruptione media illa tunica dicta ſecundina:deficientibus vero his,quando non adeſt impragnatio,adeſt & ille lapſus:aſt,quia,ſi adeſt multitudo, vt poſſit illa lateralia vaſa replere,aut fundum,non videtur, quare non poſsit excitari retractio,ſaltem inde cogito, & quia vidi ſæpe vtero gerentes cruciari illiſmet accidentibus, poſſe & in illis excitari hyſtericam affectionem:quod ſi non contingit,eo eſt, quod ſanguis aut qualitatiue pro ſitu,aut quãtitatiue aliter ſe habet, citra illud opus conſeruationis ſpecificæ diuerſæ valde ab illa indiuiduo conuenienti,vt lucet in Eunuchis,& ſpadonibus.Ad quintũ ꝙ & in viris(veneno genito)aliqua fere ſimilia fiunt in illis, ſicuti & in fœmineo ſexu,tardius vero pro loci incõmmoditate,&diſpoſitione ex parte tẽperiei:nã etiamſi vtrobiq; & in vaſis ſpermaticis poſsit corrũpi:vt quandoq; in malignis febribus corrũpitur ſanguis in ſuis vaſis,tamẽ in vtero magis,retinetur enim pro multis cauſis,quidquid exiſtimet Perea negãs talẽ retentionẽ à fœtatione ſeminis:corrũpũtur vero ſi.praue, vt venenorũ inducãt ſimi

Cauſæ hyſterica.

 lia ſym-

lia ſymptomata, quia quãto aliqua res habet perfectionē miſtionem, tanto deterius putrefactionem adipiſcitur. Sic cadauer ex hominis corpore, multo maiorē fœtorem ex putredine inducit, quam ex alijs animalibus, ut oua & lac: & quia ſemen & ſanguis ex his, quæ ſunt intra nos, maiorem miſtionis perfectionem habent deterius putreſcunt. Hinc Auic. c. illo 16. inquit, & quæ ex eis eſt menſtrualis (materia ſcilicet, ſeu cauſa) magis ſalua eſt, quam ſpermatica: ſperma enim quamuis ſit eius generatio à ſanguine, tamen eſt magis ſuſceptibile cōuerſionis malæ, quam ſanguis. Hinc etiam dicebat Ariſt. & cum ipſo Gal. quanto corpora viuentia perfectiorem temperiem habent, in morbos deteriores incidunt: quia potentior debet eſſe cauſa, à qua vincuntur.

Perfectiora natura peius corrumpũtur.

Hyſterica quomodo ab epilepſia & ſyncope ſecernitur.

Dubitare tamen quis poterit, ſi res accidit hæc ſicuti epilepſia, & ſyncopis, an ſint ſigna, medijs quibus medici queant ſeparare hyſtericam ab his, & alijs ſimilibus in accidentibus? pro cuius dilucidatione notabis, quod licet hyſtericæ paſsionis medici tres ſtatuant ſpecies; ſeu differentias. Primam ſtatuunt grauiſsimam: quando priuatur animal omni ſenſibili pulſu, & reſpiratione: ſecundam, dum ſeruatur aliqua reſpiratio, & ſi difficilis cum exiguo pulſu: tertiam, quando contingit cum partium cōcuſsione (ſiue propter communionem vaſorum, ſiue propter ſympathiam partium, vt placuit Fernelio lib. de antipathia cap. 15.) ad ſimilitudinem epilepticorum: cuius recordatus fuit Hipp. 3. prorrhi. in omnibus tamen refrigeratur corpus plus, minusve, non ex eo ꝙ in termino putrefactionis ſanguinis, aut ſeminis ex quibus, res infrigidata totum refrigeret corpus, etenim illud quandoque in minima quantitate videas, vt talis refrigeratio tibi etiam videatur infactibilis: ſed quia venenoſi vapores quãtitate parui, & virtute gigantes peruenietes ad cor diſſolutione ſpiritus vitalis reddunt totum corpus frigidum per accidens, corrumpendo cauſam calefacientem. Quamobrem laborans priuatur reſpiratione, quia corde frigido exiſtenti, vtpote ceſſante fine, ceſſat & reſpiratio. Ceterum, quod non ſeparetur per has reſpirandi ſortes hyſterica ab alijs affectionibus, conſtabit animaduertenti, in apoplexia eaſdem difficultates reſpirationis inueniri: pariter nec per illa ad iuuantia, aut nocentia, nempe, quod in animi deliquio, ſyncopeq; conferant ſuauiter odorantia: in hyſterica vero noceant: vidi ego duas mulieres nobiles, quæ dum afficiebantur hyſterica affectione, & multoties, altera cruciabatur fœtidis odoribus, & tetris

ſuffo-

ſuffocabatur,ſuauibus vero vt ex ambra,muſco, butyro,naphæ, ſanitati mirifice reſtituebatur,altera e contra hoc vero & in his, & alijs multis ſæpe obſeruaui,vt aſſumpto decocto origani,quãtitate quatuor vnciarum,multitudinem flatuum emitterent: & ſtatim bene ſe habebant:quod neque in ſyncope,aut animi deliquio vidi contingere. Accedit animaduertere de conſuetudine affectuũ,quibus ſolent magis cruciari mulieres, vt ſeparetur hyſterica affectio ab alijs,tũc in pulſu à ſyncope diſtinguitur,quia in hac & ſi exiguus & formicãs inuenitur,in fortiſsima vero hyſterica nullus ſentitur:à lethargo differt, & febre,& ſomni inclinatione,quia potius hiſtericæ habẽt vigilare præ anguſtia & doloribus,à cathalepſi, quia in hac affectione oculi ſunt ſemper aperti:ab apoplexia,quia ſi in reſpiratione conueniant,ſtertor adeſt apoplexiæ,non vero hiſtericæ:tum minimus lapſus in pulſu quandoque in apoplexia,non tamen in hyſterica.Si autem vtraque affectio grauiſsima fuerit:difficilem inuenies diſtinctionem niſi in regione vteri tũc percipiatur aut aliquod tumoris genus, aut contorſionis alicuius partis illius, & animaduertas vitam ante actam,vt coniectare poſsis,habeat ne inditia ſeminis, aut ſanguinis corrupti,aut alterius humoris iuxta ea, quæ diximus de ſignis illorum,qua propter ad reliqua reuertendo,dicendum eſt, quod quæuis illarum (dicuntur enim tres à medicis, præcipue, ſuffocatio,contorſio,& procidentia)dum grauis eſt,& continuo accidit,ſterilitatis eſt cauſa,vt liquet ex Hipp.locis ſupracitatis, & rationibus oſtendentibus ſterilitatis radicem.Sed neque ſtante hoc principio ſterilitatis,aut quouis alio,ex relatis,non decet, niſi aliud adfuerit, præſtare quadrageſimæ tempore licentiam ad carnis comeſtionem, propter illam rationem in ſuperioribus deſcriptam,ſcilicet quod nec ſequitur lapſus in indiuiduo, neq; in ſpecie.Diximus,niſi aliud vrgeat:nam etiamſi menſtrua plura,aut pauca,iuxta exigentiam indiuidui,prout inducunt ſterilitatem,non expoſcerent illo breui tempore eſum carnis: tamen quia alias ex ipſis nimis peccantibus illis modis,plura ſolent excitari mala iuxta illud Hipp.5.apho.57. ſi menſtrua plura fiant, accidunt morbi:& ſi non fiant, ex vtero morbi cõtingunt,aliter eſt iudicandum,vt poſtea dicemus,ipſa autem quod fuerint grauiſsima,edocetur aphoriſ.56.eiuſdem,vbi dicitur, quod in fluxu muliebri & conuulſiones & animi defectus aduenient, validiora vero debent intelligi:& ſi iã diu perdurauerint,vt docet Gal.

Separatur hyſterica a ſyncope & alijs morb.

Vteri tres affectiones

In hiſterica aliquando negatur caro.

in com.eiuſdem ſententiæ,non ſecus.Et hinc Braſobolus inquit, & adeo plena,vt magna eorum copia & continuo egrediatur, & tu per excellentiam ſuperfluum menſium tam alborum quam rubrorum defluxum intellige,vel etiam ſeminis:nempe & mulieres gonorrhæam patiuntur, & multi decipiuntur,menſtrua alba eſſe putantes,cum tamen non ſint.Quo vero diſtinguantur dicemus capite de gonorrhæa. Sic enim illæ euacuationes, aut retentiones extremæ cauſæ ſunt,vt ex eis, ſicuti & propter morbos vteri multi poſsint oriri morbi (vtrumque enim poteſt intelligi ex illo aphoriſ.quidquid aliqui cogitent) etenim hinc arbitror, relatum a Galeno 10.methodi capite 9. febres hecticas accidere ex vtero,id eſt,ex ſuperfluis euacuationibus per vterum: Hinc Hieronymus Mer.lib.4.cap.2. ad hæc vbi fluxus immodice diutius durant,timēdum eſt,ne mulier fiat hydropica cachetica, aut alia propria mala incurrat.Hinc Mauritius Cordæus in Hippoc. lib.1.de mulieribus comm.1.aut primum,hæc venit moleſtia mulieri,vt ſit decolor,quia ſanguis corrumpitur:hinc etiam dicitur, ex immodico fluxu poſſunt vlcera varia oriri in vtero, & praua, vt ſi ſanguis ſit nimis vitiatus,acris,aut mordax. Hinc Ariſt.2.de generatione animalium 4.ſi menſes vel non fluant, vel immodice fluant,morbi varij exoriuntur:corpus mulieris emaceratur:& ſterileſcit:addatis etiam,interdum ex retentis menſibus mulieres virilem habitum contrahere,& deformari,ita vt pili varij,& barba oriantur.Idem etiam colligitur ex Hippo.6.epid.hiſto.de Phelusa & Nameſia, & ſigillatim quales fuerint morbi illi,deſcribitur 1.lib.de mor.mulie.in coacis prænotionibus 6.lib. de locis affectis cap.5.& de venæ ſectione aduerſus Eraſiſtratos:quibus habetur,quod illi ſunt morbi comitiales paralyſis,tabes, vrinæ difficultates,melancholia,hydrops,febres ardentes,& apoſtemata.Igitur ne contingant hij morbi, præſtare medicus ſuam indulgentiam poteſt eſui carnis tempore interdicto ab Eccleſia,dū diu perdurauerint,ſuperflua euacuatio,& longa retentio.

Prognoſtica mēſium immodicorum.

Morbi ex ſuperflua purgatione

De lumbricis vteri,quia non generantur, niſi adſit plurimus calor in quacunque parte,cuius rei teſtimonium referunt auctores 3.apho.26.& loca ſterquilinia: exiſtimo animaduertendum, tunc non licere præſtare licentiam ad eſum carnis, ſed miniſtrare alimenta,frigida,& ſicca:vt fiat ſatis,& contra cauſam efficientem,& materialem.Et licet in alimentis poſsimus adhibere,quæ necant lumbricos,quia tamen via ab ore longior eſt, ideo melius

eſt,ap-

eſt applicare remedia intrinſicus & extrinſicus vtero, fomenta ſcilicet, infuſiones, aut peſaria, & eodem modo credo iudicandum futurum eſſe, dum ádfuerit lapis in vtero.

De mola adſtante in vtero, maior mihi fuit ſemper difficultas: nam licet præter illa ſigna ſupra adducta ad percipiendum illius conceptum ſint & illa Ambroſij Parci de hominis generatione, cap.34. nempe quod mulier molam in vtero geſtans in dies macreſcit, artubus quidē omnibus, ſed præſertim cruribus, quanquā eadem illi ſub veſperum intumeſcunt, adeo vt ad inceſſum euadat tardior, calore natiuo partes à corde remotiores paulatim deſtituente, ſed & aluus ipſi, reſtitante circumlocos menſtruali materia, nec molæ in nutritionem abſumpta, tanquam ab hydrope tumet: niſi quod & durior eſt, & pulſata digitis non tumuit: vmbilicus non prominet, vt ſæpe ex vero & legitimo fœtu cōcepto. Tamen ſic confuſe huius, aut fœtus ſolent apparere ſigna, vt nec medici nec obſtrectices auſi fuerint determinare alterum, aut alterum conceptum adeſſe, aut complicari, vt ego quater, aut quinquies vidi, & auctores referunt. Quamobrem iudicandū arbitror vſq; ad vndecimum menſem, ſicuti de vtero gerentibus fœtū: & concedenda alimenta pro appetitus vehementia & conatu. Illis vero præteritis menſibus, ſi appareat illa macredo, dolor artuum & intumeſcentia pedum: non dubito, poſſe abſq; periculo conſcientiæ medicum ſuam præſtare indulgentiā ad carnis comeſtionem, tempore ab Eccleſia interdicto: quia imminent iam pericula aliorum morborum. Verum ſi illa nō adfuerint, ſed mulier bene ſe habeat: vitioſe dabatur ei licentia: tranſactis vero vndecim menſibus, quod permaneat, docent auctores, & hiſtoriæ, pro primis Ariſt.4. de generat. c.7. per totum de ipſa loquens inquit, mola morbus vitium eſt in vtero mulieris, quæ eſt quædā duriſsima caro, quā aliquādo emittunt: cū tamen putent ſe parere infantē: qui morbus durat annum aliquando, aliquando trienium, aliquando per totam vitam. Hieron. Mercurialis illo lib.1. de mor. mulierum c.3. inquit, pace Ariſt. puto fieri non poſſe, quod mola non acceleret mortem. Sed quid inde, vt Ariſt. non poſsit dicere quod aliquando à conceptu duret per totam vitā? dicit ne Ariſt. per totam longā, aut breuem? Hip. lib. de ſterilibus, hæc itaq; & ad duos annos, ſæpe etiam tres, ſic habet Auic. fen.21. trac.2. lib. 3. c.18. & quandoque remanet ſic annis quatuor, aut quinque, & quandoque protenditur vſq; ad finem, & non recipit curationē.

Signa molæ

Incerta cognitio molæ.

Idem Aetius lib.4.ſer.4.cap.80. Rhaſius 22.cont.tract.6.ca. 2.& Paulus lib.3.cap.69.pro ſecundis, Ambroſius Pareus loco allegato ſic aſſerit, molam totos ſeptemdecim annos vtero circumtulit vxor Guilielmi Rogerij: adducit totã hiſtoriam, & figurã eius: & Franciſcus Rouſetus de partu Cæſareo quãplurimas hiſtorias adducit ſimiles: denique Mercurialis illo citato, ſic ſcribit, dixi perdurare ad multos annos, quia Nicolaus Florentinus refert, ſe vidiſſe mulierem, quæ viginti annis geſtarit molam. Antuerpia ſcriptum eſt ad me à viris doctiſsimis, fuiſſe mulierem, quæ duodecim annos geſtarit in vtero cadauer emortui fœtus. Reſcripſi (habeo epiſtolas) quibus ego probaui, non potuiſſe eſſe cadauer fœtus emortui, ſed fuiſſe molam figuratam. Vnum tamen animaduerſione dignũ adducit Mercu. loco allegato his verbis, ſed volo vos commonefacere erroris Auerroeis, qui 3: collect. loco citato putauit, molam ipſam conuerti in aquam, & flatum, & ita fieri hydropem: quam ſententiam omnino falſiſsimã exiſtimo (inquit) quia non video vbi facta eſt mola dura & magna, vti dictũ eſt, quomodo poſsit eliquari in aquam, aut conuerti in flatũ, quia ſi conuerteretur in humorem, id fieret ob immodicum feruorem quia nõ aliter carnes cõuertũtur in humores quã per immodicũ calorem eliquantẽ, vt apparet in febribus ardentibus, in quibus vrinarum multitudo excernitur ob calorem colliquantẽ carnes, quodſi addeſſet tantus feruor in vtero, vt eliquaret in humores molam, proculdubio mulier interiret, nec locus eſſet generationi hydropis: preterea ſi conuertatur in flatum caro, ſcimus quod ex pauca quantitate carnis, maxima flatuum copia fieret, ita quod non poſsit contineri ab vtero. Accedit, quod ex carne, nunquam poteſt fieri flatus, quia flatus fit ex debili calore. Iã vero paucus, & languidus calor nil agit in carnem, eo minus in duram, qualis eſt caro molæ. Dixi hoc eſſe animaduerſione dignum, nam ſi, veluti multoties venit in ſuppurationem poſt inſignem inflammationem muſculus, aut fœmur totum, aut ſura, vt viſum eſt, cõtingeret, carnem illam putrefieri, & venire in ſuppurationem, nõ ne conuerti in humorem eſſet poſsibile, & inde magnam flatuũ copiam excitari citra illa incommoda? Vnum hoc affirmare ſum auſus me vidiſſe duas mulieres nobiles, quarum altera ſe virginem prædicabat, habebat tamen in vtero molem quandam, quæ mouebatur ſicuti dictum eſt de mola, menſes ſuppreſsi erãt, per ſex menſes: obſtetrix a tergo iurabat conceptũ habere in vtero: medicus

Mola ex Mercuriale non conuercitur in aquam.

Hiſtoria de mola.

dicus cui erat cura de ſalute eius, dubius maxime erat: eam vidi mediocriter rubram: & bene ſe habere ad oblata, molemq; illã moueri ad motum ventris, cum alijs conditionibns de molæ conceptu: iurauit mihi cum interrogaſſem ſub quibuſdam parabolis ab ea aliqua, virum non cognouiſſe: quamobrem bis ſanguinem miſi à maleolis, corpus reddidi fluxile ſerapio capillorum veneris, & artemiſiæ cum decocto borraginis; pilulis de agarico, & aggregatiuis purgaui: poſtea paraui balneum, cum maluis, aneto, pulegio, coronaria, braſica integra, bismalua, & artemeſia, in quod ſingulis diebus mane, ieiuno ventriculo, deſcendebat, & vſq; ad ventriculum fere ſubmergebatur: deinde lectulum aſcendebat: & ſumebat trociſcorum de myrrha dracm. ſemiſem cum duabus vncijs decoctionis ſabinæ, prope noctem pecten, & loculus muliebris fomentationem recipiebat, ex decocto radicum altheę, rumacis radicum, foliorum branche vrſini, ſeminis fœnu Græci, lini, ſeſamiq; in aqua communi: aliquando ex his ſuffumigiũ miniſtrabatur, & illiniebantur loca illa hoc linimento: butyri baccini loti vncias duas recipe, adipis anſeris, & gallinæ ana vnc. vnã, ſucci cæpe albæ, & maluæ ana vnc. ſemiſem, myrrhæ, & Galbani ana vnc. ſemiſſem, miſce ad ignem, & fiat linimentum. Alimentũ fuit ſemper caro elixa cum maluis, tranſactis quindecim diebus à balneis, incepit purgare fœtidiſsimam aquam fere ſubviridẽ, & ſpatio triginta dierum quantitatis vnius, aut duarum lib. deſcendebat. Euanuit tumor omnimodo: mulier bene ſe habuit, & poſtea apparuere menſtrua. Dicat igitur Dominus Mercurialis, quid ſibi videatur de hac re, tumor enim maxime erat durus, & nullum ſignum hydropis: deſcendit illa multitudo aquæ fœtidę. An in illa conuerſus fuerit tumor, aut aliunde nata, dicat etiam nobis? Altera vero mulier monogama erat, defecerunt ei menſtrua, apparuit tamor in ventre ſic increſcens cum lacte in mammillis, bene ſe habente ad oblata, & facie rubente, vt ab eius viro & cognatis grauida reputaretur: & reuera, ſic exiſtimabatur apud omnes: peruenit tempus pariendi iuxta communem euentum: pertranſiit tamen nonus menſis, decimus, vndecimus, & duodecimus, non ſine magna omnium admiratione. Primis vero diebus decimi tertij menſis, rixa ſuborta inter coniuges, vir aſta illã acriter ceſsit, euanuit tumor totus, & ſi durus ſatis, qualiter in vtero gerentibus ſolet conſpici: dicat etiam nobis Dominus Mercurialis, quid cogitari poteſt de hoc euentu? Nam neque vt ſicca

Balneũ pro mola vteri.

Linimentũ pro eadem.

Hiſtoria de mola altera.

hydrops ſonitu timpanum repræſentabat,neq; in vtero hydrops poſtea apparuit. Si vero in vtero hydrops efficiatur,vt ad noſtrũ argumentum reuertamur (quod percipitur, ex eo quod imus vẽter,inguina,& pedes tumeſcunt,deficiunt menſes rubri, etiamſi apparent humiditates prauæ vitioſæ & diminutæ ex Hippocrate locis ſupra citatis,non apparet lac in mammis,aut illud aquoſum;male ſe habent in progreſsiuis motibus: excrementa aluĩ ſunt ſumme fœtida,& vteri os gracile, & quaſi retractum ſi tangatur,apparet: fiũt mucoſæ,& decoloratæ (ex quibus patet quod illa non patiebatur hunc affectum) non eſt dubitandum præſtanda licentia ad eſum carnis, quia præter mala dicta facile ſequitur totius corporis Hydrops, & aliæ quam plurimæ affectiones,referente Moſchione,& Aetio proprijs capitibus,& Iacobo de partibus ſuper Auicennam:ſicuti & cum adeſt vteri inflammatio cum maximo ardore ad tactum, & dolore) ſimiliter non debet medicus de præſtanda ſua indulgentia dubitare:nam licet febris multoties deficiat,ſolent ipſæ excitari ardentes, caput in conſortium trahi:ita quod delerium inſurgat,vomitus, lypotymiæ,rigores,tremores, puſtulæ in corpore,& tumores, vt docet Hippocrates 2. de morb. mulierum,& deducitur ex Gal. 6. epidemion. Et deniq; omnis vteri inflammatio habetur periculoſa & letalis:etiamſi Franciſcus Roniſſetus de partu Cæſareo ſectione 4. referat quamplurimas ſanatas.

Signa hydropis vteri.

Cũ hydrope vteri caruis eſus.

Prognoſtica hydropis vteri.

Præterea de nympha,& cauda prout attinet ad noſtrum inſtitutum,quia ſolum lædant circa generationis opera:vtpote quod fuerint cauſæ,vt coitus deprauatus excitetur cum magis deſideretur,quam par ſit:& quod impediatur ingreſſus, & egreſſus ſeminis,dicimus non licere concedere licentiam carnis comeſtioni,tempore interdicto ab Eccleſia;parum enim refert,curam protrahere vſque in finem quadrageſimæ,& interim ex cucurbitis, lactucis,ouis,piſcibus,non ſalitis,& huiuſmodi alijs frigidis quadrageſimalia condere,& parare. Curam eius adducit Paulus Aetius, Albucaſis,Rhaſis,& Auicenna locis proprijs. De clauſura vteri,vtpote etiam quod ſolum præſtet impedimentum generationi,aut coitui,eodem modo licet ſe habere medicum: etiamſi alimenta calida,& ſalita non præſtent lapſus augmentum:ſi vero purgationi menſtruali non det locum, iudicandum eſt iuxta ea,quæ ſunt propria illius.

Cum nympha cauda, & clauſura vteri nõ datur caro.

Morbi in ſitu,ſeu in figura vitiata, quia non ſolum læſionem pariunt

Digitized by Google

pariunt actionibus neceſſarijs ad ſpeciem, ſed ad indiuiduum: & vtrumlibet ſolet habere radicem aut ex principijs generationis, ſeu ortus, aut caſu aliquo, magnam expoſcunt conſiderationem: nam cum vterus habeat illa ligamenta, dextra parte, & ſiniſtra, & ante, & retro, & ſuperius, & inferius, poſsibile eſt, a principio redundante, aut deficienti humore debito hyſteram retrahi: ſed tunc licet fiant gibboſæ aliquantulum, & ſteriles (nam ſi deficiunt menſes, vt ſæpe tunc contingit, ſeruanda eſt regula prout in ſuperioribus) non ſtat ſufficiens ratio ad indulgendum de carnis comeſtione: nam illud nec incrementum, nec decrementum ſuſcipit pro hoc aut illo cibo, ſicuti nec brachium, crus aut alia pars a natura orbata: quod ſi percipias illud reſarciri poſse, vtpote quod aliqua vitia a natura cõtracta libro artis medicæ corrigi ſit poſsibile doceatur, ſufficit tibi, quadrageſimæ tempore tranſacto illud tentare, & pro tunc victus rationem expedientem miniſtrare: aſt ſi vitium illud contractum fuerit caſu, aut fortuna, quo tempore lumborum dolores adſunt, dolent & illia, accedit claudicatio, alterius vel alterius lateris, ſecundum quod dextra, aut ſiniſtra parte præeſt morbus: fœces retinentur, vrina guttatim ſtillat, difficilis adeſt reſpiratio, ſiue deſcendat, ſiue aſcendat, aut ad latus contorqueatur (nam quantumuis non tangat partes inſeruientes mediate vel immediate reſpirationi, prædolere nec auſæ ſunt reſpirare, ſicuti quando dolor hæmorrhoidarum peruenit ingens) abſque periculo conſcientiæ indulgere valemus, carnis eſum: magnum etenim malum expectare tunc poſſumus, præterquam quod ſæpe ad mortem perducit: propter quod Hippocrates locis ſupra allegatis innumera fere adducit remedia, & commẽdat huius affectus curationem: non vt animaduertat, ſi vterus v. g. in coxam deſcendat, iuxta illud quinta aphoriſm. 47. ſi vterus in coxam vergens ſuppuratur, neceſſe eſt linimentum fieri: quod opus eſt vti curatione, vt ſiniſtrè quidam imponunt voluiſſe ibidem Galenum, mentem fuiſſe Hippocratis: abſurdum enim, aut altẽ eiſet fruſtraneum tale conſilium; ſed quod ſi illud videas, vtaris hoc particulari remedio, nempe, applicando lineum inuolucrum illi parti, vt pus per vteri os extra poſsit, & ne putredinẽ ibi inducat, ſi expurgari non poſsit, ad quod inuolucra alia inducent; ſunt equidem & ipſa diuerſa, vt inſinuat, & inuenies apud Gal. ſeu apud auctorem lib. introductorij ſeu medici. Propterea etiam 2. de antidotis 1. de arte curatiua ad Glauco. 7. de compoſ.

med.

med. per genera 5. & 9. lib. 7. & 10. de ſimpl. med. facult. varia ſcribuntur remedia, inter omnia vero, hoc ſcio ſumma vtilitate prodeſſe, contra vteri flatus, relaxationes, & debilitates, & eius partium. Recipe Ladani depurati vnci. vnam, extiracis, calamithæ, drac. duas, lapidis magnetis, corali albi & rubri, bermicis, maſtichis, & carauæ ana drac. vnam, cinamomi, lignaloes, galangæ, & calami aromatici, ana drac. ſemiſ. galiæ muſcatæ drac. vnam, granorum chermes, ſantalorum citrinorum, & cubebarum, ana drac. j. roris marini drac. j. & ſemiſ. ſanguinis draco. & bolli armenici Orientalis, ana drac. j. biſtortę, & ſigilli Beatæ Marię, ana ſcrupulos duos, margaritarum drac. ſemis, terræ ſigillatæ ſcrup. j. pulueris aromatici roſati, drac. tres, cum cera & therebentina ſecundum artem fiat emplaſtrum, & applicetur ſuper illam partem, quam mulieres vocant renes, & inter pecten & vmbilicum longitudinem duodecim digitorum. Prodeſt etiam emplaſtrum cuius titulus eſt ad matricem, & hoc ſuper vmbilicum. Recipe gummi carammiæ & tazemahacæ, & Galbani ana drac. ſemis. puluęris lapidis magnetis drac. ſemiſ. miſce & extendatur pro vmbilico: ad opilationes vero vteri, & illarum partium circum iacentium, purgatione præuiſa, ſyrupum iſtum ſæpe ſum expertus, Recipe ſcoriæ ferri præp. vnc. duodecim, paſſularum mundatarum vnc. viginti & quatuor, infundātur per tres dies in lib. ſex aquæ calentis, bulliant ad conſumptionem tertiæ partis: poſtea addes origani, ameos, & ſeminis iuniniperi, ana p. j. bulliant iterum, & colentur & cum. lib. quatuor ſachari albiſsimi fiat ſyrupus, in fine vero coctionis ponatur croci in ligatura drac. j. vſus eius eſt, ab vnc. vna, & ſemis vſque in duas, & illico mediocri celeritate deambulare, ſpatio ſaltem vnius horæ: quod intra domum ſufficit, & inde religioſis ſæpe miniſtraui fœliciter, per tempus viginti dierum, ſeruata recta cibandi & potandi ratione, qualiter, dū calybs aſſumitur.

Remediū ad vteri flatus relaxationem, & debilitatē.

Emplaſtrū pro vmbilico.

Scrupus ſcoria ferri.

De ſeminis profluuio.

VAletudo hæc a Plinio lib. 20. cap. 13. ſeminis profluuiū nuncupatur: ſic etiam a Chriſtophoro a Vega lib. 3. de arte medēdi c. 3. a Celſo, & Moſchione cum Aetio ſeminis emiſsio, a Græcis teſtificante Vega loco allegato gonorria: iuxta translationē autem aliorum, vt eſt videre apud Albertinum Botonium lib. de

morbis

morbis mul.c.64. & poſteriore parte Armoniæ Gyneciorum dicitur Gonorrhea: quo nomine etiam vtens Gal.6.lib.de loc. affectis c.6. inquit gonorrhea eſt ſeminis excretio inuita, quam inuoluntariam quoq; nominare licet. Sed ſignificantius dixeris ſeminis aſsiduam excretionem, cole haud quaquam exteſo: ſic etiam lib.3.de ſympt.cauſis c.4.§.quin etiam Gonorrheæ, quæ abſq; tẽſione pudendi ſunt, ex imbecillitate retentricis ſeminalium vaſorum virtutis fiunt. Ceterum quia ſtatim dicat Gale. quandoque cum tenſione pudendi Gonorrheam euenire, vt non detur locus æquiuocationi, & definitio conueniat etiã profluuio ſeminis mulierum, exiſtimo potius amplectendam fore priorem definiendi rationem, primo quia in ea inſinuata apparet lib.de definitionibus med.§. Gonorrhea, id eſt, genituræ profluuium eſt excretio ſeminis, morbum importans (quaſi dicat, quia præter naturam, inuoluntaria) cum quo tabeſcit corpus, decoloraturq;, & apud lib. de matrice, & Moſchionem quando habetur eſt ſeminis emiſsio ſine cupiditate viri, & voluntate apud Celſum, ſine imginatione iuxta Aetium lib.16.cap.74. eſt autem Gonorrhea ſeminis ſine impetu & tenſione profluuium. Secundo, quia per illam explicatur muliebrem eſſe paſsionem, ſicuti virilem: quod contingere docet expreſſe Aetius ibidem §.mulieres quoque, non ſecus, ac viri in gonorrheam delabuntur. Gineciorum Armoniæ poſteriore parte c.26.ex Theodoro Priſciano §.hæc, quæ in viris hoc vitio laborantibus ordinantur, etiam fœminis conuenit adhiberi, Albertinus loco citato §.quod ſymptoma etiamſi fœminis ac viris commune ſit, frequentius tamen in fœminis. Nec oppoſitum arbitror inſinuatum à Gal. loco allegato: nam etſi definitione ſecunda videantur mulieres excludi: vtpote quod pennem non habeant, revera prima comprehenduntur expreſſe: & eſſe futurum hoc neceſſario, colligitur ex eodem Gale. docente ſemen eſſe in viris & in mulieribus: vt oſtendit in vtriſque voluptas in eiaculatione, efformatio vaſorum ſpermaticorum, à quibus fluit humiditas: & illud fluere ex imbecillitate retentricis ſeminalium vaſorum: quæ in viris, & mulieribus eſſe poſsibile euenire, haud eſt quod aliquis dubitet, aut ex nimia quantitate, vel praua ſeminis qualitate: propter redundantiam quantitatiuam ſolet fluere in viduis, & in illis virginibus, quæ nuptias nimis protrahunt; ex qualitate praua, vt phthiſicis, reperitur in febrientibus, in maxime exercitatis præcipue æquitationibus, in habentibus renes maxime

Gonorrhea quid.

Signa Gonorrhæ.

xime pro feruore calido diſtemperatos, & ſeminaria vaſa: his etiam poteſt addi cauſa profluui ſeminis coitus abſtinentia: quo tempore ex retento ſemine vitiantur vaſa ſpermatica, & circumiacentia: nimia etiam coitus frequentia, quia pro illo exercitio labitur retentrix virtus, quam potiſsimam videtur ſignaſſe cauſam Gal. illo 3. de ſymptomatum cauſis cap. 4. vltimo quia ſufficienter hæc valetudo diſtinguitur per illam definitionem primã ab alijs aſſerentibus illi aſsimilari: nam ſeparatur à menſibus albis mulierum: quia non perſeuerat cum illis euacuatio albæ ſubſtantiæ, ſicuti in gonorrhea: nam aliquando deſcẽdit humiditas putrida & fœtida, aliquando declinans ad ruborem, aliquando ad flauum pro redundantia ſcilicet ſanguinis, bilis, aut pituitæ, raro vero apparet nigra propter craſsitiem melancholiæ & paucitatis: tum quod illa ſubſt. & ſi alba, quæ euacuatur ſupponit læſionem facultatis ſanguificatricis, atq; in gonorrhea minime; vt indicat odor, & commiſtio, & color: quia adhuc in albedine differunt, tum in exeundi modo, quia dum euacuatur illa materia in fluore muliebri, ſicuti dum in viris pus (vt etiã ſeparetur gonorrhea ab his) aliqualis adeſt dolor. Vnde etiam ſi poſsibile fuerit, vt vtrobique locus affectus ſit vniuerſum corpus: ſæpe vterus, nõ nunquam aliqua alia corporis pars, vt deducitur ex Galeno illo cita. de ſymptomatum cauſis 3. & lib. 6. de locis affectis: differũt tamen, cũ in fluore muliebri & illa renũ, aut veſicæ paſsione ſupponatur ſæpe vlcuſculus aliquis: minime vero in gonorrhea. Accedit etiam, quod licet, in vtroque euentu dum perdurant diu, corpora contabeſcant: tamen magis triſtes, pigræ, ſine appetitu, difficulter reſpirantes fiunt, dum ambulant pro fluore muliebri quam pro gonorrhea: cuius eſt ratio, humorum corruptio, nam in membrorum debilitate ſolent conuenire. Tum vt habetur ex Galeno 2. de præſagatione expulſibus cap. 9. vermiculares fiunt pulſus in fluore propter debilitatem virium: & finis variationẽ: ſecus multo ac in gonorrhea, denique quia vt colligitur, ex Aetio lib. 16. cap. 67. deſcendit in vrina in hoc muliebri fluxu interdum albus humor cremori ptiſanæ ſimilis, & inde dicitur apud Hippocratem libro de natura muliebri, & 2. de morbis muliebribus, vrinas in hac affectione eſſe veluti aſsininas; verum tamen in gonorrhea non ſic: nam portio ſeminis deſcendens non interturbat vrinam, ſed quaſi natans apparet; propterea quod ſemen habet paucam terrenam ſubſtantiam 1. apho. com. 14. ſ. nam ſubſtantia

Semẽ fluẽs diſtinguitur à mẽſibus albis.

Signa fluoris muliebris albi.

ſtantia innati caloris aerea eſt & aquea, ſicuti ex ſemine licet cõ iectari, quod paucam omnino terrenam ſubſtantiam participat. Et hinc 14. de vſu partium humiditas ſeminis plena eſt vitali ſpi ritu. Cognitis igitur prout ſic gonorrhea, & muliebri fluore, ſi cõ ſtet diu perduraſſe, ſiue ab hac, vel illa cauſa, ſuam duxerint ori ginem non eſt dubitandum de miniſtranda licentia ad carnis co meſtionem, quia iam certum eſt deducere ægros ad maciem, & crurum infirmitatem, & difficultates vrinæ, tum quia merito ti mendum venit pro magna, quæ conſequitur diſtemperies de hy drope, atque de conuulſione ex inanitione. Si vero in ſuo princi pio adfuerint, & gonorrhea contracta appareat pro calore, aut exercitatione, non exiſtimo, etiamſi æger aliqualem iam ſenſe rit debilitatem poſſe abſque periculo conſcientiæ medicum in dulgere eſum carnis tempore interdicto ab Eccleſia: tunc enim nullum adeſt illorum morborum ſenſibile periculum, & inde ſuf ficit vt cibentur ouis, lacticinis, farris, coctis lactucis cum ſacha ro, piſcibus non ſalitis, eſcis paratis ex farina, piſcibus albis amy gdalis & lacte, noſtris *manjar blanco*, minutali, noſtris *hormiguillos*, agmyllo cum lacte animalium, aut amygdalarum, cucurbitis cũ lacte & ſacharo, & huiuſmodi alijs, quibus ſufficienter poſſunt peruenire vſque ad quadrageſimæ finem: & reprimere cauſam morbificam, bene ſatis: præcipue ſi laminam plumbeam ſuper re nes portent, confert equidem ex Moſchione, & Galeno merifice, præ omnibus autem negocijs incumbentibus propter invngen di incommoditatem. Si tamen naſcatur pro debilitate retentri cis, aut lapſu alicuius membri magni, perpendatur quantus ipſe fuerit: & fiat iudicium iuxta ea, quæ dicta ſunt in ſuperioribus de ipſis, & eodem modo ferendum eſt iudicium in fluore mulie bri iuxta magnitudinem cauſæ frigidæ, calidæ, aut humidæ, maio ris aut minoris corruptionis.

Prognoſtica.

In gonorrhea quãdo concedẽdus carnis eſus & negandus.

Lamina plumbacea ad gonorrheam.

De pudendorum pruritu.

CONſurgit & alia affectio communis viris & mulieribus, quæ pruritus nuncupatur partium generationis, ab Aetio libro 16. capite 84. ſatyriaſis dicitur ſ. mulieribus quoque ſatyriaſis accidit, qualem viris fieri ſuperius memorauimus, hanc ingens pudendorum pruritus cum dolore conſequitur. Hieronymus Mercurialis illo 4. de mor. mulie. c. 8. inquit, quod ab Arabibus

dicitur

dicitur priapiſmus: aſt quantum differat priapiſmus à pudendorum prurito, apud Auic. principem Arabum, & iuxta eius ſectatores conſtabit legenti Auic. fen. 20. lib. 3. c. 37. quod eſt de multitudine erectionis abſq; deſiderio, & de priapiſmo, quo poſtquã adduxit cauſas multitudinis tenſionis virgæ, inquit, priapiſmus vero eſt, ſi confortetur aliqua harum cauſarum, & fortis fiat erectio, & remaneat, & tendatur virga, vt chorda, quãuis non ſit deſiderium, & neceſsitas: idem Gentilis, & Iacobus ſuper eundem locum, etſi in partitione cap. deſcribatur cap. 31. recepit eandem definitionem priapiſmi Gal. 6. de locis affect. cap. 6. §. Priapiſmus vero eſt, quum colis & in longitudine & circulo totus augetur, nullo ſtimulante ad libidinem, aut deſiderio, aut acquiſito calore, vt quibuſdam accidere conſueuerit, qui ſupini decumbunt. Idem 9. de comp. phar. ſecun. locos c. 9. & lib. 3. de ſympt. cauſis c. 4. iuxta finem. Dices Gal. priapiſmum definire paſsionem mariũ vt liquet eodem loco §. ſimiliter autem & qui priapiſmus vocatur, tumeſcentia & inflatio inuoluntaria eſt marium pudendi, ſymptoma ſcilicet à flatuoſo ſpiritu natum; Mercurialis vero de pruritu matricis loquitur: ſed revera neque ex hoc eum liberas à calumnia; nam ipſe dicit, quod illud, quod dicitur ab Arabibus priapiſmus, ab Aetio dicitur ſatyriaſis, quæ paſsio communis eſt viris & mulieribus; erectio vero illa communis nequit eſſe: niſi dum adeſt cauda illa, ſeu nymphea. Accedit quod pruritus anitroſis, ſalſis, amaris, & huius ordinis reliquis naſcitur, propter q dicitur à Gal. 2. de ſympt. cauſis c. 6. prurituoſorum excrementorum eſt tãtum ſenſus, & cauſatur ſcilla, muria, vrtica, &c. ſic, priapiſmus vero ab ſpiritibus, & tenuiſsimo ſanguine retento, & cauſæ potius exiſtunt generantes flatus, & ſperma; quam acrimoniã & mordacitatem. Ceterum ſiue poſsint oriri quandoq; vtraque ab eiſdem cauſis, ſiue ſecus, ſiue pruritus ſæpiſsime finiatur in vlcera, tam in pudendis virorum, quam mulierum(& de vlceribus vteri loquendum ſit iuxta magnitudinem, aut cachoetes, ſicuti in teſtibus & priapi) exiſtimo dicendum, neque in priapiſmo neq; in pruritu, niſi aliud adfuerit, non eſſe elargiendam facultatem à medicis de interdictis alimentis quadrageſimæ tempore. Ratio eſt huius, quia nec malum hoc vt cauſa, neq; vt ſignũ indicat periculum alicuius conſiderationis: & quia vt plurimum cauſarum illarum eſt calor radix, circa illud Auic. citatum cap. & Gal. 6. de locis affectis cap. 6. ſat erit procibatione, & curatione miniſtrare illa

Priapiſmus paſſio viri ex Gal.

Pruritus quid ex Gal.

In priapiſmo non concedatur carnis eſus.

Digitized by Google

illa alimenta frigida, & animaduertere nullo modo poſſe nos vti illis remedijs relatis poſteriore parte Armaniæ Gyneciorum, cap.27.& ex Cleopatra deſumptis,vbi ſic,vidua autem ipſa manum inijciat, & leuius habebit:virgini autem ſuccurrendum eſt ſic,fac illi ſimilitudinem virgæ naturalis de cera & nitro, & cardamomo,ſecundum ætatis eius magnitudinem,ſed hæc diligenter tere,& ſubijce,vt molleſiat,& ſit illic quādiu pati poterit, & carebit vitio;ex eo videlicet non dicet illis vti, quia periculū ſubeſt de ſeminis aduocatione, & inde de voluptate, quod apud Chriſti aſſeclas maxime interdicitur:imo & apud omnes debet interdici cum finis ſeminis generationis altioris ſit ordinis. Vnde etiam ſi apud Gal.9.de ſimplic.med.facult.ſcriptum ſit pruritum ſanat aphronitum,& lib. 6. ad pruritum conueniunt balani recrementa,non debent applicari eo modo, quo ſeminis reiectationem aduocent.Conueniet vero mirifice vſus ſeri lactis,infuſo ſene,agarico,rhabar.aut quouis alio, iuxta naturam humoris peccantis,præuiſa ſanguinis miſsione,ſi opus fuerit, aut cucurbitulis,& quia ſolent mulieres pudere,virgines præcipue,& viduæ de reddenda ratione,poſſumus interrogare à propinquis nū creberrime admoueant manus ſuis locis. *Antiquorū remedia reijcienda.*

Reliqua,quæ ſolent contingere circa pudenda & generationis membra recte determinari poſſunt iuxta ea,quæ dicta ſunt,vt ſi adfuerit mala vteri temperies,paralyſis,laſsitudo,hydrops, punctio,aut matrix ipſa humoroſa,aut cum hæmorrhoidibus,de quarum paſsionum curatione Armonia Gynetiorum per omnes partes,apud Erotē de paſsionibus muliebribus, & reliquos auctores libris allegatis innumera ſunt delineata remedia.

De Hernia.

PAtientes herniam,epiploocomiſtæ dicuntur, ſeu omenti geſtatores lib.6. de anothomaticis adminiſtrationibus ca.5.& hoc ipſum corpus tum ex duabus peritonei ceu plicis,tum ex vaſis,quæ media intra ipſas plicas continentur(compoſitum in quibuſdam quidem animalibus)haud multo infra, quam vmbilicus eſt,in quibuſdam vero ad pubis vſque oſſa procedit(omentū Latini) veteres Græci bifariam vocant,epiploon,& epiplum maximum id habent inter animantia homines,& ſimiæ:& inde plerique homines ſæpe dicuntur epiplooconiſte,quaſi dicas omēti ge- *Hernia quid.*

 ſtatores:

ſtatores,vocant enim ſic herniam,cum omentum meatui ad ſcro tum deſcendenti incidit.Quo autem modo hęc hernia fiat docet Gal.5.lib.de anothomaticis adminiſtrationibus,cap.9.6.attamē ex his quoque omnibus prima abdominis muſculorum coniugatio enaſcitur,obliquis fibris ad ventris anteriora protendens. Ceterum toti abdominis regioni per inania expanditur: tum ad illium oſſa,tum ad inguina vterque procedit, ac pubis oſsi per membraneum, ſed validum tendinē ante inguina ortum in feritur:quin etiam robur huius iuxta inguina tendinis nonnunquam laxeſcit,& cum eo totus hic locus laxior redditus partes quaſdam corporum ſubiacentium in ſe recipit, veluti inteſtinorum,vel omēti,quod dicitur hernia,ſeu ramex à Latinis. Doctrinam hanc contemplans Io.Matthæus de gradi ſuper Auic. fen. 22.lib.3.tract.1.cap.2. & quia viderit illam expreſsius docuiſſe Auic.Serap.tract.5.cap.16.Iſac 9.theoricæ ca.39.& Rhaſius 24. cont.tract.2.c.1.hæc ſcribit:dicitur autem hernia ſecundum aliquos,quia eſt diſpoſitio non hærens: quia inteſtina non debita inhærent pāniculo facta ipſius ſolutione:aut dicitur hernia,quia eſt diſpoſitio hærens,vel non hærens,vt denotet ipſius difficilē curationem.Conſtantinus autem lib.6.in viatico appellabat caput iſtud,caput de intercelicis, & exponebat Gerardus in Gloſulis,id eſt,de interciliacis ab interiori, quod eſt inteſtinum & cilion quod eſt venter, id eſt, vt plurimum deſcenſus inteſtinorum propter ſolutionem in panniculis ventris contingens. Subdit,quod de huiuſmodi eminentia,quantum ad propoſitum attinet,duæ principales poſſunt inſurgere conſiderationes,nā quandoque conſideratur ſitus in quo eſt, & propter hanc conſiderationem diuiſere quidam herniam in tres partes,ſeu ſpecies, alia eſt hernia burſæ,vt cum eſt tumor in burſa: quædam eſt hernia inguinis,vt quando apparet eminentia in inguine admodū glandulæ,vel ad quantitatem caſtaneæ, & vocatur hernia inguinalis:alia hernia fit circa partem vmbilici, vt cum eſt in illa parte tumor,vel eminentia,& dicitur hernia vmbilicalis. Præterea poteſt conſiderari materia à qua tumor naſcitur:pœnes quam rationem diuiditur hernia in inteſtinalem(quia deſcēdat inteſtinum propter relaxationem,aut ruptionem peritonei alligantis inteſtina)& in zirbalem,quia zirbum, Latine omentum prolabitur in inguinem, aut ſcrotum)& in aquoſam,(quia deſcēdat,aut generetur ibidem aqua ſcrotum adimplens:aut vaſa, quæ ad alendos te-

Hernia vnde.

Herniæ tres ſpecies

dos teſtes deducuntur)& in flatuoſam (quia flatus ad impleat vaſa illa, à quibus teſtes alitionem recipiunt) & in varicoſam: quia apparet quædam durities, & plenitudo venarum ad modũ varicum in tibijs apparentium: ſubdit, quod ex eo quod poſsit eſſe conſideratio de quantitate cuiuslibet, accidentales aliæ naſcãtur ſpecies, vt quæuis dicatur magna, parua, aut mediocris: & de tempore, vt quædam ſit à natiuitate, quædam mox apparens. Denique inquit, quod ex accidentibus recenſentur & aliæ ſpecies, ab alijs: ita quod carnoſa ponatur, apoſtemoſa, & humoralis, â quocunque humore, ſeu temperie conflata. Communiter tamen auctores ſolummodo quinque recẽſere ſpecies, ex eo quod poſuerint illas eſſe proprias ſpecies herniæ, quæ vt plurimum ſequuntur rupturam ſiphac, vel dilationẽ didimi: vel dicito quod enumerantur propriæ, quæ fiunt tales per cauſam deſurſum deſcendentem: ita quod breui temporis ſpatio fiunt, & burſales appellantur, ſecus enim ac apoſtemoſæ, vel carnoſæ, vel etiam humorales: quia iſtæ vt in plurimum generantur per viam paulatinæ congeſtionis in burſa teſticulorum, vel circa teſticulos, propter debilitatem naturalis complexionis illorum, vel malitiam complexionis illorum: nam licet quandoque ventoſæ, vel aquoſæ generentur hoc modo, vt plurimum oppoſito. Ceterum ſiue carnoſa fuerit annumeranda apoſtemoſa, & humoralis inter eſſentiales recenſenda ſiue ſecus: certum eſt herniam paſsionem eſſe communem mulieribus, & viris, quod præterquam oculus id oſtendat: apud auctores magnæ auctoritatis deſcribitur. Sic Aetius lib. 16. capite 103. inquit, eueniunt & mulieribus ramices inguinales, præcipue circa dextram partem ſinus vuluæ, quem nonnulli pudendum appellant, prominet enim in his tumor durus, immurmurans oppreſſu lædens, præcipue vbi mulieres crura dilatauerint, aut ſupinæ decubuerint. Matthæus de gradi loco allegato, ſic, ſequitur tertio, quod nulla ruptura mulierum appellari poteſt ramex: recipit ergo mulieres hernia affici, & ſi non ramice: in hanc enim tractus fuit ſententiam cõtra Galenũ loco allegato, & contra Serapion 5. breuiarij capi. proprio, quod non denotetur idem per hos terminos, ramex, & hernia, ſed quod hernia ex mente Auicennę ſit tanquã genus, & ramex tanquam ſpecies liquet: vnde omnis ramex ſit hernia, & non è contra: ita vt illa ſolum hernia dicatur ramex, ſecundum quam, id quod deſcẽdit penetrãs perueniat vſq; ad teſticulos, id eſt, ad

Diuiſio ſpecierum herniæ.

Hernia cõmunis affectus viris, & mulieribus.

Ramex nõ in mulieribus.

Digitized by Google

contactum teſticulorum:aliæ autem herniç burſales,cum quibus ramex vera communicari videtur,dicitur abſolute & nomine cõ munitatis,id eſt,communi nomine hernia teſticulorum, vel durities ipſorum:vnde iuxta Auic.loquutiones infert primo, quod nulla hernia facta per viam paulatinæ congeſtiouis, debet dici ramex,ex quo non incedit.Secundo,quod nulla hernia inguinalis,vel vmbilicalis dici poſsit proprie ramex,tertio illud quod ante relatum fuit, nempe quod nulla ruptura mulierum appellari poteſt ramex vere:quarto,quod nulla hernia pendens ex relaxatione ſiphac,vel ex ruptura eius debet appellari proprie ramex, quinto quod ſolum illa debet dici ramex, quæ fit propter decenſum ex apertione,vel amplificatione didimorum,vel alterius eorum:& quoniam talis,vt plurimum eſt inteſtinalis,zirbalis, vel aquoſa,ideo Auic.iſtas ſolas tres hernias appellauit ramices: varicoſa autem non appellatur ramex,licet materia illa faciens tumefactionem venarum ſequatur dilatationem ipſorum didimorum. Reliquum quia Gal.docet loco citato, apud Latinos idẽ dicitur hernia,& ramex:& auctores adhuc non conueniunt,in deſignandis ſpeciebus herniæ,& ramicis; neque in explicanda natura(nam quidam præter Auicennã,& Matthæum de Gradi,inquiunt,hernia eſt morbus ſcroti intumeſcentis, & proprie cum diſrupto perithoneo in ſcrotum aliquod deſcenderit corpus: ramices vero vocant,quando cum integro perithoneo ſcrotum aliqua cauſa intumeſcit. Alij vero aliter ſentiẽtes diuerſo modo his vtuntur verbis,vt colligitur ex Columella lib.9.Plinio libr. 30. cap.15.Celſo lib.7.ca.22.& Plaut.in Mercat. & denique quia ramicis illa ſpecies,quæ dicitur cirſocela,cum venæ intumuerunt, ex quibus teſticuli dependent, haud videtur non poſſe contingere mulieribus,ſiquidem teſticulos habent,& illa vaſa, & inde quod aliqua ruptura mulierum poſsit appellari ramex) omiſsis his,quæ de nominibus potius quam de rebus concertant, merito dicendum fuiſſet hiſce temporibus,& antiquitus, Latinis idem dici hernia,& ramex:etſi apud Græcos,ſpecies cõſtitutæ à loco, vel à materia,diuerſa ſortiantur nomina:vt docet expreſſe Vega lib.artis medicç 3.ſectio.10.cap.2.Franciſcus Diaz tractatu proprio de hernia Hiſpanico ſermone ſcripto,Valeſcius de Taranta lib.6.titulo de hernia,vbi ſic,hernia nomen eſt generale ad rupturam,& relaxationem: eſt etiam generale ad ramicem humoralem, varicoſum, carnoſum, inteſtinalem, & ventoſum: pro

Hernia & ramex quid ſecundum aliquos.

omnibus

omnibus tamen ſiue in hominibus, ſiue in mulieribus conſpiciã tur, ſiue æque tolerabile ſit hoc malum, in vtriſque, ſiue ſecus (inquit etenim Franciſcus Rouſetus de partu Cæſareo ſect. 2. cap. 7. Sed quanuis hernia euitari nõ poſſit (dixit quidem prius euitari poſſe herniam, ſi gaſtroraphia à veteribus vſurpata, ab ingenioſis & diligentibus chirurgis in vſum reuocetur) tamẽ malum hoc præſertim in mulieribus tolerabile eſt, modo ipſe ſub ligaculis, aut ſolis faſcis repellant & retineant) arbitror hæc eſſe obſeruanda, ſi in hernioſis inteſtinum cœcum maxime iam cecidit in ſcrotum, ſiue propter ruptionem, vel relaxationem continentis, concedenda eſt licentia ad carnis eſum tempore cohibitionis: ratio eſt, quoniam illinc propter fœcum indurationem vix reducitur, ſed ita affecti pereunt: ſi vero non ſic, licet hernia fuerit antiqua, ſiue recens, ſiue ab hac vel illa cauſa non eſt opus condonare illam indulgentiam: nam dum antiqua eſt ſola iam manus applicatione curatur: & parum augetur pro vſu quadrageſimalium alimentorum: ſi vero mox apparens, & ſolum ad formã iuglandis, parum nocet: & inde poteſt recta cibandi miniſtrari ratio ex adſtringentibus: non ſolum exterius hæc maxime conferunt, iuxta quod dictum eſt ab Oribaſio lib. de laqueis cap. 7. in herniæ curatione adſtringendam membranam eſſe abdominis: & quotidie vidimus emplaſtrum ex pelle arietina contra rupturam merifice applicari, & interius etiam prodeſſe conſonat rationi: & inde oua elixa dura, piſces ſaliti exſiccati, aſsi potius, quam frixi: oriza, lentes maxime elixæ, & omnia huiuſmodi pulueriZata, cõſolidæ maioris puluere, ſecure miniſtrari poſſunt, ficus antiqua, paſſæ, pira, olea, dactylus, & huius generis alia: dummodo ſe abſtineant à flatulentis, cuius ordinis ſunt, rapa, paſtinaca, caſtanea, & ficus recens, atque omnia fere legumina, & inter piſces congerus: vinum ſit nigrum dilutum, aqua calybeata ferro pro pauperibus: pro diuitibus vero auro.

Hernia tolerabilis in mulieribus

Cibi prohibenia.

Dices non inſinuant æquale periculum herniæ iſtæ: etiã ſi nec inuoluant illum deſcẽſum cœci inteſtini: nã relaxatio ſupra vmbilicum ſæpe inducit praua ſymptomata, quanuis ſit parua, & dolore in principio careat: illic enim comprimuntur gracilia inteſtina: vnde excrementa quandoque ore reijciuntur, vt in ileo ſolet contingere: tum quæ ex aqua contingit, quadrageſimalibus augebitur neceſſario: quia illa vt plurimum humiditate polleant. Tum ſi hernioſus ſit cacochimus, vel debilis, vel ſenes, vel intemperatus

Prognoſtica herniæ.

Digitized by Google

peratus adeo eſt conſideratione habendus, vt ſi quis tentauerit hos curare, homicida exiſtimetur ab auctoribus: ergo videtur in ipſis magnum imminere periculum vitæ, & inde quod abſque conſcientiæ periculo poſsit medicus indulgere carnis comeſtionem. Reuera in hac dubitatione, non dubito dicẽdum fore, quod ſi adfuerint inditia illorum ſymptomatum, ſit indulgendus carnis eſus, quadrageſimæ tempore: ceterum ſolum viſa eminentia, hoc vel illo modo, niſi aliũde debilitas aut cacochimia ſic vrgeāt, vt illud expoſtulet talem comeſtionem, non arbitror abſq; ſcrupulo elargiendam eſſe licentiam illam: cuius non inuenio aliam rationem, niſi quod omnium fere ſtatuum, & ſortis homines herniosos viderim quadrageſimalibus vitam degere ſatis bene, & abſque augmento herniarum ſenſibili, & operum illorum ceſſatione.

Herniæ aquoſæ ſigna.

Dices ſecũdo, ſunt ne ſigna, medijs quibus fiat certus medicus de materiali cauſa, & herniarum loco, vt poſsit chirurgicis animaduertere: expediat ne operatione manus in cura illarum procedere? Reſpondetur aquoſa ſit nota, quia tumor abſque dolore fere apparet, multoties ſine ſenſibili cauſa, quia mouetur, facillime euaneſcit, cedit tangenti, dum non adeſt ingens copia illius aquæ, à qua cauſatur: & denique appoſito lumine infra ſcrotum, & manu ſupra, vt terminetur lux, conſpicitur aqua: & luceſcit ſpecies herniæ, quę dicitur hidrocele.

Carnoſæ ſigna.

Carnoſa cõſtat, ex eo quod inter tunicas, & ſcrotum oſtenditur carnoſus tumor admodum carnis creſcens, ſeu ſcirri, cum eodem fere partis colore per initia & aliquali ſplendore, duritie, & abſque dolore: dũ alicuius mordacis humoris pars nõ fluxerit: quia tũc & dolor inſurgit, & mutatur color, & dicitur ſarcocele.

Flatuoſæ notæ.

Flatuoſa percipitur eo quod velati in aneuriſma adeſt quidam pulſatiuus motus, & tumor ſolum lucet in vaſis alentibus teſticulos à compreſsione mediocri euaneſcit: ſed ſtatim ſuo reſtituitur loco pro facilitate motus materiæ cauſantis illam, abſq; magna compreſsione, & dolore, & per hoc diſtinguitur ab inteſtinali, & zirbali: quæ vt in plurimũ non reducuntur ſine compreſsione magna: & inde ſequitur ſæpe, vt in illis aliqualis excitetur dolor in inguinibus: tum reſupinatio non facit flatuoſam velocioris reditus, ſicuti in zirbali & inteſtinali, ex eo quod cauſa non continet grauitatem, neque lubricitatem vt in ipſis.

Inteſtinalis dignoſcitur.

Inteſtinalem percipies, ſi ex relaxatione peritonei, quia paulatim ſit, & tumor vt in plurimum æqualis repreſentatur.

Digitized by Google

tatur. Si vero propter ruptionem breuiter tumor repræſentatur, & inæqualiter, quia cadat inteſtinum inæqualitatibus ſuis, citra id quod per compreſsionem viæ adæquetur: tum ſentitur rugitus cum inteſtina reducuntur: ſi ipſa fluxerint per apertionem meatus vel rupturam panniculi, & præcipue ſi manibus fiat compreſsio, nam tunc maiori violentia fit reductio inteſtinorum: quã per appoſitionem corporis, qua media reuertuntur inteſtina: quãdo vero propter ſolam relaxationem panniculi, non ſic, vtpote quod non diſtendantur, vt primo modo, neque fixum ſitum repente adipiſcantur valde diuerſum, nam eundem ſitum fere ſeruant, quem habebant in ventre: quia deſcendunt continuo cum aſsiſtentia ſuper panniculum, & inde non ſic mouentur flatus, vt rugitus, vel ſonitus inſurgat ſicuti cum ruptione. Vnde liquet quomodo inteſtinalis hernia diſtinguatur ab alijs, & inter ſeſe diſtinguantur ipſæ diuerſæ, vt quod ex relaxatione, vel ruptione originem ducant. Zirbalem autem diſtinguemus ab hac, & reliquis, quia licet zirbalis etiam contingat ex relaxatione panniculi, quando repente non apparet: ſed paulatino modo, aut per ruptionem quando repente: tamen redditus non fit medio rugitu, vtpote quod in omento deſcenſo non ſit copia flatuum, vt in inteſtino: tum quia licet ad ſuperficialem tactum, dum deſcendit inteſtiñum, non repræſentetur inæqualitas: tamen tangenti profunde percipitur inæqualitas in ſitu, propter inæqualitatem partium ipſius inteſtini: ab omento autem neque tangenti profunde repræſentatur inæqualitas illa: tum maior tumor apparet in hernia inteſtinali, quam in zirbali, eo quod magis in burſa deſcendant inteſtina, quam omentum: continet etenim maiorem alligationem, & minorem lubricitatem. *Zirbalis & inteſtinalis diſtinguuntur.*

Si vero propter plurimam humiditatem omentum adeo relaxationem fuerit conſequutum, vt totum deſcendat, maxime etiã relaxato panniculo, aut rupto, propter quod tanta appereat moles ſicuti in hernia inteſtinali, ipſas ſeparabis propter illam inæqualitatem; & reditus difficilitatem, vtpote quod maior eſt reſiſtentia in inteſtinorum reditu, quam omenti: & ſi vtrumlibet præter ſuam naturam, & finem deſcenderit, & videatur, quod opus fuerit ſemper primo deſcendere omentum, cum creatum ſit ad cooperimentum inteſtinorum: propterea ſcilicet, quod inteſtina illam partium diuerſitatem habeant, qua zirbus vacatur. Varicoſa deniq; tibi erit nota ex venis repletis, & contortis, prop

ter, inæqualitatem materiæ replentis, aut ſitu, aut natura, ex mollificatione teſticulorum, & impedimento ambulationis: nomine autem venarum tu etiam intellige arterias, etſi illæ colore magis rubro repræſentētur: quam venæ, in illa ſua repletione, & inæqualitate, & tortuoſitate: propter quod iſtæ herniæ dicūtur ab aliquibus vineales, ſumpta ſimilitudine ab inæqualitate, quæ cū vinis in hoc habēt: ſi vero plus ex his deſideres lege Matthæum de gradi loco allegato: ego autem ad alia propero.

De Conceptu.

Concipiendi hanc eſſe præcipuam rationē medici omnes cenſent (referente id Valeriola lib. 1. locorum cōmunium c. 18.) vt quoniam immortale eſſe non poterat, quod ex carne, oſsibus, neruis, menſtruoque ſanguine eſſet coactum, mirabilem machinata eſt prouidentiſsima natura artem, qua ſubſiſtere animantiū genera poſſent: cum in ſingularibus id fieri minime poſſet: ob idque, & concubendi animantibus appetitum, & in ipſo congreſſu incredibilem indidit generationis membris voluptatem (teſtificante ea omnia Gal. lib. 14. de vſu part. ca. 2. per initia ſtatim) vt inuicem eius, qui ſubſtare non poſſet animalis, eiuſdem generis aliud ſubſtitueretur. Ob id voluit natura concipere fœminas, generare mares: poſt conceptionem inſequitur prægnatio, ſeu geſtatio vteri, hanc partus, vel aborſus: quandoque fœtus humani, quandoque monſtrorum.

De partu et cōceptu quare.

Sed dices, quid hęc iuxta argumentum libri? nam hæc nō ſolū ſine febre accidunt, verum neque vllo modo præter naturam exiſtimantur à medicis. Hinc pro primo dictum iri videas libr. 2. de ſimpl. med. cōceptus autem ſiue fœtus fructibus proportione reſpondet: nimirum ad generis propagationem à natura creati: ſed natura niſi irritata qualitate, vt ſæpe contingit in euacuationibus ſymptomaticis, & quantitate materiæ conturbata, vt in productione ſexti digiti v. g. nō cauſat morbum, morbi cauſam, nec ſymptoma: ergo vteri geſtatio præter naturam non eſt, cum fœtus talis non ſit, & inde lib. de fœtus formatione capit. 5. cognitio huius rei tanquam rei naturalis commendatur, & naturæ opus. Vnde decimo lib. 5. de vſu part. c. 4. inquit Gal. primum naturæ opus in fœtus formatione exercetur illa efficiendo vaſa, quæ fœtui per

Geſtatio vteri ſecundum naturam.

tui per locum vmbilici inſeruntur, eique vniuntur arte mirabili, non fortuna, & accedit ratio, nam in temperamento fœtus prægnationem faciens non conſtituit morbum, vt patet diſcurrendo per morbos temperamenti: neque ſolutionis continui, ſiue aduertas diuiſionem partium, ſiue contuſionem, aut cõſtipationem: neque in quantitate, non enim vterus augetur, aut diminuitur, neq; in figura mutatur, quantũ agitur pro fœtus ratione. Alias primis diebus ſeu horis primis eſſet talis vitiata figura, ridiculum quidẽ, cum capacitas eius ſe ad plus multum extendat, vt videre eſt lib. de anothomia viuorum, de anothomaticis adminiſtrationibus, & experientia oculari.

Sed rogabis, num idem iudicium ſit reputandum, ſi mulier cõceperit monſtrum? Nam id euenire, expreſſe inſinuatur lib. de hiſtoria philoſophica his verbis, Empedocles monſtra naſci dicit, ſi multum fuerit ſemen, ſi paucum, ſi diuulſum, ſi euanidum, ſi inordinato motu emiſſum: Strato, vel quia additum, vel quia detractum, vel quia tranſpoſitum, vel quia timidum aliquid ſit. Nõnulli medici, quia tunc vterus ſpiritu diſtortus fuerit: id etiam videtur inſinuatum iuxta Ariſt. 2. phyſ. tex. com. 82. hanc prrtem quã plurimis exemplis varijs regionibus viſis oſtẽdit Iacobus Rufus lib. 5. de muliebribus cap. 3. & hanc dub. vtrum bruta concipere poſsint ab hominibus, vel etiam viciſim homines à brutis, reſoluit ex hiſtorijs Plutarchi, Ariſtonimi, Fuluij, & aliorum quoad vtramque partem: eam etiam recipit Ludouicus Bonaciolus Aeneas Muliebris cap. 9. vbi poſt multa hæc deſcribit: denique mulierem & ſerpentem etiam num edere poſſe, ancillæ cuiuſdam: quæ inter initia Marſici belli ſerpentem pepererit, indubitatum exemplum eſt, qualem in Vmbria extitiſſe Lucanus eleganter precinit: matremque ſuus conterruit infans, Hypocentaurũ quoque in Theſſalia e muliere natum, nataliq; die interemptum cõplures nouiſſe. Alcipem elephantum peperiſſe antiquitas prodidit, & hiſce temporibus vidi à Valentina vrbe deductam imaginem canis cuiuſdam feræ à muliere nobili nati, vt teſtimonium ferebat, aliaque quam plura, quæ longum eſſet recenſere, confirmant factum. Noſtri vero dubij ratio eſt, quia ſi conceptio monſtri non fuiſſet naturalis, eſſet etiam & dubium, an cum vehemẽti appetitu poſſemus mulieri geſtanti talem conceptum licentiã concedere ad carnis comeſtionem, tẽpore interdicto ab Eccleſia. Sed o bone Deus, quibus ſeparabimus, & in lucem habebimus,

Mulieres monſtra concipiunt & propter quid.

Hiſtoria de monſtris.

ſit ne conceptus hominis, vel monſtri. Nam ſi illud excogitemus ſignum certum (conceperit ne mulier) ſcriptum 5. apho. 41. videlicet cum dormitura eſt mulier, da ei aquam mulſam potandam, & ſi tormina patietur concepit: ſin minus non concepit: expreſſe videmus, ſiue aphoriſmus fuerit Hippocratis, ſiue ſecus, quod ratio certitudinis ſigni tenet, ſiue vterus contineat hominem, ſiue monſtrum, ipſa eſt equidem, vt Gal. exponit, quod aſſumpta mulſa cruda, vt flatus naſcantur, ſit: & mulier quieſcat, ne diſcutiantur: nam tunc ob vteri anguſtationem, & ex conſequenti ob ani anguſtationem, flatui eleuato diſtendenti inteſtina non datur locus, vt exeat: ſed reuera exiſtente mōſtro ex ſemine & ſanguine genito, vt dicebant illi philoſophi, idem ſequeretur effectus: niſi velis hoc non amplexari naturam, illud vero recipere: & inde cum alio anguſtari, cum alio ſecus: cuius non eſt ſignabilis ratio. Negarunt vero ſignum, vt refert Oribaſius, fuiſſe Hippocratis, quia hominibus aſſumentibus mel crudum, & mulieribus non geſtantibus vtero id etiam accidit. Secundo, quia primis duobus menſibus non ſic diſtenditur vterus, aut verſus inteſtina retrahitur, vt anguſtatio notatu digna in illis ſuboriatur: & inde ſignum non tenet in vniuerſum: ſed ſolum cum magnus eſt fœtus, ſi alicuius eſt veritatis ſignum, accedit quod vteri compreſſio ſignum commune eſſe docuit Gal. 5. aphor. com. 54. 5. dictum eſt antea, quod os vteri comprimi commune eſt ſignum, & tumoris alicuius in eo præter naturam exiſtentis, & conceptionis in muliere, & quod oportet, ex duritie diſtinguere. Sed reuera ex duritie, aut mutatione ſeparabis conceptum ab inflammatione, vel inflatione, non tamen à monſtro, vel homine: eodem enim modo natura intrinſicum vteri os conſtringit, claudit atque indurat in vtriuſque conceptione, cum ſint ab eadem cauſa materiali ſpecifice, ſecundo, ſi conceptionis maximum indicium eſt, ſi obſtetrix potuerit immiſſo digito os vteri tangere, & reperire clauſuram, aut duritiem: idem cum genitum eſt monſtrum, ſine dubio tangi erit neceſſarium, & à muliere ſentiri lib. 3. de naturalibus facult. capite 3. 5. iam vero prægnantes ipſæ primis diebus potiſsimumque eo ipſo quo ſemen eſt conceptum, moueri ac in ſe ipſum concurrere vterum ſentiunt. Sic etiam 5. aphoriſm 54. quod ſi certum & vniuerſale ſignum cogites ad vteri geſtationem, bene coloratam eſſe mulierem, dum mas continetur, male vero dum fœmina, facta collatione ad ſe ipſam ante conceptionem

Dubitatur de ſignis cōceptionis.

Aqua mulſa flatus eleuat & in omnibus.

Obſtetricis digitus non poteſt cognoſcere contentum in vtero.

ceptionem. 5. aphor. 42. quid deprecor cogitas adeſſe, ſi conceperit monſtrum? Nunquid bene aut male colorata? Si immutatur à calore fœtus, vel ſemine opus eſt etiam mutari: adſunt enim & cauſæ vno, aut altero modo. Vlterius ſi recipis certum conceptionis indicium, illud relatum de paſsionibus mulierum lib. Galeno aſcripto, ſcilicet ſi collum calidum habet, dorſum frigidum, concepit, ſi vero æquale corpus, non; non exiſtimas eandem caloris retractionem reperiri, ſi conceperit monſtrum, ac ſi fœtum? Si motum conſideres, qualem ſentire ſolent mulieres pro fœminis, aut maribus, non ne & ſtante monſtro, inſurget etiam? Præcipue quia falluntur ſæpe pro copia flatuum, vt oſtendimus exemplo illo de muliere hydropica capite de mola. Si recurras ad pulſus maiores, crebriores & celeriores, ex Galeno lib. de pulſibus ad tyrones cap. 9. §. prægnantium pulſus, &c. & 3. de cauſis pulſuum, & ex Auic. lib. 1. fen. 2. doct. 3. ſuma 2. ca. 15. adeſt & cum monſtro idem finis auctus, & conſequenter eadem neceſsitas. Si ad ſuppreſionem menſium, non ne vides, quod eadem currit ratio de ſanguine aſſumendo in vtroque euentu: quinimo nullo cõceptu facto, ob venarum ad vterum perferentium concretionem interſeptionemque, & item ob cruoris craſſamentum, frigiditatemue incertiores ſecernuntur. Si animaduertas, quod dolor eſt capitis in prægnantibus, caliginoſa vertigo, & tenebræ oculorũ, acies hebetetur, ſi pupillæ minuuntur, ſi candicans particula amplior fiat, ſi flaueſcat, atque ſi eiuſdem venulæ cruore turgeant, ſi concauentur oculi, ſi palpebræ molliantur, & ob hæc eius aſpectus grauior, atque ingratus magis reddatur: ſi inter oculorum angulos & nares venæ ſitæ conſpicuæ magis appareant, ſi ſub lingua vena vireſcat, ſi colli venæ, arteriæq; extendãtur, & turgeãt magis, ac euidentius percuſſu ipſo attollantur, ſi pectoris venę nigreſcant, ac tandem virides glauceq; reddantur: ſi mammæ obdureſcant, extuberent, & perdoleant, ſi papillarum color in ruborẽ & duritiem demutetur: ſi in edulijs faſtidium inſurgat malacia, varius, & vitiatus appetitus, atq; piccaceus, inappetẽtia, vomitiones, ructus accidus: ſi cum biberit langueat, atq; flaceſcat, ſi ocyſſime lætetur, atq; triſtetur, ſi vmbilicus retrahatur: ſi tormina fatigent: ſi renum coxendicumque grauitas vexet, ſi illia pleniora compareant: quod equidem ijs, quæ graciliores ſunt, clarius accidit: revera nulla erit tibi tunc ratio ad credendum, machinam ſignorum eandem magis oſtendere conceptum hominis,

Si collum prægnantis ſit calidum incertũ ſignum.

Expulſuis certitudo ſignorum.

Alia ſigna incerta, ſed plura geſtationis vteri

minis, quam monſtri: cum vtrique euentui adeſſe illa ſit poſſibile. Si præterea fuerit cognitum, vir colem vterum ſuxiſſe, quod ſenſerit, ſi coitum abhorruerit mulier, aut ſi ardentius concupierit: ſi corpus vniuerſum grauetur, moleſcat, effœminetur, palleſcatque: quare tu deprecor exiſtimabis certius exiſtere hominem, quam monſtrum? cum ad vtrumlibet opus ſit, vt ſemen viri, ab vtero aſſumatur iuxta aliquos ipſo occupari, aut calore alterari, & accidentibus ab vtriſque natis pati mulieris corpus. Si deinceps conſideres aſsiduam mictionem, quia veſica vrinaria ab vtero pleno comprimatur: ſi quod vrina fuerit ſub albida, clara, nubiloſo rore ſuper natante, ac ſtelati lapidis colorem præ ſe ferente, atomiſque in ea ipſa aſcendentibus deſcendentibuſq; fuerit (etenim initium conceptionis id præmonſtrat) ſi à conceptu primo menſe ima ſui parte candicantia corpuſcula ad farinæ craſsioris ſpeciem ſubſideant, quæ commota carminati xyli, cotoni ve effigiem referant: ſi accedente adhuc tempore flaua, deinde rubra, pinaceave, poſtremo atra (nubecula parte ſuperna rubore ſuffuſa) euadat: ſi quocunque tempore ſubſidentia tenuis diſiecta carminato goſſypio per quam ſimilis in ea ipſa congeritur: quo liceo lapide impetrare vales, cum monſtri temporibus geſtationis non adeſſe hanc vrinarum differentiam? Si vlterius pręoculis habeas ſuffumigia oſtendentia geſtationem, aut approbationes deſumptas ex vrinis miſsis in vaſis, ex quibus genita animalia geſtationem conſtare edocent: & ex acu æreo eruginato, & ex prima locutione nominante marem vel fœminam, & ex motione incipiente â pede dextro vel ſiniſtro: quæ omnia præfinguntur ab auctoribus ad cognoſcendum fuerit ne grauida mulier viri, vel fęminæ: vt late quis poteſt videre Armonia Gyneptiorũ parte prima. lib. illo de hiſtoria philoſophica cap. citato, apud Eubecherũ, lib. de ſecretis, & omes ſupra allegatos auctores de morbis mulierum. Non ne videas etiam, cum monſtrum mas generare ſit poſsibile, ſicuti & fœmina, quod poſsit mulier (ſi ſigna veritatem habent aliquam, equidem affirmare poſſum cum Bonatiolo, loco citato, verum ijs ego ſæpius experimentis egregia hercle fruſtratione vſus (vel quia indiligenter exercuerim, vel ſorte quia res ita ſe habet) irrita fallacioſaque comperi) ſi conceperit marẽ mõſtri, primo nominare marem, & incipere motum pede dextro: & recipiendo lotium triduo vitrio vaſculo apprime cooperto ſub vmbra, & poſtea perpurgato linteo ſubcolari, repræſentarique anima-

Signum cũ quo ſtat cõceptus in vtero.

Signa fœtus maſculi vel fœminæ conceptus.

animalia ruſa,pediculis ſimilia:ſi vero fœminam,candicantia, & ipſam primo vocitare,& incipere motum à ſiniſtro pede: & pariter de exſiccatione,aut tumefatione dextræ,,vel ſiniſtræ mãmæ: de alacritate oculi dextri,aut ſiniſtri,de ſubleuatione partis dextræ,vel ſiniſtræ ventris;de aſcenſu,vel decenſu ventris: delacte quod ab vbere mulctum vitreo vmboni iniectum,ſolique per horam expoſitum in orbiculum inſtar margaritæ fulgore micantis conglobatur;quod inſuper in eiuſdem mulieris, à qua mulctra facta eſt,lotio fuſum partem imam recto viæ itinere petit:ſal illi adiectus neutiquã colliquatur:de pulſu pleniori dextro,pro maſculo,ſecus vero pro fœmina.Deniq; ſi tibi perſuadeas, quod cardui ſuccus epotus ſi reijciatur,inchoati hominis eſt index,ſin minus non eſt,potioneſque alias quamplurimas eandem vim habere ſignificandi; ego deprecor,vnde tu colliges, quod ſi mõſtrum occupat vterum,quod illæ potiones non reijciantur? niſi ad illam ſacram recurras anchoram de ſympathia,& antipathia rerũ,quo euentu abſte quæram:ſi homo,& monſtrum fiunt ab eiſdem materialibus principijs,& forte fortuna eiſdẽ ſtat vna ſpecifica forma,vnde ſympathia magis pro vno, quam pro altero inſurgat? Propter hæc igitur omnia exiſtimo dicendum ſtantibus ſignis cõceptionis præſertim cum vehementi appetitu non decet medico negare vtero gerentibus licentiam ad eſum carnis tempore interdicto ab Eccleſia,etiam ſi non adfuerit,deprauatus nimis appetitus,picca famis,& reliqua,quæ oſtendunt magnam ſuccorum vitioſorum redundantiam;quia tunc ſine illo vehementi appetitu poteſt concedi indulgentia illa:vt conſtat ex ijs,quæ adduximus luminari primo. *Vtero gerẽtibus vniuerſaliter conceditur caro.*

Sed rogare quis poteſt,ſi medicus pro comperto habuiſſet mulierem monſtrum concepiſſe,poſſet ne,abſque periculo conſcientiæ denegare licentiam dictam? Huic dubio mihi reſpondebat doctiſsimus Societatis Ieſus pater, nequaquam:quia dum cõceptus eſt ad intra:medicus cum non videat figuram monſtri,nõ poteſt determinare habeat ne animam rationalem:& inde; neque indirecte,neque directe aborſui eius præſtare cauſam poteſt. Ad dubij ergo primi rationem arbitror dicendum; quod quantumuis in ordine ad ſpeciem nil conceptionis fuerit reputandũ præternaturam,in hoc enim ſenſu tenent Galeni,& reliquorum patrum medicinæ auctoritates:tamen in ordine ad indiuiduum,mihi perſuadere nequeo,non continere,in ſitu aliquid præter naturam,& *Dubiumde muliere geſtante monſtrum.*

ram, & poſtea habere morbum etiam in figura: quę cauſa poſtea eſt ſuppreſsionis vel reiectationis vrinæ, & fœcum alui, ſecundũ quad ſubuertat circumuicina, verſus hanc, vel illam partẽ: quin imo & aliorum morborum, vtpote quod cauſa ſit retentionis mẽ ſtruorum: nam ſi abſque conceptu cauſant, vt ægrotationes diuerſæ mulieres corripiant, non integre percipitur: pręcipue ſi ad vbera non tranſierint, ob eam rem quod ab initio, vt etiam paulo poſt, aut nil quicquam, aut tantillum quid in puerperij alimoniam abſumatur: quin certe cruentum virus à corporibus in quibus continetur natura alienum, neque nutu ſuo alens, intra venas retentum, ad iecur atque ventriculum ſerpens non efficere innumera mala. Vnde ego miror quomodo Hieronymus Mercurialis 1. de mor. mulierum cap. 3. referat, medici de partu vitioſo tractantes non tractarunt de monſtris: nam perſpectum eſt, & monſtra eſſe conceptus vitioſos, de quibus lex eſt apud Platonem 5. de legibus, eſſe ipſa monſtra clam enutrienda. Ariſto. autem 7. Politicorum 16. voluit neque alenda eſſe monſtra (noſtri Theologi hæc conciliationi reducunt, nam monſtra ſub figura humana habentia duo capita aut alia ſic, alenda ſunt: quæ vero canis, aut cati, effigiem minime) vt hinc clarum cuique eſſe poſſit monſtra vere partus vitioſos, & cõceptus exiſtere. Verũ enim vero (inquit) puto duas ob cauſas medicos præteriſſe hanc tractationem, vna eſt quia monſtra in vtero nõ ſunt morbi, eo quod non lædant operationes vllas (mihi ſufficit, vt cauſa ſint ne menſtrua deſcendant, vt lapis in veſica vt non fluat lotium, vt quid præter naturam cogitem) altera eſt (ſubdit) quia tametſi ponamus morbos eſſe hæc monſtra in vtero, non tamen nota ſunt: nã nõ ſunt indicia vlla, quibus cognoſcere valeamus mõſtra exiſtentia in vtero quod bene atque libenter recipio à Mercuriale: ſed ſufficit mihi ad ſignandum aliquid præter naturam, & ſi deficiat febris. Eſſe etiam monſtri conceptum morbum, aut morbi cauſam, docet expreſſe ſatis noſter Doctor Mercatus, libro 3. de morbis mulierum cap. 6. §: monſtri igitur conceptum ſemper eſſe præter naturã inſtitutum, & rationem, euidenter cõſtat, quod ratione deſumpta à diſsimilitudine & diuerſitate formarum, materiæ, aut figuræ, quam continent monſtra, reſpectu rerum, quæ à natura efficiuntur, exacte conſtruit: & varios ordines illorum enumerat §. ſunt procul dubio tam prodigioſi conceptus, &c. & rationem generationis colligit illorum §. verum ſi non ſolum in

Mõſtraque nutrienda.

æquali-

Digitized by Google

æqualiter vis formatiua excitetur: ſed etiam inordinatæ per ſemen diſtribuatur, monſtroſos fieri partus neceſſe eſt, quia partes in diuerſo ſitu locat, vt cum aures in humeris, aut eadem parte oculos figit: impedimento etiam concedit deformitatis cauſam & forti imaginationi. Præter has Ambroſius Pareus lib. 24. ſui operis de monſtris & prodigijs videtur, quod alias adducat cap. 1. his verbis, monſtrorum plures numerantur cauſæ: prima eſt Dei gloria, vt ſcilicet reſtitutis his, quæ præter naturam ſunt, eius magna vis innoteſcat hominibus neſcientibus eam: adducit exemplum de cœco à natiuitate à Chriſto domino ſanato, de quo dixit neque peccauit ipſe, neque parentes, ſed vt manifeſtarentur opera Dei. Subdit, altera vt Deus hominum ſcelera vel vlciſcatur, vel mox futuræ vltionis ſigna præmõſtret: quia enim ſine modo, ſine lege, vel vago, vel nefando concubitu, vel quo tẽpore, Dei & Eccleſiæ mandato abſtinere decet, miſcent ſe parentes, ideo nefanda ſæpe, horrenda & â naturæ cõmunis regula deuia naſcuntur: ſic enim apud Eſdram prophetam legimus, quod mulieres, quæ fluentibus menſibus viris ſe commiſcuerint, monſtra parient: adducitque varias monſtrorum figuras, & viſu dignas: præter quas vidi non paruæ conſiderationis quandam nõ delineatam, ſed viuam. Quidam equidem puer duplex pudendum hominis ſic continebat, iuxta radicem truncum vnum ſolum: poſtea partitionem quantioſam lõgitudinis ſcilicet ſex digitorum adeptum, per ramum vtrumq; vrina deſcendebat: de eius patre dubiũ erat quam maximum: audiui equidem quod fuiſſet homo Deo dicatus, iuxta cauſas ſignatas ab Ambroſio Pareo: quo vero differat modo ab alijs tu à ſacræ Theologiæ Doct. percõtabere.

Finis monſtrorum.

Determinatum tẽpus ad coitum.

Cũ adſunt mẽſtrua generantur monſtra.

Dices quid monſtrum, vt ſicuti & de alijs noteſcat eſſe? Huic dub. ex Ariſt. 2. Phyſ. c. 8. tex. 82. videtur dicendũ: peccatum naturæ eſſe intendentis operationem propter finem; vnde 4. de generatione animalium c. 4. dicebat rem eſſe præter naturã: quod eſt præter rationem intentam ab agente, non vero præter rationem materialis cauſæ: quia ipſa eodem modo ſe habet ſicuti in alijs: & quantumuis à quibuſdam ex doctiſsimis referatur, non ſemper monſtrum eſſe prẹter naturã formæ agentis, vtpote quãdo continet monſtrum formam eiuſdem rationis cum generante: arbitror dicendum, ſi quæ continet, aut in figura, ſitu partium, numero, vel magnitudine (nam de forma ſubſtantiali nullus dubitat) ratione cuius rigide monſtrum exiſtimatur,

Quid monſtrum.

præter

Digitized by Google

præter rationem agentis, quia non ſolum intendebat formam eiuſdem ſpeciei, ſed cum reliquis conditionibus ſimilis formæ vt in plurimnm aſſociantibus, & ſubdit Ariſt. quod monſtra nõ fiunt in ijs, quæ neceſſario & ſemper ſunt: ſed per accidens generantur reſpectu particularis cauſæ operantis, & quia illud ſolum contingit dupliciter, caſu ſcilicet, aut fortuna, & monſtrum non poſsit generari à fortuna, quia hæc tantum reperitur in his, quæ agunt ex electione: certum erit fieri caſu. Quare vero caſu tanta diſsimulitudo inſurgat, vt in forma ſpecifica effectus æquiuocationem cum ſua cauſa contineat, ſic fuit difficile iuxta Gal. mentem, dum quærebat cauſam aſsimilationis fœtus, vt referat libr. de fœtus formatione cap. vltimo, merito recedere à propria ſententia, qua exiſtimauit in ſemine eſſe vegetatiuam animã: quia non videbatur illi, eſſe ſufficiens principium aſsimilandi effectũ generanti, niſi altioris ordinis principium accederet. Certum tamen debet eſſe in hac re, aſsimilationem effectus in viuenti ſecũdum formam tribuendam eſſe generanti ſicut principali efficiẽti, ſemini vero vt inſtrumento iuxta illud Ariſt. 1. de part. animalium cap. 1. non enim quodlibet, vt quæcunque ſors tulit, ex quouis ſemine fit, ſed ex determinato: neque quoduis ſemen ex quolibet iuxta eiuſdem Ariſ. placita lib. 1. de generatione animaliũ cap. 1. & 5. de hiſt. animalium c. 6. quibus oſtendit verbis in quouis ſemine diuerſo, à diuerſo animali ſecundum ſpeciem diuerſam rationem ſpecificam inſtrumentalem generandi inueniri. Quare vero eius virtus diſtorqueatur, vt illud diſsimile ſub ratione indiuidui generetur, nam dum diſſoluitur eius virtus, non ſolum quid commune nempe animal in genere debet produci: cum ſit agentis habentis ſpecifice animam: ſed & indiuiduum. Secundo quia per generationem non poteſt produci aliquid ſecundum genus, quod non ſit in aliqua ſpecie, aut indiuiduo determinatæ ſpeciei; cum ergo forma, quæ conſtituit monſtrũ (per generationem) indiuidua, & ſingularis ſit, aperte ſequitur, non ſolum habere entitatem genericam, ſed ſpecificam, & indiuidualem. Quæritur igitur quomodo, ſeu à quo ſemen illud modificetur, vt monſtrum generetur? Cui dicendum venit: ſi ſolum ſint de genere vegetabilium (ſunt equidem & in his mõſtra, & ſi defectu cognitionis ſpecierum non conſtent) cœlum propria virtute in genere cauſæ efficientis producere valet illa: citra id quod efficiens ſit imperfectius ſuo effectu: nam cœlum propter incorruptibi-

Aſsimilatio in forma cui.

A cœlo mõſtra.

rruptibilitatem perfectius eſt his, quæ ſolum viuunt anima vegetatiua, & quantum ad ſpecificam differentiam: quod cõuincitur, quia talia viuentia nullam habẽt perfectiorem operationem nutritione, in qua quodammodo videntur communicare cum non viuentibus (quibus & ſecundum ſpecificam differentiam perfectius eſt cœlum) in quibus etiam eſt conuerſio alterius ſubſtantiæ in propriam naturam: licet non verſus omnem differentiam poſitionis: quæ actio in viuentibus præſupponit corruptibilitatem proprie, & inde illud inſurgit. Si vero perfecta viuentia fuerint, pro ſenſitiua anima, vel ſuprema, nulla ratione poſſunt per ſe à cœlo produci, neque enim aliquando fuit viſum equum, aut hominem à ſolo cœlo produci. Bene quidem verum eſt cœlum in ſemine aliquam qualitatem producere, quæ coadiuuet ad actionem per quam talia animalia producuntur: iuxta quod dictum eſt 2. Phyſ. tex. com. 26. ſol & homo generant hominem: animalia autem quæ ex terræ putredine generantur, & ſi exſuperentur ab illis quia perfectiora cęlo, illo modo explicato, neque poſſunt ab illo per ſe produci: ſed ſolum cœlum producit qualitatẽ, quæ iuuat ad generationem: & proportionem continet cum illa, quã produxit primo in ſemine: neque propterea producit vltimam diſpoſitionem ad ipſa animalia, neque illorum ſubſtantiam, immediate quidem hæc à Deo producuntur. Et hinc liquet, ſi monſtrum habet animam ſenſitiuam diuerſam à generante, ſiue animalis ſit perfecti, ſiue imperfecti, nullo modo per ſe à cœlo produci, quomodocunque ſe habeat diſpoſitio ex parte materiæ, cõſtat ex illo principio, quia eius forma perfectior eſt cœlo ſecundum vltimam differentiam: vnde producitur hac ſimili ratione, cum illa ſcilicet, qua ſolent produci animalia ex putredine terræ. Sicut enim hæc ita producuntur, vt virtute cœlorum producatur in quibuſdam partibus organizatio quædam imperfecta inſufficiens, vt ratione illius producatur tale viuens: ſufficiens tamen ad corruptionem formæ ſubſtantialis terræ, aut eius ſubiecti, in quo eſt. Et denique vniuerſalis cauſa, Deus nempe, qui poteſt talia animalia producere, producit animam iuxta exigentiam illius organizationis, & eſt conformis: pari ergo ratione dicendum ſequitur, in monſtrorum generatione, quæ virtute ſeminis inſurgit, in ſanguine menſtruo, aut in materia, organizationem quandam rudem, & imperfectam produci inſufficiẽtem, vt producatur propter ipſam effectus ſimilis generanti, vel propter

Sol & homo generãt hominẽ.

Anima à Deo.

debilitatem agentis, vel materiæ inceptitudinem, efficax tamen ad corruptionem formæ ſanguinis menſtrui, vel alterius cauſæ materialis, & inde ne detur materia ſine forma, agens ipſum vniuerſale, ſcilicet Deus producit animam, quæ conformis ſit illi organizationi & vltimam diſpoſitionem ad illam. Et inde ſequitur effectus in forma ſubſtantiali diſsimilis generanti; & ſicut hâc ratione intelligi poteſt, quod effectus ſecũdum omnem partem ſit monſtroſus: ita etiam intelligere oportet, quando tãtum ſecundum aliquas partes ſubſtantialiter eſt monſtroſus.

Imaginationis vis ingenerandis.

Rogabis denique in hac materia, an quando dicitur ab auctoribus ab imaginatione originari monſtrorum formam, id poſsit intelligi per ſe in genere cauſæ efficientis? an quo modo talis effectus tribuendus ſit imaginationi? fatentur enim antiqui, & noſtri temporis auctores vim imaginationis ingentem. Etſi dicat Ariſtoteles 1. rhetoricorum capite 11. imaginatio ſenſus quidam debilis eſt: quod fortaſsis præſtitit occaſionem errori Argenterij libro artis medicæ dicentis, leui quodam actu imaginationis inſurgere variationem tantam in effectibus: propter fortẽ & vehementem imaginationis vim multa euenire docent auctores: ſic videre eſt apud Plinium libro 7. naturalis hyſtor. capite 12. §. ſimilitudinem quidem in mẽte reputatio eſt, & §. cogitatio etiam vtriuslibet (parentum ſcilicet) animo ſubito tranſuolans effingere ſimilitudinem, aut miſcere exiſtimatur. Sic etiam problem. 12. ſen. 12. apud philo. apud Galenũ libro de theriaca ad Piſonem, capite 11. apud Auicennã fen. 2. lib. 1. doctri. 1. c. 14. ſicut ſunt imaginationes animales: ipſę enim imprimunt res naturales, quẽadmodum accidit, vt puer ei aſsimiletur, cuius forma imaginata fuerit in hora coitus: & vt ſit eius color propinquus colori eius, quem viderunt, cum ſit caſus ſpermatis. Idem doc. 1. cap. 1. & fen. 1. doc. 4. cap. 2. & lib. 3. fen. 1. tract. 4. cap. 22. & ibidem eius expoſitores. Idem etiam 6. naturalium, & 9. methaphyſ. lib. de motibus manifeſtis. cap. 63. de hiſt. philoſophica capite vltimo, & pro hoc etiam facere fatentur omnes, illud, quod ſcriptum eſt Geneſeos 30. de Iacob ſanciente cum Labam ſocero variegatas pecudes futuras, ſibique naſcerentur, &c. & illud etiam Diui Auguſtini lib. 10. de ciuitate Dei capite 4. & 13. Fulgoſij lib. 1. capit. 6. Sabonij lib. 9. capite 8. referente Ioanne Buſtamantino Camarienſi Doctore & magiſtro noſtro de reptilibus vere animantibus ſacræ ſcripturæ lib. 2. cap. 4. num. 42. quo etiam recipit eandem ſen-

Aſsimilatur affectus rei imaginatæ.

dem ſententiam num.41.§.hinc vires habet imaginatio permutandi effectus,vt caſum multoties efficiat trãſititia actione, & ſi immanenti in ipſa,non mutet corpora corruptiue;ſed perfectiua tantum actione,& actu ſuum organum alteret,hinc monſtra cõtingere,effectus miri,mirabilia plurima hac externa actione phãtaſiæ,quorum cauſa eſt imaginatio diuerſimode affecta,&c. inter exempla vero quibus conualeſcere oſtendit hãc partem, ſub his verbis vnum depinxit, non ſecus ac dum pauones expectamus albos alba ſindone fęmellam oua incumbantem circundamus,vt nullo alio præter album viſo,diſgregatis ſpiritibus albedine exſolutaque calida illa & ignea ſubſtantia,pulli frigore albicent.Illud tamen mihi difficile intellectu iri videas propter hæc:nam non videtur quare ſolum viſo albo producatur in fęmela pauone calor, aut quid aliud ratione cuius illa ignea ſubſtantia exſoluatur, & prædominante frigore,albeſcant pulli. Si enim ſolum eſt calor,rogo,an,iuxta poſitus calor potens exſoluere illam igneam ſubſtantiam,alba ſindone non circumligata, albeſcant pulli.Si vero aliud à calore,quid,quod vi imaginationis tranſmigret in ouum alterius pauonis fœmelæ, vt contingit ſæpe apponi,quomodo deſcendit in ouũ,& ſtrictiſsimam cutem ouorum permeans tangit oui ſubſtãtiam? dictum etenim videas de ipſa,nec penetrari à pinguedine ſerpentis, & ſi hæc conſtrictiſsima penetret ſaxa:diuerſa enim eſt ratio in effaſcinatis, & in monſtris:nam in illis copia vaporum illud efficit, vt meriſſe ab eodem refertur eodem capite numero 39.§. inquinati ergo & vitioſis ſuccis referti, &c. vſque ibi,non actu immanenti viſionis, imaginationis ve,vt voluit Auicenna in alijs autem corpus deſcendit,humor ſcilicet,aut ſpiritus mutans ſemen, vt ſimiliter ipſe edocet numero 42. §. relicta materia inæquali humorum, & ſpirituum in toto, ex quibus & ſemen inæquale effunderetur, quod futurum eſſe neceſſario inuenitur relatum ab Empedocle, ſicuti habetur libro de hiſtoria philoſophica vſque ad noſtri temporis ſcriptores. *Exemplis oſtenditur vis imaginationis.*

Præterea augetur hæc difficultas,oſtẽdendo non ſolũ circa ſuppoſitũ diuerſum quale eſt ouum,nõ poſſe aliquid producere imaginatione,quinimo nec circa idẽ ſuppoſitũ cuius eſt imaginatio, quoniã ſi illud fuiſſet poſsibile:maxime quia potentia generatiua ſeminis(media cuius mutatione inſurgit monſtrũ)ſit inferior & imperfectior imaginãdi potẽtia,indeq; illi obediẽs, & operãs

adimodum illius, taliter quod luceat effectus ſimilis rei imaginatæ. Ceterum cum inferior potentia & imperfectior non obediat ſuperiori, quantumuis perfecta ſit: niſi illi ſubordinetur eſſentialiter per modum dependentiæ, ſiue quantum ad eſſe, ſiue quantum ad operari: qua ratione bene dicitur, potētia executiua motus animalis obedientiam præſtat imaginationi & appetitiui, & iraſcibilis cognoſcenti, quia ab illis habent ſubordinationem dependentiæ: non illud tenet, cum alterum deficiat. Secus omnes naturæ corporales ſubordinarentur hominibus quantum ad eſſe: & omnes actiones animæ vegetatiuæ ſubordinarentur cognoſcenti etiam; cuius contrarium conſtat. Igitur quamuis aliqua ratione potentia imaginatiua videatur ſuperioris ordinis, & perfectior generatiua, quia non habet ſubordinationem dependentiæ ab illa, non eſt quare admodum illius operetur: quod hinc ſufficienter conſtat: quia vel nomine generatiuæ potentiæ intelligimus eam facultatem, quæ generat ſemen, & hoc nō, quia hæc eſt pure naturalis & multo imperfectior nutritiua, & ſic quomodocunque ſe habeat imaginatio, generatur ſemen eiuſdem naturæ, vnde in hoc non poteſt eſſe ſubordinata imaginationi. Vel intelligimus facultatem reſidentem in ſemine, vt in inſtrumento, & hæc multo minus dependet ab imaginatione: primo non ab imaginatione viri, quia in alio ſcilicet in fœmina generat, neq; ab imaginatione fœminæ, quia iam ſemen genitum eſt. Neque ſufficiens eſt conſenſus inter illas potentias, quia hoc ſolum præſtat, vt conditio ad faciliorem actionem, quæ ad productionem effectus non eſt ſufficiens: quamobrem præter illam opus eſt ponere agens & paſſum. Tum quia ex mutuo conſenſu tantum fit, vt partes ad aliquas actiones ſe exerceant, tamen quod aliqua facultas vt generatiua effectum contrarium propriæ naturæ ſui generantis poſsit producere, vt apparet in monſtro, non eſt vnde fieri queat.

Subordinatio inter generatiuam & imaginatiuam potētiam quomodo.

Dices, ſi vera hæc ſunt, quid illud philoſophorum, & medicorum, ſiue aſſeuerantium imaginationem caſum facere, ſiue ſecus, habere poteſt veritatis, nēpe in metu quod fugiat ſanguis, & ſpiritus: ita quod decolores fiunt metu correpti, impotentes ad opera, vt conſpicuum eſſe videas in adulterantibus non potentibus cohabitare cum alienis, & exiſtimantibus quod fuerint ligati, vt ego vidi, cum ſolum pro metu motis ſpiritibus penne cedebat. Pariter in vericundia pro ſanguine moto rubeſcit facies: nam his & alijs

Quare in metu fugiunt ſpiritus ſi imaginatio non facit caſum.

& alijs oſtenditur, quod pars naturalis obediat imaginationi. Vt hoc explicemus oportet ſupponere, præcedente actu imaginationis ad aliquam animi paſsionem, huc & illuc humores & ſpiritus poſſe moueri iuxta exigentiam paſsi: ad quem motum probatum eſt, imaginationem non ſe tenere ex parte efficientis per ſe: ſed quod licet obiectum apprehenſum ſe habeat per ſe ad paſſionem, tamen ad motum ſpirituum ſe habet tanquam conditio; nam mouentur effectiue à corde. Vnde dicendum ſequitur, non poſſe imaginationem producere monſtroſam ſubſtantiam, aut aliquid facere ad illius generationẽ per ſe, quod ſe teneat ex parte cauſæ efficientis: quod conſtat, quia cum ipſa efficiens immediatum non ſit, non poteſt ad illius generationem aliquid præſtare, neque in potentia generatiua, neque in organo eius. Patet ſic, quia nec poteſt impedire, vt potentia generatiua non ſit qualis erat antea, ex eo quod nequit facere, vt non dimanet per modum reſultantiæ ab anima: quandoquidem neque organizatio partis, aut radicale temperamentum, neque aliquid ex parte animæ immutatur. Neque poteſt in organo generatiuæ potentiæ, aut in ipſo ſemine facultatem alterius rationis producere diuerſam illi, quę erat ex natura, quæ vt ex principijs philoſophię cõſtat, facultas generatiua dimanat ab anima & non ab actu imaginationis.

Humores mouentur actu imaginationis.

Si vero quis dicat, neque illud ortum ducere ab imaginatione in genere cauſæ efficientis per ſe, ſed ſolũ ratione materialis cauſæ: nam ex imaginatione alicuius rei mouetur determinatus humor, & proportionatus rei imaginatæ ad locũ generationi adaptatum, ratione cuius cauſæ materialis producitur effectus ſimilis rei imaginatæ, innititur falſo fundamento. Primo, quia quod determinatus humor moueatur proportionatus rei imaginatæ ex natura rei, non percipit intellectus: nam neque id fieri debet, ex natura & ex gratia paſsionis animi: nam ratione paſsionum tantum fit, vt ſpiritus & ſanguis ad diuerſas partes moueãtur: quod autem ex apprehenſione alicuius obiecti determinati vnus humor potius, quam alius moueatur, ad placitum fertur: nam ſi facultas cordis, vt quæuis alia motiua, indifferens eſt, ad mouẽdos plures humores, vt moueat hunc potius, quam illum debet determinari actu ex obiecto apprehenſo: ſed per imaginationem determinari non poteſt, alias poſſet determinari, ad hoc quod moueat ſolam melancholiam, aut pituitam ex eorum humorum ap-

Dub. de imaginatione.

prehenſione. Secundo, quia licet motus determinati humoris cõtingat prout ſic, non tamen eſt ſufficiẽs cauſa ad productionem monſtri: nam opus eſt aſsignare efficientem cauſam, quæ neque poteſt eſſe imaginatio, neque ſemen ipſum cum non habeat facultatem producendi formam repugnantem, quomodocunque exiſtimetur materialis cauſa. Supereſt ergo dicendum, per ſe nõ poſſe talem effectum à virtute imaginationis aliqua ratione produci. Si vero aliquo id fit modo tantum debet eſſe peraccidens inquantum poteſt ſimul adeſſe cum cauſa, quæ determinatũ humorem mouet, illumque ineptum ad formam ſimilem generanti, in quo caſu ſemen organizationem quandam imperfectã producit accommodatam ad formam alterius naturæ: formam vero monſtri, & vltimam diſpoſitionem vniuerſalis cauſa, iuxta illud in ſuperioribus relatum. Merito autem in hoc euentu, & in alijs in dubio inſinuatis dicitur, quod imaginatio ſe habet peraccidens: quia citra ipſam pro primo illa cauſa naturalis improportionata mouere poteſt humores, aut quid ſic aliud ad locum generationis, & pro ſecundo executiua motus: vnde ablata imaginatione, ſæpe ſimilis effectus producitur, & motus ſanguinis, & ſpiritus: propter quod & nos ad alia mouemur etiam, quia neq; illa teſtimonia probant per ſe, aut peraccidens ab imaginatione illa procedere.

Imaginatio peracciděs in generatione monſtri.

De *Aborſu.*

POſt conceptionem ſæpe contingit abortus, qui in lib. 6. Hipp. de mor. vulg. com. 1. ſuper tex. 2. qui incipit, quibuſcũque ex deperditione circa vterum &c. dicitur à Galeno imperfecta fœtuum emiſsio, ab Hippocrate dicitur fœtus perditio, ſeu deperditio. Iuxta quod Mauritius Cordæus comm. 7. in Hippo. 1. lib. de muliebribus refert ſic, abortio eſt, quoties abrutis vinculis à matre puelus diſiungitur, ſiue intus remoretur ipſe, ſiue quidem propulſetur foras: nam tunc iam deperditus eſt. Vnde bene infertur eſſe quid præter naturam: ſiue in primis menſibus contingat: quo tempore placuit Ludouico Bonatiolo lib. citato cap. 6. aborſum vocitandum: ſiue prope pariendi tempus: quo euentu abortum nuncupat Ludouicus. Illud vero præter naturam ad ſymptomatum genera reducit Albertinus Bottonius libro de morb. muliebribus capite 25. eſt autem partus ſecundum naturã, quoties fœ-

Aborſus quid.

ties fœtus in vtero formatus, nō ſolum foras exit, ſed debito ſuo maturationis tempore, & præterea exeũdo debitum modum, ac ordinem ſeruat. Hinc tria errata illi aduenire poſſunt, prout dictus partus, vel penitus non fit, & ita naſcitur illud ſymptoma, quod vocatur detentio, & formati fœtus cohibitio: cuius poteſt eſſe exemplum fœtus petrificatus ille de quo mentionem fecit Horatius Augenius à monte Sancto, libro, quod homini non ſit certum naſcendi tempus in illa hiſtoria his verbis enarrata.

Hiſtoria de fœtu petrificato.

Enarratio embrij cuiuſdam longa temporis mora in matris vtero in ſaxeam duritiem concreti, quod ex geſtantis cadauere extractum eſt in vetuſto Gallorũ Senonum oppido 16. maij 1582. imperante Henrico tertio. Similem hiſtoriam memini me legiſſe apud Gynetios, de quodam ſcilicet indurato fœtu & detento in vtero matris ſpacio 17. annorum. Vel ſecundo male fit, quod tripliciter contingit, primo quia tardius fiat, quam pro naturali conueniat, & oritur alterum ſymptoma quod tardus partus vocatur: qualem verificare valent hiſtoriæ relatæ à Plinio lib. 7. naturalis hiſtoriæ cap. 5. §. Maſurius auctor eſt, vel papyrum prætorẽ ſecundo hærede lege agente, bonorum poſſeſsionem contra eũ dediſſe, cum mater partum 13. menſibus diceret tuliſſe, quoniam nullum certum tempus pariendi ſtatutum videretur, & ab Auic. lib. 9. de animalibus §. audiui à fide digno mulierem quatuordecim menſibus portaſſe: à Conciliatore differentia 49. vbi mentionem affert de partu 14. menſium ex aliorum ſaltem relatione, & à Petro Aponenſi 10. partic. problem. 14. probl. vel celerius fit, quam fieri conueniat, & tunc oritur illud ſymptoma, quod vocatur aborſus, cuius quotidie tot vnuſquiſque reſpicere poteſt ſortes, & infortunia, vt neque opus fuerit ab auctoribus quærere teſtimonia. Vnum tamen miratu, atque relatu dignum referre poſſum, vidiſſe nempe me mulierem quandam quinque feciſſe aborſus eadem die, & fere hora ſcilicet dominica prima poſtquam defuit tertius menſis menſtruæ purgationis: eius tamen euentus illa fuit excogitata cauſa ab Hippocrates edocta, & Galeno quinto aphoriſm. ſent. 45. videlicet quod acceptabula vteri plena ſunt mucoris, quod præter quam continebat conditiones præfixas ibidem ab Hippocrate ſcilicet, quod mediocritatem habebat in corpore illo tempore ſine occaſione manifeſta abortuit: apparuit fœtus vltimus coopertus humore expreſſe referente mucoris ſpeciem. Vnde ſequebantur iuxta Hippocratis

Partus retardatus.

Aborſus innumerabiles.

placitum acceptabula non potentia ex pondere fœtum contine-re, diſrumpi. Aborſum tamen merito vocari ſymptoma, non abſre videas, recipiendo illam ſymptomatis explicationem, quod inſequitur morbum, tanquam vmbra corpus: nam inſequitur febrē vehementem, alui fluxum, ſanguinis fluxum, eriſypelas vteri, ſaltum vehementem, ictum, clamorem, vel triſtitiam, vel iram, victum parcum, mucorem acceptabulorum, ſanguinis extractionem per venæ ſciſsionem, & reliqua huius ordinis, vt videre eſt in 6. de mor. vulg. com. 1. ſuper tex. 2. 7. aphor. 27. in 3. de morb. vulg. com. 2. lib. 3. de naturalibus facult. 5. apho. 45. & 53. & 54. & 12. & 6. lib. de locis affectis. Aſt quia incepimus enumerare aborſus cauſas, & abortus, placet aſſeuerare cum Albertino Bottonio lib. de mor. muliebri c. 2. Ioanne Lebon Therapia puerperarum particula 5. Ambr. Pareo de hominis generatione cap. 30. Franciſco Rouſeto de partu Cœſareo, & Hieron. Mercuriali lib. 2. de mor. muliebri c. 1. alias eſſe internas, alias eſſe externas. Internarum, aliæ pertinent ad animum: cuiuſmodi ſunt omnes animæ paſsiones vehementes: nam medijs illis, quia executiuæ motus obediunt potentiæ imaginationi: & ſequuntur iraſcibilem partem ſaltem peraccidens, vt ſupra inſinuauimus mouentur humores, & cauſare valent aborſus: vnde rigide & ad corpus etiam immediate pertinere & has cauſas videtur: quæ autem dicuntur â medicis pertinere ad corpus, ſunt prauæ intēperies, ſolutiones continui, & vitiatæ compoſitiones. Prioris ordinis ponitur calor, aut diſtemperies potius calida, quæ dilatare multum valet, præcipue ſi aſſocietur humiditati, vt fœtus decidat: aut, quia in cauſa fuerit, vt attenuetur neceſſarius humor, & inde depopuletur alimentum, quo deſtitutus fœtus corrumpitur. Secundo, frigiditas, quia ipſa cum fuerit vitæ maxime contraria, fœtui tenerrimo maxime erit talis: tum quia reddit nutrimentum ineptiſsimum fœtui, non ſolum pro exceſſu in prima qualitate, ſed etiam in ſecunda. Tertia humida, eo quod pro ipſa ligamenta non continēt conſolidationem neceſſariam ad fœtus retentionem, & quia ipſa prædominante, multa copia pituitoſorum humorum ſolet recurrere, & mucoſum excrementum in vterum, & inde, quaſi ſuffocatur fœtus: aut non detinetur, quia retentrix vteri ab illis lædatur: quarto ponitur ſicca, de qua aiunt, exſiccari ligamenta ipſa, ſicuti exſiccantur cordæ ſoli expoſitæ: indeque diſrumpi. Ceterum niſi pro defectu alimenti vigente ſiccitate eueniat aborſus: pro diſ-

Aborſus cauſæ.

Cauſæ aborſus internæ & externæ

A frigiditate aborſus.

pro diſruptione illa non arbitror futurum eſſe poſsibile:nam de tentis ibi menſtrualibus continuo irrigantur. Compoſitas etiam iſtas temperies dubium non erit eundem parere effectum iuxta vim,& efficaciam coniunctionis vnius qualit. cum altera, quæ ſuam vim obtinent,non tantum prout pollent in vtero,ſed in toto prægnantis corpore. Secundi ordinis eſſe poſſent aliquot ex annumeratis cap.de ſterilitate,dum incepto conceptu inſurgūt. Tertij denique ordinis recenſentur nimia corporis craſsities,aut tenuitas ab Hipp.& Gal.locis ſupra adductis, & ad hunc ordinē ſpectare cogito copioſum fluxum ſanguinis ad vterum confluētem,quam deceat ad pueri nutritionem,vtpote cum mulier ſuapte natura multo abundat ſanguineo humore, qui ſanguis ſolet vtero gerentibus aceruari,quibus non expurgantur muliebria: non quod morbum efficiat in numero aucto, vt quidā praue ſentiunt:non enim eſt quid continuum vtero, & eiuſdem ſubſtantiæ,quod eſt de natura augentis numerum in animalibus,vt patet de ſexto digito,de ſecūdo brachio,& de alijs ſic. Sed quia primo morbum facit in via, ſecundo, aut cauſa eſt ſuffocationis fœtus,aut relaxationis acceptabulorum, & inde aborſus videtur, hunc ordinem etiam amplexari (placet aſſeuerare) vteri anguſtiam iuxta illud Hipp.lib.de ſuper fœtatione,de ſterilitate,& de morbis mulierum,vbi ſcribit,quod ſi mulier in 3.& 4.& 5.menſe abortum faciat,atque hoc pluribus vicibus,& ſemper eodem tēpore,hoc eſſe:quia vterus amplius diſtendi non poteſt:tum quod ſi vterus ſit vel nimis magnus,vel paruus,quod ſit aborſus: primum etiam recipit Auic. fen.21.lib.3.tract.2.c.8.de cauſis abortus ſ.aut propter cauſam matricis de amplitudine oris eius, & paruitate adunationis eius: ſicuti in publicis meretricibus accidit:vnde faciliter concepta ſpermata labuntur exterius, inquit Iacobus. Verum hic effectus,inquit Ambroſius Pareus c. 30.citato,immerito aborſus,aut abortus appellatur,his verbis, aliud abortio,aliud effluxio eſt:abortionem vocant fœtus iam formati præcipitatam ante maturitatis tempus excluſionem: effluxionē vero ſeminum commiſtorum,& iam per aliquot dies coagulatorem dilapſum:infero ergo,ex Auic.(propter illud argumentum Mercurialis;ex parte negatiua ſunt omnes ſcriptores,Gal. Auic. Albertus,qui omnes nullum fecerunt verbum inter cauſas abortus de anguſtia vteri, vnde non videtur rationi conſentaneum, potuiſſe ſilentio ab ijs prætermitti) quod ſi illa amplitudo cauſa

Vteri anguſtia iudicatur aborſus cauſa.

KK 5 poteſt

poteſt eſſe aborſus, quod eius contraria in exceſſu conſtrictio id etiam poſsit. Neq; intelligere vnquam potui, ſi Gal. lib. artis medicæ cap. 71. fatetur cuiuſdam ventriculum adeo paruum, vt maniſeſte ex circunſcriptione propria & videntibus, & tãgentibus appareret: quare & vterus à ſimili fere tunica conſtructus non poſsit habere anguſtiam ſufficientem, vt impediat maturitatem fœtus, propterea quod compreſsione ſit cauſa expulſionis: nam licet cui poſſet videri illud ſecundum argumentum Mercurialis aliquam continere probabilitatem, dum dicit, clariſsime explicatum eſt à Galeno, & Auenzoar, vterus fabricatus eſt à natura talis, vt ſemper poſsit extendi vſque ad conformationem partus, reuera non multum conuincit: nam iuxta Oribaſij placitũ 5. apho. 44. mulieres præter naturam tenues vterum habent marcidum, & adeo fluidum, vt latera lateribus pene coniungantur: vnde fit, vt fœtus vbi iam auctior redditur, ab vtero anguſto quodammodo quaſi exprimatur, & abortiri videatur. Igitur tunc immediate anguſtiæ vteri reducitur illa cauſa, non ſolum quia pro alijs partibus non detur locus extenſioni, ſed quia illa pars iuxta conformationem non valet fœtum extenſum continere: ita quod ſi in alio corpore prout ſic efficeretur, exprimeret ante debitã pro natura quantitatem fœtum ſine morte eius, vt ceſſet illud argumentum tertium Mercurialis, ſcilicet, præterea anguſtia vteri poteſt quidem auferre augmentum & magnitudinẽ fœtus, ſed non poteſt auferre vitam: hoc equidem non opus eſt, ſed viuum expellere fœtum, & inde libenter recipio illam probationem: anguſtia nil aliud facit, niſi quod prohibet dilatationem carnis, non vero interficit: & inde etiam libenter audio illa exempla ex Ariſt. 10. problem. 14. & Rhaſio 9. continentis ex auctoritate Rabi qui omnes fœtus paruos fieri in anguſtia vteri, non autem mori, exẽplis docent: nam ſolum cum Oribaſio credo poſt cohibitionem augmenti expellere. Quamobrem cum eodem, cum Cordęo com. 1. in lib. Hippoc. de morbis muliebr. 1. & cum Hippocrate locis citatis affirmare ſum auſus, aborſus cauſam eſſe poſſe vteri anguſtiam; quod expreſſe etiam docet Galenus libro 3. de naturalibus facultat. capite 3. ſ. parimodo & vteri: hi nanque, vbi vel diſtendi amplius non tolerant, vel etiam qualitate humoris in ſe effuſi morderi, quod offendit, abijcere properant: porro prædictorum vtrumque aliquando non naturæ ſponte, ſed violenter incidit, quo caſu aborſus prouocatur. Quid clarius deprecor, potuit à

Anguſtia vteri prohibet dilatationem carnis.

Galeno

Galeno doceri, vt non fuiſſet locus Mercuriali dicendi, quod Galen. ſolum loquitur de partu, non vero de aborſu: tum quod non feciſſet verbum inter aborſus cauſas de anguſtia vteri? Illius ordinis etiam recenſere poſſumus percuſsionem ingentem, ſuper ventrem, vel vehementem caſum in quanto niſi vterus opprimeretur neque expelleret fœtum; tum excedens exercitium, prout matricem aperit, & cauſa eſt, vt fœtus decidat: nam ad alium ordinem attinet, quando in exceſſu cauſa eſt, vt calefiat mater, & fœtus, ita quod cogitur, extra quærere aerem frigidum. Præterea ſaltus poteſt ad illum ordinem reuocari, prout medio ipſo contorquetur corpus, & vterus comprimitur; aut aperitur, vſque ad fœtus excluſionem, quod etiam ſolet contingere propter inſignem refrigerationem comprimentem, aut æſtuationē aperientem, propter balneum frequens totius, aut crurium, nimium coitum, magnā euacuationem ſiue ſanguinis, ſiue alterius ex locis ſupra allegatis; repletionem cibi, vel potus, ex primo de morbis mulierum, quo refertur Soror Caij Duelij, cum grauida eſſet, inter epulas nimis ſaturata, ſtatim abortum fecit. Spectare etiam & ad illum ordinem molam exiſtentem in matrice, aut tumorem, quia efficiendo morbum in via fœtum coarctant vſque ad expulſionem, non eſt abs re: ſicuti & magnam flatuum abundantiam. Cauſarum deinceps aborſus eſt duplex ordo: primus ſe tenet, vt inquit Auicenna loco aſsignato, ex parte fœtus, quando ſcilicet ipſe mortuus eſt, quia tunc expellitur à natura: præcipue quando ab ipſo emanat aliquid vtero nociuum & ei pariens irritationē. Secundo, quando magna adeo eſt fœtus debilitas, vt non firmetur neque in matrice ſe ſuſtinere ſufficit. Tertio, quando panniculi inuoluentes fœtum ſunt incōſtantes ad opus: nam diſrumpuntur, & apparet aborſus. Secundus & ex parte matris, & fœtus, quandoque copulatiue, quandoque diſiunctiue. Sic videas medicamenta matrem alterantia & fœtum corrūpentia, de quorum copia, plurima primaparte Armoniæ Gynetiorum inuenies præfixa: & inter ipſa recenſentur Elaterium, ſuffumigium ex vnguibus aſinorum, radix ciclami, ſabina, & radix ſaxifragę. An vero Amphyſbena, de qua Galenus de theriaca ad Piſonem, & Edoardus Vottonius libro ſeptimo de differentijs animalium ſcribunt, Amphyſbenam mulier prægnans ſi tranſcenderit, abortum faciet, mortuam dumtaxat: nam viuam habentes, in pyxide impune tranſeunt, etiamſi mortua ſit atque adſeruata, par-

Percuſſio cauſa aborſus & omnes motus immodici.

Mola aborſus cauſa.

Quæ ſuffumigia cauſa aborſus.

ta, partus faciles præſtat, vel mortua: mirum, ſi non adſeruatam tranſcenderit grauida, innoxiam fieri, ſi protinus tranſcendat adſeruatam: & lepus marinus de quo Plinius lib. 20. cap. 21. & cap. 6. 23. & cap. 5. 24. & ille Bottonius lib. 10. cap. 228. ſiquidē grauidæ, ſi omnino aſpexerint fœminam duntaxat, cōfeſtim nauſea, & redundatione ſtomachi vitium fatentur: ac deinde abortū faciunt. An antipathiam habeant cum ſola matre, an vero etiam cum fœtu, tu quære ab auctoribus: ego etenim ad meum inſtitutum reuertor. In hoc igitur euentu, & conſiderare poſſumus mulierem ante aborſum cum his relatis cauſis: & tunc obſeruandū, juxta ea, quæ diximus in ſuperioribus, de diſtemperiebus ſimplicibus, & compoſitis ſiue in toto, ſiue in partibus, de mola matricis, de eius vlceribus, & alijs eius morbis, ſiue paruis, ſiue magnis, pariter & de toto corpore, quod ex proprijs ſignis deprehendes.

Animalia quæ cauſāt aborſus.

Si vero iam fœtus vita deſtitutus conſtet, ſicuti ipſe emiſſus mortuus, aut viuus non dubito (licet contrarium audiuerim à quodā noſtræ facultatis ſene doctiſsimo) per aliquot ſaltem decem aut quindecim dies poſſe medicum licentiam concedere ad eſum carnis. Huius eſt ratio, quia non ſolum ſolent ingentes morbi ſuboriri cum aborſu, verum dum fœtus eſt mortuus, multa iam adſunt ploratu digna: crebra nanque ſyncope corripitur mulier, pallor prælucet in toto, & præcipue in facie, quandoque liuida, & horrida: deſcendit venter verſus latus, ſecundum quod, ſic aut ſic decumbit mater: fœtus mortuus matri pōderoſior eſt, quam idē cum viuus eſſet: quia ſpiritibus, & facultatibus, quibus ante regebatur, non ſuſtinetur amplius: acuti dolores circa pudenda, & vmbilicum cruciant matrem; quia ſua ponderoſitate tenſionem parit, ſecus ac cum viuus exiſtit, viuum enim natura ad ſe cōciliat, & coniungit, amandans à ſe quod mortuum eſt. Genitalia etiam frigida tactui apparent, deficientibus calore conduplicatis antea ſpiritibuſque: fœtida multa apparent præcipue poſt tertiū à mortuo fœtu diem, citius equidem multo in vtero materno mortuus infans corrumpitur, quam extra, & perflatus aere: dolores capitis accidunt propter vapores tetros eleuatos & aſcendentes: mām̄æ flacceſcunt, deſcendente iam humore: vēter ſolito tumidior, & durior conſpicitur propter vapores diſtendentes, qui ex mortuo fœtu, & ſanguine iam præter naturam retento eleuantur, à quibus ſolent decipi mulieres exiſtimantes fœtum moueri: nam ſignū maximum reputatur apud ipſas, non ſentire motum illius. Conuulſionis

Cum aborſu concedi tur eſus carnis.

Prognoſtica fœtus mortui.

uulſiones etiam membrorum apparent,acribus vaporibus,& ma li moris pro putredine ferientibus neruorum aliquas partes:quã doque oris fœtor,palpebrarum inflatio,viſus tenebroſitas,ciborum inappetentia, ſitis,& turbulenta inſomnia apparent: denique ipſa ſegnis fit,& præ omnibus tenet ſignis, quoties ante excluſum fœtum ſecundina excluſa fuerit, antecedit nanque aliquando ſecundarum excluſio,ſicuti & quandoque retentio,quo euentu ſimilia illis ſignis accidunt. Illas autem citiſsime iam ſæpe vidi deſcendere,vaporibus receptis ex decocto lactis & petroſelini radicibus,& folijs per pudendum. Pariter vidi multoties fœtum mortuum deſcendere potione magna lactis muliebris epota:aut libra.j.decoctionis ſabinæ cũ drac.vna,aut ſemiſ.trociſci de agarico:res mirabilis,epoto lacte humano labitur fœtus nõ ſolum mortuus,ſed viuus. Si vero mulier, quæ non concepit, ſumat equinum lac,ea ignorãte(ne vomat)& ſtatim coeat vir cum ea; concepit ex Rhaſio lib. de ſexaginta animalibus ſermone 6. vidi periculum cum effectu, veluti hoc, quod eſt vuluam leporis ſiccam puluerizatam ambo bibere,& coire:aut teſticulos anſerinos comedere aſſos,& coire.

Signa fœtus mortui.

Quibus fœtus mortus expellitur.

Accedit præterea ſcriptum eſſe lib.de ſuperfœtatione, ab abortu ſemper aut multoties ſolet periclitari mulier,ſufficiens ergo malum videtur,vt poſsimus illis condanare licentiam ad carnis eſum,illo modo dicto,præcipue ſi octauo menſe abortiantur, ſi ſtrictæ fuerint,ſi ſeniores,ſi non purgent, quia facilius paucis interpoſitis diebus ſolent morbis affligi. Igitur ſi opus eſt,illa relata antecedere fœtus aborſum mortuum,vel viuum, & hæc ſequuntur ſæpe,mulierque pro illo priuatur ab operibus neceſſarijs,vtpote quod ſemper extenuatur, non videtur ratio conuincens ad oppoſitum.

De Partu.

VLterius à generationis membro mulieris euenit partus; ſed animaduertere decet primo,apud auctores multa diuerſæ rationis ſignificari hoc nomine:ſignificatur etenim generatio, iuxta illud Cœcilij,hic vicinus noſter peperiſſe ſe filium memorat, id eſt,genuiſſe,ſignificatur etiam fętus,prope illud Plinij lib. 7. naturalis hiſtoriæ cap. 5. nempe ceteris animantibus ſtatutum tẽpus eſt & pariendi, & partus gerendi, id eſt, fętum. Significatur

Partus quid ſignificet.

item.

itē, & natiuitas, & hæc duplex notatur. Primo, quando animatus fœtus, ſiue hoc, vel illo fiat tempore. Secūdo quando exterius in lucem editur fœtus, & tūc nil aliud eſt, quam localis motus, quo ipſe fœtus comparat vnum locum, prætermiſſo altero: & hic, motus præſupponit viuens factum & productum ſubiectaturque in ipſo ſuppoſito viuenti: ſi ſuppoſitum eſt creatum. Quærenti autē ſi partus eſt motus localis, & terminatur ad vbi, & non ad ſubſtātialem naturam, quo modo partus dicitur natiuitas? Reſpōditur, rationem eſſe, quia quantumuis per partum in rigore comparetur nouum vbi, tamen per illam actionem ipſa viuentis natura ſubſiſtit extra propriam cauſam, & producitur extra matrem, ita quod fœtus dicitur naſci. Et in hac aceptione in mente venit de partu agere, atque videre, quid matri præter naturam contingat: quidve naturale amplectatur, vt iuxta noſtrum inſtitutum poſſimus regulas ſignare medicis incipientibus dare operam praxi. Circa primum inuenies Galenum dicentem lib. 14. de vſu partiū cap. 3. in partu plurimum diſtenditur matricis collum lib. 15. cap. 7. in partu matricis prægnantis collum ſumme aperitur ſ. quemadmodum certe, paulo ante memorata membrana, quod cum vaſis quidem coaleſcit, clare videmus, qui autem id fiat, ſuperat humanum ingenium: ita & in matricibus, quod os quidem, eo vſq; aperitur, vt poſsit fœtibus facilem præbere exitum, nemo ignorat: ſed quo pacto id accidat, mirari poſſumus, intelligere nō poſſumus. Illinc etiam videas delineatum libro de anothomia viuorum, titulo de anothomia matricis, in hora autem partus ita dilatatur collum matricis, quod eius amplitudo fere concauitati interiori ipſius matricis adæquatur: & revera neceſſario illud fuit ne tenera oſſa fœtus confrangerentur, aut figura vitiaretur, ſicuti ſi cerea figura per extrictum locum ab amplitudine eius extraheretur. Hinc credo docuiſſe Auicennā fen. 21. lib. 3. tract. 2. capite 28. fieri partus difficiles cauſa magnitudinis fœtus, vtpote quod cauitas non reſpondeat magnitudini. Hinc etiam capite 12. eiuſdem, & de illis eſt cum in ore matricis eſt nocumentum: & additio carnis ſtringens ſuper fętus egreſsionem, quare interficit. Sed tu, medice incipiens, animaduerte, quod licet Auicenna concedat tibi, dum hæc percepta eſt ſtrictio, cauſare abortum: dum fętus eſt paruus, antequam matrē in periculum trahat: fides tamen catholica obſeruanda & firmiter tenenda non tibi illud concedit faciendum: ſed quod Domino Deo noſtro committas: non enim

Partus quo modo motus localis.

Ad partū multo dilatatur os matricis.

enim malum faciendum eſt, vt bonum ſequatur. Cum etenim manus Domini non ſit abbreuiata, ipſe præſtabit ordinem. Illinc etiam capite 21. eiuſdem aſſerit, fœmina enim penitus eſt difficilioris partus, quam maſculus, aut eſt propter magnitudinem eius: aut magnitudinem capitis eius, aut groſsitudinem corporis eius: quia ſcilicet diſtenſio colli aut prioris, vel ſecundi oris pudendi muliebris non cedat ſufficienter locum exitui fœtus. Idem Rhaſius 22. cont. tractat. 8. capite 1, Alzarabius lib. pract. tractatu 25. ſect. 2. cap. 10. & ſerapion tract. 5. cap. 36. Horatius Augenius lib. 1. de hominis partu capite vndecimo, inquit, in partu plus multo, quam diſtenſionem colli vteri præter naturam contingere, ex Auicennæ ſententia his verbis, Auicenna exiſtimat pubis oſſa tum neceſſario ſeiungi, horumque comiſſuram quaſi diſſolutionem parere: ſed reuera apud Auicennã ſolum inuenio capit. 24. loci adducti propoſitiones has: & dimitte eam vna hora, vſque quo teſtentur mulieres, quod os matricis eius iã aperitur, & quod humiditates iam incipiunt currere (nonne, hic ſtabat dicendi tẽpus?) tunc ergo fac eam ſternutare, & eleua eam, & fac eam ſedere ſuper ſcannum, & præcipe, vt exprimat inferiora ventris ſui: & præcipe ei, vt exprimat ſe, & comprimat illia eius, ipſa enim pariet, & cap. 23. ſic, cum ergo aperitur os matricis parum, & incipit augmentari, & aperiri, tunc oportet, vt fiat expreſsio, quantum poſsibile eſt. Hic etiam non erat occaſio illius animaduerſionis? Niſi velit Horatius, verbis immediatis, nẽpe, & proprie cũ ſcinditur ſiphac, id doceri ab Auicenna etenim illo nomine apud Auicennam non os pubis ſignificari valet, cum ſolum connotet panniculum, videre eſt apud eundem Auicennam fen. 22. tertij tractatu primo capite primo, illis verbis, oportet, vt ſcias quod ſuper ventrem poſt cutem ſunt duo panniculi quorum vnus nominatur ſiphac. Idem libro tertio fen. 13. tractatu 1. capite 1. §. & vnitur vnaquæque harum ſuperplicationes ſiphac. Hinc etiam Ioannes Matthæus de Gradi ſuper primum textum affirmat: aduertendum eſt quod auctores multum æquiuoce vtũtur iſto termino ſiphac, aliquando communiter ſiphac pro quolibet panniculo continente (& in hoc ſenſu inquit, & proprie cum ſcinditur ſiphac, id eſt, panniculus, in quo continetur fœtus, inquit Iacobus ibidem), & ſic panniculos cerebri, & Chiſti fellis, aut quẽlibet panniculum appellamus ſiphac: licet proprie ſignificet panniculum comprehendentem inteſtina. Panniculis deniq; ex eodem

Aborſum non permittat medicus.

Oſſa pubis ſeiungi in partu putant.

Siphac non eſt os pubis

eodem Auic.fen.1.1.doc.3.& ex Conciliatore differ.47.corpus eſt expanſum tenue contextum ex filis nerueis non ſenſu perceptis,quod etiam inſinuatum fuit 4.de compoſ.med.per genera c.14.ſed recipiamus alibi dictum fuiſſe, ſi placet,eo quod fas eſt, non credere dicenti,& dicamus cum eodem,ſi ſit, opus certe admiratione dignum eſt,vt alia plerique naturæ opera. Reuertamur tamen ad enumeranda alia plurima, quæ præter naturā apparere contingit in partu,vt dolor ingens verſus anteriora,&poſteriora,non ſolum antea,propter quod dicebat Auic. ſi dolor ingens ad os pubis deſcendat, maiorem facilitatem habet partus, quam ſi ad partem poſteriorem: ſed & poſtea,vt fatentur mulieres. Vlterius inquit Auic.& quandoq; perducit ad inſciſsionem neruorum,& lacertorum partus,propter vehemētiam eius,quod accidit detenſione cum paucitate conuenientiæ ad exitum propter defectum lenitatis,& lubricitatis:quare perducit ad ſpaſmū, & quandoque peruenit res in quibuſdam earum ad hoc, vt findatur mirach ventris:& illud eſt, quando ſuperfluit inſpiſatio. Tum etiam Hipp.de natura pueri verſus finem, & Gal.lib.3.de naturalib.faculta.c.12.ſuccedunt partus vehementiſsimis motibus:eius inquit Gal.eam eſſe rationem,moles nimia, aut pōdus aliquod,aut morſus,molis vbi amplius diſtendi vterus non tolerat:pondus,cum ſupra vires eius ſit, quod continet: morſus vbi vel humores,qui prius in membranis continebantur, his ruptis, in ipſum vterum ſunt effuſi,vel etiam totus partus corruptus, & putris ac innoxiam ſaniem diſſolutus,vteri tunicam eius occaſione irritat,ac mordet,& augentur mala parturientibus, quando non expurgant non ſolum alba,vt docet Hipp.1.prorrhit.tex. ſi mulieribus à partu alba cum febre retineantur,ſed & reliqua,vt liquet ex Gal.in com.ibidem 5.Non enim in albis ſolum,ſi eorū quæ à partu euacuantur,retentio fiat,praua eſt tum cauſa,tū nota,verum quoque in bilioſis,& ſanguine ipſo nempe vitiato purgatio eſt, atque etiam ex nominis ratione purgatio alienorum, quæ geſtationis vteri tempore in venis aceruata ſunt: abſumpto quidem in foetus alimentum vtili,qui in ipſis erat,ſanguine,ſed permanente vitioſiore,qui ſingulis menſibus antea per vterum excernebatur:cum igitur ijs vacuatus nō fuerit à mulieris puerperio:aut vterum ipſum in phlegmonem agit magnam:aut ad ſuperiorem aliquam ſedem vectus parti excipienti proprium affectum periculumq; infert:ad quam autem peruenerit, mox apparentia

In partu multa præter naturā:

rentia ſymptomata indicabunt: quomodo & nunc tum thorax, tum caput vitioſum ſanguinem ab vtero ſurſum latum excepe-runt: quod ſi aſſocietur illa, vt ſi mulier debilis paſſa ægritudi-nes, famem, aut ſitim ingentem, perſeuerauerit dolor, vt ſæpe con tingit, peruenerit partus tempore nimis frigido, aut nimis calido, aut multum temporis parturitione occupabit, propter quæ mul-tum dilacerari ſolent: exiſtimo non eſſe dubitandum parientibus quadrageſimæ tempore de concedenda licentia ad carnis eſum: ſed quanto tempore, hic opus, hic labor. Sunt quæ dicant, ſe cru-ciari doloribus ſpatio vnius menſis: quædam debilitatem ſentire ſpatio trium, non lactantes adhuc: nam lactantes aliquot ſemper, dum tali operi dant opus, affirmant ſine carnis comeſtione dege-re nec poſſe vitam: etiamſi neque morbo, aut dolore aliquo affi-ciantur, & ſcriptum eſt libro de partu ſeptimeſtri, de partubus fi-dem derogare mulieribus non oportet, vt quæ ea proferant, quæ in corporibus ſuis contigiſſe cognouerunt. Revera in hac difficul tate ſemper mihi viſa fuit magna difficultas: nam ſi tranſactis tri bus hebdomadibus deficit dolor, cõſolidatę ſunt partes, quorſum non lactantibus illa eſt concedenda licentia? vt pingueſcant, con gratulentur, & nil patiantur? non, etenim id decet illo ſancto tem pore: ſed potius attenuari, & pati macerando corpora, & adſtrin-gendo omnia ſanctę: id enim docetur illis verbis epiſtolæ prioris diei quadrageſimæ, ſcilicet exſurgat ſponſa de thalamo, & ſpon-ſus de cubiculo, &c. ſi vero lactans expoſcat, vt ſæpe contingit, il lam indulgentiam: quia non abundę iuxta ſuum placitum lac ge nerat, & habet, aut quia in capite ſentiat aliquam debilitatem, aut quia puer aliquo morbo ſit correptus, arbitror ſic recte fa-ciendum pro primo conſulere, vt aſſumant piſces, lactucas, condi menta ex amygdalis, & auellanis cum lacte: lac enim copioſiſſi-me efficiunt iuxta primum lege Auicennã fen. 3. lib. 1. doc. 1. c. 2. iuxta ſecundum vide Galenũ dicentem 8. de comp. med. ſecun dum locos, lac cibus eſt, quia nulla indiget contritione 3. de ali-mento. facult. Lac optimum omnium, quæ mandimus: eſt enim boni ſucci, & optimi alimenti, coagulatum magis nutrit. 2. de ſim pli. medic. facult. lac boni ſucci eſt 5. aphori. 64. lac eſt cibus bo-num generans ſuccum, & bonum humorem, quia generat ſan-guinem, & cito per venas diſtribuitur: bene enim concoquitur, & inde bene nutrit libro de bonitate & vitio ſuccorum, lac eſt optimi ſucci inter omnia cibaria, & pręſtat craſſum ſatis ſuccum,

Parientibus conceditur eſus carnis.

Mulierib⁹ parientibus dãda fides.

Lac alimẽtum optimum.

 præci-

præcipue, quando fiunt cibaria ex triticea farina, vel milſio, vel amillo cum lacte concoctis: non ne vides quanta lactantibus poſſunt miniſtrari alimenta ex lacte? lege etiam Ioannem Bruierinum Campegium de re cibaria lib. 14. à cap. 1. vſque ad 10. & videbis alia plurima: tum & apud eundem Gal. 3. lib. de alimen. facult. cap. 14. Cordæus in Hipp. lib. 1. de mulie. com. 6. ſic, varias eſſe lactis dotes medicorum latet fere neminem, id quidem refrænat omnia, quæ mordent intus, vt & quæ ſunt bilioſa, ſed corporis ſuſtentat quoque vires, & eius tuetur valetudinem. Vnde ſi ex eius potione, & fortiorum ciborum eſu, quorum vi robur corporis ſeruatur, priſtinæ valetudini animaduertas reſtitutam eſſe mulierem. Poteſt autem concoquere lac cum mentha, cum melle, aut ſemine aniſi. lib. de ſimplicibus medicaminibus. Rhaſis laudat libro citato, ſermone de capra, de vacca, & de oue, lac illorum ad generationem lactis, præcipue ſi fiat puls ex farina orize, aut ſeſami, alimentum ergo bonum eſt oriza cùm lacte decocto: butyrum etiam ſummopere laudatur alimentum lactantibus, Aetius, Albertus Magnus, & Moſchio maxime laudant capita piſcium ſalitorum, vt refertur prima parte Armoniæ Gynetiorum: habent igitur vnde lactantes ſufficienter & bene nutriri queant abſque eſu carnis quadrageſimæ tempore, etiam ſi patiantur aliquam debilitatem in capite, vt ſit regula etiam pro ſecundis. Dixi autem quod copioſiſsime aſſumant cibum, quia & pluribus vicibus poſſunt illum accipere: credo etenim non teneri ad ieiunandum: nam præter quam quod multo diſsipātur à ſuis infantibus, maxime ipſæ læduntur iuxta illud Auicennę loco ſupra adducto §. lac infanti non eſt dandum, dum eſt nutrix ieiuna, & propterea etiam inquit, ex lacte quoque quod puer ſugit, in mane bis aut ter emulgendum eſt, deinde mammilla ei tribuenda: & præcipue cum in lacte fuerit macula. Si ergo inquit præcipuè, ergo abſque macula etiam non placuit Auicennę, quod ſugat à nutrice ieiuna infans lac: ſed ipſe non poteſt attendere vſque in meridiem, igitur. Tertia regula lactantibus pueros morboſos, ſi morbus alicuius fuerit conſiderationis, paruus equidem paruulis erit magnus, ſine periculo conſcientiæ præſtat medicus ſuam permiſſionem. Manifeſte id colligitur lib. 7. de compoſitione pharmac. ſecundum locos. §. prodeſt etiam infantibus alimentum non ſentientibus, ſi nutricibus præbeatur, & ex illo libro tertio de alimentorum facultatib. capite 15. de lacte §. nam lac quidem, quod vitioſi eſt

Lac augmētantia.

Lactātes nō tenentur ieiunare.

Nutrix ex ſugat vbera mane ante lactationem pueri.

tioſreſt ſucci, tantum abeſt, vt ad ſuccum probum gignendum conferat, vt qui eo vtuntur, cacochimos reddat: cui rei argumento fuit is infans, qui cũ priori nutrice mortua, alterius praui ſucci lac ſuxiſſet, totum corpus multis vlceribus habuit refertum: vtebatur autem ſecunda hæc nutrix in agro ſilueſtribus oleribus propter annonę penuariam, quæ veris tẽpore acciderat, vnde & ipſa huiuſcemodi vlceribus ſcatuit, & alij quidem, qui in eodem agro ſimili victu ſunt vſi. Vidimus & alijs per multis mulieribus infantes nutrientibus idem accidere: atque etiam ſi capræ, aut alterius cuiuſque animalis ſcamoneam, aut tithimalum depaſti lac cibi loco quis ſumpſerit, omnino aluus illi fluet. Hinc Auicenna fen. 3. libro 1. doctrina 1. cap. 3. inquit, intentio principalis in medicandis infantibus eſt, nutricem regere ita quod ſi adfuerit ſuſpitio, quod in ipſa ſit ſanguinis repletio, minuenda erit, aut ventoſanda, etſi repletio ex humore fuerit, ipſe erit euacuandus ab ea: quod ſi neceſſe fuerit naturam conſtringere, aut ſoluere, aut vaporem à capite prohibere, aut membra anhelitus rectificare, aut complexionis malitiam permutare, medicandum erit per ea, quæ comeduntur, & bibuntur, quæ ad hoc ſunt conuenientia. Cunque medicabitur ventris ſolutione, aut fluxus ventris ei de natura euenerit, & fuerit multus, aut medicabitur vomitu, aut venerit ei naturaliter aduentu forti, melius erit, vt ipſum ea die animalia lactet. Nec obſtat tot tranſmutationes alimentum pati à matre vſque in conuerſionem ſubſtantiæ infantis, & veram fuiſſe generationem chili, ſanguinis, & lactis à nutrice: tum & ex lacte aſſumpto ab infante veram eſſe etiam generationem ſanguinis, & deinde carnis, & aliarum partium, pariterque verum habere Ariſtotelis dictum, in his generationibus reſolutionem fieri. Mirifice equidem ſcit natura conſeruare in illa ſola radice principium, quo medio, aut cœlum, aut forma eluſceſcere faciant ſimilia accidentia, vt luce clarius vidimus in nepote ſæpe aui, & ataui accidentia morboſa cum eiſdem ſignis, & typis.

Cum puero morboſo cõceditur caro nutricis.

Infantes curantur per nutrices.

Die purgationis nutrix non lactet puerũ.

Dices, ſi tot matri contingunt in partu præter naturam, quæ ſecundum naturam ei accidunt, vt partus dicatur naturalis ipſi? Quid namque matri? vt partus dicatur naturalis, ſi fit, quando fœtus per os poteſt nutriri, decimo quinto de vſu partium, capite ſeptimo ſ. partus autem fit, cum fœtus ita iam eſt perfectus, vt per os nutriri poſsit, libro de anothomia viuorum,

& iuxta Auic. ſen. 21. lib. 3. tract. 1. cap. 2. partus verò non fit, niſi cum fœtui non ſufficit, quod ei mittit ſecundina ex ſanguine, & quod peruenit ad ipſum de attractione aeris cum membra eius iam completa ſunt. Quid etiam ſi puer partus tempore in matrice ſe conuertit ad exitum, ita vt caput inferius & extremitates ſuperius deſcendant? (quælibet enim alia figura præter naturam reputatur locis ſupra citatis, & partus difficilis) quid vt collum matricis nullo appoſito emollienti aperiatur? ibidem, quid, vt ſentiat mulier vteri degrauationem & moleſtiam ad expulſionem? & motum infantis tendentis iam ad exitum? nam hæc omnia potius moleſtiam ſenſibilem inferunt matri, & inde præternaturam ei eſſe iudicandum expoſcit ratio. Quid denique etiam ſi fœtus in vtero formatus non ſolum foras exeat, ſed debito ſuo maturationis tempore nono nempe, aut ſeptimo menſe, quod naturale præſignatur tempus naſcituro homini? Libro de genitura, de natura pueri, de partu ſeptimeſtri, & alijs innumeris locis, nam ex Plinio libro illo 7. naturalis hiſtor. ceteris animantibus ſtatutum & pariendi, & partus gerendi tempus eſt, homo toto anno, & incerto gignitur (id eſt naſcitur ſpatio) alius ſeptimo mẽſe, alius octauo, & vſque ad initia decimi, vndecimique: imo ſi recordamur hiſtoriarum de quibus antea, decimi tertij, & decimi quarti initia aliqui tetigere, aut fortaſsis finis, de hoc etiam Ariſtoteles libro 7. de hiſtoria animalium capite 4. ſed cum cetera animalia omnia ſingulari ac ſimplici modo partum ſuum perficiant (vnum enim pariendi tempus ſtatutum omnibus eſt) homini vni multiplex datum eſt, nam & ſeptimo menſe, & octauo, & nono parere poteſt, & quod plurimum, decimo, nonnulli etiã vndecimum tangunt. Iuxta primum videas Plinium, & Eduardũ Vottonium libro de animalibus, proprijs capitibus, & Horatium Augeniũ lib. 1. de hominis partu aſſeuerãtes: capra & ouis quinto menſe fœtus edunt, ſus quarto, aſina, & equa vndecimo parit: canis ſemper quarto menſe: catus menſe tertio: vacca vno anno gerit vterũ, & ſic de reliquis, vt late adducit ille Vottonius. Pro ſecundo faciunt hiſtoriæ relatæ, tum mens Horatij Augenij, illo lib. 1. de hominis partu c. 21. vbi inquit, ego autem de partu sextimeſtri hæc dico, primum aliquando vitalem eſſe puerum ſexto menſe natum: viuere autem poſſe eiuſcemodi partum, ita intelligendum eſt: vt quemadmodum effectus quidã naturales raro aduenientes, ſuo tempore neceſſariam habẽt generationis cauſam; ſic puer

Figura naturalis quæ ad partum

Naſcendo tempus incertum.

Animaliũ irrationalium tẽpus pariendi.

ſic puer ſexto menſe in lucem prodiens licet raro viuat, neceſſario tamen vitæ cauſas obtinet. In hac ambiguitate certum mihi ſemper fuit viſum, in muliere dũ partum edit, nil naturale ei ad indiuidualem conſeruationem accidere: quinimo, ſemper medijs partubus in corruptionem tendere, propter illa multa, quæ illo euentu contingunt, etſi verum ſit, vt plurimum ſalubriorem degere vitam, quam non parturientes propter inſignes illas euacuationes, & matricis deterſiones in partubus euenietes. Solum igitur ad ſui ſpecificam conſeruationem, & prolongationem dicuntur partus naturales: proprijſsime autem pueris illud arridet. Sed quare illis magis naturalis accidat vnus menſis, quam alius hoc difficillimum ſemper fuit apud omnes: quamobrẽ in varias ſententias ſunt diſtracti iuxta diuerſa dogmata ſcientiarum variarum. Aſtrologi (referente Lalamantio lib. 2. ſuper Gal. de diebus decretorijs, Horatio Augenio lib. 2. de hominis partu cap. 10. & quam plurimis alijs) quia ſtatuunt cum Ariſt. lib. de cœlo & mũdo, & 1. metheor. mundum hũc inferiorem orbibus ſuperioribus non alia ratione factum eſſe contiguum, quam vt ab eis vim recipiat, & id non ſolum à Sole verum eſſe demonſtrant medijs effectibus, qui contingunt ineunte vere, & recedẽte eſtate: verum etiam itidem eſſe neceſſario ponunt cum in alijs ſideribus, tum etiam planetis ſeptem, quorum ſingulos ſingulis, quibus vterus impletur menſibus præeſſe, & præfici volunt. Incipiunt autem à Saturno planetarum omnium ſupremo, quem imperium in fœtũ ab ipſo ſtatim conceptu per totum primũ menſem obtinere, non tamen ſine phyſica ratione volunt: ſemen ſpumoſum corpus vocat Gal. 14. de vſu partium, vtpote rem humidam fluxilemque, & ſpiritu multo vitali plenam (eodem loco) eoque mobilem & agilem, & ad hæc etiam ab omnibus vteri partibus ex æquo affectatam & attractam, & ob id etiam extendi dilatariq; ſolitam cogi, conſtringi & inquantũ neceſſe eſt, denſari, firmariq; intelligunt ſi homo, vel alius animans ex hoc debeat exiſtere: alioqui in ea homini v.g. generando ſubiecta materia cogeretur, ſpiſſareturq; extenſa dilatataq; & diuulſa diffueret excideret, & vnione diſſoluta corrumperetur: huic ergo miniſterio Saturnum planetã frigidum & ſiccum præficiunt, qui duabus illis qualitatibus genituram contrahit, denſat, & coagulat. Atque id eſt primum conſtitutionis animantis tempus: quo ſcilicet tempore toto, ſemen concretum quid tantum coagulatumque eſt. Tandiu autem in genitu-

Qui mẽſis naturalis partus ex aſtrologis.

Primum tẽpus animãtis Saturno datur.

ram agit Saturnus, dum ſecundus menſis incipiat: quo Iupiter ſecundus poſt Saturnum in orbe lucem tenens eandem etiam afflat: hic enim calidus cum ſit & humidus, calore quidem ſuo tẽperato genituram fouet, dilatat, & ad incrementum facit habilẽ, humiditate autem formæ ſuſcipiendæ reddit idoneam. Iam vero cum auctio ſine nutritione fieri non poſsit, genitura ſanguine menſtruo attracto nutrita ſaturatur, & quaſi naturam aliam induit, in formia tamen adhuc eo tempore ſunt, nec dum articulata cor, cerebrum & hepar, quæ tamen prima formari cõtingit: at concretionem tamen & magnitudinem notandam obtinent. Id ſecundum eſt tempus conformationis animalis, quo tempore cõcretio illa non amplius genituram, ſed carnẽ repræſentat: quod etiam inuenies ad literam lib. illo de compagine membrorũ, ſeu de natura humana ad finem §. Iupiter calidus & humidus calefaciendo confortans, & humectando replens, &c. corrigit ergo vitia ſemini inducta à Saturno contra vitæ principia, & recipit cõtractionem, & condenſationem ab illo factam in ſemine: eſſe autem illud Iouis opus docent Aſtrologi, & inter medicos Marſilius Ficinus lib. 3. de vita cœli cap. 6. §. vbi Saturnum times, adhibe Iouem, & cap. 22. §. contra influxum eius (id eſt Saturni) hominibus communiter peregrinum, & quodammodo diſſonum nos armat Iupiter, tum naturali qualitate ſua, &c. ordinem ab illis planetis tertium Mars ſibi vindicat, cui tertius menſis eſt demandatus, hic exſuperante ſua caliditate humidũ ſuperfluũ abſumit, & depaſcitur, ſiccitate autem tria principia, cor, cerebrum, & hepar firmat: vt euidẽter ea cernere liceat. Ceterarum autem particularum omnium velut lineamenta quædam tantum, & adumbratam eformationem configurationemque, quod tertium tẽpus conformationis animantis eſſe videatur. lib. vero illo de natura humana, ſic, crura diuidit, à lateribus brachia ſeparat, collũ & brachium informat. Sol vt quartum orbem a Saturno tenet, ita & menſe quarto imperium obtinere in conceptum dicitur: hic ſpiritus formatoris ope particularum earum delineamenta, quæ menſe tertio regnante Marte minus clara, perſpicuaq; erãt, perficit, artuum velut in ramos diductionem, diuaricationemque molitur: in ſumma compagem vniuerſam efformat, & effingit: nec ſolum extremam manum imponit, ſed & vitam quoq; largitur & animam (illo tu intellige modo, quo dictum fuit ab Ariſt. Sol & homo generant hominem, nam anima à Deo eſt) nã ſuperiore

Secundum tẽpus Ioui.

Tertium tẽpus Marti.

Quartum Soli.

Digitized by Google

riores planetæ initia tantum, vt de articulationis, ita & motionis dederant: itaque iam puerulus ſeu infans dicitur. Atque hoc eſt Genethliacis quartum & poſtremum efformationis animantis tempus. Quinto menſe planeta is, qui Venus dicitur, venuſtatē etiam infanti, decoremque aſpirat, & temperata ſua frigiditate, humiditateque infantulo impreſſam à Sole & Marte caliditatē & ſiccitatem attemperando facit mitiorem. Venerem ſequitur Mercurius, cuius partes ſunt exſiccare vehementius partes ſolidas, & agiliorem mobilioremque infantem efficere. Vltimus velut in ſumma partes actura prodit Luna, quæ vt ſeptimū infimūque & terris proximum orbem poſsidet, ita ſeptimo mēſe infanti geſtato in vtero dominari, & multis dotibus ipſum beare dicitur, dum larga ſua frigiditate humiditateque infantulo auctiori copioſius nutrimentum ſufficit, dum humores quatuor & humidas etiam corporis partes, carnem dico, pinguedinem, & medullas adauget, dum vterum etiam humectat, & velut ad partum acceptabula ipſius largo humore relaxando præparat. Adde, quod ſuperiorum aſtrorum vires, quas ipſa in ſe primum tanquā omnium infima recepit, in ipſum fœtum eam regerere, & refundere cumulate dictitant. Hoc ergo tempore, menſe dico ſeptimo poſtquam ſcilicet planetæ ſeptem, quos mundi gubernatores nonnulli vocant, ſuo quiſque ordine fœtum ſuis beneficijs auxerunt, ſuaque vi afflarunt, infantulus tantis ſe beneficijs auctum ſentiens alacrior fit, geſtit, & tunc ita ſeſe valide agitat, & mouet, vt abruptis vinculis membraniſque foras prodire conetur. Prodit autem tunc maxime, cum mulier aut imbecillior eſt, aut obeſsior, & temperamento frigidior, humidior, & cum acceptabula vteri largiori humore oppleta habet. Eo vero magis etiā hoc tempore prodire fœtum volunt, ſi is copioſiore vtens alimento mole cùm ſua tum excrementorum etiam copioſorum grauet vterum: nam ſi temperatior mulier fuerit, aut calidior, ſiccior, eoque excrementis minus onuſta, partus in nonum menſem differtur: ſed tamen ſi ex quauis cauſa ſeptimo menſe edatur in lucem, vitalem eum eſſe futurum aſſerunt genethliaci, quod omium ſeptem planetarum vim beneficiumque ſenſerit, ante ſeptimum hac ipſa ratione viuere poſſe negant. Quod ſi poſt ſeptimum in vtero etiam adhuc (quod vt plurimum fit) remaneat fœtus, ad Saturnum iterum octauo menſe regnandi vices redire tradunt, qui cum vtraque ſua qualitate cum prin-

Quintum veneri.

Sextum Mercurio.

Septimum Lunæ.

Septimeſtre partus.

cipijs vitæ noſtræ ex diametro pugnet (dixi autem cũ paulo ante frigidum eſſe & ſiccum) ſi eo ipſo octauo, cui præeſt menſe fœtus exitum affectans forte edatur in lucem, frigiditate ſiccitateq; dominantis planetæ puerum perimi, & cõgelari, nec vllo ideo viuere poſſe modo tradunt ijdem genethliaci. Volunt enim per tenelli corporis poros & per adaperta humiditate lunæ (quæ ſeptimo menſe fœtum diſpenſabat) ſpiracula, frigiditatem Saturni ſeſe penitus inſinuare, & ad vitæ principia vſque penetrantem calorem natiuum, qui etiam tum exiguus eſt, ſuffocare: quin ſaturnum etiam ſicuti & Martem quoque auferre ſolere ab Alcochode, id eſt, datore annorum dicunt: ſic hanc quoq; cauſam prætexunt, cur octimeſtris partus minime ſit vitalis; nec vero minus etiam eiuſdem ſyderis ſiccitatem puerperæ officere volunt: ſiccitas enim os vteri exſiccat & conſtringit, quod tamen ad facilitandum partum humectari oportebat, & dilatari: vnde colligere licet octauum menſem cùm matri tũ fœtui ſolere eſſe exitio. Porro vero ſi octauo etiam mẽſe in vtero quietus maneat puerulus, nec ante nonum exitum affectet, iam illo ipſo nono dico menſe pro Saturno Iouem præſidem habet, & Epiſcopum eo benigniorem Saturno, magiſque ſalutarem: quod ipſe ſuis qualitatibus calíditate humiditateque temperatis (in his autem vita noſtra conſiſtit) vitam puero afflat & aſpirat.

Octauus menſis nocuus naſcenti.

Nonus menſis vitalis.

Has cauſas Chaldei Genethliacique prætexunt, dum ex aſtrologia docere volunt rationem, qua fiat, vt ſeptimeſtres vitales ſint, octimeſtres minime, referente Ioanne Lalamantio, lib. ille 2. de diebus decretorijs. Ceterum Horatius Augenius li. 2. de hominis partu inuehitur contra illos. Primo quia cũ poſsit puer ſeu fœtus naſci, quacunq; die, & hora, ſicuti & generari: poterit quis v.g. octimeſtris partus accidere menſe nouembri, & alter decembri, & ſic de reliquis: & iuxta Theſim illorum nec hũc nec illum viuere, & ſic de ſingulis. Et hinc ſequitur Saturnum dominari ſingulo quoque menſe: imo ſingulis hebdomadis, diebus, horis, atq; momentis, & addit, quod vna & eadẽ hora naſcetur quiſpiã octimeſtris, & alius nonimeſtris, vnus viuet, alter morietur. Secundo inquit, quia nunquam vllus generaretur: nam ſi interficitur octimeſtris cum maiuſculus ſit, & principio primi menſis ſemen, aut coagulum minus reſiſtens facilius morietur. Tertio, quia ſi à pluribus cauſis dependet fœtus in fieri & conſeruari, ſcilicet maternis & paternis principijs, quomodo per contrarietatem Saturni tantum

Aſtrologorum opinio taxatur.

tantum corrumpitur? namque videbatur expectanda proportio, & his etiam. Quarto, quia ſi tantum à cœlo accipitur virtutis: ſe queretur cum morboſis principijs ſeminis, & ſanguinis parētum fœtum non oriri morboſum, cuius contrarium apparet ſæpe: ſe- quella patet, ſi planeta fuiſſet beneuolus. Quinto, quia ſi à cœli aſpectu vitam neceſſario habemus, ſimul etiam habebimus actio nes alias: & inde non pro libero arbitrio operarentur homines: ſed iuxta vim aſtri beneuoli aut praui: & inde perperam cōditæ fuiſſent leges, &c. huiuſmodi, denique inquit, quod ſi ex vna par te vis cœli attendatur, vt Saturni v.g. inclinans ad mortem, & ex alia parte vis ſeminis vtriuſque & omnium aliarum cauſarū infe riorum diſponentium ad ſalutem, ridiculum fuiſſet dicere, maio ris exiſtimationis eſſe primum, quam ſecundum. Vnde cōcludit, & hic etiam addamus, quod non ſolum cœleſtia corpora neceſsi tatem rebus ipſis non imponunt, ſed neque etiam inclinationē: quia quod quis hanc, aut illam habeat inclinationem, naſcitur à cœlo, vt à cauſa communi, & à cauſis ſecūdis vt à proximis imme diatiſq;, ſic ratiocinemur, quod habet inclinationem à pluribus cauſis neceſſarijs cognoſci non poteſt ſine cognitione omnium cauſarum, fœtus octimeſtris habet inclinationem ad mortem à pluribus cauſis: plures igitur cauſæ cognoſcendæ ſunt: quis igi- tur ad cœlum confugiat? placitum huius auctoris videtur confir- matum, eo quod aſtra omnia ſunt naturalia agentia, naturaliter que operantia in hæc inferiora: ſi approximata ergo ſint, non vi- detur, quod operatio non ſit eiuſdem rationis reſpectu fœtus, & conceptus vno, aut altero menſe, & inde Saturnum in æquali diſ tantia & approximatione, & ſic de ceteris æqualiter operabitur. Secundo ex Gal. 1. de ſemine cap. vlt. conceptus fit calore coquē te, non vero frigiditate, & ſiccitate: quia iſtæ potius impediunt quam adiuuent coctionem, prædominante ergo Saturno frigidi tate & ſiccitate primo menſe neque vllus coqueretur fœtus. Vl- terius alij contra aſtrologos ſic, non videtur fieri poſſe: vt plane- tæ habeant virtutem producendi qualitates interficiētes, aut pri mas aliquas. Primo, quia planetæ omnes conſtant lumine, quod ſolum habet vim producendi calorem, & non alias primas quali tates, quod experientia receptum habent omnes: & docet Ariſt. lib. 1. metheo. c. 4. vbi inquit calor, qui fit in inferioribus, fit prop ter motum corporum cœleſtium præſertim ſolis, quia motus diſ gregat, & ignit, & 2. met. capit. 3. quo dicit, noctes plenilunij eſſe

Aſtra agūt vt entia naturalia.

Aliter opinio aſtronomorum patitur.

calidiores. Et cum quis dicit, quanuis lumine producatur ſemper calor, tamen ſunt in planetis, & aſtris virtutes aliæ, quibus ceteræ primæ qualitates valent produci, quæ vocantur influentiæ, vt colligitur ex Ptolomeo in quadripartito, & omnibus eius ſequacibus: & ita mirum non erit, ſi Saturnus v.g. medio lumine calefaciat, & media alia qualitate producat frigus: reſpondent; cōtra eſt, quia non videtur, quod idem aſtrum habeat oppoſitas virtutes formaliter ad producendas contrarias qualitates, nam quādo in vno, & eodem ſunt plures qualitates altera communis pluribus, altera propria: quæ propria eſt, quia habet rationem determinantis, eſt perfectior: ergo cum lumen ſit commune omnibus planetis, ſi præter illud eſt peculiaris virtus in quolibet aſtro ad producendam aliam qualitatem, hæc virtus habebit rationem determinantis reſpectu luminis, & ex conſequenti erit perfectior qualitas: ſed pro comperto habetur iuxta omnes, nullam qualitatem cœleſtem perfectiorem lumine: ergo præter ipſum non eſt peculiaris in quolibet aſtro virtus, quæ poſsit nuncupari influentia. Secundo, quia quod in aliquo toto ætherogeneo, & habente partes diuerſæ rationis plures ſint virtutes & contrariæ in diuerſis partibus, non diſſonat rationi: tamen quod in eodem aſtro habente partes eiuſdem rationis ſit lumen productiuum caloris: & alia qualitas productiua frigoris non percipit intellectus, neque enim lumē eſt in vna parte aſtri, & alia qualitas in alia, cum omnes ſint eiuſdem rationis.

Arithmeticorū mēs iuxta ſententiā partus naturalis.

Impugnata Aſtrologorum ſententia, ſuper ea ipſa re Arithmeticorum refertur opinio aſſeuerantium parem numerum imperfectum, imparem contra perfectum, & quia ſeptenarius & nouenarius impares ſunt: eatenus illos & conari partum foras propellere; pares vero secùs. Quid ſenſerit Pythagoras de vi numeri refert Ariſt. lib. 1. meta. cap. 5. & lib. 14. cap. 3. de qua re legendus eſt Varro apud Gellium lib. 3. cap. 10. idem Gelius libr. 15. cap. 7. Cœlius Rhodigin. lib. 11. cap. 36. quinimo Hipp. & Gal. lib. de partu ſeptimeſtri, & de carnibus: quibus locis oſtenditur ſeptenarij numeri vis maxima: poteſtque probari ex diuinis literis, humanis, & congruentijs. Pro primo facit illud Geneſis cap. 2. Benedixit Deus diei ſeptimo & ſanctificauit illum, quia in eo requieuit ab omni opere ſuo, Eſdræ cap. 4. omnia fecit Deus in numero pondere & mēſura: tum multa teſtimonia Sanctorū varijs in locis. Pro ſecundo ſtat Ariſt. 1. Cœli c. 1. quo inquit, ternarium nume-

numerum veluti legem naturæ eſſe, Vergilius, *Numero Deus impare gaudet*, Homerus, *Igne regi, atq; nouem ſoles per caſtra volarunt*. Iacobus Cuiatius iuris conſultus in interpretationibus, fœtus vitalis eſt ſeptimo, & octauo menſe mortalis natus, quia ſecreta quædã ad mortẽ, ac vitã adeſt ſympathia cum ſeptimo, & antipathia cũ octauo. Pro tertio videas obſeruatũ in multa hominum memoria expertumq; eſſe, ſenioribus pleriſq; omnibus 63. vitæ annum cũ periculo & clade aliqua venire, aut corporis morbique grauioris aut vitæ interitus, &c. quia eum numerũ ſeptenarius nouies, aut nouenarius ſepties multiplicatus procreat, his addendo ſeptenarium, dicebat Auerroes in ſuis collectaneis, cõſtituitur tẽpus integrum vitæ hominis. Tũ addunt ſeptẽ eſſe planetas, ſeptẽ Romę ſapientes, Pleiadas ſeptẽ, Vergilias, pericula quoq; vitę fortunarũ q; hominum iuxta Chaldæorũ placita. At ſi hæc illis conferunt, accipiãt ſeptẽ eſſe virtutes, vitia ſeptem: dona ſancti Spiritus ſeptẽ: articulos fidei ſpectantes ad diuinitatẽ Chriſti redẽptoris ſeptem: ſeptem ad humanitatem: plagas eiuſdem Chriſti quinq;, ipſum cum Patre & Spiritu ſancto Trinitatẽ ſanctâ conſtituere in perſonis: nã vnus eſt Deus: animas tres eſſe, rationalem ſcilicet, ſenſitiuam, & vegetatiuam: potentias externas, & internas quinq;, gradus quinq;, nomen omnipotentis Dei apud Hebræos tres habet literas: hoc nomen ſal, tot altiſsima ſignificans vt, quis poteſt legere apud Bernardinũ Gomeſium per tres libros integros de ſale, & apud Hebr. & Latinos, tribus etiã componitur literis. aliaque poſſent innumera pro hac ſua ſententia adducere. Et quando rogatur ab eiſdem, quid ſit, quod ternarius, & quinarius primi impares perfecti, formæ & mares, idẽ ꝙ ſeptenarius, & nouenarius nõ præſtent? Reſpondent verũ quidem eſſe, illos & impares & perfectos, formas item eſſe & mares (vocãt quidẽ pares numeros materiam & fœminã) ſed præter hæc omnia aiunt etiã in partu requiri ſolere materiæ præparationem, haud aliter ac in morborum criſibus fieri aſſolet. Neq; enim vt criſis fiat, ſatis eſt dici naturã, & conditionem adeſſe ſed & materiã etiam concoctã, & præparatã eſſe oportet, vt tuto morbus iudicetur. Idcirco ergo ternarius & quinarius numerus primi impares, perfecti, formę, & maris de partu decernere non conantur: quia illo tempore materia vtero cõtenta incocta adhuc eſt, id eſt, nondum plane conformata, aut excerni parata. In cuius gratiam faciunt duæ hiſtoriæ noſtris temporibus viſæ. Altera Compluti contigit. Nobilis

Multa perfecta in numero impari.

Par numerus fœminis impar maſculis aſſimilatur.

Digitized by Google

Hiſtoria de mense quinto.

bilis mulier vxor Ferdinandi de Arias, quinto menſe à conceptu peperit infantem magnitudine valde paruum (res miratu digna) vſque in ſeptimum menſem nec lac ſuxit, nec recepit niſi per calamum, nec quidpiam aliud alimenti, ſed ſic, & lateribus applicitis calidis, & lana vixit, viuit & hodie monachus in religione Beati Bernardi: quò fuit certum donec ſeptimo materia fuit concocta nec ore cibum aſſumere. Similis hiſtoria mihi fuit relata ex Matriti oppido habitationis Maximi Philippi ſecundi Regis Hiſpaniarum & Indiarũ. Sed quid dicant iſti, quod decimo menſe pare & fœmina, quotidie fœliciter videntur partus in lucem editi: & legitimi hæredes apud iuris conſultos recipiuntur ſuorum maiorum? Secundo quid ad hoc argumentum, ſi numerus habet efficiendi virtutem? vel ſermo eſt de rebus ipſis numeratis, quæ numerum materialiter conſtituunt: & ſic nil conſideratione dignum refertur: quia receptum eſt apud omnes: eſſe res plurimas conſtituentes numerum habentes vim agendi, ſicuti & è contra: ſi vero intelligatur de ratione formali numeri, falſum eſt: cum ipſe ad prædicamentum quantitatis ſpectet: quantitas autem virtutem efficiendi non habet. Tertio quid reſpondere cogitant ad illud Hipp. Gal. & omnium medicorũ, morbi, qui per dies pares mouentur, paribus diebus iudicantur? Deniq; oportet vt animaduertãt eorũ exactas impugnationes â Gal. 3. lib. de diebus decretorijs per diuerſa capita delineatas.

Criſis non ſemper diebus imparibus.

Ex his meo videri recipi non poſſe illum dicendi modũ (quorundam aſſeuerantium, partum veluti quendam morbum & quidem longum eſſe, eòq; paribus tum diebus, tum ſeptimanis iudicari, indeq; cum octauus menſis neq; index ſit, neq; decretorius, fieri vt ſi partus eo ipſo contingat, vitalis eſſe minime poſſit, vtpote qui anticipet nonum menſum, qui partui dicatus eſt, omnẽ enim criſim anticipantem malam eſſe ponũt, quod temerario naturæ motu fiat: & vt per omnia dierum cum mẽſibus analogiam ſeruent, ſi noctem eam, quæ criſim præcedit, moleſtam & grauẽ ſolere eſſe, docent Hipp. & Gal. 2. apho. 13. mirum profecto eſſe non debere dicunt, ſi octauus menſis qui nonum, quo partus critice debet egeri, præcedit partuiq;, matriq;, noxius, & moleſtus, imo vero letalis etiam eſſe ſoleat) videtur, propterea quod ſi morbus longus partus eſt, aut ſaltim vt morbus, & indicabitur per mẽſes pares, & iudicabitur: & inde octauus aut indicatorius, aut iudicatorius cenſendus ſequitur, adhuc etiamſi computandi rationem per

Digitized by Google

nem per dies animaduertāt, aut per hebdomedas, aut ſeptimanas, vt computanti apparebit, cum illi non ſpecificent diem, nec ſeptimanam mēſis octaui. Accedit, quod in aliquibus regionibus partus octimeſtres vitales ſunt, referente Ariſt. lib. 7. de hiſt. anima. c. 4. & illis verbis, niſi quis præter Ægyptum Naxon etiam è Cicladibus vnam bacchi ortu celebrem excipiendam eſſe cenſeat: nam illa prærogatiuam illam obtinuit, vt ſolæ Naxiæ mulieres ſalubriter menſe octauo pariant; quod bacchus octauo menſe in ea inſula genitus, vixerit ſalubriter. Alij vero recipiētes illud axioma, ſuum ſcilicet pariendi tempus ſingulis animantibus eſſe, homini etiam conuenire docent, nonum menſem ſummum eſſe homini gignendi finem, quem vltra, citra ve partus mulieris ſecundum naturam fieri minime poteſt: verum non id rigide ſtatuūt, ſed inquiūt, fit aliquando vt partus vel anteuertat id tempus, vel etiam aliquando poſt id tardet: ſed dies paulo plures pauciores ve, ne ſua quidem prærogatiua debitoq; honore nonum mēſem priuauerint. Nā vt plus minusve anteuertat, aut tardet partus, ſic quoq; tamen nonimeſtrem cenſere deberi aiunt; haud quaquā tamen lege lata cauens, quominus hoc illo caſu pro anticipationis aut tardationis ratione octimeſtris, aut decimeſtris dicatur. Pro auctoritate vero tantorum virorum & hiſtoriarum notant, menſem nonum & ſolarem inueniri circumſcriptum 270. diebus, vltra quos dies partus ſaltem ad multos differri non poteſt, & cū differtur, ſolum eſt vſq; ad 280. quod non ſufficit, quin minus dicatur talis partus nonimeſtris: & lunarem, varium tamen in circunſcriptione dierū, ex eo quod lunaris mēſis & peragrationis dicitur, tēpus ſcilicet quo ab vno zodiaci puncto profecta ad idem punctum emenſo toto circulo reuertitur, circunſcribiturq; rigide calculando 27. dies, ſeptem horas, & tertiam partem horæ: dicitur etiam menſis lunaris coniunctionis, ſeu conſequutionis & tanto complectitur tempore, quanto Luna cum Sole coiēs luſtrato ſuo curſu Solem iterum conſequitur: excedit autem hic mēſis præcedentem vnius fere ſigni ſpatio, id eſt viduo & horis 4. cum aliquot minutis: continet equidem viginti, & nouem dies, & horas duodecim cum minutis 44. & aliquot ſecundis. Tertius lunaris menſis, quem apparitionis, ſeu illuminationis vocant, habet dies 26. & horas 12. poſito quod luna radijs ſolaribus immerſa toto triduo deliteſcat, non tamen combuſta dicitur: ſeu ſplendore ſolis opacata: ejus enim tempus non omnino triginta diebus conſtare,

Nullum eſſe certum naſcendi tempus.

Nonus menſis ſolaris quis.

Menſis lunaris triplex.

ſtare, ſed his minus vnius fere diei dimidio minus, docere Hipparcum ſcribit Gal. lib. 3. de diebus decretorijs cap. 4. & hoc modo dies 29. & horæ duodecim ab vna coniunctione ad alteram intercedunt; aliàs vero ſi per biduum tantum deliteſcat: mēſis hic erit dierum 27. & horarum 12. ſolet enim hic menſis ad portionē temporis occultationis aut minui, aut augeri, eòque non ſemper ſibi æqualis eſt. Vnde conſtat quod nonus menſis ſolaris ſit valde diuerſus à lunari, & inde conciliari illa teſtimonia cum decimo, & vndecimo menſibus mulieres parere dixerunt, de alijs atque alijs lunaribus menſibus. Nam pro varia menſium ſolarium lunariumve conſideratione partus idem & nonimeſtres, & decimeſtres, & vndecimeſtres dici & reuera queunt. Et inde inferunt: quod partus ante vel poſt nonum menſem non eſt naturalis, aut legitimus: ſed qui ante abortiuus: qui poſt mõſtroſus cenſendus eſt. Inferunt ſecundo, quod partus initio noni menſis editus in lucem, id eſt, à decem vltimis diebus octaui ad decimum vſque noni, vix vitalis eſt, aut ſi vitalis eſt, væſanus eſt, & morbidus: à decimo vero die noni ad decimum vſque decimi menſis vitalis eſt, & bene valens: idque eo magis quo proprius ad decimum decimi menſis diem accedit. Sed addũt quod detinetur vltra legitimum ſtatutum & naturale pariendi tempus fœtus in vtero propter alimenti copiam, ptopter retentricis facultatis vteri robur, & propter expultricis vteri, aut fœtus imbecillitatem, propellitur vero foras ante tempus propter alimenti penuriam, retentricis vteri imbecillitatem, expultricis eiuſdem, aut fœtus robur, aut molem.

Reliquum, licet calculandi modus illorum teneat de menſibus ſolaribus, & lunaribus: conciliandæque hiſtoriæ antiquorum illa diſtinctione præuiſa menſium; verumque etiam fuerit, receptũ fuiſſe apud Galenũ & Hippocratem, ſtatutum eſſe animantibus rationalibus, ſicuti & reliquis, certum pariendi tempus & determinatum; quod maxime dubium iri videtur, libro de partu ſeptimeſtri 15. libro de vſu partium: ſciendum ſupereſt, ab illis auctoribus, vnde eſt, ſi nati ſeptimo menſe viuunt, etſi væſani, vt ipſi aiunt (ſalubri equidem ego vidi frui multos ſeptimeſtres & ingēti mole corporis, quinimo ille monachus quinto menſe natus tali corpore & ſalute hodie gaudet) illos ſiquidem comperiet partes internas cor, hepar, ventriculum, pulmones aut cerebrum ex aeris frigidioris, calidioris citiore, quam par eſſet inſpiratam imbecillas ha-

las habere, ac proinde ipſos morbis illarum partiū familiaribus, puta ſyncopi vtrique, pthiſi, hemicraniæ, hydropiſi, & ceteris id genus eſſe obnoxios quod octimeſtres neque væſani viuant, vt ſeptimeſtres? nam ſi ante nonum menſem iuxta illam ſuam latitudinem quiuis natus abortiuus eſt, quare abortiuus ſeptimus raro moritur, octimeſtris autem raro viuit?

In hac dificultate duo mihi videtur docere Gale. libro 15. de vſu partium cap. 7. cum inquit, partus autem fit, cum fœtus ita iā eſt perfectus, vt per os nutriri poſsit. Alterum, non eſſe mulieribus certum & ſtatutum tempus pariendi: alterum fœtum in vtero non nutriri per os. Primum probo, cum certum ſit, & ex conceſsis ab illis auctoribus pro diuerſa diſpoſitione fœtus, & matris, quoſdam fœtus poſſe nutriri per os ſeptimo menſe: vtpote quod fuerint ex validiſsimis principijs geniti, & ex perfectiſsimo ſanguine nutriti: quoſdam vero non vſque ad vndecimum propter oppoſitum: & inde quoſdam natos (ſiue eos vocitent aborſus, ſiue monſtroſos partus) ſeptimo menſe, octauo, nono, decimo, vndecimo, & quandoque decimo tertio, & decimoquarto, ſalubriter ſatis viuere: cui etiam accedit, quod fœtus intendit deſcēdere dum medijs arterijs matris non fit ſatis calori eius cordis. Quia ergo pro diuerſa temperie ipſius fœtus, matris, regionis, & loci, atque alimentorum vſus hoc variari contingat, ſicuti & neceſsitas alimenti ad fœtum variatur, etiam & contingit ſalutare ſatis & naturale tempus. Eſſe autem has duas potiſsimas cauſas partus naturalis, docet Hippocrates libro de ſuper fœtatione lib. de ſeptimeſtri partu, & de natura pueri, Auicenna fen. 21. libr. 3. tractatu primo, capite ſecundo §. Partus vero non fit niſi cum fœtui non ſufficit, quod ei mittit ſecundina, ex ſanguine, & quod peruenit ad ipſum. De attractione aeris cum membra eius iam completa ſunt, idem auctor libro de anothomia viuorum expreſsis verbis, titulo de anothomia panniculorum fetus, §. alia cauſa eſt propter defectum nutrimenti, non enim ſufficit ei, quod tranſmittitur â matrice. Tertia cauſa eſt anguſtia inſpirandi, & expirandi, & paucitas aeris, quiquidem nimis calidus attrahitur (dicit vero tertia cauſa eſt, quia propoſuit anguſtiam loci in vtero materno ad partum naturalem) deſumpſiſſe autē videtur ipſam ex illo Gal. lib. 3. de nat. facul. c. 12. §. pari modo & vteri ij nanq; vbi vel diſtendi amplius non tolerant, &c. docent etiam illas duas cauſas Ariſt. lib. de generat. anim. 4. c. 8. Aetius tract. 1. ſer. 4.

Nō eſt certum pariendi tempus.

Cauſæ partus naturales.

ſer.4.c.21.& illi fere omnes ſcriptores de morbis mulierum cap. proprio de partu. Et cum dicit Lalamantius cap.2.ſuper 2.lib.de diebus decretorijs, rationi conſentaneum eſſe videtur, ut cum ceteris animantibus omnibus ſtatutum & pariendi, & partus egerendi tempus à diuina ſit aſsignatum prouidentia, homini quoq; inter cetera ſuum & conſtitutum ſit & conſeruatum, quin etiam cum certi adeo, atq; ordinati naturæ motus ſint, vt ipſa conſtantiam ſemper eandem, eundemq, ſemper ordinem ſeruet, abſurdũ ſane ſit, ipſam eandem in re omnium, quæ cœlo concluſæ teneantur, præſtantiſsima, abſolutiſsimaq;, & cuius gratia cetere omnes factæ ſint, ordinem illum conſtantiamq; non tenere. Reſpondendum eſt, hac ſua congruentia nil conuincere, nec probare: nam cum illæ tres cauſæ tantã variationem ſuſcipere queant: & quotidie ſuſcipiant, quæ enim mulieres Euſarchæ ſunt, & plurimo ſanguine abũdant, poſſunt lõgiore tẽpore fetũ in vtero nutrire: quę minus habent ſanguinis breuiori, cuius argumentum eſt, quod aborſus facile contingit ab inedia: vlterius vterus qui iam aſſuetus eſt oneri, vt accidit mulieribus, quæ plures partus ediderunt, aut etiam quæ ex natura vteri capacitatem maiorem habent, longiore tempore geſtant vtero: quæ anguſtum habent locum, non poſſunt, niſi breuiter ab eo pondere ſeſe expedire: propter has ergo, & illas cauſas datum eſt mulieribus indeterminatum tempus, quæ ſi videantur & in alijs animantibus quod adfuerint, ſolum probabis poſſe aut antecedere, aut retardare ſuos partus à communi ordine: frequentius tamen exerceri iuxta illos terminos, quod in mulieribus adeſſe nono menſe arbitror, minus tamẽ frequenter in alijs, non tamen monſtroſe, aut aborſiue, rigide loquendo. Fuiſſe vero ſic perfectam humanam ſpeciem, vt eius gratia cetere omnes factæ fuerint, niſi fallor, nil conuincit, vt cetera animalia ſeruaſſent ordinem in partu, non vero rationalia: nam ſicuti non reputatur ad inconueniens, etiamſi cetera animantia ſint facta propter hominem, ipſum exſuperari in velocitate à ceruo, in fortitudine à leone, in tactu guſtu, ſapore, & auditu, diſiunctiue ab alijs, quinimo neq; exiſtimatur defectus, ſed potius excellentia, accidentia facta propter ſubſtãtiam exſuperare ipſam ſubſtantiam in hoc, quod eſt immediate operari accidentia, ſubſtantiam autem mediate: pariter neque in ſeruando pariendi ordinem. Patrocinatur expreſſe Gal. huic ſententiæ 5. aphor. com. 37.5. alimentum, atq; auctio à matre veniens, non adhuc eſt infanti ſuffic

Homo exſuperatur ab aliquibus irrationalibus in aliquibus.

ti ſuffic

ti ſufficiens, quando decem menſes præterierint, & fœtus auctus fuerit: trahit enim à ſanguine ad ſe id, quod dulciſsimum: ſimul autem & lactis parte aliqua fruitur. Vbi vero hæc illi rariora fuerint, & iam infans molem corporis habet, plus cibi requirens, quã illud, quod adeſt, calcitrat & membranas diſrumpit, initium partus matri affert.

Sed dices, fœtus in vtero ligatur in vmbilico & per eundem aſſumit nutrimentum ex 2. de ſemine lib. de fœtus formatione 5. apho. 60. & in 3. de mor. vulg. com. 3. ſed ex eodem Gal. 1. de differentijs ſympt. & lib. de vſu part. vt oſtendimus tract. de fame & ſiti, ex pluribus partibus patientibus in fame naturali ventriculus eſt, qui ſentit noxam & defectum alimenti. Ventriculus vero pueri exiſtentis intra vterum non poteſt huiuſmodi ſenſum triſtem habere, neque indigentiam ſentire, cum alimentum nõ recipiatur inde, ſicuti cum adeſt ad extra: aut ſemper debuit ſentire moleſtiam, quia non videtur maior ratio in hoc tempore quam in illo: patet ſic, nam ſi alimentum non ſumit per os, non erit maior deficientia in vno quã alio euentu in ipſo. Secũdo, quia ſenſus, qui in ventriculo ſentit obiectum ex defectu alimenti ſenſus tactus eſt, qui ſentire nequit, niſi ſecundum propriam partem immutetur, ſicuti in alijs partibus contingit ſenſu tactu fruentibus: ergo etiã ſi aliæ partes patiantur illam indigentiã, ventriculus non ſentiet obiectum ex defectu alimenti aliarum partium corporis: & cum talis ſenſus famis ſolum irritet in ventriculo, non eſt, quare fœtus calcitret, nec iuuet ad partũ, & inde ceſſat altera cauſa naturalis partus. Altera vero videtur pati ex illo Gal. lib. de fœtuũ formatione c. 3. quicũq; exercitatus fuerit (in libris de vſu reſpirationis de vtilitate pulſus & arteriarum ſcilicet) cognoſcet fœtum neq; arteriarum neq; pulſuum neq; cordis vllo neceſſario vſu indigere: quod videtur etiam inſinuatum lib. 15. de vſu par. cap. 6. quod eſt de ordine generationis in fœtu 9. arteriarum quidẽ vſus erat exiguus: ergo nec calcitrabit, vt expoſcat aerem frigidum: alias fuiſſet vſus pulſuum in fœtu vterum occupante. Tertia autẽ cauſa non recipitur à dicentibus, vterum poſſe eſſe cauſam expulſionis fœtus præ anguſtia: ruunt ergo cauſæ partus naturalis à Gal. inſinuatæ. Et conualeſcit difficultas; quia nec cum illo dicẽdi modo liquet, quare, qui ſeptimo menſe quærentes alimentum, aerem frigidum & ſpatioſiorem locum, quam vterum, fœtus in lucem veniunt, viuant, vt plurimum: raro vero qui octauo. Quia vero

Fœtus per vmbilicum recipit cibum.

ſemper Hipp. & Gal. doctrinam nobis fuit cura ſuſtinere, atq; à propugnaculis vindicare, tentabimus ſuo ordine his omnibus ſatisfacere. Et inde ad primum dicimus negari non poſſe ventriculum nutriri, dum fœtus eſt in vtero: ſicuti reliquæ partes nutriũtur: nõ enim inuenitur neq; excogitabilis eſt maior ratio vnius, quam alterius: habet etenim omnia requiſita, tam ex parte efficientis quam ex parte finis ad nutritionem. Concedendum eſt ſimiliter, iuxta ea, quæ diximus tractatu de ventriculo, quod ſi tẽpore indigentiæ chili nutritur ex ſanguine, ad cuius continẽtiam condecoratus fuit illis venis, quod dum fœtus eſt in vtero, & eius ventriculus omnino deſtitutus chilo, quod neceſſario ex primo aſſumpto nutritur ex ſanguine proportionato ei. Vnde fit, quod ſicut cetere partes fœtus nutritæ adhuc ex ſanguine materno queunt pati per naturalem paſsionem & indigentiam defectum alimenti: pariter & ventriculus, atque ideo quemadmodum dum animal nutritur chilo deficiente alimento ſentit obiectum moleſtans: ſic dum nutritur ſanguine ipſo deficiẽte: propter quod calcitrat, immutatur enim ſenſu tactus ipſius partis, vt fiat ſatis etiã ſecundo argumento. Ad illud de ſecunda cauſa reſpõdetur, quod non patitur ex illo. Gal. ibidem nanque ſoluitur nodus: nam inquit in principio generationis vſu illorum non indigere: quemadmodum nec plantæ indigent: quaſi dicat, dum viuit vita plantę: nos tamen non dicimus calcitrare quęrendo frigidum aerem, niſi cum animal perfectum eſt. Secundus autem tex. loquitur de arterijs hepatis in principio etiam conformationis, & hinc nihil conuincitur contra deſcriptam doctrinam: ſicuti neque ab argumento contra tertiam cauſam naturalis partus: negabimus enim fundamentum illorum, dum de cauſis abortus egimus ducti quibuſdam Hpip. Auicennæ, & Galeni locis.

Fœtus ventriculus ſine chilo.

Partus nõ vitalis quis

Mẽſis quintus vitalis.

Vltimum vero maiorem multo difficultatem inuoluere, fatentur omnes medici ſcriptores, iuxta quod à quam plurimis recipitur primo certum, partum non vitalem nuncupari quando fœtus interit propter aliquid cõtra naturam in vtero contractũ, à quo non poteſt liberari. Secundo recipitur certum, primo menſem vitalem eſſe quintum: nam ante, propter naturæ teneritatẽ fœtus nec poteſt ferre labores partus, neque iniurias ab externis cauſis quapropter ſi aliquando viſus fuit fœtus natus quarto menſe: & ipſe vitalis, vt refertur apud Eſdram c. 6. miraculoſe id factũ fuiſſe credendum eſt; in reliquo autem mulieres computantes deceptas fuiſ-

tas fuiſſe. Quintum autem eſſe talem, oſtendit illa hiſtoria monachi Ciſterienſis, & ei aſſociata: tum & illa relata à Hieron. Cardano lib. 1. contrad. med. tract. 3. cap. 8. 5. comitiſſa etiam de Triultijs iuuenculã retulit eſſe in domo Comitis ſancti Secundi, capite admodum paruo inſanamq;, natam vt palam fertur, quinto menſe: quam ſententiam meo videri libenter amplectens, ſubdit ipſe talia: ſingulis diebus accidunt experimenta. Quod ſi deſidẽtia vitæ horum fœtuum, vel negligentia multos ſuperfuturos non occideret, longe frequentiora huius rei apparerent exẽpla: quæ tamen vt oſtendam, non miracula ſunt, ſed quãquam rara naturæ, tamen legibus cõtinentur. Sexto etiam menſe quoſdam vixiſſe refert Auic. lib. 9. de natura animalium cap. vlt. aut ſaltim inquit, puerum ſexto menſe natum bene vixiſſe: menſe item ſexto poſſe natum ſuperuenire, & viuere, docet Nicolaus: tum etiam Cardanus loco allegato hiſtoria illa, mater Auguſ. Abduæ patritij incliti narrauit vidiſſe puerum natum ſexto menſe filium Thomæ ſuighi, qui ſuperuixit, cum primis diebus lac non ſugeret, ſed immitteretur infundibulo, & tamen peruenit ad ætatem perfectã, cum nec digiti manum, nec palpebræ eſſent ſeparatæ, dum natus eſt: hic puellus nepos erat mulieris inſignis de via lata medicam artem exercentis. Eandem ſententiam recipit noſter Doctor Petrus Garcia Carrero Codice manu ſcripto de morbis mulierum, titulo, in quibus menſibus contingunt vitales partus. Poſſetque probari innumeris alijs hiſtorijs, vt videre eſt theatro humanæ vitæ: verũ pro diuerſis regionibus adductæ hiſtoriæ ſat ſunt. Antiquitas autem neque Ariſt. probant oppoſitum: ſed ſolum, quæ viderunt ſuis regionibus adnotant. De ſeptimeſtre partu nõ fuit tanta exemplorum penuria apud omnes viuentes, libenter equidem fatentur Hipp. lib. de partu ſeptimeſtri, de natura pueri & lib. de carnibus, ſi ipſe ipſius eſt, Gal. eodem de partu ſeptimeſtri & de compoſitione membrorum, Ariſt. 7. de hiſt. animalium c. 4. Auicenna fen. 21. tractatu. 2. capit. 1. Plinius loco ſupra citato, & denique omnes: ſed horum omnium ſententia intelligenda non eſt, de his qui in lucem veniunt menſe ſeptimo, propter aliquam cauſam violentam, aut præter naturæ ordinem accidentem, tales enim abſque dub. fere ſemper euenit non viuere: ſed ſolum de his, qui naſcuntur ſeptimo menſe propter cauſas ſub ordine naturæ cogentes ad naturalem partem, de quibus varia ſunt placita, vt poſtea conſtabit. Certum tamẽ eſt apud omnes, quod opus eſt,

Menſe ſexto partus naturalis.

Septimus menſis naturalis partui.

Digitized by Google

fœtui habere ſufficiens robur ad ſuſtinendum nõ ſolum labores partus,ſed mutationem repentinam cauſarum extrinſecarum:octauo menſe contingere vitales partus viuificos, conſtat ex ſupra dictis iuxta Ariſt.placitum illo 7.de hiſt.c.8. Auic.lib. 9. de animalibus,& aliorum vt animaduertimus,& inde conſtat Hip.tradidiſſe,quæ vidit ſua regione, neque pro eius parte ſtare poteſt aliqua ratio neceſſario conuincens,etiam ſi dicat,quod ſi aliquãdo viſus fuit fœtus natus octauo menſe vitalis,deceptæ fuere mulieres in temporis computatione:aut in die conceptus. De nono, & decimo conſtat non ſolum apud medicos & philoſophos: verũ & apud iuriſconſultos recipientes etiam & vndecimum quandoq;,etſi aliquando ſecus. Videre eſt in l.inteſtato iuſta finem,ff.de ſuis §.poſt decem menſes,& apud Varronem lib.14.rerum diuinarum:licet viſum fuerit & oppoſitum, vt liquet ex illis verbis Plinij lib.7.c.5.§.Maſurius auctor eſt,Lucium Papyrum prætorem,ſecundo hærede lege agente,bonorum poſſeſsionem contra eum dediſſe,cum mater menſibus quatuordecim partum diceret tuliſſe: quoniã nullum certum tempus pariendi ſtatutũ videretur quod nobis fuit occaſio,vt in ſuperioribus aſſeueraſſemus,vitales poſſe eſſe vndecimos,duodecimos,decimos tertios,& 14. ſi magna fuiſſet capacitas vteri:ſanguinis matris redundantia:regio frigida in qua mater ſufficienter pro ipſa,& fœtu attrahat aerẽ,aut frigidus fœtus,cui ſufficiat aer attractus à matre in regione tẽperata: pueri debilitas ad calcitrãdũ,& expultricis matris defectus, hæbes ſenſus,vt nõ ſentiat grauitatẽ & moleſtiã fœtus,donec maior redditus fuerit: quinimo etſi audacter aliquibus videatur loqui,Hip.tribuit occaſionẽ illo dicendi modo:cũ ait mulieres non eſſe derogãdas,aſſeuerantes partum contingere in diuerſis menſibus,ſed ſunt quæ dixere,vt patet per Auic.loco alleg.9.de animalib.Plin.lib.5.Conciliatorẽ differẽtia 46.Aulũ Gel.lib.3.per 14. menſes geſtaſſe ſuos fœtus in vtero,quare ergo, iſtæ magis ſunt derogandæ,quã affirmantes pet.11.menſem? Vnde vindicandus à contradictione videtur Hippo.nam cum dicit non poſſe viuere extra vndecimum fœtum,& non eſſe derogandas mulieres: ſi dicamus iuxta computationem menſium ſolarium,aut lunarium inferiorum:aut iuxta computationem ciuilem fuiſſe loquutum, & quia,de his hæc ſufficiunt,decet iam ad dub. noſtram conuertere orationem. Non quidem minorẽ diſſenſionẽ ire videas apud auctores de ipſo,quã de delineato. Quid aſtrologi ſentiant circa illud propter

Octaue mẽſe vitales partus.

Naturalis menſis quo modo 13,& 14.

Digitized by Google

propter Saturni opus: quid Arithmetici propter imperfectionē octaui mēſis paris fœminei, atq; materiei: quid ve medici aliqui propter aſsimilationem morborum in computatione dierum decretorum, vidimus in ſuperioribus, atq; taxationes illorum: quãobrem aliter opinantium placita placet in mediū adducere. Rhaſius 22. cont. tract. 6. c. 1. & Auic. fen. 21. lib. 3. tract. 1. ca. 2. propter Hipp. doctrinam de formatione embrionis docent, partus ſeptimeſtres, & nonimeſtres magis eſſe vitales, id eſt, vt in plurimum quam octimeſtres, vt conſtat ex his, quæ ſequuntur, & apud quoſdam cum ſuperuenit formationi embrionis duplū eius in quo formatur, mouetur, & cum ſuperuenit motui duplū eius, in quo mouetur, naſcitur; ita vt ſit ſpatij, quod eſt à prima conceptione conceptionis vſq; ad motum triplum, & lenitas accidit cū motu ſenſus: & dicitur quod tempus æquale medium ad formationē eius eſt trigintaquinque dierum & mouetur in 70. diebus, & naſcitur inducentis & decem diebus, & illud eſt ſeptem menſes: & antecedit, diebus aliquot, & quandoq; poſtponitur: quoniã fortaſſe cadit in 35. diebus raritas, & multiplicatur induplatione, & quandoque eſt illud, quod eſt plus 45. dierum & mouetur in nonaginta diebus, & naſcitur inducentis ſeptuaginta, & illud eſt nouē menſes. Et quandoq; cadit in hoc iterum diuerſitas in diebus ſicut dictum eſt. Et natus in octauo menſe, quanuis ſit iam completus tamen plurimum iudicium eius eſt, vt non viuat: ſecundum quod faciam te ſcire poſt: & ipſe quidem non iã integre completur niſi ſecundum proportionem prædictam, & naſcitur apud complementum ſuum: eſt enim ſpatium 40. dierum, deinde octuaginta dierum: deinde 240. dierum, & minoratur, & additur ſecundum, quod ſciuiſti. Dixit vero ante Auic. & natus octauo menſe quanuis ſit iam completus tamen plurimum iuditium eius eſt, vt non viuat, ſecundum quod faciam te ſcire poſt, quia tract. 2. eiuſdem operis c. 1. ſic ſubdit, verum natus in octauo menſe eſt, qui plurimum moritur de natis, & parum viuit, atque rarum valde: reddit huius rationem cum inquit, quoniam non euacuatur eius diſpoſitio: neq; deficit, quoniam fuit retardatus in formatione ſua, & in motu ipſius: & in deſiderio ad exitum & partum vſq; ad tempus octaui menſis: ſicq; non valuit in ſeptimo naſci, per quod ſignificatur eſſe virtus eius in radice debilis, vel ſaltim non fortis: aut motus ſeparationis ab vtero fœtui adueniunt in principio temporis complementi, ſcilicet menſe octauo, quo compleri incipit fœtus

Nonus mēſis & ſeptimus præ alijs vitales.

Formationis & motus tempus

Auic. ſententia de partu vitali.

venturus in nonum menſem,in quo conſueuit perfici complemẽtum eius:vnde Iacobus ſuper hũc locum inquit,breuiter vult dicere princeps,quod fœtus naſcens in octauo menſe, vel poſtponit ortum à menſe ſeptimo,quo naſci nixus eſt,vel ortum anticipat ante diem nonũ,quo naſci debuit.Cui ego addo propter principium ſuæ generationis:addo etiam ſiniſtre quoſdam imponere Auic.aſſeruiſſe,non poſſe generari aliquem illis medijs temporibus,vt quandoque non potuiſſet accidere partus octimeſtris vitalis:ſed illud raro,vt liquet illo cap.2.citato vbi inquit, omnes illos terminos quandoque retardari,quandoq; vero anteponi, ſed quia nec explicat,quare rarius illud contingat, non recipitur, vt ſcientifica eius mens.

Hip. ſent. de partu octimeſtri.

Hippocrates lib. de partu octimeſtri in aliam tendit ſententiã, primis his verbis impoſsibile eſt,vt duas conſequenter ſuccedentes affictiones pueri ferre poſsint,& propterea octimeſtres non ſuperſtites manere:contingit enim ipſos conſequenter affligi,tũ ea,quæ in vtero fit afflictione,tum ea,quæ in partu accidit:&ob id nullus octimeſtris vitalis eſt. Idem lib.de partu ſeptimeſtri §. quicunq; autem octimeſtris, vſque ibi,ægrotanti enim adhuc ipſi in vtero tranſmutationes,& afflictiones accidunt. Tranſtulit eandem propoſitionem Franciſcus Valeriola lib.1.locorum communium c.18.quod eſt,videtur ſeptimo menſe fœtum moueri,& agitari neceſſario,& conatur partum, ex quo motu labor in ipſo ſequitur:ſi autem octauo menſe contingat partus, accedit labor immediate poſt alterum laborem,quos labores,quia fœtus ferre non valet,neceſſario debet interire:ſi autem octauo menſe quieſcat viribus collectis,& munitus fœtus â labore ſeptimi menſis in nono fit vitalis partus.Hanc ſententiam licet expreſſam legerint eodẽ lib.de partu ſeptimeſtri §.ſi enim in his laboribus ſuccedat, vt in conſpicuum prodeat puer,impoſsibile eſt, ſuperſtitem eſſe ob prædictas affectiones, ob quas ego octimeſtres perimere dico, dicentes niti falſo fundamento,infirmare contendunt,eo ſcilicet, quod nec puer quieſcat octauo menſe,nec mater,nã Hip.(aiunt) quod dicat lib.de partu octomeſtri grauidationem octauo menſe moleſtam eſſe fœtui,& matri: quæ verba ego non inuenio illo lib.ſed eſto ſint iſthinc, vel aliunde, non ne etiam ſi grauidatio moleſta ſit illo menſe,facta collatione ad illã agitationem,& motum ſeptimi poteſt eſſe requies,& in qua reparentur vires ad exitũ in nono menſe? Maior tamẽ difficultas cũ eo dicendi modo videbatur

Videtur decimus menſis vt octauus laborioſus.

debatur inſurgere: nã ſemper quod fœtus moueretur nono & nõ naſceretur, propter eoſdẽ labores videbatur dicẽdũ, eſſe opus ſpectare ad vndecimũ: ita ꝙ recuperaſſet vires decimo, & ꝙ decimo mẽſe nec ſuperſtites eſſent; & qui moueretur duodecimo neceſſario ſolũ eſſet vitalis in 14. Nã decimus tertius neceſſarius erat ad reparationẽ illã conſequutã pro motu in duodecimo, & ſic de dedecimo in ordine ad duodecimũ. Verũ eandẽ difficultatẽ, niſi fallor, inſinuauit Hip. loco nuper præfixo, vbi poſtquã dixit illas affectiones octimeſtres perimere, ſubdit, imo etiã multos decimeſtres; quaſi diceret, quia moti fuerũt 9. mẽſe, & nõ fuit datus eis locus reparationi, perimere eſt certũ, & octimeſtres propter ſimilẽ defectũ quietis, & virtutis reparationis, & inde nihil cõſideratione dignũ patitur Hippocratica illa ſent. ſi vero cui nõ placeat hec ſent. amplexetur illã ſcriptã ab eodem ad finem lib. de partu ſeptimeſtri §. ſed forſitã aliqui petent, cur octimeſtria non viuãt, aut illã inſinuatã prope medium eiuſdem lib. §. eadem ratio eſt etiã in decretorijs diebus, &c. quod eſt, inquiũt, ꝙ ſicut quidam morbi iudicantur, & habent mutationes inſignes in diebus certis, ita dicendum eſt de vteri geſtatione, nã reſpectu morborũ, qui acuti dicũtur, maxima vis eſt in 7. die, in 6. vero adeo contra naturam ipſius ægrotantis, vt tiranni nomen tales dies mereantur aſſequi. Quo autẽ morbus longior eſt per lõgiora interualla habet mutationes, ita etiã vt per maiora habeat criticos dies, & quandoq; nõ ſolum per decenos, ſed etiam per vigeſimos: ſicuti videre eſt apud Gal. lib. 3. de diebus decretorijs per diuerſa capita. Cum autẽ geſtatio vteri ſit longiſsima affectio per lõga interualla debet habere mutationes, & dies iudiciales, & inde bene per quadragenarios dies: conſtat autẽ quintum quadragenariũ, facta optima cõputatione, includere 7. menſes: ſeptenũ quadragenarium redere, 9. menſes. Quia autẽ fit, vt ſextus quadragenarius faciat octo mẽſes: qui ſextus quadragenarius reſpondet diei ſexto, qui in felicitatem continet. Et licet ſint quidam acuti morbi qui cum habeãt exacerbationes per dies pares iudicatorios, etiam dies habent pares, & non impares: ꝙ etiam non repugnat ita contingere in morbis cronicis: tamen iſte modus nõ reperitur in partu, quia Hip. & Gal. ſcripſerunt id, quod experimento apud illos fuit confirmatum: experti autem ſunt, non per quadragenarios, ſed per impares mutationem recipere fœtum. Et quando obijcitur ex ſupradictis, aliquos octimeſtres fuiſſe viſos vitales nõ ſolũ in Ægypto, &

Digitized by Google

illis regionibus enumeratis, verum & in hac noſtra, vt referunt recta facta computatione, & rationi conſonat, quod propter illam virtutem operantem in illis regionibus fœliciter ad partus octimeſtres naſcantur etiam & in alijs. Reſpondent, quod ad rectũ iuditium non ſolum debent conſiderari virtutes, quæ procedunt à ſuperiori cauſa: ſed etiam id quod ſe habet ex parte materiæ inferioris, potuit autem fieri, vt in eadem parte de qua Ariſt. ſententiam protulit propter maximam efficaciam principiorum generationis, id quod ſe tenet ex parte fœtus ad viuendum multo maiorem efficatiam habeat, quam virtus ad oppoſitum, quæ recipitur à ſuperiori cauſa: ſicuti in regione Hipp. virtus ſuperior longo interuallo ſuperabat inferiorem radicẽ ex parte fœtus: & quia hoc etiam variari poteſt: poteſt etiam & in multis regionibus partus octimeſtris eſſe vitalis. Sed quia adhuc remanet ſcrupulus quare in imparibus menſibus frequentius cõtingat talis motus ſiue iuxta alteram, vel alteram ſententiam, non tamen in paribus: & certum eſt quod numeri non habent, ſufficientem virtutem ad talẽ effectum: ſolum enim contingunt pro tunc, vt inquit Gale. lib. 3. de diebus decretorijs cap. 8. quia cauſa naturalis agit ordine quodam per circuitus, vnde fit, vt eius actiuitas illis diebus magis luceat: ex quo patet, vnde contingat illa operatio in ſeptimo. Quod autem docet Ariſt. de numero ternario, ad probandum trinã dimenſionem incipere ex eo quod perfectio cuiuſuis rei tribus tantum ſit definita, ex Pithagoreorum ſententia fuit definitum. Reliqua omnia ſolum oſtendunt aut virtutem, & excellẽtiam rerum enumeratarum, aut ordinem operandi per circuitus ab illis cauſis enumeratis ab Arithmeticis. Poterit etiam quis recurrere ad Aſtrologorum machinas, niſi aliud vrgentius appareat: nam quod illorum plurima poſsint animaduerti, præcipue circa ſalutem hominum, & interitum docet Beatus Aug. lib. 5. de ciuitate Dei, referente Iuntino lib. 1. ſui operis in defenſione Aſtrologorũ, quo extenſe ſatis reſpondet ad illa argumenta Horatij Augenij, & ad illa, quæ conſtruit per duodecim libros aduerſus Aſtrologos Picus Mirandulanus. Ad illa vero, quæ connexionem habent cum philoſophia & medicina ſatisfacere nunc tentandum eſt, animaduertendo prius fundamentum quoddam neceſſario meo videri cõfitendum apud omnes: nempe tot aſtra, ſigna, & planetas nõ eſſe facta, & cum tali ordine compoſita ſine neceſsitate vniuerſi, neq; plura, neq; pauciora in quouis ordine: neq; in æquali diſtãtia, ſed aliquæ

In partu ſuperiora & inferiora aduertẽda.

Ordine miro aſtra tot facta, & pro bono natura.

aliqua in maiori, aliqua vero in minori in ordine ad hæc inferiora. Secundo maxime immutari corpora accedente, vel recedente ſole, accedence vel recedente ſtella Orion nuncupata ab Ariſto. lib. metheororum, vt in autumno, tum etiam creſcente vel decreſcente luna: quod etiam experientia comprobatum eſt de alijs ſignis, ſideribus, & planetis: ſi vero ſolo lumine talia perficerent opera, nec eſſet ratio naturalis oſtendens neceſsitatem diuerſi numeri aſtrorum, ſiquidem lumen quod in vno deeſt ab alio poſſet ſuppleri optime: nam à philoſophis probatum eſt fieri non poſſe, vt lumen habeat eminenter omnes quatuor qualitates ita, vt ſolum pro ratione ſubiecti, in quo recipitur, determinetur ad producendum calorem, frigiditatem, aut ſiccitatem; imo potius in quouis ſubiecto ſolũ producet calorẽ, cõcedere ergo tenemur virtutes in eſſe planetis, ſignis, & aſtris. Hinc Aſtrologi docẽt, planetæ influunt ſuper medicinas tam ſimplices, quam compoſitas, quod morbos efficiant, quod partibus corporis dominentur: quod humores & morbos regant: quod externis rebus vſualibus omnibus dominentur, & deniq; iuxta hoc inſtitutum, quod planetæ in conceptione, & natiuitate commiſcent ſuos radios in hominũ corpora, & inde accidunt illa in illis menſibus: quamobrem licet quis naſcatur menſe nouembri, & alter decembri, ſi octimeſtris ſit facillime morietur, niſi accedat alia cauſa potens impedire talem Saturni effectum: quia natura ſua habet dominium inter reliqua ſuper tales, & tales menſes: aut ſuper tales, & tales dies: quinimo ſuper tales, & tales horas, vt datum fuit ei à ſuo conditore: nõ autem impedit primo generationem, quia corrigitur intra vterũ: quod ſi octauo tranſacto remanet, corrigitur etiam, & forte magis corrigitur ſemen intra vterum, tranſacta vi Saturni, quã extra vterum octimeſtris fœtus, & hinc pauci octimeſtres viuunt, & multi coagulato ſemine generantur, quia ſufficienter reſiſtit ſæpe, etiamſi videatur minoris reſiſtentiæ, quam fœtus octimeſtris extra locum ſuum, conſeruatiuum ſcilicet vterum. Neq; aſtrologi negant, non dependere fœtum à tribus cauſis, neq; quandoq; pro vi, & maxima virtute principiorum parentum non poſſe reſiſtere Saturni maleuolentiæ, & inde quoſdam ſuperſtites euadere, & hinc quoſdam morboſos ex morboſis parentibus ortos apparuiſſe, quoſdã vero immunes pro efficatia reſiſtente, aut debilitate cedẽte influxui cœleſti. Neq; ex his ſequitur, nõ habere actiones pendentes ex libero arbitrio iuxta vim aſtri beneuoli, aut maleuoli:

A planetis aliquid in generatione & partu.

Opinio aſtrologorum a calumnia defenditur

leuoli, ſolum enim fient iuxta volūtatem hominis, quia Deus fecit illum liberum: & ſi verum ſit iuxta vim aſtri partem inferiorem aduerſus ſuperiorem inclinare, cui ſi credat, & non rationi, praueque operetur, expectet puniri, & inde recte conditæ fuere leges. Denique, vt fiat ſatis obiurgationibus Horatij, dicendum eſt, quod ſequetur mors, aut vita, ſalus, aut morbus iuxta robur ingens aſtri, aut principiorum componentium hominem. Neq; hoc negant aſtrologi, ſiquidem affirmant poſſe vnius planetæ principia maleuola aliunde emendari, & hinc aiunt, Iouem adhibendū contra Saturnum, & inde neceſſario recipiūt, quod ſimilibus qualitatibus poterit corrigi: hinc etiam docent, Iupiter nos armat cōtra Saturnum, vt ſupra, & conſequenter etiam corpora cœleſtia non imponere neceſsitatem rebus ipſis, imo neque inclinationes inemendabiles, ſed maxime emendabiles, ſiquidem commendāt adhibendum fore Iouem contra Saturnum, &c. Ad reliqua iam ſuo ordine dicito, quod etiam ſi aſtra omnia ſint naturalia agentia, &c. non ſequitur illa neceſsitas, propter particulare dominiū ſuper illa, quæ diximus, & inde neq; eadem ratio operationis. Ad illud Gal. 1. de ſemine ca. vlt. libenter fatentur Aſtrologi, coctionem fieri calore, negant tamen Saturnum illā impedire, ſed aiunt peraccidens potius iuuare: in quo ſenſu dicitur quarto metheororum, frigiditatem eſſe coctionis cauſam, etiamſi per ſe ſolum fiat à calore. Ad alia duo iuxta ſecundum aſſumptum reſpōdetur, ad primum non eſſe inconueniens, quod in eodem aſtro ſit lumē productiuum caloris, & alia virtus productiua frigiditatis: virtutes equidem tales, etſi productiuæ contrariorum effectuum, reuera in ſe contrariꝫ non ſunt, & cum qualitas illa, quæ peculiariter eſt in aſtro præter lumen propria differentia conſtitutiua non ſit reſpectu luminis, neque eſt quare habeat rationem determinantis, aut rationem perfectioris qualitatis: licet oſtendi nequeat aliqua efficaci ratione lumen eſſe perfectiſsimam qualitatem cœleſtem, ita vt nulla ſit in cœlo perfectior ipſo. Ad ſecundum, quod licet aſtrum quodlibet habeat partes eiuſdem rationis poteſt habere in qualibet parte ſui præter lumen peculiarem virtutem productiuam contrarij effectus: neq; in hoc eſt aliqua repugnantia: poteſt equidem illa qualitas, quæ eminenter continetur in forma cœli produci formaliter in hoc aſtro v. g. iuxta illius diſpoſitionē materialem, quæ in alio aſtro non reperiatur, quod ſi nec hæc tibi placent, faxit Deus Optimus Maximus, vt ſic des operam literis, vt

Planetæ corrigitur ab inferiorib⁹ & ſuperioribus.

ris, vt

Digitized by Google

ris,vt integram rationem quæſiti,& totius noſtræ difficultatis nobis reſcribas,ego enim ad alia propero.

Rogare tamen quis poterit,à quo nam debeat fieri computatio, vt cõſtet,ſit ne geſtationis vteri ſeptimus,octauus, an nonus mẽſis,iuuareque poſsimus mulieres ad partus naturales,retardereq; nonnaturales? dubij ipſa eſt ratio,quod mulieres nõ tam animaduertunt conceptionis horam, quam labores per circuitus eis eueniẽtes,iuxta illud Hipp.lib.6.epid.& libr. 2.dicentis,labores in vteri geſtatione contingunt per circuitus,ita vt qui fiunt ſeptuaginta diebus ter tanto perficiatur,id eſt,multiplicatis ter his diebus contingat partus,qui facta optima computatione fit ſeptimo menſe,& ſic de reliquis:aliȩ vero mulieres labores animaduertũt contingentes iuxta tempus menſtruæ purgationis,itaque computatio fit ab eis ordine menſium lunarium,à qua ſententia non recedit Ariſt.lib.7.de hiſt.anim.cap.2.quo aſſerit purgationes mẽſtruas fieri decreſcente luna,idem Gal.li.3. de diebus decretorijs cap.2.& cap.5.vbi dicit, fœtum intra vterum per lunæ quadras immutari.Confirmant & id ex illo Hipp.lib. de partu ſeptimeſtri §.eadem ratio eſt etiam in decretorijs diebus: conſtat autem decretorios dies variari ſecundum ordinem motus lunæ: ergo ſic debet computari in vteri geſtatione.

A quo computatio facienda in vteri geſtatione.

Purgationes menſtruales decreſcente luna.

In hac dubitatione primo ſit certum,de hac re nil plane ab Hippoc.fuiſſe explicatum,quod ego viderim, aut legerim. Secundo computationem fore faciendam à conceptionis hora, ſi fieri poſſit,illius dies primus erit computationis,de quo habes ſigna; ſiue ambigua,ſiue certa tractatu proprio in ſuperioribus: ſi vero talis dies fuerit ignotus probabilis coniectura deſumitur facta computatione à menſtruorum ceſſatione:dum modo non præceſſerit aliqua occaſio morbifica,quæ valeat mutationem variare, & illa habita,dicendum eſt abſque dubio, computationem fieri exactius per ſolares menſes,quorum quilibet cõtinet 30. dies integros:huius eſt ratio,quia quemadmodum ea,quæ continentur intra menſem debent computari motu lunæ,& per quadras eius accipiant mutationes,ita quæ exſuperant menſem nõ poſſunt cõputari ex motu lunæ:ſed quia lõgioribus interuallis accipiunt mutationes debent computari ex motu ſolis,& per quadras eius: quod haud multo alienum eſt etiam à diebus iudicatorijs in morbis,non tam acutis,quã cronicis: cũ autẽ vteri geſtatio excedat illo modo mẽſes,rationabiliter colligitur cõputationem faciendam eſſe in ipſa

Cõputatio à conceptionis hora.

ſicuti

ſicuti in morbis cronicis,ex motu ſcilicet Solis,& nō Lunæ,&ex conſequenti per Græcos menſes,quorū quilibet cōtinet 30. dies integros,vt Macrobius expreſſe docet in ſaturnalibus,& deducitur etiam ex Hipp.lib.de ſuperfœtatione, & clarius lib. de octimeſtri partu,ad finem 9.quod nouilunium, quod dies vnus exiſtit,exactiſsime trigeſima menſis pars eſt:duo autem dies ferme quindecima menſis pars ſunt,tres vero dies, pars menſis decima ſunt,& reliqua iuxta horum rationem,& nō eſt poſsibile in paucioribus partibus fieri neque menſtruorum ſolutionem,neque fœtuum conceptionem.Ex quibus expreſſe liquet oppoſita ſolum probare,dum adiungitur aliqua occaſio morboſa.

An partus proximus ſit cognoſcibilis ſignis.

Rogabis ſecundo,ſunt ne ſigna,quibus prope eſſe partum dignoſcatur? Nam Horatius Augenius hiſtoria de fœtu petrificato, ſic inquit de muliere illa Senonenſi,tandem autem decurſo pene veræ geſtationis curriculo labores puerperij graues & alui tormina experiri incępit:vrina ad aliquot dies ſuppreſſa,quę poſteà currente veluti alueo,& magna vi erumpit, profuſo illo ichore, non tam ex veſicæ meatu,haud credibile eſt ſcateriente, quā ex mulieris loculis,Amnio tunica diſrupta, quæ ſudorem fœtus, & vrinam continet,tum vna cum iſtis ſeroſis recrementis(quas mulierculæ aquas vocant)aliquis coacti ſanguinis trumbus emerſerit,inde autem & mammæ concidere viſæ ſunt, motus infantis, aut ignauus,aut nullus,labores mulieris tolerabiliores,nō ſequutus fuit partus,quibus fit incertitudo ſignis partus.Secundo audiui equidem à mulieribus fide dignis vidiſſe poſt ſimilia ſigna & ſanguinis inſignem fluxionem,lapide ab Aquila ſuſpenſo in brachio ſiniſtro,quandoque detineri partum(quia aborſus exiſtimaretur,quandoq; pręcincta corrigia ex lupo marino:quandoq; Adamante inter mammas recepto,aut tribus, vel quatuor radicibus parietariæ,& maluarum adiunctis ibidem poſitis, quandoq; ore aſſumpto puluere abraſo nigro ex ſartagine cum vino auſtero,aut corale rubro,& albo in ouo puluerizato:quæ omnia videtur ſubuertere ſigna partus.Ceterū ſi animaduertamus antiquorum dogmata,multa certificantia ſigna nobis præ oculis apponūt ad parturitionem Hipp.lib.1.de morbis muliebribus,ſic inquit,aſſero porro mulierem,vbi pariet,frequentem ſpiritum emittere, & ſi purgatio inceperit,venter plenus eſt,& calore preſſus,maxime vero frequenter reſpirat,vbi partus appropinquat,& tunc maxime lumbos dolet:nam & lumbi à fœtu colliduntur: dolet autē ſtoma-

Partum impedientia & aborſum.

Signa partus proximi.

ſtomachum,ſiue ventriculi oſculum in inter medio tẽpore alias, atque alias; vtpote dum venter, maxime vero vterus circum fœtum obuoluitur. His adiungit Gal. in partubus refrigerari mulieres, ſaltem tanquam ſignum commune, lib. 14. de vſu part. c. 3. 5. cauſa enim cur in menſtruis purgationibus, ac partubus mulieres maxime refrigerentur, eſt quod tunc matricum collum fit rectũ, & adiunxit hinc Ambroſius Pareus lib. de hominis generatione cap. 16. inæqualis quidam velut horror corpus inuadit, & ex naturæ ad excretionem accinctæ conatu facies rubet. Rhaſius 9. cõtinentis frequentem ſpuitionem addit ad partum pro ſigno, etſi non quomodolibet, ſed ad difficilem. Noſter Doctor Ludouicus Mercatus lib. 4. de mulierum affectionibus cap. 3. quod immiſſo digito ad magnitudinem oui aliquid in orificio inuenitur, & denique illum cum aliis oſtendit magna perturbatio pulſus in magnitudine, celeritate, & crebritate, quæ differentiæ inſequebantur prægnationem; vt videre eſt, lib. 3. de cauſis pulſuum cap. 8. & de pulſibus ad Tyrones cap. 9. præ omnibus oſtendit partum inſtare, quando caput infantis indicat exitum: ab obſtetricibus dicitur *Coronar*. Quo viſo etiam ſi alia ſigna contingat deficere, nõ eſt dubitandum de partu, & abſque periculo ſuſpendere poſſunt ſecuriſsime in femore coxę dextræ corallium rubrum, iuuat etenim ad partum, vt oſtendit experientia quotidiana: & docet Auicenna fen. 21. lib. 3. tract. 3. cap. 31. aut lapidem illum Aquilinum, de quo etiam non ſolum noſtris temporibus ſtant innumeræ experientiæ: ſed id teſtificatur Ioannes Serapion lib. de ſimpl. ex Minerabilibus cap. 402. 9. iſte lapis habetur apud nos à quam pluribus, & multoties verificaui de ipſo ſæpe per experientiam. Idem Rhaſius in lib. permutationis medicinarum, quo ſic, & eſt lapis ſimilis caſtaneæ, niſi quia colore nebulæ vel pulueris, & quãdo agitas eum, auditur intra ipſum alius lapilus: & quando frangitur egreditur ille lapillus. Dicitur etiam de ipſo quod alleuat dolores partus ibidem. Præ cæteris vero ſcribitur hoc de ſtorace Aphricana apud Rhaſium 22. continentis tract. 7. cap. 2. & iuxta Auic. debent tamen ſtatim ac deſcendunt ſecundinæ, à coxis detrahi, quia ſæpe viſum eſt nimium ſanguinis fluxum excitare. Alia quãplurima ad facilitandũ partũ ſcribit Auic. ibidẽ, Moſchio, Cleopatra & Hip. locis ſupra adductis, atq; Gal. lib. de ſimp. med. quibus nõ ſolũ adducit remedia ad extrahẽdũ fœtũ viuũ, ſed & mortuũ etiã: tu vero lege, ego enim ad vltimas iã corporis partes deſcendo.

Quæ inſtant partũ.

Lapis aquilæ.

De ita-

De crurium affectionibus.

CAPVT X.

Crus quid.

CRus tota illa pars, quę à coxendicis ceruice incipit, & ad extremos pedis digitos pertingit, nuncupatur, lib. de inæquali intemperie c.2.§. crus in fœmur, tibiã, & pedem. Vnde Carolus Stephanus lib. 1. de diſſectione partium corporis humani c.97. ſub natibus fœmora, quę femĩna quibuſdam nominantur, his per articulum, quod genu vocãt, crura nectuntur: quorum partes anteriores tibiæ, poſteriores carnoſæ ſuræ appellantur. Sinus vero poſterior inter crus, & fœmur poples dicitur, poſtremum cruris, ad latera occupant, qui dicũtur malleoli. Pes cruri ſubeſt, quemadmodum vlnæ manus: eius pars poſterior externa calx dicitur, media plantæ nomine explicatur, cuius quod carnoſum inferius ſolum attingit, veſtigium dicitur, ſuperior autem pedis pars, etiam in digitos diſcreta eſt, quorum ſummo hærent vngues. Idem inuenies apud Andream Veſaliũ lib.1. de corporis humani fabrica cap. vlt. ad finem, quo, nomina etiam Græca partium cruris, atq; caracteres delineat, refertque quo differant Celſus, & Gal. circa nominandum crus, in ordine ad partes eius. Quare vero non fuerit vnum integrũ, ac ſimplex, & quare etiam non habeat multas articulationes: ſiquidem membrum longum appellatur, lib. de cucur. ſcar. docet Gale. lib. 3. de vſu part. c.14.§. ſi enim abſq; articulis fuiſſet omnino, neq; extẽdi poſſet, neq; flecti, & ita amiſiſſet vſum omnẽ, cuius gratia factum eſt: in multas autem dearticulationes diuiſum lubricum & fallax eſſet adeo, vt nunquam conſtanter vno crure ſtare poſſemus, quin confeſtim circunuerteremur, atq; caderemus. Dictum vero ſic nonnulli putant à currendo, quòd crurum miniſterio in curſu vtamur: verum tunc nõ ſolum debet ſupponere, pro celeriter ire, & gradum accelerare ſed vniuerſalius iuxta illud, fruſtra currit, proeo quod eſt fruſtra laborat: & iuxta illud nec currimus, nec remigamus: ſecùs non amplecteretur illo nomine opus eius vniuerſaliſſimum. Cõtinet deniq; illud ad omnem eius vſum oſſa, ligamenta, muſculos, venas, arterias, neruos, & cutem circum anicientem ipſa omnia. Oſſa triginta ſunt, quorum quatuor ſubſunt cruri, viginti & ſex pedi conficientes omnes decem & ſep-

Partes cruris.

Crura duplicia quare.

tem dearticulationes, quæ mouentur. Prima in iſchiade notatur, vnde morbus iſchias, ſeu coxendicus. Secunda in genu, vnde impedimentum motus, nam præcipue propter motum fuit etiam facta lib. 11. de vſu partium ca. 18. §. motus quidem gratia, &c. Tertia in maleolo, vnde præcipue dislocationes, etiamſi alijs partibus eueniant, vbi oſsa ſua foramina amittunt aut integre, aut partialiter, de quibus Paulus lib. 6. ca. 111. reliquæ quatuordecim in pedibus ſeu potiùs in pedum digitis. Vnde Podraga rigide 6. apho. com. 49. §. quoniam diſsolui oportet id, quod ad pedes defluxerit. Ligamenta etſi quam plurima cõpoſitionem totius cruris ingrediantur, duo ſolùm adnotantur in fœmore, vt videre eſt apud Andream Veſsalium lib. 2. de humana corporis fabrica ca. 61. §. ligamenta fœmur coxendicis oſsi adnectentia duo magis præcipua cenſentur. Genu articuli quatuor, ibidem §. quando enim quinque ſunt genu articuli regiones, anterior, poſterior, interior, exterior, & media, ſingulis peculiare quippiam natura præpoſuit (ligamen ſcilicet; anteriori quidem, quæ membraneo ligamento prorſus deſtituitur, & tamen regio admodum fallax, & ſummopere laboratura eſt, mola patela ve ſimul cum illam continentibus tendinibus prætenditur: quæ, cùm abunde articulum ſtringat, nullo hic opus erat ligamento. Fibulam tibiæ oſsi concomitantia duo, ibidem §. qua vero tibia fibula, &c. in pede tria tranſuerſa, eodem cap. §. ſunt vero tranſuerſa pedis ligamenta ſi obiter conſiderentur, tria. Denique, ſex ſunt alia pedis oſsa concomitantia ligamenta eodem loco §. verum præter tranſuerſa ligamenta, & §. poſt hæc quatuor ſunt ligamenta. Sunt igitur decem & ſeptem, quæ adnotantur ligamenta, quibus obſtructio euenire poſsibile, quia poroſa, ruptio, & laxatio propter illorum miſturam, diſtemperies ſimplex & compoſita, quia miſta. Muſculos deinceps crus continet 132. ad iſchiadem decem, ad dearticulationem in genu decem, ad maleoli dearticulationem nouem, ad pedis digitos 22. & hinc poteſt pati crus omnes affectiones partium carnoſarum: habet etiam venas & arterias, ſed ſolum adnotantur hæc, nempe quod ab arteria adorti, & vena caua ſerpentibus prope ſpinam, iuxta finem ipſius, fit diuiſio: ita quod ramus vnus deſcendit per dextrum crus, alter per ſiniſtrum & antequã attingat dearticulationem ciæ, quiuis ſeparatur in alios duos, & horum alter ſerpit prope dearticulationem ciæ, & deſcẽdit verſus cruris partem externã, oſtẽdens ſe ſupra genu, & iuxta maleolum

Totius cruris oſſa & dearticulationes.

Morbi cruris.

Cruris ligamenta.

Cruris muſculi.

externũ

externū: & inter digitum minimum, & ei aſſotiatū: quibus in locis iuxta diuerſa placita auctorum ſecatur in curatione coxendici doloris: alter deſcēdens per internam cruris partem noteſcit in genu in maleolo interno in ſuprema parte pedis, & inter magnū digitum, & ei propinquum: quibus in locis ſecatur ſuppreſsis mēſibus, inueteratis hæmorrhoidibus, vteri, teſticulorum, virgæ, veſicę, & renum inflammationibus. Vocitatur autem vena hęc ſaphena, altera autē ciatica, ſeu iſchiaca, & hinc pati poteſt crus ea omnia, quæ dicta ſunt mala pro brachij venis & arterijs. Denique aſſiſtunt cruri nerui deſcendentes à 24. 25. 26. & vigeſima ſeptima coniunctione ſpondilium oſsium copulatim, & poſtea diſiunctim ramificando ſe per omnes cruris partes vſq; in pedes: quamobrē afficitur cōuulſionibus, paralyſi, & alijs affectionibus neruis proprijs: aſt quia iſtæ affectiones omnes computatæ ſunt cap. de brachiorum morbis, & iudicandum eſt eodem modo, de illis, prout in brachijs, & cruribus iuxta noſtrum inſtitutum, & de his, quæ accidunt cuti circumamicienti ipſa omnia, ſtatuendum peruenlet capite 11. ideo deuenire iam placet ad ipſa, quæ cruri contingunt.

Saphena vena in quibus ſecatur morbis.

De Coxendicum morbo.

ETſi coxendicus dolor, à Græcis iſchiadicus nuncupatus nō ſolum apprehendat ciæ iuncturam, verum, vt aiunt, incipiens in iunctura coxæ, & extendens ſe in ipſam coxam genu interdumque articuluos pedum vitiet, non tamen ſpecifice inter arthriticas paſsiones recipitur, ſicuti expreſſum videas apud Gal. lib. 3. apho. com. 16. ſ. forte vero & nonnunquam dolorem eam paſsionem, quæ arthritis nominetur, haud quaquam efficient, niſi quiſpiam omnem articulorum dolorem ita velit nominare: quod nec placitum fuiſſe Hipp. docet ipſe Gal. cum ſubdit, atque ipſe in libr. 2. epidemiarum ita inquit, in Aeno per famen qui leguminibus veſcebantur infirma habebant crura, & qui orobos comedebant, genuum dolores patiebantur, non arthritico:, ſed genua dolentes ipſos appellauit. Dices Gal. ibidem ſubdit, quiſpiam vero fortaſsis dixerit non vnius articuli dolorem, ſed multorū ſimul arthritim nominari, & iuxta hoc genua dolentes nunquam arthriticos appellari: ergo cum iſchidiacus ille dolor apprehenderit à cia, vſque in pedum articulos multos accinxit articulos ſufficienter, vt arthritis

Iſchidiacus dolor.

Coxendici morbi cauſa.

thritis nominetur: quo euentu amplectitur non ſolum plures medias partes, quæ inter iuncturam interiacent, à quibuſdam ſolum nuncupatę articuli, eo quod artus idem ſit, quod membrum, & diuerſum quid à iunctura, iuxta illud Pauli à Gineta lib. 3. cap. 78. & Aetij lib. 12. cap. 6. vbi quomodo fiat arthritis edocentes, aiũt, ſuperuacuus humor iuncturam articuli feriet: verum, & plures iuncturas & nodos, qui potius articuli nuncupandi ſunt, quam illa media pars, prope illud Plinij, nodoſque corporum qui vocantur articuli lib. vndecimo capit. 37. naturalis hiſtoriæ. Reliquum quantumuis coxendica affectio plures apprehendat, ſiue medias partes, ſiue iuncturas appelles articulos, coxaque, & crus extenuentur, macreſcantque, ob nimium coxendicis dolorem, haud meretur iuxta Galeni & Hipp. placita nominari arthritis. Primo liquet ex Hipp. lib. de morbis iuxta finem dicente, arthritis eſt cum habet, ſeu corripit calor & dolor corporis articulos, corripit autem acutus, & in alium, atque alium articulum dolores incumbunt tum acutiores, tum molliores: paulo vero ſuperius inquit, coxendicum morbus cum fit, dolor corripit coxæ iuncturam, & ſummas nates, ac coxendicem, tandem vero etiam per totum crus dolor vagatur. An non vides vniuerſalem iſchiadem ſeparare Hipp. ab articulari morbo? Secundo lib. etiam de diffinitionibus medicis id fit expreſſe, nam dicitur ibi arthritis, id eſt, articularis morbus eſt phlegmone ſtabilis circa articulos conſiſtens, dolorẽque ingerens vehementem, neruis nimirum patientibus. De iſchiade ſic, iſchias eſt morbus validum dolorem coxæ per circuitum inferens, qui dolor vel vſque ad poplitem, & ſuram deſcendat. Hinc merito noſter Doctor Ludouicus Mercatus libr. 4. de internorum morborum curatione cap. 18. has ſeparat affectiones dicens, nam ex duplici cauſa, quæ complexu mutuo hos affectus afficit, articulorum imbecillitatem innatam aut factam cum leui humorum copia requirit iſchias, aut podraga: at arthritis maiorẽ longe humorum copiam, & leuiorem imbecillitatem, eamq; potius à cauſa extrinſeca ortam, niſi hæreditarius fuerit affectus, & adhuc in eo quædam partes imbecilliores ſuperſunt alijs, ita vt raro arthritis ſubcreſcat, frequentius tamen podagra, chiragra, aut iſchias. Quam ſane doctrinam (inquit) probant duo euẽtus, quos euidentiſsimos comperimus in arthritide: primus eſt partes dolore corripi, principio accepto ab ipſarum tumoribus, cum è contra podagricis & chiragricis viſum ſit accidere: nimirum primo par-

Artus idẽ quod membrum.

Arthritis quid.

Digitized by Google

tes dolere,poſtea in tumorem eleuari:ſecundus,quod arthritis nõ requirat quadraginta dierum ſpatium ad reſolutionem humoris vt in podragis,& reliquis ſtatuit Gal.cũ Hipp.6.apho.49.reddit rationẽ huius euentus,cum ſubdit, primus ſane prodit ab hac peculiari cõditione,qua inſignitur arthritis,nimirum prodire ſemper,â totius plenitudine,quam in omnes articulos deponit natura,tumefactis venis,& prolapſa etiam materia in partes ligamentoſas,membranoſas & carnoſas (Ecce vbi inſinuet illam Hip.doctrinam,ſcilicet conuenire alijs ab articulis) licet ſtatuendum ſit aliquid etiam in articulos prolabi, ceterum id quã pauciſsimum eſſe,quo fit,vt facillime reſoluatur, quia aptiores ſunt prædictæ partes humoribus quibuſuis diſcutiendis,quam oſſeæ articulationes in quibus neceſſum eſt tempore diuturniori ſuppleri,ꝙ caloris impotentia nequit efficere. Quibus etiam accedit, articulorũ imbecillitatem nõ eſſe adeo intenſam ac in reliquis doloribus, & obid citius reſolui humores. Sequitur,tertio ex his omnibus,(inquit)non ita frequenter redire arthritides,ac podragam,& iſchiadem,aut chiragram:quia cum imbecillitas non ſit habitualis, omnibus cauſis,quæ grandiores nõ ſunt,facillime reſiſtit:quo fit, vt quam rariſsime,aut nunquam reuertatur, niſi vitæ intemperãtia, copioſam congreget plenitudinẽ:at in podagra, & reliquis leuioribus caſibus,& in minori materiæ copia reddit dolor,& frequentius ingruit,quia articuli ſunt longe imbecilliores ex natura: & quia ſemel ibidem ſuſcepta materia imbecillimi remanent, & ſuſceptioni paratiores:in arthritide vero radicitus diſcutitur materia omnis:quo nihil ſupereſt,quod importantiam articulorum adaugeat. Nec multũ militat contra dicta illud lib.10.de comp. pharmacorum ſecundum locos c.2.videlicet ex genere arthritidis eſt tum iſchias,tum podraga:quod enim in omnibus articulis arthritis eſt,hoc in vno iuxta coxendicem quidam iſchiada,hoc eſt,coxendicum morbum appellant:iuxta pedem autem podagrã.Incipit igitur plerumq; podragæ generatio ex vno articulo,& progreditur in omnes,temporis diuturnitate accedente.Ecce vbi inſinuatur arthritis difficilis; & vniuerſalis podagra extenſa nempe per omnes articulos. Nec contra aphoriſticam ſententiam Hipp. quidquam probatur relatum fuiſſe ab eodem in libr. de diebus decretorijs,ſi qui morbi podagrici fiant quadraginta diebus plerunque eorum inflammationes,pituitaque ſiſtuntur; tametſi longo,tardove decretorio.En,ad plura ſe extendere podagram, ſicuti &

Differũt podagra, & arthritis.

ti &

ti & arthritim :quod inſinuatum iri vides etiam apud eundem Gal.com.eodem,§.ſi videlicet & medicus in ſuo opere non aberrauerit,& æger in omnibus illi obedierit. Vult igitur deficientibus his,vt arthritis,quod poſsit in longum protrahi podagra. Et inualeſcit etiam ex Aetij ſententia hæc pars,lib.vndecimo cap.9. vbi docens quare podagricus multo tempore,aut pauco duret,illã reddit rationem,ſcilicet humorum diuerſi tatẽ. Ceterum dicimus nec hæc aduerſus illa multum conuincere.Nam primum peraccidens aduenit,quia ortum duxerit ex illa radice : ſecundum non extenditur generaliter:ſed ſolum ſpeciatim nempe ab vno articulo cruris in omnes vſque ad pedes,non vſque ad totum: cõſtat id ex eodem Gal.illo com.citato 6.apho.quo iuxta quandã trãſlationem ſic legitur,podagrorum inflammationes fluxione fiunt ad articulos pedum,& hac reſtrictione intelligenda ſunt verba illa Gal.primum quidem loca articulationum,deinceps circunſtantia omnia vſque ad cutem:quod etiam colligitur ex Auicen.fen.21.lib.3.tract.2.cap.5.ad vltimum intelligendum eſſe Hippocratem de ſola inflammatione præſignatione illius termini, quòd ſcilicet intra illum ſedetur, licet multoties breuiori termino : at quòd deinde materiæ aliquæ adhuc reſoluendæ relinquantur, non curat Hippocrates iuxta quod percipiendus eſt in alijs locis argumenti, & reliqui cum illo auctores,& illud non ſolum de podagra,ſed de omni in genere,vt in com.oſtendit Gal.§.qua propter Hippocrates podagricis inflammationibus,&c.ſi vero petas, quæ ſint illa,quæ faciunt magis diuturnas,& magis breues affectiones podagricas?Reſpondetur eſſe materias craſſas, & tenues, molles & duras,liquidas & glutinoſas,& etiam eſſe vires vitales, quæ naturali calore innituntur.Sed antequam ſpeciatim ipſas explicemus, naturam vniuſcuiuſque placet explicare, vt conſtet quid expoſcant iuxta noſtrum inſtitutum in recta cibandi methodo.

Cruris morbi explicãtur.

Arthritidem morborum naturã introiſſe iſchiadem,genugrã,atq; podragam docẽt Hip.Gal.& Auic.locis ſupra citatis, atq; lib. quos purgare conueniat,cap. 1. ſed ibidem decantantur dolores eſſe,& inde ſymptomata,vt videre eſt expreſſe lib.3.meth.medẽ. lib.2.de locis affectis 2.aphor.6.libr. de victus ratione in morbis acutis com.2.atq; alibi millies.Cuius vero ordinis morborũ fuerint:& inter quæ genera ſymptomatum recipiãtur, ſubticuere fere omnes . Certum tamen eſt, plura adeſſe in his affectionibus,

nam ſiue antecedat, ſiue ſubſequatur tumor, prout ſupra, opus eſt adeſſe fluxiones, & inde præter diſtemperiem morbum in compoſitione lib. de cauſis morb. ca. 10. per initia, & in ſoluta vnitate iuxta aliquorum placita. Illę vero quod adſint, colligitur 3. apho. 16. com. 5. & quidem articulorum morbi, qui ex fluxionibus fiũt: tum primo de alim. facul. & in 6. de morb. vulgaribus com. 1. quibus in locis oſtenditur in arthritide tophos generari quomodo, & ex qua materia, & propterea dicebat Antonius Muſa Braſabolus ſuper 6. apho. com. 28. ex ſola imbecillitate nunquã fiet podraga, ſed opus eſt humorem aliquem ad pedes influere, ſi hæc paſsio fieri debeat. Aſſumpſit autem id ex Gal. ibidẽ & 6. ahho. 49. 10. de comp. med. ſecundum locos, atque lib. de bonit. & vitio ſuccorum, morbum in compoſitione inde igitur efficiunt, quia licet quandoque pars non eleuetur in tumorem, vias quaſdam occupant: & impediunt aut motum partis alicuius viuentis: vel humoris neceſſarij, aut ſpiritus. In ſolutione continui, quia quantũuis non ſeparetur os vnum ab alio (nec illud opus eſt, vt patet in quãplurimis, in quibus iſtæ adſunt affectiones, grauitates, & dolores inducentes per breuiſsima interualla vnius nempe diei, triũ aut plurium quandoque, & per inter media, adhuc bene ſe habẽtes: vt ridiculũ fuiſſet iudicatu de ſeparatione aut reductione oſſis per illos typos) poteſt fieri, vtpote quod pro humoribus fluxis quandoq; viuentis pars ſic patitur condenſationem, aut laxationem, quod nũcupari meretur potius ſolutio, quã ſeparatio vnius oſsis ab alio; hoc etenim in re magis cõſtruit morbũ in ſitu: & fortaſsis quandoq; ſic partes circum amicientes, vt in figura nanciſceretur morbus, immutabit: opus eſt enim maxime in articulis figura, ne cum pars mouetur inſignis inſurgat dolor. Vnde Gal. 1. de vſu part. c. 19. in hæc prorumpit verba, in vnoquoq; articulo, vt monſtrabimus (1. lib. de fracturis com. 3.) vnica quidẽ figura eſt indolẽs nobis, ſcilicet media, aliæ vero omnes vtrinq; dolent: minus quidẽ hæc, quæ propinquę mediæ, magis verò, quæ lõge à media eſt. Omnino autẽ dolorificæ ſunt extremæ figuræ, poſt quas ſcilicet neq; flectere, neq; tẽdere licet, &c. pro primo leg. Gal. 4. apho. 31. vbi expreſſe docet, ꝙ articuli quidã habent ſpatia lata ad ſuſcipiendas ſuperfluitates, quæ ad ipſas defluxiones decumbũt, quæ tñ ſint iſtæ ſuperfluitates nõ videtur compertũ apud omnes. Noſter D. Mercatus loco allegato docet, ex cõmuni fere medicorum ſententia, illas debere eſſe ſuccos crudes. quippe putridi, aut ali-

Podagra non ex ſola intemperie

Figuraque indolens & quæ magis dolens.

Cauſæ articulorum doloris.

aut aliter vitiati raro, aut nunquam fiunt huius mali cauſa: oſtendit poſtea varijs modis cruditatem oriri, & à quibus cauſis: tũ cruditatem à qua eſt affectus ipſe ſuſcipere bilem, pituitam & melã choliam, nec non & ſanguinem, & ita quod fiunt podagræ genera iuxta numerum humorum, nam vbi cruditas aduenit in bile fit æſtiua podagra: ſi in pituita hiemalis, ſi in omnibus humoribus, aut ſanguine vernalis, & ſi in humore exuſto autumnalis. Eandem ſententiam quoad vniuerſalitatem videtur amplecti Victor Trincauelus lib.12. de ratione curandi particulares humani corporis affectus c.1.§. ita ergo cum à ſola pituita, craſſa præſertim & lenta nequeant fieri articulorum dolores: nam ſemper affluxione humorum ad articulos fieri ſolent: fluere autem minime poſſunt ſine miſtione calidorum & tenuiorum, ſed neq; etiã ſine horum ope admitti queunt in ligamenta articulorũ: ſemper ergo miſta eſt horum dolorum materia, quæ tamen ab eo, quod in ea miſtura vincit, & ſubinde remanet, parte tenuiori & calidiori digeſta, & euaporante nuncupationem habet. Dixi quoad vniuerſalitatem materiæ, nam in modo materiæ multum diſtare conſpicitur; ille nanque, vbi cruditas aduenit in humoribus excitari podagras edocet; hic parte tenuiori, & calidiore digeſta: niſi intelligas, quod digeſta parte calidiore in omnibus remanet pars cruda, & inde viros illos conuenire. Sed tunc ſic, quid per hanc cruditatem adipiſcuntur humores facientes illas affectiones, vt dicat Gal. de ipſis lib.14. methodi c.4. in articulari morbo materiæ lapideſcunt? iuſta quod ſcriptum eſt lib.1. de alim, facult. c.5. lapides in renibus generari, quando craſsiſsimum humoris detentum diutius moratum acreſcit: & ex eo autem genere ſunt, inquit tophi, qui in artitrhicis generantur; quod etiam refert in lib.6. de mor. vulg. com.1. ſuper tex.6.§. quin etiam in animalis corpore ex purulento humore, aut ex purulento pituitoſoq; cõpoſito huiuſmodi tophus nonnunquam creari poteſt: quemadmodum & in articulorum morbis accidere conſueuit. Tum, ſi taliter cruda materia illa eſt, putrida ſcilicet, aut defectuoſa in coctione defectu caloris coquentis ſic facta, vnde eſt, vt vrina multa craſſa facta ceſſent articulorum abceſſus? iuxta illud 4. apho. com.74.§. ſi itaque natura valuerit per vrinam expurgare corpus, æger ab abſceſſu liberatur, humorem ad articulos decubiturum per veſicam euacuans: eſt enim difficile ſatis intellectu, quomodo materia illa factura articulares morbos, cruda illo ſenſu euacuetur per vrinã.

Digitized by Google

Tum vltimò quid eſt cruditatem aduenire in bile? Nā ſi ipſa co-cta erat, prout in illo indiuiduo iuxta vim ſui caloris natiui, quouis ex illis tribus modis deficientis, neque recrudeſcere poteſt, neq; putrefieri: quia hoc ex alijs principijs inſurgit, vt 4. metheororum docent Ariſt. & omnes cum illo. In hac tamen difficultate ſiue illa materia fuerit cruda, ſiue ſecùs dicendū ſequitur, improportionatam ipſam membris quibus mittitur, aut à quibus trahitur, in quo ſenſu dicuntur ſuperfluitates, tum purulentum, & inde tanquam quid ſeroſum humorum omnium per vrinam multū euacuantur, & non fiunt arthritides, vt paulo inferius fuit ex Galeno relatum: deſcēdit vero magis ad articulos, quam ad alia mēbra, propter imbecillitatē: & propterea dicebat Gal. propter partium debilitatem, & humores, ſeu affluentem materiam fieri dolores articulorū, à quibus imbecillibus pro calore reſoluitur pars tenuis ad lapidationem; vel tophi naturam, ita quod illa animaduerſa partium vi, facillimum fit comprehendere, quæ corpora valeant ſanitati reſtitui, quæ preſeruare per diutinum tempus, & quæ ab vtroq; aliena. Fit autem ille deſcenſus, quidquid aliqui cogitent ab omnibus partibus, ex quibus magis pullulant ſuperfluitates præcipue, & ſi poſsint & ab alijs minus: nam non eſt ratio conuincens ad oppoſitum, & exercetur non ſolum per conſpicuas vias, & compertos meatus, ſed per ſtrictiſsimos etiam: mirifice equidem ipſa natura cit vias nobis occultas, & incognitas, vt hiſtoriæ illæ de ſagittis commoſtrauere proprijs locis, vt expellat humores, & generētur arthritides, prout in genere dicitur, & ſpeciatim in manibus, coxa, genu, atq; pedibus, & pedū digitis.

Humor deſcendens facit arthritidem.

De reliquo decet in memoriam reuocare, quæ circa cap. de doloribus capitis adduximus, ab illo equidem petendum eſt, inter quæ ſymptomatum genera collocetur dolor ſiue pungitiuus, ſiue ſtupefactiuus, aut ponderoſus fuerit. An vero cōſtituat dolor naturam arthritidis, chiragræ, podragæ, & iſchiadis, an inflammatio aut aliquod ex relatis illis adiunctis, facile explicabitur iuxta ea, quæ conſiderantur in illis affectionibus priora, aut poſteriora, cōſtituta, aut conſtituentia, nam inde arbitror quoſdam hoc, aut illo modo locutos; & aliquos etiam affirmare illarum partiū dolores ortum habere ab inflāmatione, non ſumendo ipſam pro tumore ſolo calido à ſanguine, ſed vniuerſalius pro omnibus tumoribus, qui caloris ſunt participes ſiue perſe, ſiue peraccidens: aliquos ex ſolutione, & oſsium dislocatione: alios ex mordicatione ſuborta in par-

In quo ſtet eſſentia arthritidis.

Digitized by Google

In parte illa, quę nuncupatur perioſtion, aut in circumuicinis ner uis, aut alijs partibus ſentientibus: nam licet non ſolum per deflu xum partes recipiant, ſed per paulatinam congeſtionē, id eſt, gut tatim (nam inde aſſerunt quidam *Gota* nuncupari: quinimo auſi ſunt docere in illis foraminibus iuncturarum defluxũ haud poſ ſe excitari, ſed ſolum paulatim deſcendere, & guttatim humores, ac ſi natura mirabilia altiora non exerceat quotidie per aſtrictiſ ſimas vias, & coarcta loca) dolor fit, vtpote quod partes diſtempe ries patiantur, & continui partium ſolutiones, quæ cũ nec æquali ter, nec adeo lente immutentur ſufficienter ad dolores alterãtur.

Præterea antequam cauſas ſpecialiter in medio introducamus cuiuslibet affectionis ex illis, notandum venit, quod etiamſi in alijs partibus ab iſchiadis oſſe, coxa, genu, manibus, & pedibus, per defluxum fiant morbi, vti ſquinantia, parotis, paralyſis, optal mia & alij ſic, non tamen appellantur gutta, vel ſtillicidium, ſicut dolor iuncturarum adhuc ab eadem cauſa: cuius ea fertur ratio, quia defluxus materię ad dearticulationes magis aſſimilatur ſtil licidio, vel guttæ, licet ſit etiã ſepe defluxus, quàm fluxus materię ad alia membra: quoniã licet ſit cauitas notatu digna in iũcturis, & inde habere diſpoſitionem ſufficientem ad fluxiones recipien das; tamen ex alia parte natura muſculis, & tendonibus ſic circũ uallauit dearticulationes, ſicuti ſuperius diximus, vt potius paula tine in illas cauitates fiat deſtillatio, quàm in alias munitas venis: vnde proprie in illis non vocitatur gutta, ſeu artetica defluxio: inde artetica idem eſt quod dolor tenens artus, vel dearticulatio nes artuum. Cum autem tenet manus artus, dicitur chyragra à ci ros quod eſt manus & gradior graderis quaſi ſuper gradiens ma nus, podagra quaſi dolor ſuper gradiens per pedes, genugra per genu, ſciatica dolor tenens ſciam: nam licet quandoq; neruos ap prehendat, & alias partes circunuicinas, non tam pro illarum do lore talem ſibi arripuit denominationem, quàm propterea quod crucietur illa pars, in qua vertebrum vertitur: ſenſibilis nanque ſatis eſt ratione pelliculæ circum amicientis: & cum huiuſmodi dolor deſcēdit per partem poſteriorē oſsis fœmoris ad genu, vel pedes, & pedum digitos dicitur iſchias: ſub quo nomine diſputat de ipſa Paulus à Gineta libro tertio capite 77. ſi tamen in dear ticulatione fixe permanet, dicitur coxendicus dolor: vtpote quod ſit ſolum in ancha: & licèt in his omnibus videatur ſig nari formalis cauſa harum quarumque: tamen iu xta auctores, vt

Quare articulorum morbus nũcupatur gutta.

Gutta artetica quare, chiragra vnde & podagra.

conſtat apud Galenum & Auicennam ſolum cauſarum efficientium & materialium fit mentio: quia ab his ſolum ſufficienter ſumuntur indicationes curatiuæ (ſuppoſitis requiſitis ex parte naturæ) de quantitate, qualitate, & occaſione vtendi remedio: formæ enim ratio non expoſcit aliud diſtinctũ in curatione morborum, quam debitam menſurationem in illis tribus. Igitur conſiderandæ ſunt cauſæ efficiẽtes, & materiales: vnde Gal. 6. apho. 28. inquit, articularis morbꝰ fit ex coitu, vino, otio, & deſidia: lib. de cauſis morb. c. 10. articulorum immodica humiditas facit ęgritudines in genere compoſitionis: & ex humori acri poſſe fieri articulorum dolores colligitur 3. apho. 16. in lib. 6. de morb. vulga. com. 4. articulorum lapſum reddit repletio, lib. de bonitate, & vitio ſuccorum c. 14. quæ craſſum ſuccũ creant, articulares morbos faciunt 6. apho. 49 ſuccum craſſum, & tenacem id etiam cauſare docetur, non inflammatis neruis & chordis, ſed ſolum dolẽtibus: articulationes etenim extendũtur, argumentũ eſt quoniã viſum nunquam eſt podagricum pati conuulſionem, quæ frequenter ſolet in neruorum, ac chordarum inflammationibus aduenire, & illo 28. 6. par. aphor. podagram qui debent pati, hi pedibus debent eſſe natura imbecilliores, & requiruntur humores defluẽtes, lib. 10. de comp. phar. ſecundum locos c. 2. communem habẽt hi tres affectus (iſchias ſcilicet, coxẽdicus morbus: & podraga) humoris redũdantiam, quæ affectam occupat coarticulationem: qua expleta in omnem partem circum ſitæ neruoſæ particulæ tenduntur, & ex his dolor oritur. Nec hæc illis oppoſita recogites, poſsibile enim eſt, aliquando vicinæ partes neruoſæ quod doleant per conſenſum: aliquandó per propriam paſsionem, &, ſi frequẽter non ſoleat podagricus pati conuulſionem. Illo etiam docet Gal. quod ſi ante cibum bibant vina potẽtia fiũt podagrici; quin imo ſunt, qui aſserant, potum aquæ gelidæ illud etiam efficere: vocantque pro hac parte Cornelium Celſum lib. 4. c. 24. verum, pace illorum loquar, apud Cornelium c. 150. non inuenitur aquã frigidam ante cibum epotam podragam, aut articularem alium cauſare morbum: niſi illis arrideat ſub his accingi verbis, recteq; in aqua quàmfrigidiſsima articuli continentur, ſed neque quotidie, neq, diu fit ne nerui lædantur: aſt quantũ diſtent hæc verba ab illorum placito conſtabit legenti Hipp. & Gal. 5. apho. 25. vbi ſic, tumores articulorum, atq; dolores abſq; vlcere, & podagricos quoq;, atq; conuulſa horum plurima frigida aqua large effuſa leuat, &

Podagricus raro conuelletur.

Aqua frigida epota ante cibũ non facit podagram vt vinum.

uat, &

nat, & extenuat, ſoluitq; dolorem: nam modicus torpor dolorem ſoluit. Dicit vero Celſus, nec faciendum fore illud diu, nec quoti die ne lædantur nerui: etiamſi Hipp. dicat, quod ſit larga effuſio quia ſic inducitur ſtupor, iſte autem dolorem ſedat: propterea tamen neq; ortum ducere articulorum dolores ab aqua frigida epo ta ante cibum colligi adhuc poteſt ex Cornelio: etiam ſi verũ fuerit quod nimia frigiditas pro condenſatione, & compreſione valet mouere humores ad articulos imbecilles, & illorum dolores inducere ſaltim mediate, cauſas etenim mediatas, & immediatas recenſent auctores, internas, & externas, & inde 6. apho. 24. 30. & 29. menſes retentos, ſatietates, exercitium immediate poſt has, & indebitam viuendi rationem, cauſas adſcribunt articulorum doloribus ſtare, & ſtationem continuam, cum recta adhuc cibatione: quamobrem, caſtrati, puerique non coeuntes, & mulieres, quę alias ſingulis menſibus expurgantur à prauis humoribus, & ciues recte viuendo ſtantes continuo coram regibus, quia nerui debiles fiunt, podraga, chiragraue afficiuntur quandoq;, & propterea Celſus loco citato ſcribit, ea raro vel caſtratos, vel pueros ante fœminæ coitum, vel mulieres, niſi quibus menſtrua ſuppreſſa ſunt, tẽtant, idem Rhaſius lib. ad Almanſorem. Auic. fen. illa 22. lib. 3. tract. 2. c. 5. Ratio vero quare etiamſi mulieres intempeſtiue vtãtur coitu inſigni cauſa podragæ ex Azarabio cap. 3. tract. 28. ſuæ practicæ non frequenter corripiuntur podagra, vt homines inſinuatur ab eodem auctore dicente, quia nec in illo laborant, vt homines, ab ipſo tamen magno & liquantur humores, & motui fiũt habiles, ita quod deſcendentes, aut aſcendentes pro vi & robore membri mandantis occupant dearticulationes, & inſurgunt illæ affectiones: quemadmodum & propter aſsiduam equitationem, iſchias, genugra, & podagra, & vniuerſaliter omnium articulorũ, aut aliquorum dolor propter catharrum, præcipue à cauſa calida, & in habentibus poros, meatus, vias, & canales à natura fabricatas cum amplitudine & apertione: tum propter ardentiſsimas febres & laborioſas, vnde 4. apho. 31. qui per febres laſsitudinẽ ſentiunt, ijs ad articulos & iuxta maxillas potiſsimum abceſſus fiũt, tum per cronicas, quamobrem dicitur apho. 44. eiuſdem, quos febres longæ exercent, ijs tubercula ad articulos vel labores fiunt. Propter anni tempora ſeu potius temperies partium anni moueri dolores articulorum habetur 6. apho. 55. vbi dolores podagrici vere, & autummo fere mouẽtur, & 3. apho. 16. aſsiduis imbribus

Cauſæ articulorum doloris interna & externa.

Mulieres non fiũt podagricæ vt homines.

Digitized by Google

morbi fere fiunt, articulorum dolores, &c. & aphor. 20. vere enim inſania, & articulorum dolores: & inde Cornelius Celſus lib. illo 4. c. 24. inquit maiorem vero curam adhibere debent hi, quibus id reuertitur; quod fere vere, autumno ve fieri ſolet: flatus etiam cauſare poſſe podagram, refert quidam neotericus, penetrantes vtiq; ligamenta & iuncturas: percipitur autem, inquit, hæc cauſa quoties dearticulatio cum tenſione abſq; pondere dolet: & cito euaneſcit. Ictum itidem, caſum, articulorum luxationemque, cauſare eaſdem affectiones docet expreſſe noſter Doctor Mercado loco citato §. non loquimur hic de dolore ex ictu, caſu, aut luxatione articulorum, quantumuis intenſe doleant, licet poſsit articularis morbus ab his etiam cauſis ſoboriri. Deniq; humores, vt ſupra inſinuatum eſt, ſimplices ſi ſunt aut copulati, illud valent: cuius autem fuerint tēperiei dignoſces ex proprijs ſignis relatis cap. 1. huius.

Ex flatibus dolor articulorum.

Vlterius nota, quod licet merito ab auctoribus capita ſcribātur diuerſa de articulorum doloribus in genere, coxendico morbo, iſchiade, genugra, podagra & chiraga, non eſt dubitandū ab his omnibus cauſis omnes has affectiones valere ortum ducere, vtpote, quod in dearticulationibus omnes fiant legitimæ: ſpuriæ in circum amicientibus partibus: licet verum ſit, ꝙ magis proprie aliæ ab alijs cauſis, & magis immediate, vt ab aſsidua equitatione coxendicus dolor, aut iſchias, podagra artictiſsimo calceamento, articulorū dolor à plenitudine: tamen tandem & ab his ſolent & ſi magis mediate, & reliquæ: ita quod ob bilē dearticulationes omnes poſſent pati, quidquid nonnulli cogitent, nā id docet expreſſe Hip. lib. de internis affectionibus: nec enim ſufficit eius tenuitas, ne in dearticulationibus mota haud valeat diſtemperare ad dolorem vſq;: imo quandoq; ad tumorem in partibus circunſtantibus, abſq; eo, quod facillime fluat, quā pro natura tumorū expoſtulatur. Vltimo nota, quod quęuis affectio ex his, aut inueterata eſt, aut recens, aut repetit per interualla, aut ſecùs, aut contingit à principijs generationis, aut poſtea: ſi poſtea vel in iuuētute, aut ſenectute. Hinc videas 6. apho. 28. podagra morbus hæreditarius eſt, & cur. 5. de ſanit. tuenda c. 8. ſenum pleriſq; incidunt, & articulares morbi, & podagrę. 2. apho. 40. podagra ſenes ad mortem comitatur: lib. 6. de ſanit. tuenda c. 7. quo fit, vt alijs eorū diutini morbi incidant, à quibus tota vita explicare ſe nequeūt, cuius generis mala ſunt, & podagra & articularis morbus. 6. apho. 29. podagra la-

Articulorum morbi per circuitus.

gra laborant mulieres quandoq;: & locis ſupra citatis, pueri etiã quandoque, & 6. apho. 47. ſed & podagram, & morbum articularem adhuc incipientem, & nondum poros circa articulos facientem ex tali euacuatione, multis iam annis fieri prohibuimus. His ergo præuiſis ſit primo obſeruandum, ſi inueteratus ſit articulorum dolor, nondum tamen lapſus in crure lucet quoad extenuationem, nec debilitas in aliquo membro ex præcipuis, haud decet concedere ad carnis eſum licentiam quadrageſimæ tempore. Primo, quia morbus non euaneſcit, vt ſæpe vidi in quibuſdam vtentibus tunc carnis comeſtione. Secundo quia nõ augetur morbus, vt toties etiam ſum expertus in eiſdem, & alijs, qui adhuc eo tempore veſcebantur & omni genere piſcium. Tertio, quia ſufficienter eis poſſunt parari ex lacticinijs, borraginibus, ſpinacis, ciclis, lactucis lacte elixis, caſtaneis melle conditis, oriza, croco, aut lacte amygdalarum, aut animalium, amygdalatis, amyllis, alcurcuzo, quam plurima, tam pro diuitibus, quam pro pauperibus: tum ex piſcibus ſaxatilibus, trochis, alijſque huiuſmodi, & ouis mille modis poſſunt parari cõdita ex materia frigida, aut calida, iuxta indicationem obſeruandam, ab hac, vel illa cauſa deſumptam. Neque contra hoc militat illud Hipp. à Gal. relatum 5. apho. cõ. 26. §. in Aeno per famem, qui leguminibus veſcebantur, infirma habebant crura: nam illi veſcebantur ipſis ſolum & ſilueſtribus crudis: hodie tamen cum pane, elixiſq; lacticinijs, ouis, oleis, ſacharo & farina vti queunt mirifice, & abſq; humiditate ſufficienti pro efficiendis ægritudinibus in compoſitione circa articulos: ſicuti illo vlt. de cauſis ſymp. dicitur, quod fuerint illorum alimentorum genera in curatione morborum, qui articulis accidunt, expreſſe recipit Chriſtophorus à Vega lib. 3. de arte medendi ſect. 11. c. 2. conuenire non ſolum ad vomendũ, vt inſinuatur §. illo, implemus autem ventres eorum cibis, quales ſunt olera, fructus, & lac: verũ ad alitionem integrã, vt cõſtat paulo inferius §. lactuca, & cucurbita in calido morbo, atq; endibia, & ſaxatiles piſces. Neq; noſter Doctor Mercatus reijcit eandem ſententiam, quando inquit loco ſupra citato, victus ratio inſtituatur, alimẽta, quæ modice nutriant, quibus ſobrie quoque vtatur. Dices morbus tunc longus quidem eſt: de quibus dictũ eſt 1. apho. 4. victus tenuis & exquiſitus in morbis quidem longis parum tutus. Rurſumque, victus, qui ad extremam peruenerit tenuitatem moleſtus, & aphoriſm. 5. eiuſdem in tenui victu peccant ægri, quo fit, vt magis lædãtur, ſiquidẽ

Caro nõ datur ſemper in articulorum doloribus.

Cibaria cõcedenda.

ſiquidem quoduis peccatum grauius hic, quam in paulo plenio-re victu ſolet eſſe. Tu vero ſcias, quod ille victus non eſt tenuis, & ſi dicatur de ipſo, quod modice nutriat: quinimo plenũ alimentum poteſt cogitari, non ſolum ſi in magna ſumatur quantitate, ſed in mediocri, eſt vero plenum quod ad ſanos etiam ſpectat, vt videre eſt apud Braſobolum 1. apho. illa ſent. 4. §. non etenim ſolum vires conſeruat, ſed adauget alimentum tenue, id eſt, quod vires imbecilles reddit: hoc vero alimentum, quod tenue dicitur, ab auctoribus in multas partes diuiſum eſt: nempe in tenue ſine aliquo addito, in tenue exquiſite, in tenuiſsimum, & intenuiſsimum in extremo, hoc eſt, nil dare: ſic eſt in vſu apud medicos vocare inediam. Tenuiſsimum, dare melicratũ: tenue pthiſanæ ſuccus: an non vides, quantum diſtet tenuis victus ab illo? tum quod pro pauperibus micas poteſt ſecure concedere medicus abſque alijs in illo euentu, ex aqua ſcilicet oleo, pane, & ſale, & polentas cum lacte, aut melle. Secundo obſeruabis ſi adfuerit dolor recens frequensq;, in quocunq; ex articulis, membrumque aliquod nobile debile, recte conceditur indultum ad veſcendã carnem tempore interdicto: ex eo quod imminet periculum motus humoris facientis arthritidem, aut aliquem ex reliquis in tale membrum, & inde mortis, iuxta illud Gal. in lib. Hippoc. de natura humana com. 2. ſuper tex. 5. §. aſpeximus etenim ſæpe in his, qui articulari morbo, aut podagræ obnoxij erant, quod repulſis ab artibus humoribus eo delatis, illi in principem aliquam partem contendentes homini interitum attulere. Et quantumuis in eodem tex. dicat Hipp. quæ vero ab infirmioribus (membris ſcilicet) ad fortiora deueniunt (humores nempe) ſolutu faciliora ſunt: influxus enim facile à robore repellitur: nec tollit periculum, quod etſi illud nobile robuſtum poſsit vocitari reſpectu aliorum, tamen nos loquimur, dum illud abſolute eſt debile. Tertio, ſi quæuis affectio ex dictis ortum duxerit à plenitudine abſque debilitate alicuius membri principis, & partium tumore: etiam ſi dolor inſurgat quandoque & crucians, non eſt opus concedere licentiam ad carnis comeſtionem, tempore interdicto ab Eccleſia: propterea ꝙ ex illis alimentis ſupradictis poteſt victus attenuans parari, qui maxime conuenit, iuxta illud Gal. lib. de atenuante victus ratione cap. 1. nempe, cum victus ratio attenuans plerſque diuturnis morbis adeo conferat, vt ſola ea ſine vllo alio medicamento, ſublati ſæpe fuerint, operæprecium fuerit, aliquid de ea diſtinctius perſcri-

Alimẽtum tenue multiplicitur.

Cum articulorum doloribus eſus carnis.

Cum articulorum doloribus negatur caro quando.

Digitized by Google

perſcribere: ſunt enim, quibus præſtiterit ſola victus ratio, & ſine medicamentis perſanare. Vidi equidem non paucas arthritidas, quæ iam articulorum oſſa nudarant, alias quidem hac victus ratione in totũ per ſanatas, alias mitiores fuiſſe redditas. Vlterius, ſi in podagra principium curationis ab euacuatione exordiendũ eſt, lib. 10. de comp. pharm. ſecundum locos ca. 2. §. porro principium curationis ſit tibi euacuatio: quid ſecurius poteſt miniſtrari, ſiue recens, ſiue antiqua fuerit paſsio, quam victus tenuis, animaduertendo cauſam calidam, vel frigidã? Quarto ſi propter immoderatum coitum, aut aſsiduam equitationem illa mala inſurrexerint cum doloribus per interualla ſolum, reuera licet de ieiunio ſit iudicandum iuxta neceſsitatem virium: non eſt quare concedatur licentia ad carnis comeſtionem, ſufficiunt illis condimẽta ex ouis, lacte, & alijs ſupradictis: quinimo propter debilitatem caloris, in pauca quantitate cibus neceſſarius eſt, & ſubſtantiæ facilis commutationis, ſecundum illud 1. aphor. 14. in ſenibus vero ineſt caloris parum, paucis propterea ſuccendiculis egẽt, exiguus nanque ignis fomitis extinguitur multitudine, & propterea etiã apho. 18. refertur, æſtate & autumno cibi copiam ferũt homines difficillime. Quinto in quacunque ætate iam præter dolores articulorum apparuerint tumores, & tophi, ſicuti videri ſolet frequẽtius in chiragra, & podagra, non eſt deneganda à medicis indulgentia ad carnis eſum. Primo quia tunc iam coguntur ceſſare ab operibus neceſſarijs? ſecundo quia indicat iam purulentam, & nimis prauam materiam, vt liquet apud illud Gal. in lib. 6. Hip. de morb. vulg. ſuper tex. 6. ſ. quin etiam in animalis corpore ex purulento humore, aut ex purulento pituitoſoq; cõpoſito huiuſmodi tophus nonnunquam creari poteſt: quemadmodum in articulorum morbis accidere conſueuit, & 6. de ſanit. tuenda cap. 11. §. ad aliam inæqualem compoſitionem trãſire par eſt, & 1. de alim. facult. c. 5. ſ. ex eo autem genere, &c. quæ regulæ ſeruandæ ſunt, ſiue à principio generationis, ſiue ſucceſſu temporis euenerint, ſiue in iuuentute, pueritia, aut ſenectute: vno tamen animaduerſo, quod in omnibus dictis caſibus miniſtranda ſunt alimẽta eo modo, quod obuia ſiant cauſæ fluenti bilioſæ, ſcilicet aut ſeroſæ, crudæ, aut tenaci, eligendo ſemper ſiue in hoc ordine alimentorum, ſiue in illo alimenta melioris ſucci, non acria, non ſalſa, non mordacia, & acuta, neq; ea, quæ vim habeant ingentem inſcindendi, attenuandi, vel laxandi, & fundendi, aut aperiendi meatus: nec

Dum appaiet thophus concedẽdus carnis eſus

Alimenta quæ nocent in articulorum doloribus.

rurſus

Digitized by Google

rurſus copioſam inducentia & ſeroſam humiditatem, vt ſunt fru-ctus illi inſinuati à Gal. cum Hipp. in ſuperioribus.

Dices, ſi articuli ſic patiuntur dolores, vt conſtat ex dictis vniuerſaliter, & particulariter: quinimo vlcera, & maligna vlcera, & gangrenoſa, prope illud Gal. 1. de arte curatiua ad Glauconē c. 24. §. & maligna in articulis vlcera, omniaque gāgrenoſa & depaſcentia, & immoderata frigiditas, atque caliditas, vitaliſque roboris diſſolutio: hæ quidem ſunt defectus animi cauſæ: tum & articulorum abſceſſus 4. aphor. 31. quo ſeparatur hoc malum à lue Gallica, vbi hæc etiam conſpicua ſatis conſpiciuntur quotidie? Ceterum ab hac anguſtia faciliime liberabitur animaduertens, tum dolores tum vlcera in ordinis inceptione, ſorte, & remediorum receptione diuerſe multo ſe habere: nā ſiue pro maligna ſola qualitate cum habitualem vocant morbum Gallicum: ſiue pro affluxu huius, vel illius corrupti humoris, cum actualem illum nuncupant, dolores incipiant apparere: adeſſe ſtatim contingit, pro primo, vitiatas nutritiones, triſtitiam, iracundiam, veneris extinctionem, mentulæ incommoditatem pro virtutum reſolutione motiuarum, & reliqua, quæ pro maligna qualitate ſuboriri contingit, iuxta doctrinam Gal. lib. de puero epileptico, & 3. lib. de locis §. aura: pro ſecundo, faciem decolorem velut ſordibus conſperſam (apud Hiſpanicos *Abuhado*) odorem ſpirantem fœtidum, coctiones vitiatas præcipue ventriculi, & iocinoris, pectoris ponderoſitatem, & anguſtiam ſine difficultate reſpirationis, tuſsim ſine ſpuitione: ſibi graues, & moleſti ſolent eſſe, cibos reſpuētes, quos non coquunt, etiamſi accipiant, atque leuiſsimis de cauſis iraſcuntur: maxime læduntur venere, quaſi vtantur (ad quam tarde irritantur) inuoluptuoſe fere, vterum habent mulieres laxiſsimum, viri priapum: dolores incipere ſolent iuxta pudenda, & in inguinibus, ibique primo tumores & bubones, præeſſe alopetias, concomitari puſtulas, excoriationes, tumores, & tubercula in partihus determinatis, vt in fronte, & in inguinibus, quæ omnia non ſic in articulorum doloribus, præcipuè cum ſolam plenitudinem inuoluunt pro cauſa: quod ſi qualitatem etiam cum deprauatione, circa illud de arte curatiua ad Glauconem, nunquam in mento lucēt vlcera, vt in lue Gallica, nec ſic mali moris pro ſorte. Pro tertio non indigent alexipharmacis remedijs in arthritide, vt lue Gallica ſic coinquinati ſaluti reſtituantur. Vſus pulueris tenuiſsimi Cirici, vel Aſsiryci ſic confert in arthritico dolore, vt ſi quis ipſo fre-

Separatur arthriticus dolor a lue gallica ſuis ſignis.

Vſus veneris nocet affectis Gallico morbo.

ſo frequenter vtatur, nec arthritico, nec podagrico dolore moleſtetur: ſecùs in lue Gallica multo. Podagræ, & arthritidæ confert perfricatio cum ſale & oleo: ipſis optimum fomentum eſt rapa, & theriaca ſuo tempore, Gallicis minime. Iſchiadem aduerſatur, & dolorem eius ſuffumigium ex muſco illiceti, quod ſæpe ſum expertus fœliciter: Gallico nil præſtat dolori: tum in iſchidiaco & podagrico dolore multo prodeſſe ſectionem iſchiadicæ venæ, cùm poſtulat occaſio, fatentur omnes: nullus tamen pro Gallico fatetur, nec poſt alia vniuerſalia remedia, nec ante id expoſcere occaſionem, aut morbi cauſam. Vltimo de arthritide inquit Gal. vndecimo lib. methodi capit. 20. quod ſi præter quam quod nulla princeps pars imbecilla ſit, etiam inferioris notæ partium aliqua ſit inualida veluti podagricis pedes, & ijs qui articulari vitio laborant (arthriticos Græci vocant) vniuerſi corporis articuli, maxima ſalutis pars ægro ex balneo comparabitur, ipſis infirmis partibus, quæ ſuperuacua ſunt excipientibus: in Gallicis vero balnea ſummopere nocere ſimilibus partibus pro diuerſa natura inficientis quotidie apparet experientibus. *Coxendico dolori remedium.*

Secundo ſi obijcias, aliquot ſigna in lue Gallica, & arthritica affectione coincidere, vt quod articularis morbus fiat ex coitu, ſicuti & Gallicus per ſolam abſtinentiam à coitu arthritidem ſanari, ſecùs vero Gallicam: manifeſtam tamen inuoluunt differentiam, etiamſi in vtroque euentu dolor appareat in articulis: nam Gallicum morbum liquet dolorem inferre iuxta perioſtion, in dearticulatione potius & intima particulæ regione: arthriticum in extimis, vbi tumor apparet, & in intimis etiam, & inde ipſos differre infertur. Tandem quia non ſufficit in aliquibus conuenire, niſi ſyndromes ſignorum vtrumlibet amplexetur. *Signa communia Gallicæ affectioni & arthritica.*

De Pernionibus.

Extremas iam corporis partes reſpicientes expreſſe vidimus, quia non tantum recipiant caloris à corde, vt reliquę alterius ordinis, faciliſſime à frigore lædi, iuxta illud Gal. 5. apho. cō. 22. ſic quæcūq; frigidū exulcerat ſicuti hyberno tēpore calcanea, & digitos, & extrema omnia & horū remediū eſt calidū, indeq; digitos manum, pedū calcanea, & aures pernionibus cruciari. Quia vero frequentius calcanea, & pedum digitos corripit pernio, inde *Partes diſtātes à corde à frigore maxime læduntur.*

potius

potius illud ſuſcepit nomen. Hinc Plinius lib: 20. cap. 3. inquit, eſt & rapo vis medica, perniones feruens impoſitum ſanat, & crudũ tuſum cum ſale cuicunque vitio pedũ, inſinuat ergo illud nomen ſupponere potius pro pedum vitio, etiamſi in manibus & illud contingat. Vnde quidam dicebat: pernio morbus pedum ex nimio frigore proueniens, & calcaneum infeſtans præcipue eſt. Ceterum ſi pruritum faciunt nitroſa, amara, ſalſa, vrtica, muria, ſcilla, & alia id genus calidorum redolentia, potius, quam frigidorũ, quomodo infeſtantur per perniones medio intolerabili pruritu homines tempore frigoris hiemis videlicet? nã ſi dicas cum Chriſtophoro à Vega lib. artis medicæ cap. vltimo, quia nimia frigiditas ambientis aeris ſanguinẽ congelat, is vero deinde putreſcens pruritum efficit, quoniam acris vapor non inuenit exitum: revera affirmas putrefactionis cauſam frigiditatem: quam neque mediate, neque immediate ad tale munus recepit Gal. videre eſt lib. 1. de temperamẽtis c. 4. §. cum nec à ſicco putrefieri quidquam ſit aptum, nec à frigido: quinimo præſtare ad correctionem rei putridæ paulo inferius inſinuat §. deprehẽdas & borea (quia ſiccus natura & frigidus ventus eſt) omnia quam diutiſsime imputria durare. Contra putreſcere auſtrino ſtatu facillime: eſt enim is vẽtus calidus, & humidus. Inde etiam 8. metho. putredini maxime dediti ſunt calidi & humidi, & in 3. de mor. vulg. com. 3. putredinis cauſa efficiens calor, non frigus: tum quia ſi illa doctrina verũ teneret, hiemis tempore plura putredini traderentur: cuius oppoſitum & experientia docet, & expreſſe fatetur Ariſt. 4. metheo. tex. com. 8. §. putreſcũt omnia minus in frigoribus, quam in æſtu, nam hieme aer & aqua circundantes parum caloris retinent, &c. denique ſi propter putredinem illo vapore acri retento inſurgit prurritus, quomodo in alijs partibus vbi putrefit humor, & retinentur ſimiles vapores, non ſic ſentitur? Aſt, ſi rem hanc attenta perpendamus mente, expreſſum iri videbimus perniones in ſanguineis hominibus, & pueris, atque puellis accidere, illorum vero humorem dulciſsimum eſſe docet Gal. lib. 4. de ſimpl. med. facul. cap. 16. §. ad hæc etiam ipſam dulcedinem, quæ naturali ineſt ſanguini, & §. dulciſsimus apparet, lib. de atra bili, ſanguis in totum dulcis videtur, & lib. de natura humana comm. 1. ſanguis dulcis. Vnde liquet, & ex prurritus cauſis ſanguinem illum haud cauſare neq; putridum: cum dum ſic mutatur, tranſit in alteram naturam, vel in bilem flauam, vel in atram, lib. 2. de differentijs febriũ cap. vn-

Pernio quid.

Venti qui ad putrefactionem iuuant.

cap. vndecimo, & lib. 2. de criſibus c. 12. §. liquet autem quod cũ hic putreſcere cœperit, non amplius bonus remanet, ſed iam ad amaræ bilis naturã tranſit, & 9. quidquid igitur pingue & tenue in ſanguine eſt, fit flauabilis; craſſum vero ac veluti fæx, quoniã immodice calefactum exaruerit, atra. Quamobrem neceſſum videbatur aliam fore pruritus indagandam cauſam. In hac difficultate, ſi puramente legamus Gal. illo 4. citato de ſimpli. med. facul. cap. 16. expreſſa hæc inueniemus verba: at nunc vbi vaſe quopiam, aut rupto, aut aperto affatim calidus ſanguis in linguã effunditur, dulciſsimus apparet vtique ſi ſecundum naturam vt dictum eſt, habuerit: nam morbidus, amarus, aut ſalſus eſt, aliam ve eius generis qualitatem præ ſe fert, atqui in toto eſt corpore, nos fugit: non aliter quam aut bilis, aut pituita: vult ergo Gal. ſanguinem intra naturam ſanguinis, & ſi morboſum amaritudinem habere quandoque, & ſalſedinem; ſed pruritum poſſe efficere ſalſa amaraque conſtabit poſtea: ergo abſque putredine ſanguis propter illum vitium perniones cum pruritu poterit excitare. Tẽpore autem frigoris id fit, quia à frigore conſtipata cute, & veluti concluſi pori ſalſuginoſi illi vapores, & ſalſi non diſsipantur. Vnde ſæpe tantum appoſitis calidis, & humidis, quæ videbantur ad putredinem præſtare, liberantur à morbo illo, & ſymptomate patientes, ſic decocto cardui communis noſtri, decocto arantium & glãdium, muria calida, in qua beta bullierit, aut farina erui cum ſucco aſphodeli, allio aſſato, illo decocto naporũ, decocto aluminis in vino albo, & alijs quam plurimis his ſimilibus, de quibus non pigeat quandoque audire vetulas. Cum ergo cauſa non ſit mali moris: nec apprehendat partes alicuius conſiderationis: non eſt quare concedatur apprehenſo illis adhuc in manibus, aut auribus licentia ad carnis eſum quadrageſimæ tempore: nam ex quadrageſimalibus ſufficienter condimenta effici valent: quæ præſtent contra illam ſanguinis morboſitatẽ. Si vero iam ſic corrumpatur, vt exulcerare valeat, iudicandum eſt iuxta magnitudinem vlceris: & ſuccurrendum hoc probato remedio. Recipe roſaceum cum cera in napo elixum, & frigidum ad moueto: aut hoc, Recipe lithargyrij, thuris, zingiberis, ſingulorũ drac. j. ceræ, mellis & olei p. equa, quod ſufficiat ad vnguentum.

Naturalis ſanguis poteſt habere ſalſeditẽ.

A ſanguine perniones cũ pruritu.

Ad perniones remedia.

In pernionibus negatur carnis eſus & aliquando conceditur.

Alia accidũt pedũ digitis, & pedib⁹, qualia ſunt dolor citra podagrã ex nimio ſcilicet labore, offenſione, aut caſu: tum & callus, ſeu myrmetia: verũ quia nõ eſt, quare in dub. reuocetur de eſu in ijs,

ſufficit animaduertere, quod talis dolor mirifice, vt ſæpe probaui, euaneſcit hoc remedio. Recipe ſalis vſti, origani cineris ſarmentorum. p. æquales ouorum vitellos n. ij. cum vino miſta ſuper imponito, ex lib. 3. de remedijs facile parabilibus, callus hoc. Recipe cinerē corticis ſalicis acerrimo, aceto maceratū, ex lib. 6. de ſimp. med. facult. cap. de ſalice: lege etiam Alex. Benedictum de his.

Ad callū medicamē.

De Cutaneis affectionibus.

CAPVT XI.

Circum amiciens has omnes partes, quarū affectiones recenſuimus, cutis eſt, iuxta illud lib. 8. de vſu partiū corporis humani c. 1. ſ. commune vero omnibus operimentum cutis eſt circundata, idem lib. 3. de anothomaticis adminiſtrationibus. Vnde Plato in Timeo referēte Gal. lib. 9. de placitis Hipp. & Plato. c. 9. cutis noſtri corporis naſæ cōparātur, & quantumuis lib. de fœtuum formatione cap. 2. prima pars fœtus vocitetur, ſ. ipſius vero fœtus proprie partes hæ ſunt: prima omnium cutis, operimentum, atque amiculum à natura corpori congenitum: tamen placuit nobis, de ipſa vltimo ſermonem habere: vtpote quod ignobilior ſit alijs, de quibus actū eſt: & nil referat primo, aut vltimo ipſam explicare: ipſa vero & notatur exterior, & interior: alias cutis, & cuticula: videre eſt apud Andream Veſſaliū lib. 2. de corporis humani fabrica c. 5. ſ. cuti alia tenuis & prorſus exanguis cuticula obducitur, prope modum cęparum tenuioribus, ac pellucidis reſpōdens inuolucris: niſi quod alicubi & præſertim in vola, & pedis planta craſsior duriorque occurrit: dicitur hæc lib. 2. de vſu part. c. 6. derma, hoc eſt, corium, quæ ambit totū corpus, & poteſt excoriari: imo actu excoriatur ſæpe abſq; dolore, & facile in quacunq; ætate regeneratur: quia cōflatur ex ſolis vaporibus à toto eleuatis, & inde adipiſcitur frigiditatem & ſiccitatem. Verum etſi membrum noſtrum non exiſtimetur, quia inuenit colorem ſimilem cuti interiori: in ipſo inſurgunt defœdationes aliquot, de quibus cura habenda eſt medico, cui arridet, honeſtam decorationem ſeruare: aut amiſſam recuperare. Illud vero expreſſum edocuit Galen. 4. aphor. 77. ſ. ſicuti enim cutis ſuperficies, quam cutem ſuperiorē nominant, in ſcabie lepra,

Cutis quid.

Cutis interior, & exterior.

Ars decoratoria ad medicum.

lepra, atque lichenibus tenue quid obijcit, quale quod ſerpentiũ ſenectus nominatur: cutis vero interior quod ſit pars noſtra, docet ibidem, ex illis, quæ ſequuntur verbis, nempe ſic, vbi in partibus interioribus ea, quæ eſt veluti cutis, tale aliquid patitur, & caſus erit paſsionis ſimilis: expreſsius autem 1. lib. de temper. cap. 8. & cap. 9. lib. 3. de locis affectis, com. 2. prog. & 11. de vſu part. c. 15. ꝰ. atq; in hoc ſolo loco cutis ſubſtantiæ muſculoſæ eſt vnita, quemadmodum partes manuum internæ, & plantæ pedum cum tendone coaleſcunt, & 2. de ſemine ca. 1. vbi docet, pars hominis temperatiſsima eſt cutis, & ſi magis in manu interna: ergo ex dictis pati poſſe liquet morbos in temperamento nõ ſolum pro primis qualitatibus, ſed pro ſecundis etiam, denſitate raritate, aut tẽſione. Cõfirmat primum illud ex 6. apho. 49. ſ. cutem etiam offendunt inflammationes podagricæ: tum quod ſit pars miſta ex quatuor qualitatibus, & inde mutabilis ſenſibiliter, illis copulatiue, aut diſiunctiue excedentibus, & ſecundũ conualeſcit, quia docet Gal. quomodo cognoſcatur primo die occluſa cutis 8. meth. c. 4. in lib. 6. de mor. vulg. co. 3. cutis extẽſa apparet in craſsioribus effectis, & in ſanguinatis, lib. 2. de arte curatiuã ad Glauc. c. 7. cutis inflammatæ tenſio ſcarificetur: maiorem tamen difficultatem habet explicare, propter quem vſum cutis facta fuerit. Scribit etenim Gal. lib. de cauſ. morb. c. 6. de ipſa ſic, Cutis hæc enim (vt quæ nullam operationem habet, ſed vſus tantum gratia à natura conſtituta eſt) optima ratione partibus alijs, quæ aliquã habent operationem imbecillior eſt facta: eſt enim quoddam veluti velamẽtum, atq; amictus animalis cognatus, cum neq; coctionem, neq; alimẽti digeſtionem, neq; ſanguinis generationem, neq; pulſum, neq; reſpirationem, neq; voluntariũ motum, neq; omnino operationem aliquam afferat animali: ac præterea, cum omnium aliarum partium extima ſit collocata, non abſq; ratione totius corporis excipit excremẽta. Inde etiam dicitur in Timeum Plato. lib. 9. c. 9. cutis, vt pili, genita. Verumtamen, ſi recte res hæc perpendatur, vſus cutis depingitur, cum dicitur, quod eſt veluti velamentum, quod eſt totius corporis tegumentum, ſeu propugnaculum omnium partiũ noſtri corporis. Et inde habetur 5. de ſimpl. med. facul. c. 16. quippe cum cutis velut in callum durata caro ſit, nec ſolum, vt quid durum circum amiciens, ſed vt media ipſa ſentiens animal ab iniurijs externis ſe ſubducat: inde nanque habetur illo primo de temperamentis, cutis eſt veluti neruus præditus

Cutis morbi.

Propter quid cutis.

Cutis vſus.

ſanguine: & lib.3. de locis affectis, cutis tota continua eſt, & neruoſa. Neruus vero commune inſtrumentum, quo omnia animalia gubernantur, deſcribitur lib. 1. de ſemine cap. 5. per initia; & propterea relatum fuit lib. de neruorum diſſectione ad tyrones, cap. 1. quod nulla ſane particularum animalis, nec motum, quem voluntarium nominamus, nec ſenſum ſine neruo habet; & libr. 12. de vſu partium cap. 4. corpus autem vniuerſum per eos (neruos nempe) ſumit primum quidem, & maximum motum, poſt eũ autem ſenſum: fruetur igitur & neruoſa cutis illo ſuo modo munere, & inde cum via ſit tranſpirationis, poterit ad reſpirationem & mutationem pulſus, quinimo ad coctionem, ſi media ipſa aer attractus attemperatur, aliquid præſtare: quid ergo docent illa Galeni verba de cauſis morborum cap. 6? niſi dicas cuti illa denegari officia vt inſtrumento: vt via tamen & medium, illud haud negari. Nec oppoſitum arbitratus ſum vnquam cogitaſſe (vt aiunt) Ariſtotelem, ſiquidem lib. 3. de hiſt. animalium docet cap. 5. neruo quæ caret pars corporis, ſtupore non tentantur: ergo ſi ad ſtupefactiuum dolorem neceſſarium eſſe neruum acclamat, multo melius ad reliquas ſenſationes magis acutas, nam plus eſt ſentire obtuſum, quam acutum: & ex hoc loco potius attendenda eſt apud Ariſt. natura partium animalis, quã ex alio alterius diſputationis proprio, quo tendines cum neruis, arteriæque & venæ vniuocantur, cum tamen diuerſas ſortiantur naturas. Illinc dicebat Andreas Lacuna loco ſupra allegato, atque ita muſculorũ (quos carnem Ariſt. appellabat) gratia cutis nequaquam ſentit: verum, vti diximus propriorum neruorum occaſione, & quanuis verticis cutis obſcuriori ſenſu ſit prædita, attamen ſentit, vtcunque etiam incommodiſsimum naturæ fuerit, ſurſum ad verticem neruos diſtribuere, ipſaque etiam cutis hic non admodum ſenſu indiguerit. Deinde quis non quotidiana experientia edoctus, cutem à ſubditis muſculis, aut oſsibus quoque auulſam, & poſt modum ſcalpello ictam, vnguibuſque compreſſam, ſentire non didicit? Neque eſt quod Ariſtoteles ſectatorum quiſpiam hic neſcio quam terreſtritatem mihi aſtruat: cùm nerui à dorſali medulla (& potiſsimum humiliori ipſius ſede) enati, ipſa cute duriores ſint, & his adhuc ipſi tendines, quos potiſsimum facile affici, nemo inficiatur. Imo, ſi non minus rationi, quàm experientiæ ſimul fides habenda erit, auſim aſſerere muſculorum ventres, quam plurimos (vt quorundam

Mediũ ad ſentiẽdum quæritur.

foemur

fœmur amplexantium) obtuſius quàm ipſam faciei, manuſq; cu tem affici. Atque mihi etiam irridendi videntur, qui cutē ob hoc ſentire poſſe auerſantur, quod nullum hic ſit medium: quaſi vero etiam neruum proprijs membranis prorſus denudatum, aut etiam in medio diuiſum, grauiſsime cruciari non videremus, quoties ipſius denudatæ ſubſtantiæ acriores pulueres inſperguntur: & ſi medium etiam præter rationem in tactus ſenſu ridicule deſideramus, non ne in promptu eſt ipſa cūticula cuti obnata, & interim (vt putamus) ſenſu priuata? Ex quibus conſtat iā, quod cutis interior ſentiens, & viuēs pati queat, omnia morborum genera, quæ ſolent huius ordinis partibus euenire, tū & infectiones: ſed quia ex ſuperioribus liquet de obſeruationibus tenēdis, dum ſolutionē patitur, vlcera, vulnera, diſtēperies, ereſipelatas, & alia tumorū genera: tunc propter quid cum ignobilior ſit alijs partibus, licet quandoque repellere ab ipſa in alias nobiliores partes humores, nunquam tamen ab adenoſis minus præcipuis in alias principes: ideo ſupereſt iam tantum de infectionibus, quæ de fœdationem repræſentant oculis, ſeorſum agere.

De *Leuce.*

LEuce affectus cutis quòd fuerit, edocetur lib. intro. ſeu medi. c. 17. illis primis verbis. Cutem, totiuſq; corporis partes exagitāt lepra, pſora, alphos albus, alphos niger, leuce, impetigo ſimplex, impetigo agreſtis, dracōtialis, acrocordones, thimi, myrmetiæ, claui, & calli. Verum quoniam ex his multis, quæ fiunt in cute, aliquot iam in ſuperioribus explicuimus, de illis non eſt habendus ſermo: ſed ſolum modo de his, quæ videntur in ipſamet cute, aut paulo profundius continere radicem, expoſtulantiaque aliqualem explicationem, circa ſuam eſſentiam, cauſam, immutationem, præſagium, & obſeruationem. Leuce autem, qui morbus ſit, & quomodo differat ab ophiaſi, alopecia, ptiloſi, myrmetia, vitiligine, ſphacelo, elephāte, ſcabie, & lepra, inuenitur expreſſe li. 14. metho. c. 17. §. at vitia, quæ ophiaſim, alopecian, & ptilωſin appellant, ex eo ſunt morborum genere, in quibus naturale aliquid eſt amiſſum, æque nimirum, vt myrmetia eorum eſt, quæ toto genere ſunt præter naturam. Porro triplex eſt omnium horum differentia; quædam nanque ex mutatione conſiſtunt ſolidarū partium, ſicut myrmetia, & leuce, & vitilego (& oſsis caries, quam

Leuce affectus cutis.

Digitized by Google

ſphacelō vocant,) & elephas, & ſcabies, & lepra. Igitur vult leucem eſſe ex eorū morborum genere, qui fiunt ex mutatione partium ſolidarum: imo mutari quoq; carnem in hac affectione expreſſe docet. Vnde quando Paulus à Gineta lib. 4. c. 5. aſſerit: leuce, cutis quædam ad albidius mutatio eſt, quæ viſcoſa, glutinoſaque pituita contrahitur; definiuit abſque dub. ſolum per illud accidens, quod oculis attinet, iuxta illud Gal. lib. de differentijs ſymptomatū c. 5. ac viſibilia quidem in coloribus, qui præter naturam ſunt conſiſtunt, idque vel totius corporis vel alicuius, vel aliquarum eius partium, cuius tertij generis ſunt vitilego, leucè, elephantiaſis, aliaq; id genus: quippe hæc quoq; naturalem colorem mutant; recepit etiam illum loquendi modum Aelius Promoteus in ſua medicina. Ceterum illud vtrumque adeſſe leuces, expreſſum videas eodem lib. de differentijs ſympt. cap. 4. ſ. tertiū vero ſymptoma, quod diſpepſiæ eſt ſimile nō gracilem modo nutritionis deſiderio, ſed etiam aliena ſpecie particulam reddet, veluti in vocatis leucis, & elephātiaſi cernitur. Sane aduertere hoc in loco ac diſcernere conueniet, vtrum ſucco aliquo affluente, an ſolidis ipſis ita affectis, & mutatus color ſit: quippe ſi ex affluente eſt mutatus ſucco alterius generis, ſymptoma eſt: nec alteratricis facultatis error: ſi autem tota particula per totam, qualem eſſe oporteat, talis nō ſit, alteratricis in eo virtutis id vitium eſt. Vitiatur vero pars potius, & frequentius, ſiue hoc, vel illo modo contingat in manibus, quam in pedibus, inquit Alexa. lib. 1. problematum 146. quia magis exercentur, & inde cauſa pituita viſcida, & craſſa caleſit, & diſcutitur: talis autem ordinis cauſam eſſe inſinuatur lib. 3. de cauſis ſympt. cap. 2. ſ. vitio vero vt in elephātiaſi, & leucis, ceterisq; id genus accidit, dum agglutinatur carnibus nutrimentum, vbi pituitoſior ſanguis eſt, carnem quoque effici magis pituitoſam. Neque enim idem eſt, carni eſſe, & pituitoſæ carni eſſe: ſicuti neque ea, quæ adnaſcuntur oſſi, oſſa ſunt: ſiue vitium ortum duxerit propter affluentem humorem, vel alteratricem peccantem, vel vtrumque. Et inde dicitur 1. lib. de naturalibus facult. cap. 11. in vetiligine autem, quæ leuce dicitur, adhærentia quidem nutrimenti facta cernitur, non tamen aſſimilatio. Cauſæ antedentes huius, inquit Hieronymus Mercurialis lib. 2. de mor. cutaneis cap. 2. plurimæ ſunt, & primo tempus anni: perſuaſit tamen ſibi, ex apho. 20. particulæ tertiæ, quo dicitur, vere etenim furores, & atræbiles, & morbi comitiales, & profluuia ſanguinis

Leuce ex genere morborum partium ſolidarum.

Locus leuce manus.

Cauſæ leuce.

ſanguinis, & anginæ, & grauedines, & raucedines, & lepræ, & tuſſes, & impetigines, & vitiligines, & puſtulæ vlceroſæ plurimæ, & tubercula, & articulorum dolores. Verum niſi intelligat cum Celſo, leucem inter ſpecies vitiliginis enumerari; vt placuit etiam Muſæ ſuper illum aphoriſ. Vnde in hæc prorumpit verba, tamen in hoc Hippocratis loco interpretari, alphi, id eſt, vitiligines accommodatiſsimum eſt, quoniam omnes hæ tres ſpecies in vere potiſsimum fiunt. Dices Paulus à Gineta loco ſupra aducto aſſerit, non quælibet leuce curationem recipit: & Muſa, leuce, quem occupauit, non facile admittit: ſed ſcriptum eſt ſen. 9. eiuſdē particulæ apho. Ver ſaluberrimum, & minime morbis exitioſis obnoxium: quo ergo modo ſignatur antecedens cauſa leuces? Reſpondetur quod aliud eſt, morbos eſſe exitiales & mali moris, aliud diuturnæ ſanationis abſque periculo: vnde Gal. abſoluens illud dub. qua ratione ver dicitur ſaluberrimum: ſi illa per illum euenire vidimus, inquit, quia morbi qui in vere fiunt, ad bonum potius inclinantur: hoc enim tempore profundum corporis expurgatur nempe humores mali, qui in profundo ſunt, & totius corporis centro, & principalioribus partibus, quæ intus occuluntur, ad circunferentiam mouentur, ex quo impetigines fiunt, (ecce quo potius iudicandi ſunt abceſſus morborum aliorum, quam morbi alicuius conſiderationis, vt in ſaluberrimo vere fieri nequeant) vitiligines vlcera, vel ad ignobiliores partes tranſmittuntur, vt morbi articulares fiant. Vnde, ſi quis ſit, qui bonis humoribus in vere refertus ſit, optime conſeruatur, quod alia tempora non faciunt: imo alia tempora, ſi bonis humoribus præditum corpus inueniant, in ſuæ temperaturæ humores conuertunt, vt æſtas in bilem, hiems in pituitam: propterea exemplum veris ad exercitationes facit: nam hæc in exercitationibus accidunt: ſi quis exercitatus ſit bonis humoribus plenus, exercitationes illæ ſaluberrimę ſunt, at ſi exercitationes hominē inuenerint pituita plenū, vel atra bile, vel alio humore, ad morbos inducit ver, per accidens tamē potius & ad bonum, quā ad malum: nā gratia expurgandarū ſuperfluitatū, quæ intus ſunt, fiūt, & inde leuce, &c. regionem etiā inter cauſas recēſent aliqui, ſic legitur apud Plut. 3. ſympoſ. 5. gētes barbaras, & Iudęos leuce maxime affligi: ſexū & ætatē ſimiliter, vnde Ariſt. 10. problematū probl. 4. pueros & mulieres minus pati leucē, quā viros, & inter mulieres vetulas magis: habitum pariter corporis, vnde Rhaſ. 25. continentis refert ſe

Ver tēpus ſaluberrimum.

vidiſſe corpora muſculoſa, & latas venas habentia huiuſmodi morbis ſubijci. Antecedunt etiam leucem morbi letales, vt colligitur ex Hippo. ad finem ſecundi lib. prorhiticorum.

Leuce ſeparatur ab alphis & leucophlegmatia.

His animaduerſis, ſeparataque leuce ab alijs affectionibus, quę aliqualem ſimilitudinem videbantur habere cum eis (nam in leuce ſunt maculæ quædam albæ, ſed ita cōtinuatæ vt ſeſe omnibus fere locis contingant, atque adinuicem copulentur cum pullulatione quorundam pillorum alborum: & inde ſeparatur ab alphis albis, quibus deſunt pili illi, & coniunctio macularum: quia in ipſis ſeparatæ ab inuicem conſpiciuntur. Ab aleucophlegmatia ſecernitur leuce, quia quantumuis continuatio macularum reddat quandoq; totam cutem albam: tamen caro tunc moles & ſub albida non eſt ſubtumida; quinimo cōplanata, vel depreſſa; in leucophlegmatia vero, & anaxarca, caro alba & moles fit ſubtumida, & fere eleuata. Differt etiam præterea in contento icore ſub cute ab alphis albis: quia in alphis, ſi expungatur cutis, exit ſanguis quocunq; illorum tempore: verum in leuce ſolum dum ſanabilis eſt, nam poſtea pituita: & inde dicebat Paulus à Gineta loco ſuperius præfixo, quoniam vero non quælibet leuce curationem recipit. notas ipſius tales habeto: acu per ſumma leucem pũgito, ſed cute non penitius: & quidem ſi ſanguis emanauerit, ſanabilis eſt: ſin lactea humiditas deſperata eſt) hũc ſeruabis ordinē, ſi leuce ſit in aliqua ſolum parte ignobili curabilis, vel incurabili, non eſt quare concedatur patienti licentia ad carnis comeſtionem tēpore interdicto ab Eccleſia, ſi inſanabilis eſt, quia nec hoc, aut illo victu ſanabitur, aut cum periculo augetur, cum nec illũ inuoluat, iuxta illud Cornelij Celſi lib. 5. ca. vlt. 5. vitiligo quoq; quamuis per ſe nullum periculũ adfert, tamen fœda eſt: eius tres ſunt ſpecies, alpheos, melos, leuce, & inde ſat erit ex quadrageſimalibus, quæ non adaugent pituitam illo infectis modo parare alimenta. Verũ ſi plures partes, aut præcipuas apprehenderit leuce, aut loci piloſi in hac affectione glabri reddãtur, & in quouis ex dictis euentu in dies augeatur, non eſt dubitandum de concedenda licentia illa: eius ratio colligitur, quia ſi ex malo corporis habitu fit, teſtificante id Celſo, Aetio, Auicenna, Serapione, & alijs multis, periculum imminet maximum de morte, aut ſaltem demutatione in morbos frigidos: quamobrem curandum eſt, omni remediorum genere deſumpto tam ex rebus medicamētis ſubiectis, quam alimentis ſatisfacere neceſſitati illorum: & hoc ordine ſuc-

In leuce aliquando conuenit caro, aliquando ſecus.

ne ſuc-

ne ſuccurrendum eſt patientibus melas, & alphos. Leuce deniq; non adducimus duas ſpecies, ſed vnam ſolum cum Græcis, etiam ſi Arabes illas depinxiſſent; quia vt inquit Mercurialis loco ſupra citato, Græci deduxerunt hoc nomē leuces ab albedine: iam vero abſonum eſt dicere leucem nigram, quaſi dicamus albedinem nigram. Arabes autem, qui nuncuparunt albaram leucem, poterunt proprio ſpiritu facere has duas ſpecies; quanquā id non eſt ignorandum, albaram nigram apud Auic. & Arabes non eſſe vitiliginis ſpeciem, nec vitium coloris cutis, ſed potius ſpeciem impetiginis excoriatiuæ, atque ipſammet Græcorum eſſe leprā, inquit Mercurialis. Sed nos iam diſcutiamus id.

Leuce vnde dicatur.

De Lepra.

INter cutaneas recenſendam ſine dubio lepram, affectiones, legēti Gal. & reliquos auctores ſupra citatis locis haud erit incertum: licet aſſenſus iuxta eius naturam valde ſit diuerſus. Braſabolus ſuper apho. 20. lib. 3. ſic ſcribit. Celſus lepræ nō meminit, ſed alia res eſt Græcorum antiquorum lepra, alia recentium noſtrorum, & Arabum. Recentiorum lepra eſt antiquorum elephantia, in qua vſq; ad oſſa caro corroditur, & marceſcit, & paucis interpoſitis lineis ſic. In ſacris autem literis, lepra non pro morbo, ſed pro immunditie accipitur, teſte Auguſt. antiquorū lepra ſcabiei ſpecies eſt, quæ parum à pſora differt. Hierony. vero Mercurialis loco allegato hoc habet modo poſt multa, eſt igitur lepra apud Auic. & Auenzoar, Elephantiaſis Græcorum, & lepra Græcorum eſt albara nigra ipſius Auic. Fuerunt qui putarunt ſecundam ſcabiei ſpeciem apud Celſum lepram eſſe (ſubdit) ſed ego ſum huius ſententiæ, eſſe potius impetiginem Celſi. Cuius lib. 5. quatuor ſpecies efficit, in quibus omnibus ſquamas emanare dixit: itaque (inquit) vt rem paucis complectar, lepra Græcorū, Albara nigra Auicennæ, & impetigo Cornelij Celſi eſt vnus & idē affectus: quod vero hoc ita ſit, faciliime & apertiſsime colligitur ex Cornelij Celſi verbis, nam dicit impetiginem ſuā vngues infeſtare, id quod etiam ſupra monuimus poni in lepra à Iulio Polluce. Ceterum quid ſibi velint hi auctores, dum aſſerunt, quod antiquorum elephantiaſis ſit recentiorum lepra, non ſatis intelligo, niſi cogitent recentiores diſſentire ab antiquis: nam illo 14. methodi ſupra delineato oſtenditur quomodo, & qui morbus ſit

Lepra morbus cutaneus.

Digitized by Google

Elephãtia ſmutatur in lepram.

lepra differens ab elephantiaſi: & lib. 11. de ſimpli. med. facult. c. 2. refert Gal. in lepram mutatum fuiſſe elephantem in quodam homine, & lib. de ſubfiguratione empirica, ad lepram ex elephãtiaſi philoſophus quidam deuenit. Vnde quidã ex Latinis ſcriptoribus inquit, Auicenna vero, ceteriq; Arabicæ factionis lepræ vocabulum improprie vſurpant pro elephantiaſi, quod morbi genus ſuperiori multo eſt pernicioſius: vt quod non ſolùm cutem infeſtet, verum etiam carnem ipſam vſque ad oſſa depaſcatur: hinc ſolum vides apud Gal. identificare in cauſa lepram, & elephantem, libr. . de tumoribus præter naturam, non in eſſentia cap. 14. continent enim pro cauſa melancholiam, & inde vocitantur affectus melancholici ibidem 3. lib. de aliment. faculta. & 7. apho. 40. neque reliquæ conuenientiæ poſſunt habere ſedem apud Gal. nã lib. 5. de comp. pharmac. ſecundum locos capit. 5. docet lichenoſi, & impetiginoſi tumores ex miſto quopiam generantur humore ſeroſis nimirum, ac tenuibus, & acribus ſuccis cum craſsis permiſtis: qua propter etiam facile in pſoram, & ſcabiem, & leprã tranſeunt: & lib. 1. de compoſ. pharmacõ. ſecundum locos cap. 2. ſicuti neque ſcabiem, neque lepram iam appellamus, quæ ex impetigine oritur, & lib. 1. de differentijs febri. ca. 3. tales cibos (id eſt, praua cibaria) hodie quoque vrgente fame plures coacti comedere, nonnulli quidem à putridis, ac peſtiferis febribus interierunt, nõnulli autem puſtulas inſtar ſcabiei, ac læpræ in corpore contraxerunt. An ex his non conſtat ſeparare Gal. lepram ab elephante, à lichene, & impetigine, atque ab ſcabie, atque iuxta lectionẽ quorundam à pſora? quid igitur dicendum erit?

Impetigo in lepram pſoram & ſcabiẽ trãſire ſolet.

Lepra vnde.

Dilucidabatur ambiguitas hæc enumerando nonnulla huic rei congenea, primo lepra dicitur à leporia, id eſt, erupna ſiue periculum (vt docet Simon Ianuenſis) non ſolum pro contagio, ſed pro morbi natura, & inde inter euidentes morbos enumeratur à Gal. lib. de differentijs morborum cap. 5. §. nam & eryſipelata, lepræ, &c. & toto genere eſſe præter naturam, docetur eodem lib. cap. 8. §. nonnulla vero ſunt, quæ toto genere ſunt præter naturam, veluti lumbrici, & lepræ. Et inde liquet, quod ſi aliquando in ſacris literis non pro morbo, ſed pro immundicie accipiatur, referente Muſa ex Beato Auguſtino, reuera lepra morbus abſolute & quid præter naturam toto genere iudicatur: licet non æqualiter lædat pro eius ſpeciebus; & inde lib. 6. de ſimplic. medic. facultati, habetur, lepræ aliquot affectiones ſunt leuiores; qui for-

taſsis

Digitized by Google

raſsis locus occaſio fuit aliquibus, vt aſſeueraſſent, elephantiaſim lepram, & ſcabiei aliquam ſpeciem eſſe eiuſdem naturæ; cum viderint iuxta cutem eluceſcere aut nigrum, aut leoninum colorem: cum reuera differant, etiamſi in cauſa coeant, propter illud vndecimi de ſimplicium medic. facult. §. quibus ergo affatim eſt malus ſuccus in corpore, iis ingens prouenit pediculorum numerus, & à cute, ceu ſquama abſcedit, ac decidit extima cutis (quam Græci uocant epidermida, ad quam ſiſtuntur, ac retinentur craſſi, terroſique humores ad cutem protruſi, à quibus quidem pſoræ, lepræ, & elephantes naſcuntur: ſtat autem diſcrimen penes hoc, quod eſt profundius infeſtare: nam elephans depaſcitur non ſolum cutem verum & carnem vſque ad oſſa: minus lepra, pſora ſuperficie tenus. Secundo certum poteſt recipi, non eſſe opus humorem melancholicum ad hæc efficienda putrefieri vſque ad incinericationem, vt quidam ſiniſtrè arbitrantur: ſecus cum dicentibus humores putrefieri extra vaſſa ad febres, aſſeuerandum eſſet, quartanam febrem concomitari lepram: ſed ſufficit alienari, aut pro multitudine, incraſſatione, mutatione, & immotione ſeu inculcatione in membris: ſicuti expreſſe deducitur ex Galeno, lib. de ſymptom. cauſis 2. capite 6. §. quippe illotos, & ſordidos, & qui cruditate laborant, & qui nutrimenta mali ſucci comedunt, hos pruritus exercet, multoque magis ſcabioſos & leproſos: propterea quod in his affectibus & copioſior, & craſsior eſt vitioſus ſuccus: & per hoc ſufficienter diſtinguitur à cancro, cui aduenit cauſa melancholia aduſta: & ab ſtiomeno putrefacta: neque viſciditatem, craſsitiem, & terreſtreitatem eſſe impedimento contagioni eſt credendum: libenter etenim cum his cauſis Auenzoar lib. 2. tract. 7. c. 12. fatentur contagionem lepræ, & Auicenna fen. 3. lib. 4. tract. 3. capite 1. & patrocinatur huic parti illud Gale. 4. de differentiis pulſuum cap. 1. quo pronunciauit, pſoram eſſe contagioſam, quare igitur non lepram ortam ab eadem cauſa cum maiori infeſtatione? Vnde Alexander Tralianus 2. problematum problemate 42. dum negat contagionem lepræ abſque dubio de alia cutis infectione loquitur, aut quod negatio neget ſolum intenſionem contagionis, non contagionem abſolute: nam in hoc etiam ſenſu intelligendus eſt Ariſtot. 7. problema. ſectione vltima, cauſæ lepræ ſcribuntur ab auctoribus diſtemperies calida, & frigida hepatis, inquantum cauſa eſt generationis prauorum humorum, aut aduſtionis, aut mala totius corporis

Pſora lepra & elephantiaſis diſtinguuntur.

Cauſæ non expoſcunt quamlibet putredinē.

Ex craſſo humore morbi poſſunt eſſe contagioſi.

Cauſæ lepræ.

poris complexio. Videre eſt apud Auic. loco allegato cauſæ materiales cibaria praua, ſatietas, repletio, & comeſtiones ſuper ſatietatem: vnde dicitur à Gal. lib. de ſuccorum bonitate, & vitio, c. 1. conſumptis itaq; hieme ijs, quæ facta reliqua fuerant: agreſtes neceſſario vere toto ſucci praui alimentis veſcebantur, adhibitis ad cibi vſum, arborum, fructicunque germinibus, ac turionibus, bulbiſq;, & ſtirpium ſucco malo præditarum radicibus: pleraq; præterea, agreſtia, quæ vocant olera, prout cuiq; horum ſe copia ſuggerebat abunde ad ſaturitatem vſque ingurgitantes, ſimul herbas virentes totas edebant elixas, quas antea nunquam neque periculi quidem faciundi gratia, deguſtauerant. Itaque videre erat ex his quoſdam deſinente vere, pleroſque certe omnes ineunte æſtate, vlceribus in cute quam plurimis correptos, quorum non vnica eſſet in omnibus facies: ſiquidem eryſipelas alia, phlegmonem alia referebant, atque alia herpetem, ſicuti impetiginē alia, & pſoram & lepram alia. Deſcribitur etiam cauſa opilatio pororum, ſplenis, & debilitas tractricis reſpectu maſæ ſanguinariæ & expultricis eiuſdem ſplenis: inde enim nō mundificatur ſanguis, ab humore melancholico ſuffocatur natiuus calor, corrūpitur habitus totius, & refrigeratur. Et propterea dicitur com. 3. in progn. Hip. ſuper prog. 28. lepra contingit ſenioribus, & lib. de bonit. & vitio ſuccorum c. 14. in quibus ſuccus malus melancholicus exſuperauerit, his cancri, & lepræ, & pſoræ eueniunt. Enumeratur itē inter cauſas aeris infectio, & leproſorum cohabitatio iuxta placitum Aetij, ut referunt lib. 4. ſer. 1. c. 120. illud tamen nō videtur ſilentio prætereundum, quod aſſerunt, quod ſi mulier cohabitet cum leproſo, non coinquinetur à lepra: ſi vero vir accedat ad leproſam fœminam, fit leproſus: nam illud quod per fricationē non remanet infectio in muliere, ſed in viro, non ſatisfacit: quandoquidem non videtur, quare etſi per fricationem in mulieribus nō remaneret infectio in partibus fricatis, non poſſet pro vaporibus alibi exſpiratis non coinquinari: vnde ſi illud contingit reducēdum eſt in craſsitiem vaporum, qui eleuantur à mulieribus, & tenuitatem illorum, qui ab hominibus ſubleuantur. Parentum lues cauſa etiam exiſtimatur: vnde dicitur hæreditarius morbus: videre eſt apud Alzarabium lib. pract. tract. 31. c. 2. & ad hoc genus reducitur conceptio in diſpoſitione menſtruorū, vt expreſſe Haliabbas lib. 8. theoricæ c. 15. inter cibaria praua præter enumerata lib. illo de bonitate, & vitio ſuccorum pro cauſis recenſentur

Mulier nō coinquinatur a lepro ſo, & ſi e contra eueniat.

Lepra hæreditarius morbus.

vſus

vſus carnis ſalitæ, craſsi alimenti, aſinorum, & lentium: & hinc dicebat Auic. loco præfixo & quoniam aggregatur caliditas aeris cum malitia cibi, & eius eſſentia ex genere piſcium, & carne ſalita, & carne groſſa, & carnibus aſinorum, & lentibus proculdubio eſt, vt veniat lepra: quod videtur etiam confirmare Gal. 2. lib. de arte curatiua ad Glauc. c. 10. etiamſi ſit de cancro, & de elephantiaſi 5. in Alexandria vero plurimum generatur ob victus rationem, comedunt enim farinam elixatam, & lentem, & cochleas, & plura ſalita, & nonnulli ex ipſis carnes aſininas, & alia quædam, quæ craſſum & melancholicum humorem generant. Aliam etiã cauſam lepræ adſcribit Plutarchus in quęſtionibus naturalibus, quæſt. 6. referente Mercuriali loco ſupra citato, his verbis, quod qui ambulant inter arbores rore plenas capiuntur lepra eo quod, vt dicebat laicus, ros ille mordicat, & excoriat corpora; vel quia res adhærens arboribus abradit ab ipſis corpuſcula quædã acria, quæ poſt modum adhærẽtia corporibus humanis, ipſa excoriãt, & lepram inducunt. Accedit etiam, quod ros corpora colliquat: cuius ſignum illud adferunt, quod mulieres, quando rorẽ colligunt veſtimentis, ſi ſint pingues, valde extenuantur, vt etiam ſcribunt Geoponici, boues, quando herbis rore plenis paſcuntur, emarceſcere. Ceterum hæc doctrina non vacat difficultate: nam ſi ſcabies ab eadem cauſa, aut remiſsiore, aut minus corrodente euaneſcit, dum roribus ſe lauant multi, quomodo à roribus fit lepra? Tum pro confirmatione de animalibus, ſunt qui dicant, paſtores pingueſcere quibuſdã irroratis herbis oues, arietes, capras, & boues: quamobrem videtur dicendum hoc, & illud euenire pro diuerſis menſibus anni, & pro diuerſis arborum, & herbarum naturis modificantibus temperiem roris. Hinc, vt quis legere poteſt apud Donatum ab Altomari, lib. de differentijs ac viribus mannæ, reperiuntur mannæ non eiuſdem ſpeciei: neque vnum & eundem modum concretionis & coagulationis habentes, ſed valde diuerſum, quanuis ab eadem cauſa efficiẽte ſint, frigore inquam. Hinc etiam quidam temporibus anni paſtores cohibent capras à paſtu ladæ, alijs libenter illum eis permittunt.

A rore arborũ lepra.

Manna diuerſæ operationis.

Iuxta noſtrum inſtitutum ſiue elephans, leonina alopetia, & tinea ſint recipienda inter ſpecies lepræ, ita quod multæ ſint illius ſpecies, ſiue ſecus, ſiue fuerint ſeparandæ, & diſtinguẽdæ penes malitiam cauſæ materialis, ſiue per maiorem, aut minorem fixionem, aut miſtionem cauſæ cum alijs humoribus à melancholia,

dicendũ

dicendum eſt abſque dubio, cognita lepra, non fore denegandam licentiam à medico tempore interdicto ab Eccleſia ſancta ad carnis cõmeſtionẽ. Huius ipſa eſt ratio, quia, vt in elephantiaſi propter tantam corruptionem tam mali humores ſolent carnes depaſci vſque ad oſſa: ſic in lepra: vnde & lepra in elephantiaſim ſolet mutari, & è contra, vt liquet ex ſuperioribus lib. ſcilicet de ſubfiguratione empirica, & 10. de ſimpl. med. facult. neque id eſt, difficile, nam ſi humores, qui in cute faciunt lepram carnes totas, aut magnam partem oppleant, faciunt elephantiaſim: rurſus ſi humores in carne contenti, qui faciebant elephantiaſim, ad cutim con-

Quomodo humores lepra & elephantiaſim generent.

uertantur, faciunt lepram: ipſa vero fit nota, quia præter quam ꝙ incipit forma fieri fœda, facies terribilis, & denigratur color, ſicuti oſtendit quotidiana experientia, & docet Serapion tract. 5. ca. de lepra 6. & incipit inflari facies, & turpis fit aſpectus eius: apparet in oculis offuſcatio ad rubedinem decliuis: videre eſt apud Auic. lib. & fen. cita. ca. 2. Alzarabium lib. ſuæ practicæ tract. 31. cap. 2. difficilis reſpiratio, ſicuti placuit Aetio lib. 4. ſer. 1. c. 120. & Alzarabio loco delineato ſupra: ſequitur fœtor anhælitus, & ſudoris, & corrumpitur armonia vocis, & mutatur ad locutionem

Signa lepræ

reſonantem rauce. Cadunt poſt hoc pili ſuperciliorum, & pili palpebrarum oculi, multitudo in ſternutatione, nigreſcunt venæ in pectore, & fronte iuxta nares, ſudor totius fœtet apparent accidentia ſignificantia victoriam humoris melancholici, ſicuti ſomnia terribilia mala: mores mali melancholici, & doloroſi, & ſentiunt in ſomno veluti grauedinem maximam, veluti in incubo, vt docet Aetius loco nuper ſcripto: pili veniunt in ſubtilitatem, ex Rhaſio lib. diuiſionum cap. 120. vrina tenuis eſt: vt placet Gilberto, adhuc iuxta diſpoſitionem humoris redundantis, prout cũ vnoquoq; ſolet reperiri: quia vitiatæ ſunt coctiones: cũ amplius augetur, augentur & hæc omnia, ex naſo & capite decidunt pili: additur conſtrictio anhelitus, donec peruenit ad difficultatem vehementem, & dyſpneam magnam, labia in tumorem eleuantur, & dinegrantur: vt videre eſt apud Galen. lib. de cauſis morb. capite 7. apparent puſtulæ in gula ex Guillielmo; ſuper corpus additio glanduloſa, ſimilis animali, quod græce nominatur ſatos, ex Aetio lib. 4. ſerm. 1. capite 120. ſi vlterius progrediatur, corroditur cartilago naſi: & inde decidit naſus, & extremitates, iuncturæ membrorum, vngulæ ſuperiores, & vlceratur, quod apparet de corpore: & apparent in corpore, & vniuerſa facie eminentiæ,

ſeu pu-

ſeu puſtulæ duræ,& lapideæ,quod docet Serapion loco citato,& ego quidem vidi ſemel.Pulſus debilis eſt,quia debilis virtus, paruus tardus & rarus 4.de cauſis pul.cap.25.quia vſus eſt diminutus,& inſtrumentum inobediens propter frigiditatem præualentem in lepra. Sed dices Aetius cap. 125. Pro elephantiaſi conceddit,ex oleribus betham,& porrum capitatum duabus aquis edulcatum,lactucamque,& caparris ex aceto mulſo: ex mari vero herinacei recentes,oſtrea,pelorides,pectunculi, tellinæ cum betha coctæ,& ſalſamentum vetus ex aceto mulſo,oua ſorbilia, halica lota,& lac cum melle, conceduntur omnia tamen cum pane. Ex oleribus,præterea malua,rumex, ſiſarum,lactuca,feris, fœniculum,ficus,cœtæ,atque piſcis molli carne non graue olens,oryza, vua arefacta,pyrum coctum in aqua mulſa,ſimiliter & cotonea, vnumquodque certo pro coniectura modo:ex dulciarijs mellitis, placenta ex amygdalis modice toſtis,& paucis pineis nucleis, & cnici ſemine contuſo, & cribrato ac modico pipere apparata: ex bellaris aliquid,ex caricis aridis,vbæ paſſæ pinguæ,amygdalæ toſtæ,piſtatia, & terebinthi toſti, & cicer toſtum.Habes ergo à grauiſsimo viro materiam copioſam pro condiendis alimentis tempore quadrageſimæ ad elephantiaſim: ergo multo ſecuriùs ad lepram,abſque carnis eſu.Ceterum quia affectio maximæ eſt conſiderationis,& ei illa multa mala ſolent certe aſſotiari:& quia multa ex hiscibarijs videntur interdicta â Gal.pro elephantiaſi,& lepra,inde arbitror, abſque periculo conſcientiæ poſſe medicũ ſuã interponere auctoritatem ad carnis comeſtionem tempore interdicto ab Eccleſia Sãcta Romana,patiẽtibus elephantiaſim,leprã, atq; luem Gallicam, in qua pili,& partes ſolent cadere,ſicuti in lepra & elephantiaſi pro malitia materiæ:eius tamen ſigna c. de arthritico dolore ſatis colliguntur. Quid vero ſentiendum ſit de ſcabie cutanea affectione ex melancholico humore, vt colligitur lib.de tumoribus præter naturam c.13. 7.apho.40.lib.3.de alim. facul.c.2.lib.de bonit.& vitio ſuccorum c.14.ſ.at, quorũ ſuccus malus melancholicus fuerit cancris & lepræ, & pſoræ, dicendum iam ſupereſt.

Pro lepra quadrageſ. malta.

Pro lue Gallica lepra, & elephantiaſi datur caro.

De Scabie.

ETſi,cum Gal.lib.de differentijs morborum, Arabũ ſchola,vt liquet fen.2.lib.1.doctri.1.cap. 5. fateatur morbum euidentem eſſe ſcabiem; tamen circa cauſas eius non multo alligantur: nam vt

nam vt conſtat ex locis citatis apud Gal. melancholiam eſſe eius radicem patet præcipue. Auic. vero fen. 7. tract. 3. lib. 4. ca. 6. cum Haliabbate lib. 8. theoricæ c. 17. & lib. 4. practicæ c. 6. materia, ex qua generatur ſcabies, aut eſt materia ſanguinea, cui admiſcetur cholera, quæ forſitam conuerſa eſt in melancholiam: aut conuerſa eſt pars eius in melancholiam, aut materia ſanguinea, cui admiſcetur phlegma ſalſum, baurachium: vbi ex verbis Auic. conſpicue colligitur, materiam ſcabiei eſſe ſanguinem varijs qualitatibus refertum, modo melancholicis, modo ſalſis & pituitoſis, & eandem ſententiam videtur amplexari Serapion tract. 5. de ægritudinibus cutis c. 5. illis primis verbis, euentus huius ægritudinis fit ex ſanguine groſſo, qui putrefit. Actuarius etiam lib. 2. meth. medendi c. 11. ſic docet, lepram melancholicus ſuccus committit: ſed ſcabiem varij humores, eorumq; variæ miſcellæ conſtituunt. Nodum hunc inquit diſſoluendum Hiero. Mercurialis, lib. 2. de morbis cutaneis dicẽdo, duo genera ſcabiei inueniri, alterum ſiccum, alterum vero humidum, ſiccum genus ſcabiei (inquit) appello, in quo vel nihil emittitur, vel illud quod exit craſſum, terreũ atque ſiccum eſt: humidum autem in quo materia ſanioſa, humida, ſubtilis, & acris: vt craſſa, atque ſordida educitur inania, ſi de ſicco genere ſcabiei loquamur, profecto iſtud efficitur à ſucco melancholico per exſuperantiam, quod ſcilicet tametſi alij humores concurrant ad generationem huius ſcabiei, tamen maior pars materiæ eſt melancholia: & hoc facile intelligi poteſt ex colore, quãdo illi, qui arida hac ſcabie exercentur, vlcera, & ſtigmata liuida ac nigra ſemper gerunt. Cum igitur Gal. dixit ſcabiem eſſe affectum melancholicum, intelligit de ſcabie ſicca, & intelligit affectum eſſe melancholicum per exſuperantiam, hoc eſt, quod maior pars materiæ efficiens hunc morbum eſt materia melancholica. Itaque & Gal. & qui eum ſectati ſunt, vbi dixerunt ſcabiem eſſe affectum melancholicum, de ſicco genere loquuti ſunt: Arabes vero, & qui eos ſequuntur, cum locuti ſunt de omni ſcabiei genere, tam ſcilicet de arido, quam de humido, merito dixerunt fieri illam ex omni humore, videlicet tam ex craſſo, & ſicco, quam ex humido & ſubtili: etenim ſi videamus generationem humidæ ſcabiei, profecto ad ipſam producendum concurrit pituita ſalſa, concurrit etiam vtraque bilis, interdum ichor bilioſus, interdum etiã concurrunt omnes iſti humores, vt iure dictum ſit ab Arabibus, ſcabiem, prout complectitur tam humidam, quam aridam, fieri ex omni

De cauſa ſcabiei diſſenſio.

Auic. opoſitio de cauſa ſcabiei.

Scabiei duplex ſors.

Gal. mens de ſcabie.

omni

omni humore. Et ad Auicennam, quod loquitur de ſanguine nō puro, ſed craſſo, & commixto ſalſedine & acrimonia, & alijs huiuſmodi. Aſt, ſi quis legat ipſamet verba, quæ nos adduximus ex Auic. perperam ei videbitur illa reſponſio: nam inquit, ex ſanguine cum cholera, aut quæ conuerſa eſt in melancholiam, &c. Secundo ſi Auic. ſubdit ſtatim, & prima quidem eſt ſcabies ſicca: quod etiam expreſſe docuit Rhaſius lib. diuiſio. cap. 121. & materia ſicca ad groſsitudinem decliuis; & altera eſt ſcabies humida, & humiditas eius eſt humiditas ad ſubtilitatem decliuis, quo modo Mercurialis ſibi imponit illam diuiſionem ſcabiei? Tertio nunquid Gal. lib. 2. de cauſis ſympt. cap. 6. docet qui cruditate laborant, & qui nutrimenta mali ſucci comedūt hos pruritus exercent, multoque magis ſcabioſos, atq; ex nitroſis, ſalſis, & amaris poſſe ſcabiem originari, & illo 1. cap. lib. de bonitate & vitio ſuccorum, ex oleribus elixis, fructuumque generibus id fieri: an iſta ſcatuere ſemper, primo melancholia: an vero vltimo, contra ſuas naturas & temperies? Deniq;, nunquid luce clarius Gal. 3. apho. ſuper apho. 20. docet, ſcabiem ab omnibus humoribus poſſe eradicari §. illo, quibus vero vicem purgationis humorum, qui ſunt in profundo corporis exercitio ſuppleuerit, ad cutem euocās malorum humorum abundantiam, his & vlcera & ſcabies inde generatur? Tum quia inter vernos morbos enumeratur ab Hipp. & Gal. loquitur ergo alijs locis ſecundum vltimum, & vniuerſalius quod euenire ſolet: inde tamen non negat ab alio poſſe fieri ſucco, quam melancholico: ſed nos iam omnia cauſarum genera in medio introducamu; vt & illud magis luceat. Enumerātur ergo inter primitiuas cauſas ſcabiei ætas nimirum iuuenilis, & puerilis; atque ſenilis etiam: priores quia imprudentes ſunt in victu, plurimos cibos aſſumunt, & plurima excrementa gignunt atque cruditates, & opilationes propter immodicum exercitium, & intempeſtiuum ab aſſumptis cibis: ex calore etiam, & ex laboribus ſanguis acrior euadit, & in ſenibus propter otiū, & quia non mūdantur à recrementis. Hinc inuenies ſcriptum apud Gal. 4. lib. de ſanitate tuenda capite 4. ſcabies ſæpe affectus eorum eſt, qui facile malum ſuccum congerunt, illo apho. 20. libro 3. quibus vero vicem purgationis humorum, qui ſunt in profundo corporis exercitio ſuppleuerit ad cutem euocans malorum humorum abundantiam, his & vlcera & ſabies inde generatur 6. epid. comm. 5. text. 34. quod ſi corpus impurum exerceas vlcera fient: & hinc

Mercurialis aduertitur.

Scabies inter morbos aernos.

Cauſæ primitiuæ ſcabiei prima ætas, &c.

etiam arbitror dictum in lib.6. de mor. vulg. comm.4. ſuper text. 9. ſcabiem habere medicum eſt turpiſsimum, quaſi dicat: quia tenetur rectam in illis omnibus ſeruare viuendi rationem, neque eſſe, vt illi, qui neque mutant indusiū, neque abluunt ſordes, & prauos aſſumunt cibos & intempeſtiuę, aut otioſe vitam ſuam degunt. Secūdo, anni tempora iuxta illud Auicennæ 1. parte canticorum, autumno fieri aridam ſcabiem, hieme humidam contingit. Tertio edulia, inter quæ primo omnia ſalſa, vt carnes, & piſces, amara, acria, vt cœpe, allia, porrum, vt latè docet Auicenna loco allegato §. aut propter cibos malos, ex quibus generatur chimus malus, acutos, ſicut ſunt cibi ſalſi, & acuti, & ſimiles eis. Gal. 2. de ſymptomatum cauſis capite 6. & illis verbis ſupra adductis de bonitate, & vitio ſuccorum: Seneca etiam libr. 3. naturalium quæſtionum cap. 25. refert quaſdam aquas ſcabiem afferre corporibus: temperies etiam quaſdam recenſere inter cauſas primitiuas videtur Galenus illo lib. 4. de ſanitate tuenda cap. 4. citato: tū etiam & contagium lib. de differentijs pulſuum, quo aſſerit, quæ dam morborum genera contagio acquiruntur, inter alios annumerauit ſcabiem: & huius poteſt eſſe ratio, quia in ſcabioſis ex ſuperficie emanat quædam humiditas viſcida, & tenax, quæ facile adhæret corporibus vicinis, & facile communicatur â corpore in corpus. Debilitas virtutis expulſiuæ inter cauſas ſcabiei recenſenda eſt, non ſolum poſt morbos, vt refert Serap. tract. 5. cap. 6. & Auicenna loco allegato §. aut retinetur propter debilitatem expulſiuæ, ſicut accidit decrepitis in fine ægritudinū, & proprie quando materia eſt plurima, & craſſa, ſed quotieſcunque adeſt malus ſuccus, qui mouetur vſque in cutem efficiendo puſtulas, & non exhalatur defectu expultricis in ordine ad tantam materiam, aut tā craſſam. Aer item inter cauſas ab alijs enumeratur, ſed omnes reducuntur ad primitiuas, antecedentes, vel coniunctas: verum ſiue ſit ſicca, ſiue humida, ſiue in hac, vel in illa ætate, ab hac, vel ab illa cauſa, non eſt quare concedatur ſcabiem habentibus, niſi aliud adfuerit, licentia ad carnis comeſtionem tempore prohibito ab Eccleſia ſancta: ſufficit enim ex illis, quæ docuit Aetius ſupra, parare cibaria quadrageſimalia: dummodo ab oleis abſtineant, quia illis nocent, vt videre eſt apud Auicennam loco ſupra præfixo §. & olea nocent eis: neque periculum imminet ex comeſtione quadrageſimalium, dummodo eius cura non protrahatur in longum poſtea: quia mutabitur

Scabiē habere medicum turpe.

Ex quibus edulijs ſcabies.

Scabies contagione inſurgit.

Cū ſcabie negatur eſus carnis.

ſabitur in lepram, & multiplicabitur, præcipue in autumno: tunc etenim, id eſt, ſi diu protrahatur eius cura homines facit deformes, vt legitur illo 6. epid. adducto: nec opus eſt, vt iecur ſit affectum neceſſario: & ſi aliquando per contagium contingat: ſi vero affectus cognoſcatur, aut alia pars cuius affectus expoſtulet carnis comeſtionem, aduertendum eſt, non eſſe concedendam licentiam, vt ſimul in paſtu concedatur caro ſuilla, nam ſcabiem adauget: & inde ſcribit Plutarchus 4. ſymposſiocarũ 5. Iudæos, & barbaros abhorruiſſe ſuillam carnem, propterea quod gens illa obnoxia ſcabiei fuerit valde. ſues autem etiã eadẽ affectione laborant. *Suilla caro non arridet ſcabioſis.*

Rogabis forſitam, ſi ſeruanda non eſt eadẽ regula pro elephantiaſi, & ſcabie, & vtriſque adeſt pruritus 2. de ſymp. cauſis c. 6. & vtrique non fit iuuatio, etiam ſi accedat excoriatio: per initia ſolet vtriſque aduenire rubedo, quando ſunt à ſanguine: quin potius & poſtea tantam conſequuntur ſimilitudinem, vt dicat de ipſis Leonardus Fuſius lib. 5. de medendis morbis cap. 6. & capite 16. ſcabies, quæ Græcis pſora dicitur ſummæ cutis aſperitudo eſt pruriens, in qua corpus paulatim abſumitur, & de elephantiaſi, in ea inæqualiterq; aſpera craſſa, & veluti ſcammis fœda cutis redditur. Verum etſi quæuis originem ducant, ſeu adducere ſoleant ex atrabile ſanguineque craſſo & fœculento, ſiaua bile nimium vſta, aut pituita ſalſa: per accidentia adhuc ſtantibus illis primis communibus ſeparantur: nam elephantiaſis vniuerſi corporis cãcer eſt: ſic vocatum malum hoc, quod corio elephantis cutis in eo perſimilis videatur: tum quia ſic laborantes ſimiles ſunt Satyris, & inde ſatyriaſis dicitur etiam hæc affectio lib. de cauſis morb. cap. 6. peruenit & etiam fœtor quam citiſsime his, ſcabioſis vero nõ, niſi poſt longũ tẽpus pro more humoris putridi in his & illis: tũ furfurea corpora magis minusvè ſecuntur ſcabiẽ; elephãtiaſim vlcera: ſcabies ſumã corporis cutẽ excedit: & ſolũ per initia in manibus, & fœmoris partibus internis lucet: elephantiaſis potius in facie, quæ aut liuens, aut multum rubens per initia, aut diuerſis maculis ad atrum vergens colorem ferina redditur. Et inde iſta à pruritu ſecernuntur, quod neque hæc, nec illa accidãt: ſed ſolum ſcalpendi aſsidua cupiditas. Vnde malum de ægri ſermonibus prompte dignoſcitur: licet cauſas ſupponat ſæpe, vt illa duo: videre ſtat expreſſè apud Gal. Auicen. & reliquos locis ſupra delineatis. Iudicium vero obſeruandum erit, ſicuti de ſcabie ad cibationem tẽpore interdicto: nã cum potius habeat cauſas remiſſas, *Scabies quid.* *Separãtur ſatyriaſis, & ſcabies ſuis ſignis.*

quam ſcabies, ſicuti & illa nunquam periculum inuoluit; imo vt plurimum ſolet homines liberare à morbis pluribus imminentibus, nam quantumuis, vt dicebat Plato in Philebo, in ſcabie, & pruritu plus adſit doloris quã delectationis, eo quod illud, quod intus eſt, feruet & gliſcit, neque poſsit perfricando extra produci: ſed tantum exagitatam cutem attingere, ideo ab intimis ad extima perueniunt humores & à morbis liberantur homines, pariter & pruritus. Vnde præuiſo toto in vtroque euentu iuxtà indicationem cauſæ per ſanguinis miſsionem, aut expurgationem, aut vtrumque: quandoque à pruritu multos liberaui miniſtrando fol. ſenæ vnc. ſemiſſem in vncijs quatuor ſeri lactis, facta infuſione per noctem per aliquot dies: ab ſcabie, hoc linimento abſq; tetro odore ſulphuris, & ſublimati, & argenti viui. Recipe olei communis vnc. octo, olei roſati vncias quatuor, radicum iridis, & peucedani ana. n. tres mediocris magnitudinis: frigantur in oleis vſque ad torrefactionem; poſtea radices perde extrahendo, & aſſume oleum, quod ſupereſt, & pulueris vtriuſque radicis partes æquales, & ceræ quod ſufficiat pro vnguento. Alij vtuntur hoc vnguento, quod deſcribitur de Vega. Recipe therebentinæ & axungiæ porcinæ ana lib. j. pluries lauentur puriſsima aqua, donec candidiſsima reddatur, quibus admiſcebis ſulphuris viui vncias ij. ſtoracis liquidi vnc. ſemiſ. aquæ roſarum quantum poteſt imbibi, deinde adde ſucci limonum vnc. iiij. miſce, & fiat vnguẽtum. Alij hoc habent maxime probatum, quod vocant *De Alderete*. Recipe butyri vaccini loti, therebentinæ lotæ ana. vnc. quinque, aluminis vſti vnc. ij. ceruſæ vnc. j. ſublimati, drac. ſemiſ. ſucci limonum vnc. iij. fiat vnguentum: quidam iſto vtuntur ſolum vngentes tantum articulos, ſibique imponunt illud, cum tamen ad literam deſumpſerint ex Meſue ad finem vndecimæ diſtinctionis de vnguentis, & de emplaſtris. Recipe axungiæ vnc. quinque, olei laurini, argenti viui, cere mundæ, thuris albi puluerizati, ana vnc. ij. ſalis communis vnc. viij. de ſucco plantaginis, & fumi terræ ad libitũ (auctores illo vtentes hodie, ana vnc. ij.) cõfice ſic ceram, & axungiam expurgatam (nouam) à tella ſua, & oleum laurinum mitte in ſtagno cum ſuccis, & pone ad ignem, & bulliant donec liqueſcant; & adde puluerem ſalis cõmunis, oliuani, & maſtichis, in ſupra dicta quantitate, & bulliant vſq; ad perfectam decoctionem, & poſtea depone ab igne, & adiunge argentum viuum cum ſaliua extinctum, & cum pauco olei prædict

Pruritus quid.

Ad pruritum remedium.

Ad ſcabiẽ expertum.

Ad ſcabiẽ vnguẽtum Alderetí.

Ex Meſue aliud.

Digitized by Google

prædicti miſce bene cum ſpatula. Expertum etiam eſſe dicit Meſues, & quod vſus eius ſit ſic: vnge palmam manuum, & frica fortiter in ſero vſque ad octo dies. Rogabis ſecundo, ſi à tot cauſis poteſt habere radicem ſcabies, an medijs aliquibus ſignis poſsimus illud percipere: vt recte, ſi quandoque vniuerſalia ſunt anteponenda remedia, vt plures faciunt, & facere eſt opus; nota ſit inceptio à ſanguinis miſsione, vel ab expurgatione: tum etiam, vt genera ipſius ſcabiei dignoſcantur. Arabum ſchola locis ſupra ſcriptis docet, ſi ſit à ſanguine excedēte ſcilicet pruritus iocundus eſt, & ſuauis: humiditas repręſentatur cū puſtilis acutis, potius quā latis: quia pars eius tenuis facillime fere ſurſum eleuatur, aſperitas non eſt notatu digna, color magis tendit ad rubedinem, quia talis eſt coloris humor peccans, nulla erit fiſsura; feſtine generabit ſaniem, propter promptitudinem ad putredinem. Si à pituita pruritus non eſt admodum intenſus, ſed inſuauis: color vergit ad liuiditatem, & ſubalbedinem: humiditas apparebit multa cū puſtulis craſsioribus, & latioribus, non etenim inſunt ei partes, quæ in efferueſcentia, aut putredine poſſint in altum protrahi, & inde extenduntur, & inde dum exſiccatur, & ſcalpitur, ſquamæ latiores & furfuracea ampla eleuantur, ante vero ſanies generatur, ſed tarde, ſi à pituita ſalſa, pruritus moleſtior, quia intenſior, puſtulæ mediocres, tardius apparet ſanies, & color tendit ad liuorem: ſi à bile pruritus erit magis & acerbus, & auctus, puſtulæ acutiores, & ſiccæ: & ſi quid emanabit, erit materia aridior, aut bilioſa, & ichoroſa, color incute pallidus lucet, vel ſubpallidus: ſi à melancholico humore, docent Arabes, quod pruritus erit debilior, ſed profundius ſentitur, non adeſt ſanies, aut ſi quid eius, paucū erit, craſsum: atque minime mordax, color aut plumbaceus, fuſcus, vel niger. Verum doctrina Arabum intelligi nequit: niſi dū melancholia multo ſanguini ad miſta faciat pruritum, cū illa per ſe multum irritet, vt liquet in horrore quartanæ exquiſitæ: tum quia dictum eſt à Gal. illo ſupra adducto cap. 6. ex lib. 2. de ſymptomatum cauſis 5. multo magis ſcabioſos, & leproſos prurritus exercet: propterea quod in his affectibus & copioſior & craſsior eſt vitioſus ſuccus: nā licet tibi videatur affirmare Gal. vrticā, ſcillā, & muriam, & cetera ſic illud efficere: reuera tanquam cauſæ remotæ enumerātur à Galeno: nam proxima vitioſus ſuccus melācholicus ponitur. Sed quātumuis in omnibus generibus ſcabiei adfuerit pruritus, non tenet, quod vbi eſt pruritus, adeſt ſcabies; nā

Signa ſcabiei à ſanguine.

Si à pituita.

Scabies à bile.

Scabies ab humore nigro.

Digitized by Google

nō in omni pruritu eſt ſcabies propter diſpoſitionē, nanq; materia & locus, in quo remanet, efficit aut ſolū pruritū, aut in ſcabiē prorumpit. Rogabis fortaſsis vltimo, quæ mihi fuerit ratio, quare explicando omnes paſsiones, quæ accidunt humano corpori ſine febre, à vertice capitis, vſque ad pedis digitos, ab intimis viſceribus vſque externiſsimam cutem, per ſuas eſſentias, ſigna, cauſas, & prognoſtica curationem ſubticui vniuerſalem? Reſpōdeo breuiter, quia copioſe ſatis noſter Doctor Mercado acutiſsime & vtiliſsime ipſis omnibus nunc curationem adaptauit: Donatus ab Altomari, Chriſtophorus à Vega, Rondoletius, Hierony. Mercurialis, & alij quam plurimi huius noſtræ tempeſtatis, à quibus ſecure, medice incipiens, potes copioſe accipere methodum, & remedia: vtpote quod huius ętatis hominum vires metirentur, atq; medicamentorum poteſtates: ordinem vero iuxta noſtrum inſtitutum conticuere omnes: faxit Deus, vt & hæc noſtra corrigant in laudem noſtri Dei omnipotentis, ne amplius extendantur errores medicorum incipientium concedendo licentias ad carnis eſum tempore interdicto ab Eccleſia Sācta Romana: nos etenim ſolum id intendimus, & inde curauimus, quantum noſtri fragilitati fuit datum, illas ſtatuere regulas eradicatas à morborum eſſentijs & prognoſticis, cauſiſque, adducendo remedia millies feliciter Dei miſericordia comprobata, quæ particularia fere ſunt.

Curatio morborum vniuerſalis ſubticetur, & propter quid.

De tempore, quo incepit eſus carnis.

CAPVT XII.

ADmirabitur fortaſsis quis de noſtris ſtrictis ad concedendam licentiam tempore interdicto ab Eccleſia Sancta Romana eſui carnis regulis, hucuſque à nullo ſcriptis, etſi fortaſsis mēte apprehēſis. Primo propter hoc, ſecundo, quia ſi caro cocta cibus familiariſsimus eſt homini; non modo ad ſanitatis cuſtodiam, ſed etiam ad morbi declinationem (lib. 2. de alim. facul. c. 6. cuius redditur ratio cōſpicua ſatis lib. 3. de alim. facult. c. 2. 5. illo ſed carnes quidem, cum probe concoctæ fuerint, optimum gignunt ſanguinem, & potiſsimum, ſi eę animalium boni ſucci fuerint) non videtur quare in morbis illis actu ſit deneganda. In cuius confirmationem facit illud B. Alphonſi Thoſtati Epiſc. Abulenſus ſuper c. 9. Geneſ. q. 2. 5. ſi tamen homines nūc

Ex carnibus cibus exactiſsimus hominibus.

Digitized by Google

nes nunc carnibus non vterentur, minus viuerent, cũ carnes mul tum ſint conuenientes cõplexioni humanæ: ergo ſi bene ſe habẽtes minus viuerent, nõ vtentes carnibus, ergo affecti aliqualibus morbis multo minus: proportionabiliter ſcilicet, hominibus corrũperetur virtus eſui carnis vacando illo tẽpore interdicto ab Ecclesia ſancta. Et cõfirmatum apparet ex eodem, ibidem ꝰ. vita autem hominis præſentis tẽporis diminuitur maxime propter malam cõplexionem ciborum, quæ quotidie peiorantur: igitur non abſre erit quærere ſimiliora alimenta, & meliora, quales ſunt carnes, vt legitur lib. de venæ ſectione aduerſus Eraſiſtratum, & lib. 8. met. c. 2. ꝰ. ita in pane puro, & ouis, & carne, & alica plurimum eſt, quod nutrit, minimum, quod eſt inutile. Deniq; Geneſeos illo 9. habetur vniuerſaliter, id eſt, non exceptando aliquam tẽporis differentiam: omne quod mouetur, & viuit, erit vobis in cibũ; quod eſt, inquit Abulenſis ibidem, de omnibus quæ mouentur in terra, poteritis aſſumere in cibum, quidquid volueritis: nõ debet hoc intelligi imperatiue, ſcilicet quod Deus mandauerit hominibus, quod aſſumerent cibum de omnibus, quæ mouentur in terra: & ſic tenerentur comedere de ſerpẽtibus, & de aliis animalibus venenoſis: quod repugnat complexioni humanæ, quod non conuenit. Ceterum haud recte mirabitur, ſi attenta mente conſiderauerit quanto atq; longo temporis ſpatio, homines ſalubriter vixerint, fruendo multitudine annorum abſque eſu carnis: quam hiſce temporibus cum illius comeſtione: tota enim prima ætate, quæ fuit ab Adam vſq; ad vniuerſalem cathaclyſmum, durante ſpatio 1656. annorum defuit eſus carnis, vt colligunt Doctores Theologi ex illo Geneſis 9. omnes piſces maris manui veſtræ traditi ſunt: & omne quod mouetur & viuit, erit vobis in cibũ: quaſi olera virentia tradidi vobis omnia, excepto quod carnem cum ſanguine non comedetis. Vnde Abulenſis dicit, hic dat (Deus) hominibus poteſtatem comedendi carnes, & piſces: ante diluuiũ nec erat vſus vini, nec carnium nec piſcium, ſed ſolis fructibus, & ſegetibus ſponte natis veſcebantur, vt ait Boethius de conſolatione libro ſecundo metro, 5. & Ouidius Methamorphorſeos lib. 1. circa principium. Altius tamen Thoſtatus rem agit hanc ſuper 13. c. Geneſ. q. 229. qua rogat, an homines in prima ætate comederint carnes? adducit primo, argumẽta pro parte affirmatiua, primo quod hominibus non fuiſſet vetitum à Deo: ſecundo ꝙ potius dediſſet illis licentiam, quando dixit dominamini piſcibus maris, &

Ex pane carne & ouis alimentũ optimũ.

Ante diluuium nec erat vſus vini carnis nec piſciũ.

Digitized by Google

volatilibus cœli, & cunctis animantibus, quæ mouentur ſuper terrã, &c. Tertio, quod prima ætate fuere paſtores, vt Abel; ad quid ergo eſſet illis cura de pecoribus? quarto laudatur Abel, quia obtulit de primogenitis ſui gregis, ergo ſi non manducabant de iſtis, non erat aliquid difficultatis id facere. Secundo increpat probationes ex Boethio, ex Ouidio, quinimo & ex Iſidoro libro. 17. ethim. cap. de nominibus proprijs arborum: ex Boethio, quia loquebatur de ætatibus ſecundum poetas, & nõ ſecundum ſacram ſcripturã: ex Ouidio, quia ſupponit in prima ætate homines non coluiſſe terram: ſed ſolum comedere ea, quæ terra ſponte gignebat. Tamen ſacra Scriptura docet, quod in prima ætate coluerint homines terram: nam Chain primogenitus Adæ fuit agricola: ex Iſidoro, quia loquebatur etiam iuxta poetarum dicta; & inde nõ eſt ei alia fides, vel auctoritas quam poetis, quos conſtat neſciuiſſe primam ætatem ſacræ ſcripturæ, etiamſi Iſidorus bene nouiſſet ætates ſeculi iuxta ſacram ſcripturam. Deniq; probat concluſionem illam, quoniam quando Deus expulit Adam de Paradiſo, oſtendit ei, quod comedere deberet, dicẽs comedes herbas terræ. Secũdo quia primo cap. vbi ponit ſtatus hominis in principio ſeculi, exprimitur cibus hominis, quẽ Deus aſsignabit, & dicitur, Ecce dedi vobis omnem herbam afferentem ſemen ſuper terram & vniuerſa ligna, quæ habent in ſemetipſis ſemen generis ſui, vt ſint vobis in ſcam, & cunctis animantibus terræ: cum ergo Deus dederit hoc in cibum, & non plura, non liceret homini comedere de aliquo alio, alias Deus puniret eum velut tranſgreſſorẽ mãdati ſui. Nec valet, quod ex eo, quod dedit illa, negauit alia, dicẽs: nam tunc ſic, ad quid ergo eſſet illa illorum ciborũ oſtenſio? nam certe non fuit ſuperuacua. Præterea, quia cum Deus dat cauſam huius conceſsionis ciborum, videtur dicere, quod in his eſſet ſufficientia ciborum hominis: nam dicit ſupra 1. ca. vt ſint vobis in eſcam cunctis animantibus terræ, atque volucri, & vniuerſis; quæ mouentur in terra, & in quibus eſt anima viuens, vt habeãt ad veſcendum, & ita dixit data eſſe iſta, vt haberent ad veſcendum, id eſt, vt haberent, quod poſſent comedere, & ita ſignificauit ſufficientiam ciborum eſſe in his, ideo noluit concedere aliquid alterum: aut ſignificauit quod nil alterum manducarent; quia aliter non poneret hanc ſufficientiam, velut conſtituto hoc termino ciborum. Tum probat, quia poſt diluuiũ conceſsit Deus vt comederent carnes, & piſces, in ſecunda ſcilicet ætate: ergo non conſue-

Cibus conceditur hominibus a Deo.

Digitized by Google

conſueuerant homines in prima ætate mãducare carnes. Et illud denique confirmat, quia addit Deus ibidem, quaſi olera virentia tradidi vobis omnia: hoc enim dicitur, vt magis crederent ſibi licitum eſſe carnium eſum, & tamen ſi prius eis veſcerentur, non oporteret addi iſta, vel potius ad tollendum dubium, & denique quaſi olera virentia tradidi vobis omnia, excepta quod carnem cum ſanguine non comedatis, & ita limitauit, quid comedẽdum eſſet de animalibus, & quid nõ, vel quomodo carnes eſſent manducandæ, & tamen ſi in prima ætate comediſſent homines carnes, tradita fuiſſet iam iſta limitatio, & non poneretur de nouo: ergo non cõceſſæ erant carnes in prima ætate: neq; homines illis veſcebantur, & iſtud eſt certum omnino inquit Abul. ſic etiã Benedictus Pereus in Geneſis 4.9. cum victus ex herbis, & fructibus arborum ſufficeret alendo homini, eſſetque ſaluberrimus, & ſuauiſsimus, ſuperuacaneus fuiſſet cibus eis ex carnibus animalium. & nonnulli docent eundem dicendi modum inſinuaſſe Gal. lib. 2. de aliment. facult. c. 38. §: atque olim quidem (vt aiunt) homines ex ipſis (ſcilicet fructibus & oleribus) duntaxat viuebant. Salubrius igitur & longius viuebãt homĩnes illa prima ætate abſque eſu carnis: nam Adam, vt quidam aiunt, & legitur Geneſ. 5. cap. vixit 930. annos, Set 912. Enos 905. Cainus 910. Malalehel 895. & ſic alij quam plurimi extenſiue multo vixere, vt docent ſacræ literæ, & hiſtorici Hebræorum. Exiſtimare autem nõ habuiſſe annum tantam extenſionẽ, nec menſem, vt nunc, vt ali qui exiſtimauere, aſſeuerãtes annos eſſe lunares, id eſt, continere ſolum 29. dies, ſicuti hiſce temporibus menſes continent, vt inſinuauit Marcus Varro, aut quod annus noſter amplectebatur antiquorum decem, iuxta ea; quæ docet Plinius lib. 7. c. 48. & Elico nenſis lib. de ætatibus mundi, ridiculum eſt. Et inde merito Beatus Aug. increpat auctores illarum omnium opinionum lib. 15. de ciuitate Dei cap. illo 12. qui incipit, neque enim vllo modo audiendi ſunt, qui putant aliter annos illis temporibus cõputatos, id eſt tantæ breuitatis, vt vnus annus noſter decem illos habuiſſe credatur, quapropter, inquiunt, cum audierit quiſque, vel legerit non ingentos annos quemquam vixiſſe, debet intelligere nonaginta, decem quippe illi anni, vnus eſt noſter, & decem noſtri, centum illi fuerunt, &c. & cap. 14. eius cum ait, nunc iam videamus, quo nam modo euidenter poſsit oſtendi, non tam breues, vt illi decem vnus eſſet noſter, ſed tantæ prolixitatis annos, quantæ

Anni antiquorum ex tẽſi vt nũc.

Auguſ. opinio de extẽſione annorum.

nunc habemus, quos vtique circuitus conficit ſolis in illorum hominum vita prolixiſsima computatos, ſexcenteſsimo nempe anno vitæ Noe ſcriptum eſt factum eſſe diluuium (Geneſeos 7.) cur ergo ibi legitur, & aqua diluuij facta eſt ſuper terram ſexcenteſimo anno vitæ Noe ſecundi menſis, ſeptima & viceſima menſis, ſi annus ille minimus, quales decem faciunt vnum noſtrum, triginta ſex dies habebat? Tantillus quippe annus ſi antiquo more hoc nomen accepit, aut non habet menſes, aut menſis eius eſt triduum, aut habeat duodecim menſes: quomodo igitur hic dictũ eſt, ſexcenteſimo anno, ſecundi mẽſis; & ſeptima & viceſima mẽſis, niſi quia tales, quales nunc ſunt, etiam tunc erant, menſes? Nã quo pacto aliter viceſimo, & ſeptimo die ſecundi menſis diceretur cœptum eſſe diluuium? Deinde poſtea in fine diluuij, ita legitur Geneſ. 8. & ſedit arca in menſe ſeptimo, ſeptima & viceſima menſis ſuper montes Ara, aqua autem minuebatur vſque ad vndecimum menſem: in vndecimo autem menſe prima menſis apparuerunt capita montium: ſi igitur tales menſes erant, tales profecto & anni erant, quales nunc habemus, menſes quippe illi triduani viginti, & ſeptem dies habere non poterant: aut ſi pars triceſima tridui, tunc appellabatur dies, vt omnia proportione minuantur, ergo nec toto quatriduo noſtro factum eſt illud tã grande diluuium, quod memoratur factũ quadraginta diebus, & quadraginta noctibus. Sic igitur conuincit illos opinantes aperte, & vere Diuus Auguſtinus, & conuincũtur etiam ex illo Plinij lib. 7. naturalis hiſtoriæ cap. 48. nam ſi anni erant ſic ſtricti, quorſum ſcribitur cap. de ſpatijs vitæ longiſsimis? Nam quam longitudinem habebat vita 117? nunquid 36? & ſic de alijs. Ante Gal. tempus habere etiam annos 365. dies & 6. horas conſtat lib. de partu ſeptimeſtri 5. ita enim & annum trecentis, & ſexaginta quinque diebus, & quarta inſuper diei parte conſtare dicunt. Idem 7. de compoſ. ſecundum locos: tum & ante Hippocratis tempeſtatem id patet lib. 3. de diæta 5. annum equidem in quatuor partes diuidunt, quas plerique omnes nouerunt, hyemem, ver æſtatem, autumnum: & hyemen quidem à Pleiadum occaſu vſque ad æquinoctium vernum: ver autem ab æquinotio vſque ad Pleiadum exortum æſtatem vero à Pleiadum ortu vſque ad Arcturi exortum: Autumnum vero ab Arcturi ortu vſque ad Pleiadum ocaſum. Dices hæc multo poſt diluuium ſcripta. Libenter audio: ſed video Galenum legiſſe Moyſis opera, vt liquet vndecimo de vſu partium

Menſis decimus aduertitur in ſacris literis & dies 20. & 27.

Opinio Plinij de annorũ antiquitate colligitur.

Apud Gal. & Hip. annus 365. dies.

partium capite 14.§.an Moiſes quidem ita de natura ratiocinabatur, & melius hic, quam Epicurus? Vbi inepte reprobat Moiſis doctrinam. Quod ſi libenter non reciperet doctrinam de extenſione annorum iuxta ea, quæ dicta ſunt Geneſeos capit. citatis: credendum eſt ſuo animo ſuccincto ad increpationes, docte vel indocte taxare illam doctrinam: nulli equidem in accuſando pepercit: & inde lib. 2. de differentijs pulſuum dicebat, Moiſes legem tulit præter demonſtrationem: longis ergo illis temporibus vixere homines abſque carnis eſu, robore ingente fruētes, ſalute, & magnitudine corporis; quemadmodum deducitur ex illo Abulenſis ſuper caput 13. Geneſis §. ſic patet ſupra 6. caput vbi ponuntur peccata, propter quæ venit diluuium, & dicitur ibi, quod erant tunc gigantes in terra, qui erant potentes à ſæculo, & viri famoſi. Neque vita illorum fuit longa propter mageiam, vt refert Theophraſtus Paracelſus libro 1. de vita longa capite 7. §. tantæ ætatis Adami cauſa fuit mageia, ex cuius influentia ſemper vixit; ſed perfectio & ſimplicitas alimētorum: & hinc iuxta primum Doctores Theologi aſſerunt, ex herbis, & fructibus arborum præſertim paradiſi victus erat ſaluberrimus & ſuauiſsimus: quia enim terra non fuerat exercitata, retinebatq; totum ſuum vigorem, ideo producebat naſcentia magnæ virtutis: quæ ſufficiebant non ſolum ad viuendum, ſed ad bene & ſaluberiter viuendum, vt in ſuperioribus etiam fuit oſtenſum. Poſt diluuium vero quia cooperta fuit terra illis aquis, & abraſa (vt inquit Abulenſis) fuit tota ſuperficies delentibus eam aquis, in qua erat tota bona virtus primaria germinatiua data à Deo in conditione, & recepta à cœlo per continuam influentiam, & cœpit eſſe ſuperficies alia cruſta de nouo, in qua erat minor virtus: & inde nata erant valde minoris virtutis, cum quibus & propter varietatem alimentorum, ex carnibus & piſcibus diuerſimode valde alterantem ventriculum factum eſt, vt non extenderentur hominum vitæ, vt prius. Argumento huic etiam eſt, omnes homines prioris ætatis non multum diſtaſſe in vitæ extenſione, vt patet ab Adam, qui vixit 930. vſque ad Mathuſalem, qui vixit 964. Lamec 777. & Sem 910. ſicuti & homines ſecundæ ætatis, tertiæ, quartæ, quintæ, & ſextæ, non multum etiam ſe exſuperauere, vtpote quod omnes fuere poſt diluuium, & illam terræ inſignem mutationem. Nam licet ſcriptum ſit, quod poſt diluuium vixit Arphaxat

Gal. taxatur circa Moiſis dicta.

Paracelſus aduertitur de vita longa.

Quare vita hominis breuis.

338. an-

338.annos.Phalec 239, Thare 205. & ſic de alijs, & noſtris tempo ribus vix centeſimum attingant homines annum, propter quod dictum eſt ab Auerroe, vita hominis 70. annis terminatur, & lib. de hiſtoria philoſophica Gal. adſcripto habetur, Aſclepiades, Aethyopas arbitratur celerius alijs in ſenium deuenire, ſexageſimo ſiquidem ætatis anno; Britanos contra annis centum viginti perdurare, quod etiam noſtris temporibus accidit, & in hac noſtra regione & ætate. Videmus etenim homines & mulieres, centum & quinque annis, & centum & decem mediocriter ſe habere ad operationes omnes. Et idem contingere in quarta ætate, & tertia deducitur ex illis verbis Aug. lib. 15. de ciuit. Dei cap. 14. & Pſa. 89. nempe, & quantos interpoſita aliquanta ætate Moiſes cẽtum viginti, & quantos etiam nunc viuunt homines ſeptuaginta vel octuaginta, vel non multo, amplius eorum labor & dolor. Doctor Louera de Auila in quadam epiſtola ſcribit, eſt in Chio quædam inſignis ciuitas Indię, qua homines generaliter viuunt pluſquam centum annis: & nunc viuit quidam habens 280. annos, & fruitur filio altero centum annorum, & altero octo annorum. Verũtamen non ſubuertit hoc veritatem breuitatis vitæ hominum huius ætatis: quinimo confirmat illud dictum, videlicet hominum vitam poſt diluuium non multũ diſtare inter ſeſe, ſicuti nec ante diluuium. Nam quemadmodum non ſubtraxit in prima ætate vixiſſe Iaret 962. annis, Lamec 777. Enoc 365. quin diceretur, homines vitam vixiſſe longam: pariter nec homines poſt duluuium ſe exuperaſſe per 200. annos: nam Iaret Enoc immediate exſuperauit per 597. & Lamec per 185. & tamen cum hoc refertur longe vixiſſe: ergo licet Arphaxat natus duobus annis poſt diluuiũ exſuperaſſet hominẽ illum Indiæ per 58. annos & ille alios per 200. non videtur quare non poſſimus omnes homines poſt diluuium vitam egiſſe breuem dicere, propter illam rationem de bonitate, vigore & ſimplicitate ciborum, quia eis defuit, & quia immodice, & ante tempus conſolidationis corporis vtebãtur coitu, & intempeſtiue vtebantur. Etenim illa prima ætate, vt aiunt hiſtorici, ante trigeſimum annum homines abſtinebant à coitu, & mulieres ante vigeſimum, nunc, ploranda calamitas, homines ante duodecim, & mulieres ante decimum viſum eſt coire intempeſtiue, & varijs vti cibarijs, ne frigeat venus, quod maxime iuuat, vt omnes effœminati luceant pro robore, & corporis extenſione.

Non videtur tempus determinatum hominibus adgenerandum

Homines à diluuio nõ multo diſtare vita longa.

Secũdo haud mirabitur de noſtris regulis animaduertẽs iuxta

medi-

medicinæ parentum regulas, quantum difficultatis contineat carnis eſus, pro diuerſis temperiebus carnium ipſarum, naturis, atque anni partibus, lib. equidem tertio de locis affectis cap. 7. habetur, melancholicum ſanguinem efficiunt caprina caro, bubula, hircina, taurina, & ex lepore cibus, lib. de attenuante victus ratione cap. 8. hirci autem, & boues carnem quidem habent minime humidam, pituitoſam, ac lentam: nocent tamen admodum ob duriciem, & in alterando difficultatem: & paulò inferius ſic, ex terreſtribus vero animalibus, hirci, & arietes, & genus omne auium, ac caprarum non vndequaque laudabilis ſunt alimenti, lib. de diſſolutione continua, caro omnium auium & animalium parum nutrit lib. 3. de alimen. facult. cap. 23. Gallinarum, ac columbarum ſanguine nonnulli veſcuntur, maxime altilium, qui ſuum ſanguine haud quaquam eſt inferior, neque voluptate, neque coctionis facultate. Quid ergo exiſtimas tenendum de carnibus nutritis ex tali ſanguine, ſcilicet de carne gallinarum, & columbarum? 1. lib. de alimentorum facultatibus capite 2. homines inaniti carnes comedentes rapiunt ex ventre ſuccum non modo ſemicoctum, ſed nonnunquam etiam omnino crudum, atque incoctum, cum cibo ſumpto, operibus ſeſe reddiderint: ob eamque cauſam ij grauiſsimis morbis poſtea apprehenduntur, & ante ſenectam intereunt, lib. 10. de ſimpl. med. facult. cap. 2. non omnes animalium carnes hominem nutriunt, ſed quorundam etiam letales ſunt. Auic. lib. 2. tract. 2. cap. 145. Caro pinguis lenit ventrẽ cum paucitate ſui nutrimenti, & velocitate ſuæ conuerſionis ad fumoſitatem & choleram, & diggeritur velociter. Salita caro maxime eſt deſiccatiua, & eius nutrimentum eſt paruum. Caro macilenta generat ſuccum melancholicum, elephantiaſim, lepram & varices. Pinguedo & adeps ſunt mali nutrimenti & pauci: & ſubleuant cibum. Denique caro facillime putrefit iuxta illud 8. methodi, putredini obnoxia calida & humida: huius vero ordinis eſſe generice carnem edocetur lib. 1. & 2. de temperamentis. Quare igitur non exiſtimabis libenter fore hominibus abſtinẽdum, ſaltem aliquo temporis ſpatio à cibo tot conditiones expoſcente ad conſeruandam ſalutem? An aliud vis, dum expoſcis licentiam à medico? & tu medice intendis ne aliud? nam ſi voluptas quæritur, vade in pace, & reſpice finem.

Carnium vſus vituperatur.

Pinguedines malæ.

Tertio, ſi ab initio Eccleſiæ ſanctæ Romanæ ſtatutum eſt, quadrageſimæ tẽpore, & alijs anni diebus ieiunare, & ab eſu carniũ abſtine-

abſtinere, ni adfuerit ligitimum impedimentum. Vnde Abulenſis ſuper cap. 6. Matthæi q. 152. inquit dicendũ igitur, quod quadrageſima ieiunare obligamur: quia Eccleſia inſtituit illam ieiunandam de conſ. d. 3. cap. ſacerdotibus. Dicitur autem quod quadrageſimam primus omnium inſtituit ieiunari Beatus Petrus, & recepta eſt in Concilijs generalibus, & etiam à Summis pontificibus, ieiunium iſtud confirmatum eſt, de conſ. d. 5. cap. quadrageſima, & de conſ. diſt. 3. cap. non licet, & capite non oportet, & extra de obſeruatione ieiunij cap. conſilium, & addacit motiuum Eccleſiæ ex multiplici fonte, vt ibidẽ quis poteſt legere, & quæſt. 151. dicit: nã tempore ieiunij fideles abſtinent à carnibus, & vtũtur ſolis piſcibus, &c. Gregorius loquens de cibis ieiunij 4. d. cap. denique §. Chriſtiano relinquitur eſus piſcium ieiunio, de conſecratione d. 3. cap. rogationes, dicitur, quod in triduo rogationum, ſiue lethaniarum omnes abſtineant, & quadrageſimalibus cibis vtantur: idem de vigilijs, vt videre eſt apud Abulenſem. q. 157. loci allegati. Denique q. 135. reſoluit, quod niſi quis ſit languẽs, aut ſit metus, quod incidat in mortem, vel in aliquot grauia accidentia tenetur ieiunare, & à carnibus ieiunando abſtinere, docet q. 171. §. dicendum quod in ieiunijs omnibus generaliter eſt abſtinendum à carnibus: quia ieiunium ab Eccleſia inſtitutum eſt, & obligat eo modo, quo Eccleſia illud inſtituit: Eccleſia autem inſtituit illud principaliter ad carnis vitia comprimenda: & quia nihil eſt, quod magis confortet ad venerea, quam vſus carnium, fuit vetitus cibus iſte ieiunio: & iſta fuit cauſa quare omnibus monachis interdicũtur carnes de conſ. diſt. 5. cap. carnem, ſcilicet, quia debent cauere ab omni libidine; quia vouerunt continentiã perpetuam: ideo vt eam facilius obſeruarent, fuerunt ipſis carnes generaliter vetitæ: & in omni ieiunio vetatur. Vnde ſi quis non ieiunet, dum tamen ſit dies ieiunij, non licet ei carnem mãducare, niſi propter infirmitatẽ: (vide, an à te ſolùm propter neutras diſpoſitiones expoſtulent tuam licentiam) quia etiam monachis, quibus ſunt alias carnes vetitæ, licitum eſt in ægritudine carnes comedere; vt in allegato capit. carnem. Ratio huius videtur inſinuata ab eodem auctore q. 132. ſuper caput allegatum §. amplius dicendum eſt, quod fuit conueniens ſtatuere Eccleſiam aliqua ieiunia: quia ad prælatos Eccleſiæ pertinet habere curam de fidelibus: ſicut ad principes ſeculares de tota Republica: principes tamen ſeculares tradunt præcepta legalia de omnibus illis, quæ

Ieiuniũ Eccleſiæ à B. Petro.

Ratio ad ieiuniũ & carnis abſtinentiam.

Monachi interdicũtur ab eſu carnis.

Cũ neutris diſpoſitionibus carnis eſus malum.

Digitized by Google

quæ putant eſſe vtilia Reipublicæ determinando in particulari ipſa, quæ vniuerſaliter continebantur in iure naturali: ita ergo ad prælatos Eccleſiæ pertinebit dare leges percipiendo ea, quæ pertinent ad communem ſtatum fidelium, in ſpirituali profectu: principes tamen ſeculi per legem diſponunt de cibis Reipublicæ, inquantum pertinet ad ſanitatem, & bonam habitudinē corporalem: vt dicit Ariſt. 10. Ethicorum: ſcilicet quod ad legem politicam pertinet ordinare nutritiones iuuenum, & adinuentiones ipſorum virorum, id eſt, ſtudia & opera, vt arceantur à malis & ad bonam indolem perducantur: pertinebit ergo ad prælatos Eccleſiæ ordinare de cibis fidelium, in quantū pertinet ad ſalutē ſpiritualē, & ad corporalē, quæ ſpectat ad ſpiritualem. Igitur nō eſt quare tu rapiaris in admirationē de noſtris regulis intendētibus obſeruationem decretorū S. Romanæ Eccleſiæ, & Sāctorum patrum: ſed potius ꝙ illas ſtrictius adhuc quotidie reſpiciens accingas, & riguroſo examine perpendas, an expoſcens tuā indulgentiā ſufficienti morbo afficiatur ad veſcendā carnē quadrageſimæ tēpore, vigilijs, & rogationibus, & ad nō ieiunādū. Mitte etiā illū ad prælatos, vt præſtent obedientiā miniſtris S. Eccleſię, & vera fateātur, Et quantūuis illæ à nullis fuere ſcriptæ: ſcias tñ ſapiētiſsimis religioſiſsimis, & obſeruantiſsimis legis Dei noſtri medicis fuiſſe verbis prolatas: etenim plurimas à D. D. Gomezio de Sanabria mag. meo medico à cubicolo Philippi magni II. Regis Hiſp. & Ind. audiui, alias à D. Carrillo decano noſtro religionis, & ſtudiorū viro inſigni, & D. Camariēſi, & D. Carrero primarū cathedrarū medicinę moderatoribus in Compl. gymnaſio, ꝙ ſufficit pro primo argum. ad 2. quo Gal. auctoritas circa dogmata religionis Chriſtianæ non eſt attendēda: nec dum, quod Chriſtiana religio non vetat languentibus, & habentibus legitimum impedimentum illis temporibus eſum carnis: quinimo libenter & pie cōcedit, vt patet illo allegato de conſ. d. 5. §. quia etiam monachis, quibus ſunt alias carnes vetitę, licitum eſt in ægritudine carnes comedere, tum & non ieiunare pro impedimento. Sicuti late oſtendimus luminari primo ex ſententia Doctorum S. Eccleſiæ, & expreſſius docet Abulēſis. q. 146. quæſt. 147. & q. 148. primo de vtero gerentibus, quia indigent cibo pro ſe ipſis, quod eſt ad nutritionem: & indigent cibo pro fœtu: quia licet non augmententur ipſę, augmentatur fœtus maxime, ſi ipſę prægnantes ſint adhuc in termino augmentationis, quia tunc ex triplici cauſa indigent

Principes ſeculi curā habent de re cibaria.

Prælati ſalutem animarum medijs cibis etiam.

Riguroſo examine habito concedatur eſus carnis.

Gal. nō eſt audiendus in Chriſtiana obſeruatione.

Digitized by Google

indigent ſæpius cibo: & prægnantibus non eſt ſecurũ accipere ſimul multum de cibo, ſcilicet totum neceſſarium ad diẽ, quia poſſet ex hoc periculum eſſe fœtui. De mulieribus, quæ nutriũt paruulos ſiue ſint filij ſui, ſiue alieni, eadem eſt ratio: indigent enim cibo, non ſolum ad nutritionem ſuam, ſed etiam ad generationẽ lactis. Nam ſi ieiunent minuetur lac: & erit periculũ pueris, qui lactantur: & ipſum lac alteratur in ſe ipſo propter magnam reſolutionem, quæ fit in ieiunante propter longam abſtinentiam à cibo, tum ad hoc quod lac ſit bonum & recens, & non alteretur. Secũdo de ſenibus, qui ſunt in magna ſenectute in quibus naturaliter corpus incipit deficere viribus, nam iſti non obligantur ieiunare, & ad hoc nõ ſunt anni determinati. Vnde ſenibus qui non ſentiunt nocumentum manifeſtum, vt contingit in parua ſenectute, & ſunt bene diſpoſiti in corpore, non poteſt eis præſtari licẽtia ad non ieiunandum, quia tenentur ieiunare. Tertio de debilibus, ac de infirmis: nam febrientes, aut patientes morbum notatu dignum, vniuerſalem, aut particularem non tenentur ad regulam ieiuniorum, & ideo data eſt licentia. Alij dicuntur infirmi, ideſt, patientes debilitatẽ ex vniuerſali defectu corporis: quia in eo omnes virtutes corporis debilitantur, licet non præceſſerit ex aliqua ſpeciali ægritudine, & de his iudicandum eſt veluti de primis ſenibus. Et idem dicendum eſt de conualeſcentibus. Nam ſi ſemel ſumerent totum cibum neceſſarium eis pro die, cũ ſit adhuc virtus eorum debilis, non poſſent illum cõcoquere, ſed grauarentur, & cruditatibus replerentur, & prauis ſcaterent humoribus: vnde inquit Abulenſis, ideo tales non ſolum non obligantur ieiunare, ſed etiam peccant, ſi velint ieiunare. Quarto de pauperibus q. 142. pauperes dupliciter accipiuntur, vno modo dicuntur pauperes illi, qui non habent ſufficienter omnia, quæ eis ad vitam conueniunt, & hoc modo illi, qui poſsident aliquanta adhuc pauperes vocantur, ſi non habeant copiam omnium neceſſariorum ad vitam. Alij ſunt pauperes, qui quaſi nil habent, niſi quod quotidie oſtiatim mendicant, & hæc diſtinctio colligitur Deuteron. 15. 5. non deerunt pauperes; quia primi non excuſantur à ieiunio: quia licet non habeant omnia ſufficientia, vt diuites: tamen habent rudes, & pauperes cibos, quibus ſuſtentari queunt: ideo eis non eſt indulgendum de non ieiunando. Si vero ſunt medicantes & poſſunt habere ſimul cibum pro vna vice, quod ſufficiat eis pro tota die: vt ſi hora cœnæ poſsint habere cibum

Decrepiti non tenentur ad ieiunium.

Conualeſcẽtes non obligantur ad ieiunandũ

Pauperes qui tenẽtur vti ieiunio & qui ſecus.

cibum ſufficientem ad penitus famen extinguendam, tunc tenẽtur ieiunare: ſi vero ſecus non tenentur. Idem eſt de viatoribus, ſi habeant inter itinerandum intentionem ieiunandi, & perueniunt hora cenæ ad locum, in quo non poſſunt habere cibum ſufficientem pro tota die: vtpote quia non inueniunt niſi modicum de pane: vel ſimilia, quæ ad cibum nõ ſufficiunt. Vltimo de manualiter operantibus: pro quibus dicendum, quod ſunt aliqui labores manuales leues, cum quibus ieiunium ſtare poteſt, & taliter operantes tenentur ieiunare: ſic qui pannos, vel coria conſuunt, vel præparant, & ſimilia opera faciunt, in quibus eſt paruus motus, & corporis exercitatio. Si vero ſit magnus labor & cũ magno motu, ità quod per motum fit magna reſolutio corporum, & ſi non reſtauratur deperditum omne, cito corpora perirent: reſtauratio autem fit per nutritionem, ideo oportet taliter laborantes ſæpe cibum ſumere. Hæc ille ſanctus Abulenſis, vt videas tu medice incipiens, quanta diſtinctione ſit tibi opus, vt pręſtes tuã licentiam ad non ieiunandum, cum auditores pœnitentiarij mittunt ad te hos omnes, vt des tuam licentiam. Ceterum licet Gal. audiendus non ſit circa illa, circa præſtantiam alimentorum ſpernendus non eſt: quinimo amplectendus, credendusque, dum loquitur de bonitate & vitio ſuccorum. Vnde in 2. aſſumpto loquitur ſub quibuſdam conditionibus: abſolute autem arietum noſtrorum carnes optimi ſunt alimenti: tum gallinæ, ſiue montanæ, ſiue domeſticæ, vt legitur tertio lib. de aliment. facult. & vndecimo de ſimpl. med. fa. lib. de bonit. & vitio ſucc. lib. de attenuante victus ratione 2. de antidot. 6. de ſanit. tuẽda & lib. de diſſolutione cont. verum hæc tempore conceſſo ab Eccleſia, & non aliter. Vnde quando Abulenſis inquit, carnes multum ſunt conuenientes, &c. ſic debet intelligi, vt conſtat ex ſupra dictis, & q. 153. §. 1. propter temporis conditionem, quia Eccleſia vult, quod ieiunemus ad vitia comprimenda, vitium autem carnis ex calido, & humido peruenit: iſtud autem incipit maxime abundare in principio veris, quia eſt ver huius complexionis calidæ & humidæ: ideo niſi homines ſe temperent in cibis eo tempore erit magna incitatio ad libidinem, & ſic ſolum conuenit carnis eſus iuxta tẽpus explicitum ab Eccleſia: tum in ſtatu ſalubri, tum in neutro, tum in morboſo, & eodem modo dicendum eſt ad confirmationem. Ad vltimum reſpondent Theologi, quod illud vniuerſale mandatum tenet iuxta reſtrictionem legis nouæ, & Sanctæ Ec-

Viatores ieiunaturi, & ſecus.

Conſuẽtes pãnos, vel coria poſſũt ieiunare.

Gal. audiẽdus de bonitate, & vitio alimentorum.

cleſiæ Romanæ: ipſa autem præcipit, vt quadrageſimæ tempore, rogationibus, & vigilijs ſe abſtineant homines ab eſu carnis, lacticiniorum, & ouorum, niſi habuerint indultum: quemadmodũ præcipit, vt ſacerdotes non ducant vxores, etiamſi antiquitus in veteri lege illis erat datum vxores ducere. Reliqua, quæ hic deſiderari poſſunt, medice incipiens, pete à Doctoribus Sanctæ Romanæ Eccleſiæ ſub cuius correctione hæc omnia damus: nos etenim ad alia, quæ tibi ſunt neceſſaria properamus, quæ hoc noſtro luminari tertio, & vltimo huius operis oſtendemus.

LVMINARE TERTIVM de obſeruandis circa mulieres, & vtero gerentes.

Antiquitus aberrarunt mulieres.

NOSTRI temporis, atq; tempeſtatis matronę & exemplares ſenes nunquam acclamare ceſſant, de honeſtate, pudicitia, modeſtia, & temperatura (in videndo, loquendo, atq; ambulando) mulierum elapſi temporis, & merito quidem: nam cuiuslibet illarũ innumera ſunt exempla apud omnes nationes, vt videre eſt apud Plutarchum Ælianum: & vt paucis multa accingam verbis, apud Theatrum humanæ vitæ: hoc eſt eorum omnium fere, quæ in hominem cadere poſſunt bonorum, atq; malorum exẽpla hiſtorica enarrauerunt. Verum, quod & illis tẽporibus innumeræ mulieres non aberraſſent & ſtupendè, haud negare queũt: vt in eodem Theatro, & adductis auctoribus luce clarius liquet: tum quod veteres ſcriptores de ſophiſticatione vuluæ fecerint propria capita, & cõmoſtrarent quam plurima remedia, nũquid ad virgines, ad viduas ve? non equidem: ſed ad impudicas, & viris iam commiſſas: inquit enim, Erotis lib. de paſſionibus mulierum c. 35. de modo coarctãdi matricem, vt etiã corrupta appareat virgo, niſi de reſtrictione amplitudinis vuluæ propter honeſtam cauſam liceret tractare, nullam de ea mentionem faceremus: ſed cũ per hanc impediatur aliquando conceptio, neceſſe eſt tali impedimẽto ſic ſubuenire. Recipe ſanguinis draconis, boli armenici, corticis mali granati, aluminis, maſtichis, gallarum ana. vnc. j. vel duas,

Generatio impeditur pro apertione vuluæ.

vel duas, vel quantumuis ſingulorum, & in puluerem redige, & omnia ſimul aqua calefacta conficiantur, & de hac confectione pone in foramen tranſiens in matricem: vel recipe gallarum, ſumac, plantaginis, conſolidæ maioris, aluminis, cimoliæ, chimoleæ ana. vnciã vnam: decoquantur in aqua pluuiali, & cum iſta decoctione fomententur pudibunda. Rhaſius libello de ſexaginta animalibus: ſi mulier poſuerit ſtercoris leporis modicum in vulua deſiccat & coarctat matricem apertam: Magiſter Gilbertus libr. 7. ſui operis ſic habet, corrumpuntur quandoque virgines: vnde & ianua ampliatur, ita vt corruptela pateat contingenti, & merito repudium patiuntur, & in ſempiternum dedecus, vel diuortium in vtriſque periculum tam viri quam mulieres ſortiuntur. Ad ſophiſticandam vero ianuam, vt virgines appareant, fiat periclíſma Recipe aluminis pulueris, nitri ſubtiliſsime cribellati, & gypſi, & ſeminis vrtici, & arillorum, & nucleorum tamarindorum æqualiter pulueris omnium cum farina ſiliginis commiſceantur, & loco imponatur: ſed cum pericliſma remouetur, lauet prius locum cum aqua decoctionis lenticulæ, vel pluuiali & ſuper ponatur poſtea nitrum, & coeat, & in modum virginis ſanguinẽ emittet. Subdit, item ad magnitudinem inſtrumenti, & grauem eius odorem ne ineptæ, & faſtidioſæ viris appareant, & non contemnantur, & vt natura artificio moderetur, fiat aqua conſtrictiua & aromatica, Recipe corticis mali granati, gallarum, corticũ ſiue frõdium lentiſci, radicum & foliorum pentaphili, radicũ iunci triãgularis, radicum & foliorum conſolidæ maioris, & mediæ, foliorum lauri, & roris marini, foliorum mirti, & fructus eius, & roſarum ſing. vnci. vnam, ſimul omnia bulliant in lib. quatuor aquæ pluuialis, in quorũ colatura mitte maſtichis, olibani, galbani, ſagapeni, gummi arabici, cedulæ pergameni de vitulo, ana vnciã vnã, & poſtquam ſatis bullierint, colentur colaturæ addantur folia lauri non bullita, & roſ. quod vulueris. Hac aqua lauet mulier pudibunda ſua, intus: & exterius, & circunſtantias bene mundificet: & diligenter abſtergat intus, & extra: deinde adſtringat crura, vt tota humiditas relicta effluat: deinde panno immiſo fortiter exſiccet: deinde, vt redoleat habeat puluerem de roſis ſiccis, gariophilo, nucis muſcatæ, cardamomi, galangæ, foliorum lauri ſicci. De hoc puluere parum in ore ſuſcipiat & maſticet parum, & accipiat inter manus, & friccet pectus, & mammillas, & aſſellas, pectem: & pudenda, & omnia adiacentia cum

Remedia ad vuluam apertam.

Sophiſticã tur corruptæ virgines

aqua roſata aſpergat, & tunc cum viro coeat: hæc etenim tam cõiugatis, quam inceſtuoſis, quam in virginibus prædictis vitijs laborantibus opitulantur. Item conſtrictorium vt mulieres large conſtringantur, Recipe alumẽ altile, & diſtẽpera in aqua vbi coctũ fuerit pulegiũ, nuces cupreſi, cẽtinodium, aut aliud huiuſmodi, & pannum lineum in ea intinctum bis, vel ter in die applica, & ſi minxerit iterum appone, donec non mingat, poſtea coeat: ſed prius eſt abluenda cum aqua in aqua diſtemperatum eſt alumen. Ad idem efficatius, vitrum redige in puluerem, & appone naturæ: ſecurius efficitur, ſi coquatur in vino auſtero cum pulueribus fructus Cynosbati, ſeu ſenetis, & colatura facta bõbace infundatur in vuluam. Electario ex eodem fructu aliquæ vetulæ vti præcipiunt; ſicuti aliæ fraude vtentes, vt in primo concubitu ſanguis appareat, præcipiunt apponere feliculas piſcium, & aliorum animalium ſanguine repletas, & ille Gilbertus inquit citato cap. quædam autem in vno die antequam coeant, vt virgines appareant, ſanguiſugam ad os vuluæ caute ne ſub intret apponunt, vt ſanguis exeat & in cruſtulam cõuertantur. Si igitur mulieres elapſi temporis; veluti præſentis tempeſtatis, ſophiſticatione indiguere, quod & hiſce temporibus tale expoſcãt remedium non erit mirum.

Electariũ ad corruptas & alia ma. bina menta.

Dub. tamen primũ inſurgit, an abſq; periculo conſcientiæ medicus mulieri ab eodem expoſtulanti hoc præſidium poſsit cõcedere: nam reuera vt decipiat hominẽ aliquem, id quærit: fallere autem mulieres homines non decet: ſicuti nec homines ſeducere mulieres: eſſe vero illud dolum, inſinuant omnes ſummiſtæ dub. de corrupta muliere ducẽte virum ſub titulo virginis, vt dotaret ipſam, & cõſtat expreſſe ſiue doli bonam cogitemus definitionẽ, quam adducit Seruius Suplitius in lege 1. §. 1. de dolo malo, & cũ eo Pedius in l. iuris gent. 7. in §. dolo malo de pact. Iulius Paulus recept. ſent. lib. 1. tit. 8. Alciatus lib. 6. paradoxarum c. 9. Othomanus, Duardus, & Roſardus in ſcholijs ad dictã le. 1. & Petrus Velez de Guebara in rub. ff. de dolo. aſſeuerantes eſſe dolum malũ machinationem quandam alterius decipiendi cauſa, cũ aliud agitur, & aliud ſimulatur; ſiue recipiamus exactã illã Labeonis in d. §. 1. in fi. quam amplectuntur Vlpian. Iuriſconſ. in d. l. 1. §. 1. de dolo malo in le. rei cõmunis 45. in l. merito 51. ff. pro ſocio. Coua. in repetit. c. quãuis pactũ de pact. 3. p. §. 4. n. 2. nẽpe dolũ malũ eſſe omnem calliditatẽ, fallatiam, machinationẽ, ad circunueniẽdum, fallen-

An liceat ſophiſticare corruptam.

Dolũ quid & duplex.

fallendum, decipiendum alterum adhibitã: & inde ſequitur, haud conuenire medico largiri remedium tale, iuxta illud iuris conſultorum. cap. ad aures cap. ſedes, & de reſcriptis, vbi dicitur, dolum & fraudem nullis patrocinari debere: quod quidã explicant non ſolum de dolo vero, id eſt, ex animo, vel propoſito: ſed de præſumpto, lege ſi quis cum aliter.

Fraus non quã iuuanda.

Aſt cum ſimilis caſus mihi præmanibus forte accidiſſet, rogaui à viro Theologo, fuiſſet ne licitum erogare illud remedium: qui fecit ſatis his verbis. Si mulier expoſcens, ſeu efflagitãs iam ſcriptis communicabit, & dixit ſe traditam publice viro, ne ſchandalũ exoriatur, licet: ſecùs, minime: quærat ipſa aliunde, quod ſibi expedit, neque vtatur machinamento, decipiendo virum. Prædictũ dicendi modum recepit etiam vtriuſque iuris vir doctus ſatis: elapſis tamen quibuſdam annis, forte fortuna eiuſdem ordinis ſe obtulit euẽtus: & haud eiuſdem oblitus diſtinctionis, neſcio qua adſtrictione præcinctus, antequam contendenti concederem, aut negaſſem auxilium, poſpoſci à D. de la Camara Sacræ ſcripturæ cathedræ moderatore, & regente, quid ſibi videretur circa hos euẽtus, qui (audito primo caſu) dixit. Si fides eſt tibi, mulierem remedium petere ad matrimonio ſe accingendam, ne ei ſequatur dedecus, & eius proſapiæ, ſi corrupta appareat ſuo viro, aut infortunata ſors, ſeu noxa (factum nanque arcanum erat) iuſtum & rationabile videtur ei ſuum quærenti bonum, decus, & vitæ cuſtodiã, vt medicus tale præſidium cõdonet; ceterum ſi fuerit ei ſuſpicio, aut ſuſpitionis veſtigium, mulierem velle corruptam ſe diſtrahere ſub reputatione virginis, non decet: grauiſsimum equidem malum id eſt, atque in republica peſtifera lues. Et de hoc euentu, & ſimilibus tenet lex, dolum & fraudem nullis patrocinari debere. Placuit etiam hęc opinio ſocietatis ordinis IESV Patri Vazquez doctiſsimo & acutiſsimo Theologiæ ſacræ magiſtro. Et ad oppoſitum dicebant vterque, neque reputandum dolum, quia indecentia fuit ſecreta, nam ſub ſigillo confeſsionis mihi indicabat & medio confeſſore: vnde ducenti illam in vxorem neque dedecoris quid, aut ſubſtantiæ conſumptio ſequebatur, neque generi illius vel alterius: quod ſi nec tibi hæc placent conſule alios. Ego autem quid Phyſice illo euentu deperdat mulier examinare aggredior.

Ad dub. 1 reſponſio.

Secũda reſponſio.

Tertia reſponſio.

Dub. 2. num in primo concubitu alicuius partis mutilationem, aut ruptionem patiatur mulier, cuius defectum ſentiens vir dicetur de-

cetur defraudatus. Dubij eſt ratio, quia Auic. lib. 3. fen. 21. tract. 1. cap. 1. ad finem ſic habet, & ante violationem puellæ virginis ſunt in collo matricis paniculi contexti ex venis, & ligamentis ſubtilibus valde ortis ex omni parte eius, quos deſtruit violator, & currit, quod in eis eſt de ſanguine. Iacobus in contextu inquit, & iſti panni vocantur hymen, & ſigillum virginitatis. Gentilis ibidem, & ſcias, quod ille panniculus, in quo conſiſtit virginitas puellarum, vocatur ſecundum doctrinale cento, & ideo dicit doctrinale, ò, ſicut cento maribus ſociare memento. Auerro. 1. lib. collect. c. 35. & orificium virginis vuluæ eſt criſpum, & ex criſpitudine illa oriuntur venæ minutæ habentes pelliculam vnam cõtextum duabus texturis, &c. idem fortaſsis exiſtimare quis poterit inſinuaſſe Carolum Steue lib. 3. de diſſectione partium corporis humani, cap. 4. ſ. ſed in ipſa matricis ſubſtantia, quidam veluti ductus, ac canaliculi ſunt, varij & an fractuoſi, quales in ſpongijs videmus, & ampliores inter vtrumque parientem. Andreas Veſſalius lib. 5. de fabrica corporis humani, cap. 15. ſic à tergo etiã huius colli veſicæ inſertiones paulovè interius, carnea occurrit membrana, quæ hymen & eugion appellata virginibus eſt peculiaris, in cœteris nanque mulieribus coitu, aut alioqui petulanti quopiam attritu diuulſa, lacerata ve aboletur, neque inter ſecundum, aliàsve liquido ſe offert: ergo ſignum eſt mutilatam in primo concubitu aut in alijs eam fuiſſe; pro quo facit ſanguinis illa effuſio, dum primo coeunt, iuxta quod inuenies Deuteronomio 22. cap. ſi duxerit vir vxorem, & poſtea odio habuerit eam, quæſieritque occaſiones, quibus dimittat eam; obijciens ei nomẽ peſſimum, & dixerit, vxorem hanc accepi, & ingreſſus ad eam non inueni virginem: tollent eam pater, & mater eius: & ferent ſecũ ſigna virginitatis eius (quod eſt pannus ſanguine rubefactus) ad ſeniores vrbis, qui in porta ſunt: & dicet pater, filiam meã dedi huic vxorem, quam quia odit, imponit ei nomen peſſimum, vt dicat, non inueni filiam tuam virginem: & ecce hæc ſunt ſigna virginitatis filiæ meæ; & hodie apud Sarrazenos regni de Fez ſeruatur ſimilis ritus. Confirmat ſecundo hanc partem dolor ingens illo euentu eueniens: nam citra continui ſolutionem haud inſurgit. Nec valet dicere, ſi talis adfuiſſet membranula, vtique eſſet impedimentum menſtruorum fluxui, & inde multorum malorum radix, quod abeſt naturæ operibus vniuerſalibus: nam neque illud efficere poſſe oſtendit expreſſe Gabriel Falopius in obſerua-

Arabum opinio de panniculo virginali.

Veſſalius ſententia.

Hebræorũ mos circa virgines. & Sarracenorum.

ſeruationibus anothomaticis, dum ait, aliud etiam notandum in hoc ſinu mulierum eſt, quod anothomici aliquot reperiuntur illos deridentes, qui hymen ibi collocant: verum mea ſententia non ſunt ita deridendi, quoniam revera, tu videre poteris in virginibus membranam quandam nerueam, non autem carneam, quæ immediate poſt collum ipſius veſicæ adeſt, & claudit ſinum per tranſuerſum: attamen non eſt integra hæc membrana, ſed in in medio perforata tanto foramine, vt minimus digitus manus ſuo apice in adultis facile ingredi poſsit, hocque virginale clauſtrum eſt, ac per foramen ipſius facillime egrediuntur menſes: ecce quomodo nec poſsit illud facere illa membrana, quod eſt, impedire menſtruas euacuationes.

Falopij opinio de panniculo illo.

Verumtamen nullam mulieris partem emutillari in illo euentu, neque aliam pati læſionem quam quarundam quandoque venarum apertionem, docent quamplurimi, vt colligitur primo ex illis verbis Falopij, nempe, quod anothomici aliquot reperiuntur illos irridentes, qui hymen ibi collocant, & ex illis, noluit Soranus eſſe membraneum, ſed potius eſſe ipſius ſinus muliebris anguſtias factas, ex quibuſdam rugis collectis, quæ à vaſis ex vtero illuc prodeuntibus contrahuntur: cumque hæ dictæ rugæ extenduntur in ſtupratis virginibus, atque dum vaſa dicta aperiuntur, ſeu diſrumpuntur, dolorem patiuntur, & ſanguinem, veluti ſi mactata eſſet victima, effundunt. Idem Veſſalius loco allegato §. quod vero Arabes alicubi quinque venulas in ceruicis vteri medium pertinere, ac dextrarum venularum ora, ſiniſtri lateris venularum oris committi, ex hisque centonem ipſorum interpretibus vocatum, adeoque hymen efformari ſcripſerint, coniectura, magis, quam ſedula reſectione factum mihi perſuadeo, &c. vſque in illa verba, vtcunque ſit, nullus in virginibus internæ ceruicis vteri ſuperficiei laterum ad inuicem eſt connexus, ab eo quem quis forte hymenis alias etiam perforati beneficio, fieri diceret. Id etiam auctor libro de anothomia viuorum tit. de anothom. matricis §. in prima autem defloratione dilatatur collum matricis, & aperiuntur quædam venæ ſubtiles, quæ ſunt in dextra parte ipſius colli, & exit ſanguis. Sed neque eſſe perpetuum placet Licentiato Ioanni Fragoſo tractatu de explanationibus §. *Aſsi que la ſangre, que ſuele ſalir en el primer coito, no ſiempre es de la tela corrompida que imaginan, ſino de las venillas que alli ſe hallan apretadas; por lo qual las mugeres que tienen ya edad madura*

Vuluæ apertio quid.

Dolor propter quid in primo concubitu.

Nil emutilatur in primo concubitu.

 no ſien-

Digitized by Google

no ſienten dolor en aquel acto, ni les va ſangre, eſpecialmente ſi el hombre tiene el miembro genital proporcionado con la grandeça del cuello de la madre (ſubdit) *tambien acontece, que por enfermedades, o por mala y viciſa compoſicion de naturaleça, eſten tan cerradas algunas mugeres, que no ſe puedan corromper facilmente.* Vlterius confirmatur præfixa ſententia ex frequenti vſu & euentu: ſæpe etenim viſum eſt, nō ſolum adultis fide dignis mulieribus & exactiſsimæ indolis quam plurimis, ſed etiam in puellis quibus nec locus nec occaſio fuit poſsibilis arcane, in primo concubitu, nec ſanguinem nec dolorē habuiſſe: quinimo ita facile virum recepere, ac ſi iā pluries peperiſſent: fortaſsis propter amplam ſtructuram naturalem. Tū ſi illa adeſt membrana, & adfuit, nonne videtur difficile auribus Gale. nunquam perueniſſe? etenim lib. 2. de temperam. 3. de naturali. facul. 5. apho. 22. & 46. in lib. 6. de morb. vulg. com. 1. lib. 9. de vſu part. & 14. 6. lib. de locis affectis. 5. de ſimpl. med. facult. de victus ratione in morbis acutis com. 3. & lib. de diſſectione vuluæ ad vnguem depingit vteri partes, & vſus eius, & illarum; ita quod neq; minimæ membranulæ fuit oblitus, ſicuti neque Hipp. per libros de morbis mulierum, de fœtus formatione, & alijs, vbi de hac re ſe obtulit occaſio, conticuere vero illam membranā, & inde vſum illius. Denique ſi facta eſt à natura, nunquid propter aliquem finem? dicito ergo, vis ne, vt inquit Veſſalius cap. cit. perinde ac fruſtra peliculam illam, ſeu membranulam mulieribus datam? Vnde ad oppoſita facillime conſtat reſponſio ex dictis: nam Arabes loquuntur, vt inquit Veſſalius, coniectura magis quam ſedula reſectione facta Carolus Steue potius inſinuat oppoſitum §. illo, nunquam autem conſpeximus venas, aut arterias in matricis ſubſtantiam ingredientes proprias tunicas integras ſeruare: vult igitur ſolum ad latera adeſſe illo modo rugoſo dicto & complicato. Veſſalius vt increpet illa, refert. Et illud Deuteronomij verificatur ſolum per apertionem illarum venularum: in omnibus vero neceſſario ſpectari ſanguinem, potuit efficere ſpecialis complexio illius regionis: aut fortaſsis aliæ conditiones ſicuti in Sarracenis, poſsibile fuit circa Iudęos. Atque ad Falopium reſpondetur ſufficienter ex Sorano: nam illa obiurgatio Falop nempe, pace tamen ego tanti viri dixrim, quod mihi potius videtur membrana non admodum craſſa; atque in medio annuli modo perforata, quæ poſtea lacerata in ſtupro, ac præter modum diſtenta, dolorem incutit, & tandem veluti in viris fit, dum laceratur glā-

Non neceſſariò in primo coitu fluit ſanguis.

Panniculus virginalis non depingitur ab Hipp. neq; Galeno.

Ad argumenta in oppoſitum.

Digitized by Google

tur glandis frenum,euaneſcit,nihil conuincit: oppoſitum namq; videtur Veſſalio,&alijs,& colligitur ex dictis,& ad dolorem ſufficit illa diſruptio,ideo ad aliam dubitationem me confero.

Dub.3.an deceat medico concedere expoſcenti remedium, vt percipiat,ſit ne mulier corrupta,ſeu habeat vuluam ſophiſticatā: ſophiſticatur nanq; præter ſupra dicta,his lib.de medicinis facile parabilibus ad Solonem.Recipe gallarum immaturarum,liguſtri,xylocaſiæ,roſarum ſiccarū,piperis albi,grani gnidij,ana hexagium vnum:tere,& prius lotæ vuluæ apponat iſta, confert autem & ſemen rumicis accidi tritum,& appoſitum, lib. de Dynamidis recipe myrrhæ,olibani,maſtichis,colophoniæ,picis nigræ, arſenici,boli,gallę,gyſi,cornu ceruini incenſi,ariſto,lōgę & rotūdæ omnia æquali pondere:fac puluerem,& in vuluam inijce : tū recipe ſymphytum,& gallam,& gummi pineæ , & cinamomum, & amentum dulce,& fac puluerem,& miſce cum pauca aqua,& laua locum & miraberis.Percipitur vero his remedijs,& alijs huiuſmodi ibi etiam ſcriptis,& ſupra delineatis, cum deficiunt ſigna virginitatis,ſunt autē ipſa inquit Gilbertus Anglicus pudor, & verecundia cum caſto inceſſu,loquelæ geſtus, greſſus cum deſpectu applicationis ad virum quodam toruo aſpectu, ſed in ſimilibus doctæ effrænes motus didicerunt caſtigare, & falſitatē ſub ſpecie veritatis palliare,ideo ad alia conuertamur:vrinę virginū lucidæ ſunt,& claræ & puræ,& eſt quandoque alba quandoque glauca,corrupta mulier vrinam continet turbidam:ex lib.matricis,ſic, lapatium tritum carbonibus impone,& ſuffumiga,ſi ſe cōminxerit virgo eſt : item rumices flores carbonibus impone , & ſuffumiga:ſi virgo eſt non palleſcet:ex Gilberto, Gagathe mulier ſubfumigetur,& optime cooperiatur,& ſi per os,& nares fumum ſenſerit,virgo non eſt.Item detur in potu,ſi virgo non eſt, ſtatim comminget ſe.Similiter fiat ex gith fumigatio,ſi non eſt, virgo minget;id oſtendere docent vetulæ, quaſdam menſurationes in collo & capite:ſed quia machinamenta ſunt plura , & ad dub.reſpondebat ille ſapiētiſsimus Doct.de la Camara Theologus , non decet medico conſulere de tali examine : quin potius abſurdum eſt iudicandum:propter multa mala,quæ inde poſſunt originari:quibus patrocinatur fallibilitas ſignorum naturalium, veluti monſtratum eſt tractatu de ſignis:ideo ad alia,vtiliora pergo.

An deceat experiri ſit ne mulier corrupta.

Contra corruptas remedia.

Signa virginitatis.

Incorrupta ſigna.

Reſpondetur dub.

De modo trahendi ſanguinem ab vtero gerentibus.

INter illa duo præſtantiſsima remedia medica, ſanguinis ſcilicet miſsio, & expurgatio, adeo nobilius & præſtantius remedium experientia commoſtrauit ſanguinis miſsionem, vt omnes præclari medici eo familiariter vti conſueuere in profligatione morborum, vt non ſolum ſubijciant huic remedio iuuenes, adoleſcentes, conſiſtentes, & ſenes, verum & infantes, pueros, atque gerentes vtero, intempeſtiue, quocunque geſtationis tempore: ſi idea morbi petit, & vires conſentiant: cum tamen à ſanguinis miſsione interdictos iri pueros, & geſtantes vtero legatur apud Galenū & Hippocratē: de primo habetur ſic lib. de ſectis ad eos qui introducuntur, cap. 3. ætasque, aut pueri natu admodum parui, aut ſenes in ſenium longe prouecti, regioque aut frigore algeat, qualis Scythia, aut calore exuſta ſit, qualis eſt, quam Æthiopes incolunt, annique tempus vehementer vel frigidum ſit, vel incaleſcat, nemo eſt, qui venam diſcindere audeat, in lib. Hippocratis de victus ratione in morb. acut. comm. 4. ſuper illum text. 25. ſanguinemque auferre inſpecta ſecundum habitum, ætatemque pluris minorisve ratione: nam pueris propter habitus mollitiem ſucci perſpirabili cute facile diggeruntur: ſenibus vero non facile propter ſiccitatem, & frigiditatem: lib. vndecimo metho. cap. 14. at, ſi in puerum incidat (febris ſcilicet putrida) qui quatuordecimum annum hactenus non attigit, mitti illi ſanguis nō debebit, propterea quod tantillus, cum præſertim calidi ac humidi ſint, plurimum corporis ſubſtantiæ quotidie defluat ac diggeratur, & hinc lib. cuius titulus eſt, præſagium experientia confirmatum, dicitur, hac de cauſa (quod eſt, quia habent carnem dilabilem) neque pueris ſanguinem ex vena detraxeris ad quartum decimum vſque ætatis annum. Pro ſecundo facit apho. ille Hippo. 30. part. 5. nempe mulier vtero gerens ſanguine miſſo ex vena, abortit: & magis ſi fœtus ſit maior, & Galeni contextus, ex defectu alimenti fœtus deſtruitur non modo miſſo ſanguine ex vena, ſed etiam ex longiori inedia: non abſque ratione autem & maior fœtus magis deſtruitur miſſo ſanguine ex vena matris, quia alimentum detrahitur. Similis ſententia colligitur ex Auic. fen. 21. lib. 3. tract. 2. c. de aborſu, & 4. Almanſoris in ſumma c. de regimine prægnantis, & 7. colligit Auerr. c. de æqualit. euacuationis, Braſobolus in com. illius apho. expreſsis illis verbis rationē

Sanguinis miſsio præſidium ſingulare.

Cohibentur pueri ſenes & alij à ſāguinis detractione.

Vterogerēs non phlebotomanda.

introdu-

Digitized by Google

introducit, mulier, quæ vtero gerit, maiore nutrimenti copia indiget, quam illa, quæ vtero non gerit: nam quæ vtero gerit, pro ſe, & pro fœtu alimento vtitur: immediatum vero alimentũ eſt ſanguis, vnde ſi ex muliere vterogerente ſanguis mittatur, alimentum ipſi demitur & infanti, vel ſaltem infanti, quia infans ex vmbilici venis exſugit, & inde quanto maior fuerit fœtus, quia plus indiget alimenti, tanto facilius & citius detracto ſanguine fame tabeſcit, & mouetur, & diſſoluitur, & decidit ex naturalibus vinculis in aborſum. Ex quibus liquet perperam quoſdam affirmare medijs menſibus audacius poſſe ſanguinem detrahi, quam primis, & vltimis. Cuius mentis fuiſſe Auerroem, inſinuat Braſobolus com. in 1. apho. quartæ particulæ §. ad tertiam dubitationem de venæ ſectione reſpondemus: vbi colligit, tamen primis illis menſibus cum fœtus adhuc paruulus eſt, & tanto nutrimento nõ indiget, ſecurius fieri poteſt, quidquid de hac re Auerroes ſentiat. Quo autem fundamento illi moueantur, haud intelligibile eſt, niſi ſibi velint aphoriſmum 1.4. eſſe fundamentum: eo quod iuxta antiquam tranſlationem, quam etiam recipit Braſobolus, legatur, vtero gerentes ſunt medicandæ, ſi materia turget quarto mẽſe, & vſque ad ſeptimum, ſed has minus, iuniora autem, & ſeniora vereri oportet: medicari autem commune ſit ad expurgationẽ & ſanguinis per venæ ſectionem detractionem: ſicuti videre eſt libro ad Traſibulum capite 42. §. purgare, venam ſoluere, os excidere, inediam indicere, cibum exhibere: poſt has aliæ communiores, ac iam vniuerſales, medicari, manus opera vti, rationem victus conſtituere, omnibuſque iſtis commune mederi: ſed tunc revera abs re erit, cum omnes confiteantur aphoriſmum futurum eſſe intelligendum ſolum de expurgatione, non autem de ſanguinis miſſione, & expreſſe ſatis Galenus id docet in comment. §. ſed ne hoc quidem tempore omnes, quæ purgatione indigeant vacuari permittit (Hippocrates ſcilicet) ſed ſolum quando materia inuitat ad ſui excretionem, id eſt, turget: tum quia quæ turgent per expurgationem, docet ipſemet Hippocrates 1. aphor. text. 22. euacuare, quando ſic, quæ matura coctaque ſunt medicari, ac mouere oportet non cruda, nec per initia, niſi turgeant: in cuius comm. inquit Gale. conſueuit Hippocrates dicere medicari, pro vti medicamento purganti. Denique, quia non eſt excogitabilis aliqua ratio propter quam medijs menſibus ſecurius queat ſanguis detrahi; nam ſi dicas, quod mouetur humor de-

Medijs mẽſibus ſanguinem detrahere à prægnantibus docent quidam.

Digitized by Google

mor detracto ſanguine, & primis menſibus pro teneritate acceptabulorum facilius rumpuntur, vt in expurgatione, reuera diuerſa eſt valde ratio: nam quamplurimæ ex vtero gerentibus ſolent abſque ſenſibili alteratione primis mẽſibus ferre ſanguinis miſsionem, vtpote quod nõ calefaciat, moueat, nec alteret humores: ſicuti pharmaci potio. Tum quia licet illa euenirent, puer ſic defectuoſe ſentit, vt nihil illud referat.

Ceterum his omnibus neglectis, neque conſideratione præuiſa illius ſententiæ 5. particulæ apho. (non poteſt medicus vtero gerenti potens auxilium adhibere: ſic autem eſt ſanguinis miſsio 2. apho. cap. 6. neque illius Alexandri Traliani, & Cornelij Celſi lib. 2. c. 10. nempe antiquitas exiſtimabat, ſi vtero gerẽs curatur per ſanguinis miſsionem abortit) fatentur omnes poſſe exerceri hoc remedium in vtero gerentibus, ita quod Leonardus Botalus lib. de ſanguinis miſsione increpat Hipp. quod dixerit ſanguine detracto abortum contingere, nam inquit, cum fœtus eſt iam integre factus non conſumit fere drac. vnam ſanguinis, & cum bimeſtris eſt difficulter conſumit ſex drac. cum trimeſtris eſt, tres vel quatuor, vnc. quia vſq; tũc valde exiguus eſt fœtus, qua propter in iecore, & primis venis ſupereſt magna copia ſuccorum, indeque & in ventriculo ſupereſt alimentum, propter quod in toto corpore matris redundat copia ſanguinis, indeq; poſſumus ſatis audacter omnibus menſibus ſanguinem detrahere: adducitq; innumera exempla prægnantium, quarum venas adſtringit ſine fræno: reliqui vero etſi non ſic audacter, ſaltem inquam plurimis caſibus, parce tamen quam pro natura affectus. Hinc Auic. fen. 4 lib. 1. cap. 20. neque prægnans, neq; menſtrua habens debet phlebotomari, niſi magna vrgente neceſsitate, vt ſi vexaretur ſputo ſanguineo, forti & violento & ipſius virtus conueniens eſſet, id eſt, ſatis fortis ad ferẽdum phlebotomiam, debet phlebotomari. Auerr. lib. 6. colect. cap. 4. dicit Hipp. mulier prægnans nõ debet phlebotomari, &c. ego autem dico, quod ſi phlebotomia, quando adeſt repletio, qua embrio non indiget, non eſt mala. Cornelius illo cit. cap. at ſi firmus puer, & robuſtus, ſenex & grauida mulier valens, tuto curantur (per detractionem ſanguinis aperta vena, de his equidem diſſerit in illo cap.) dummodo conſtet prægnanti mulieri poſt curationem vires ſupereſſe, nõ tantum ad ſe, ſed etiã ad puerum ſuſtinendum, cũ in illa vna muliere duo corpora alenda ſuſtineantur. Vnde patet primo adducere antiquorum placitũ circa

Potens auxilium negatur prægnantibus.

Infans ſanguinis pauciſsimũ primis menſibus abſumit.

Digitized by Google

circa detrahendum ſanguinem ab vtero gerentibus, non ſuã ſententiam, niſi vltimis verbis mentem oſtendere. Denique, ſi fere omnes tam antiqui, quam neotherici ſcriptores aſſeuerãt, neq; oppoſitum condocuiſſe Hipp. aphor. illo 21. part. 5. ſed tãtum, vt nos terreret, ne temere vt antiqui ab vtero gerẽtibus ſanguinem detrahamus, res patet: hinc Braſabolus in com. prorũpit in hæc verba, ex his ne ſimpliciter arbitreris Hipp. in vtero gerente muliere venæ ſectionem prohibere, quando opus eſt, ſed ideo hoc dicit, vt nos deterreat à venæ ſectione in vtero gerentibus, ne id temere agamus. Doct. Mercado lib. 3. de mulierum affectionibus, c. 22. aſſerit ſententiam illam Hipp. intelligendam eſſe eo modo, quo alias, quæ ad præſagiendi rationem attinent. Illinc 5. aphor. 51. mulierem vtero gerentem capi ab aliquo morbo acuto lętale, non tamen ob id credendum eſt omnes protinus morituras, ſed magna ex parte id accidere: eadem ratione fore exiſtimandum ſanguine miſſo ab vtero gerentibus. Hipp. autem interdixiſſe ab illis ſanguinis detractionem docet ibidem 5. nec verbum vllũ ſanguinis detractionis protulit, quin potius eam omnino expreſsis verbis interdixit: Valleſius tamen in commẽtario illius apho. aliter inſinuat, dum ait, verum hinc conſtat, Hipp. non hoc ita dicere; quaſi omnino nunquam ſit prægnanti mittendus ſanguis: ſed quaſi à miſsione ſanguinis; cauſa prægnationis cauendum ſit nã ſi omnino nunquam eſſet mittendus ſanguis, nũquam eſſet plus, aut minus cauendum: ſed ſemper omnino; at vero ſi magis facit abortum, cum fœtus eſt maior, magis eſt abſtinendum à miſsione ſanguinis cum fœtus eſt maior: ergo minus cum fœtus eſt minor. Sed quia illa comparatio potius videtur inſinuare, quod in vtrumque euentu contingit abortus ſanguine detracto, & ſi citius in vltimis mẽſibus, & inde quod expoſitio Doctoris Ludouici Mercati ſit clarior. Vt magis vero luceat vnius, vel alterius veritas, & totius doctrinæ ſcitu dignæ, placet aliquot animaduertere. Primo quod ſanguinis miſsio, de qua dicitur à Gale. 2. aphor. com. 17. euacuatio omnium humorum autem, quę quidem exquiſitiſsima eſt, fit per venæ ſectionem: remedium equidem non machinamentis, ſed ab agentibus naturalibus doctis (non alio Doctore, quam ſuo conditore, adinuentum, iuxta illud Plinij 8. lib. naturalis hiſtoriæ c. 26. 5. Hippopotamus in quadam medẽdi parte etiam magiſter exiſtit: aſsidua nanq; ſatietate obeſſus exit in litus, recentes arundinum cæſuras perſpeculatus, atq; vbi acutiſſimum *Sanguinis miſsio quid.*

ſimum

Sanguinis miſsionis origo.

ſimum videt ſtipitem;imprimens corpus venam quandam in cru re vulnerat,atque ita profluuio ſanguinis morbidum alias corpus exonerat, & plagam limo rurſus obducit,loco cuius vtuntur homines hodie ligaturis, & iuxta illud Edoardij Votonij lib. 5. de differentijs animalium c.83. oculi eorum, id eſt,vrſorum hebetantur crebro,qua maxime fauos cauſa expetunt: vt conuulneratum ab apibus os,leuet ſanguine grauedinem illam)adeo cõueniẽs in humana natura,vt dicatur de ipſo, ſanguinis miſsio eſt euacuatio æqualiter corpus euacuans 4.apho.2. quod ſit excellẽtius remedium lib.de curãdi ratione per venæ ſectionem c. 12.§. at in ſanguinis miſsione ſummum id bonum eſt, euacuationem dum voles poſſe ſiſtere, ac rurſum quo videatur tempore fluere ſinere,quoad vſque recte habere appareat, ipſo curatur magnus morbus in 3.lib.de mor.vulg.com.1. & devictus ratione in mor. acut.com.4.lib.10.metho.medendi cap.2.ſanguinis miſsio præſtantiſsimum remedium in obſtructione ea, quam copia facit §. præferetur autem inter remedia,in ea, quam copia facit ſanguinis miſsio.Et hinc 13.metho.cap.6. ergo plethora ſanguinis miſſione curatur; dolor ingens:maxima inflammatio,& ardentes febres iuxta illud axioma ab omnibus celebratum, in ardentiſsimis febribus vrgentiſsimis doloribus & maximis inflammationibus,& vſq; ad animi deliquium.Hinc lib.de venæ ſectione aduerſus Eraſiſtratũ cap.1.ſanguis mittendus eſt in ſynanche,& perineumonia,& in dolore pleuritico de victus ratione in mor. acutis com.2.& com.4.lib.6.aphor. 5.neque ſolum confert in acutis morbis ſanguinis detractio,vt cõſtat locis adductis & mille alijs, ſed & in cronicis.Prŏ vtroque,facit caput 19. libr.de curandi ratione per venæ ſectionem §. quocirca qui in gutture & arteria graui torquentur inflammatione, in principio quidem ſecta in cubitu vena, poſt principium autem ſub ipſa lingua, magnifice prodeſt,inciſsis videlicet venis,quæ ſub ea ſunt,ambabus.Sic induratæ phlegmonarum in oculis reliquiæ ſectaque ad magnum decurrit angulum vena merifice iuuantur, ſicut capitis grauitates & inueteratos in eo ex plenitudine dolores leuare manifeſte ſolet tuſſa in frõte vena,arthriticis etiam,podagricis,patientibus vertigines,hæmorrhoides, & alias cronicas affectiones docet eodem cap.paulo inferius, priapriſmo 14.med.c.7. renum affectionibus lib.de dignotione,& medicatione renum affectuum c.4.& quod plus eſt ſanguinis miſsione ſpaſmum curari inuenitur lib. de venæ

Propter quid inter remedia laudatur ſanguinis miſsio.

In cronicis morbis ſanguinis miſsio.

de venæ ſectione aduerſus Eraſiſtratum c.5.§. vtrum igitur neq; horum, vbi vel ſynanchem, vel perineumoniam incurrerint, ſanguinem euacuabis, aut potius, ne deciſcere videaris ab his, quæ perperam didiciſti tot hominum interitum parui pēdens, tu for taſsis hoc facies? Ego autem non hæc ſolum, ſed etiam ſpaſmum, hydropemque ſanguinis euacuatione ſæpius ſum medicatus: in hunc enim modum erudiuit me tum longa experientia, tum ratio ipſa, quæ mihi ſuggeſſit, vt occaſionem ipſam, eiuſque momentum ſic inueſtigarem. Vniuerſam præſcriptam doctrinam docet Auic. & omnes practici proprijs capitibus, & experientia quotidiana, nā quotidie omnia fere genera morborum, & febres extirpat medica ars media ſanguinis euacuatione per venæ ſectionem potiſsime.

Sed obijcies forte ex Hipp. 4. de ratione victus in mor. acu. tex. 19. quod dixerit, in acutis autem morbis ſanguinem detrahes, ſi vehemens morbus videatur, vigeatque ægrotanti ætas & virium adſit robur: quam amplectitur ſentent. Gal. in com. §. ſanguinem etenim primū detrahes, ſi magnus tibi videatur morbus: præter mentem igitur Hipp. & abſq; conſiſtentia doctrinæ Gal. in cronicis, & abſq; vehementia morbis edocetur ſanguinem fore detrahendum. Nec obſtat ibidē aſſeuerare Gal. neq; refert: ſi vel vehementem vel magnum morbum dixeris: nam ſi opus eſt magnitudo morbi extractioni ſanguinis: perperam in quā plurimis ab enumeratis extrahi præcipitur, cū multo abſint à ratione magni morbi: tum, quia nec illud obſeruatur in perpetuum à Gal. neque apud eundem liquet expreſsius, quid morbum cōſtituat magnū. Primum conſtat, nam in tertiana cū cardiaca affectione, ſeu ſyncopali non detrahitur ſanguis, & tamen vehemēs & morbus magnus iudicatur. Exiſtimare autem defectu virium roboris, non detrahi ſanguinem, haud perceptibile eſt: cū die intermiſsionis detrahatur citra aſſumptionē alicuius alimenti corroborantis vires pro tunc: tum quia in febre diaria apprehenditur pars princeps, cor nēpe, curatur tamen balneis, nō ſanguinis detractione, vt videre licet lib. 1. de arte curatiua ad Glauc. c. 3. primis illis verbis, curare autem oportebat omnes quidem balneis. Secundum Gal. æquiuocat expreſſe cum lib. 7. metho. c. 12. ex vnica fonte magnitudinem morbi deſumi §. affectus magnitudo perpendēda eſt, ea triplex eſt, alia quæ ex læſæ actionis præſtantia ſpectatur; alia, quæ ex propria effectus eſſentia: & tertia præter has, quæ ex facul-

Quæritur quomodo in acutis ſanguis mittendus.

In morbis magni: quādo non mittitur ſanguis.

Diaria febris balneis curatur.

facultate, quæ læſum corpus gubernat, æſtimatur, doceat. Ex alia vero 4. metho. c. 6. §. nam cum triplici genere morbus quiſque ſit grauis, aut propter præexcellentiam partis, aut propter affectus magnitudinē, aut propter ipſius cachoethiam. Vlterius quid præſtabit videre vnicam ſolam regulam, & rationem ad ſanguinem detrahendum in morbis magnis: ſi ex eodem Gal. ad determinationem remedij opus eſt aduertere magnitudinē morbi, & ideā morbi, motum morbi, & morem morbi? dices hæc omnia ex eodē Gal. conſtant facillime: nam idea cognoſcitur ex proprijs accidētibus, magnitudo ex quantitate accidentium, motus morbi ex acceſsionis partium tempore, mos morbi ex accidentibus ſuperuenientibus: & quid fuerit morbus magnus colligitur ſatis conſpicue lib. de definitionibus medicis, vbi dicitur morbus magnus re & ſpecie eſt, qui reperitur in neruo, vel muſculo, qui quāuis oculo paruus videatur, vi tamen eſt magnus. Vnde magnus ille dicitur morbus, qui infert magnam noxam toto corpori, aut facultati: & quia in illis cronicis morbis hæc ratio reperitur magnitudinis, inuenitur & ſufficiens vrgentia ad mittendum ſanguinem in illis. At tunc ſic, quid tibi præſtare poteſt cognitio huius, vel illius rationis detrahendi ſanguinem, vt homines ab illis reduces fiant, ſi verum eſt illud Gal. 2. apho. 22. ſanguis non eſt mittēdus ægris, cum adeſt inedia? Nam fere ſemper hac pro in appetentia cruciantur, indeque facti ſunt imbecilles. De his vero relatum vi deas lib. 4. de ſanit. tuenda capite 4. ſin vires imbecilliores dehortantur, ſanguis mittendus haud quaquam eſt. Et inde lib. de curandi ratione per venæ ſectionem cap. 9. habetur: neq; enim vbi tanta crudorum humorum copia accumulata eſt, vt ſecandam venam prohibeat, ratio redarguitur: nā iſtis virium robur nō adeſt: ſed cronici inuoluunt hanc rationem morbi iuxta illud 4. apho. 44. morbi longi fiunt propter humores frigidos, aut multos, aut craſſos: ergo deficiet illis virium robur: & inde ſeparanda ſanguinis detractione. Ab acutis etiam interdicitur ſanguinis miſsio, lib. de ſectis ad eos qui introducuntur cap. 3. nullis igitur morbis magnis aut pro vehementia, aut pro noxa ſupereſt cōueniens ſanguinis miſsio. Accedit ſanguinis miſsio aliquādo necat 9. meth. cap. 10. vtpote quod nimis ſit longa, cum ergo non tibi conſtet de quantitate ſanguinis humani corporis extimeſcendum eſt detrahendo ſanguinem. Tum ſi per ſanguinis miſsionem non curatur obſtructio, neque putredo. 11. methodi cap. 14. §. verum quoniam neque

Magnitudo morbi motus & idea vnde cognoſcatur.

Morbus magnus qui.

Virium robur requiritur ad ſāguinis miſſionem.

Digitized by Google

neque obſtructio, nec putredo curari per ſanguinis miſsionem poteſt, vtque alia remedia (ceu prius eſt monſtratum) deſiderent: cui, accedit tunc potius chachochimiam adeſſe: cui arridet potius expurgatio, & 4. methodi cap. 6. ſanguis non ſemper mittendus, cum ſanguis abundat: imo alijs ſatisfacit inedia, alijs cibi parcitas, alijs ſoluta aluus, vel purgatio, vel frequentius balneum, alijs ſola exercitatio, vel multa frictio: ergo nec in pro plectora, nec corruptela, quidquid fuerit morbus magnus, erit alicuius certitudinis ſaluti ſanguinis detractio. Denique ſi quantitas euacuandi ſanguinis cõiecturalis eſt, lib. de curandi ratione per venæ ſectionem cap. 14. & adhuc coniectura habita in aliquibus bonum extrahit ſanguinem, & relinquit malum iuxta illud Auic. fen. 4. lib. 1. cap. 20. §. cum vero ſanguis alicuius fuerit bonus, & paucus, & fuerint in ipſius corpore multi mali humores, phlebotomia bonũ rapiet, & malum relinquet: rationi igitur diſſonum videtur futurum eſſe vti hoc remedio.

Sanguinis detrahẽdi quantitas coniecturalis.

Pro deciſsione dub. not. iam ſequitur, plus aliud eſſe opus, quã morbi magnitudo, ſcilicet quod magnitudo determinetur ab ſpecie morbi, nam quantumuis genus, idæa, & differentia identificẽtur à Gal. lib. 11. metho. cap. 7. quantum ad vnam communem intentionem, tamen idea morbi, ſeu ſpecies ſimul cum magnitudine aduertenda eſt ad ſpeciem remedij, & id docet expreſſe Gal. lib. 1. de criſibus cap. 3. lib. de curandi ratione per venæ ſectionẽ, cap. 6. & cap. 13. & conuincitur ſic, quia ſpecies auxilij ab ſpecie morbi capienda eſt: non â genere abſolute, nam ab illo ſolum ſumitur communis ratio, iuxta illud Hipp. 1. apho. fen. 6. extremis morbis extrema ſunt remedia: & inde commentatores illius ſententiæ condocent, vt videre eſt apud Philotheum, Oribaſiũ, Braſabolum, & reliquos medicos; imo & apud Ciceronem primo offiĩciorum lib. de omni genere remediorum intelligi poteſt in ordine ad morbos extremos, quibus extremæ exquiſitæ curationes, optimæ ſunt: ergo hæc exquiſita curatio, quæ exercetur media ſanguinis miſsione, aut expurgatione, aut exquiſitiſsimo victu ex hac ſpecie morbi, ex tali, aut tali cauſa expoſcente hoc, aut illud remedium debet animaduerti: ſecùs non eſſet ratio, quare cũ offertur medico morbus magnus, inciperet prius ab expurgatione, quam à ſanguinis miſsione. Deniq; id confirmant expreſſa teſtimonia ex lib. ad Traſibulum c. 21. 4. de ratione victus in mor. acut. tex. 107. & 4. met. c. 7. igitur ad mittendum ſanguinẽ ſpecies

Quæ requirantur ad ſanguinẽ mittẽdum.

Specialis curatio ab idea ſpeciali morbi.

Rr morbi

Digitized by Google

morbi præ oculis eſt habenda præter magnitudinem, & id eſt, quod dicebat Gal. 1. de criſibus §. animaduertere decet magnitudinem, ideam morbi, motum morbi, & morem morbi, tum & virtutem languentis, iuxta illud 4. metho. c. 6. §. quoniam ſi valens morbus ſit cum virium robore: nemo eſt, qui ſanguinem non mittat, qui vtique in artis operibus ſit exercitatus: id etiā lib. de ſanguinis miſsione, & 4. de ratione victus in acutis. Vnde illud, quod additur de ætate florente, non ponitur, vt ſcopus petens, aut cohibens ſanguinis miſsionem, ſed ſolum coarctans ad quantitatem. Hinc ſcriptum eſt, pueri valde non ſunt phlebotomandi, lib. de ſectis ad eos qui introducuntur §. ita neque ætatem poſſum præterire ſpernere ve, &c. & §. ſed neque vos aut in vltima ſenectute cuique, aut puero natu admodum paruo, neq; quiſpiam alter vnquam mittere eſt auſus: quaſi dicat, ego autem ſecus: nam quandoque diuerſam in diuerſis ætatibus, vt non ſola medicinæ menſura, modo vè, ſed etiam toto genere euariem. Et accedit ratio, nā ſi medicus eſt imitator naturæ in his, quæ recte ſe habent, & ante decimum quartum annum ſæpe illos per fluxus ſanguinis â morbis liberat, vt experientia quotidiana indicat, & Hipp. docet apho. 3. part. apho. 17. illo, grandioribus autem & iam accedentibus ad pubertatem plurima ex his, & febres diuturnæ magis, & ex naribus profluuia ſanguinis: pubertas vero ante decimū quartum circunſcribitur ab auctoribus. Vnde Braſſobolus in comm. apho. illius inquit, totum hoc ſpatium à duodecimo anno vſque ad decimum quintum ſecundum maiorem, & minorem caliditatem citius & tardius pubertatem implet: ſed nullus decimū quintum annum tranſcendit, & nullus ante duodecimum pubeſcit, vt plurimum vero decimo quarto anno puberes afficiūtur: ideo pubertatis terminus ab Hipp. & Gal. & alijs pluribus quartus decimus annus aſsignatur: quia rariſsime hunc tranſcendūt, & quia rariſsime duodecimo anno puberes fiunt, propterea in calidioribus â Galeno tertius decimus annus pubertatis annus exiſtimatur: hæcque in viris intelligenda ſunt, nam mulieres citius pubeſcunt, ipſæ enim à decimo anno vſque ad tertium decimum: ergo licebit ante decimum quartum inſequentes naturæ opera ſanguinem detrahere, tam in viris, quam in fœminis: quinimo experientia commonſtrauit, ſecūdo 3. 4. & ſic de reliquis annis ſanguinis detractionem ſanitatem reſtituere pueris: & merito id contingit: nam ſi afficiantur ex ſanguine, ortis morbis, cuius reſolutio per illam

Ætas coarctat quātitatē ſanguinis detrahendi.

Pubertas quæ.

Ante decimum quartum annū ſanguinem detrahes à pueris & puellis.

illam inſenſilem,& halituoſam euacuationem tarde expectatur, quare non detrahetur,& ſi parce quam pro alia ætate, ante corruptionem inſignem.Hinc 4.de ſanit.tuenda dicitur,ſanguis niſi trahatur in laſsitudine phlegmonodes accendit febrem : tum ex Gal.habemus lib.de curandi ratione per venæ ſect.c.12. Ceterū vbi ferueſcentis ineſt ſanguinis plenitudo acutiſsimam accendēs febrem,ſubitum ac ſimul euacuare expedit. Igitur, ſi ſimilibus corripiatur puer morbis,neceſſum erit,ſubito accedere ad euacuādum aliquid,ſaltim per ſanguinis miſsionē: & non expectare ad illam inſenſilem euaporationem,ſeu euacuationem: non etenim ab illa ſarcina,& incendio humorum liberari puer poteſt,ità breui temporis ſpatio,vt expoſcit vrgētia morbi. Et inde liuce eſt clarius alijs locis ſolum interdicere Hipp.& Gal.à ſanguinis miſsione pueros quoad tantam quantitatem, non abſolute : pariter & de ſenibus,vt videre eſt illo de ſang.miſs.c.13.6. didiciſti autē vehementi pulſu cum æquaqilitate, tanquam minime fallace viriū robuſtarum ſigno fidem ſemper habendā eſſe, ex abundanti autem & magno:itaq; & ſeptuagenarijs,modo dicti adſint pulſus; ſi affectus iubeat,venā ſecabis:ſunt enim quidam & in hac ætate multi ſanguinis,vireſq; habent robuſtas:ſicut alij ſicci, & pauci ſanguinis,& facile areſcentes,quauis percuſſa parte,vel nigreſcētes.Itaq; non numero annorum ſolummodo animum aduertes,ꝙ quidam faciunt:ſed & corporis habitui:nā ſunt,qui ſexageſimo ætatis anno venæ ſectionem non ferant, cum quidam qui ſeptuaginta nati ſunt annos perferant: verum tamen minus his vtique detrahes,etiamſi eandem habere affectionem, quam florens corpus appareant,& idem iudicium ferendum eſt de regionibus calidis,& frigidis,de cœli conſtitutionibus, atq; de vtero gerentibus:nā hæc omnia faciūt, vt non detrahatur ſanguis in tāta quantitate,vt alias iuxta exigentiā & cauſam,non tamen illā negant, dum morbi ſpecies expoſtulat,& vires conſentiunt:magna tamē illorum habenda eſt ratio.Hinc.4.apho.42.regio confert admetiendā euacuationem,& lib.de venę ſectio.c.9. Nā ſi eam magnā fore appareat,omnino ſanguinē mittemus ſtantibus viribus,etiā ſi nulla exiſtat plenitudinis nota,tantū inſpecta ætate,& regione quæ ſola in ijs,quæ adiecta ſunt lib.de ratione victus recenſeri cōſpiciuntur,& 2. de ſanitate tuēda,in regionibus intemperatis nō poſſunt gigni tēperati,& 4.aph.2.regio notat humorē peccātem. Pro ſecūdo credo facere illud apho.5.p.4.ſub cane,& ante canē;

Senes phlebotomari queunt.

Geſtatio vteri regio & cœli ſtatus non cohibent omnino ſanguinis miſſionem.

difficiles ſunt medicationes:nam licet ad literam teneat apho.de expurgatione,eo quod tunc exuſta bene natura eam, quæ à medicamentis purgantibus,non fert acritudinem : tamen potiſsima ipſa eſt ratio,quia vires deficiunt:iuxta illud Gal.in com. & natura ex æſtu imbecillis magis expurgatione diſſoluetur.Idē Philothens §.propterea quod tunc debilis eſt potentia, ſed hoc etiam in ſanguinis detractione illud dictum confert, ergo & ratio cœli ſtatus attendenda eſt ex illo:aut ſi mauis,ſit iuxta illud aſtronomorum,vt refert Hasfurtus lib.2.cap.15.ſcilicet in leone minutio prohibetur,quia leo eſt domus ſolis:ſol autem in natura omnino contrariatur lunæ in geminis;ideo prohibetur minutio,nam communiter ſit minutio in brachijs,&manibus,quæ gemini reſpiciūt tangere autem membrum ferro, luna exiſtente in ſigno reſpiciēte illud membrum,timendum.Hoc idem dicit Almanſor in libr. 15.capitulorum c.24.Non erit bona ſanguinis minutio luna in geminis,nec erit conueniens,vt ventoſes luna in Tauro etiam, ideo excipiuntur gemini,& vltima medietas libræ,quia per ea tranſit Galaxia in qua ſunt multæ ſtellæ de natura martis: quare & luna in illis ſignis dicitur combuſta: quare tunc philebotomia vitatur.Multi etiam reijciunt Scorpionem in minutione facienda,eo quod opponitur tauro,in quo luna exaltabitur, etiam quia Scorpio eſt domus martis,qui plus contrariatur lunæ,quam ſoli:quare minutio in eo prohibetur.Sed animaduertit Hasfurtus,& merito,quod duplex eſt tempus minutionis, quoddam neceſsitatis, cum ſcilicet morbus exigit minutionem,ſicuti in ſquinantia,minutio cœphalicæ,vel venæ ſub lingua multum prodeſt: licet tempus non ſit electum ex cœlo: ſquinātia enim eſt morbus peracutus, qui non patitur moram(eadem erit ratio de omnibus acutis & peracutis) quia citiſsime interficiat, & de hoc tempore minuēdi nil ad propoſitum,eo quod neceſsitas legem non habet : aliud eſt tempus electum,quod ſecundum ſapiētes aſtrorum à loco lunæ accipitur,in ſignis zodiaci,& vario aſpectu planetarum lunæ ad ſolem,& alios planetas,& hoc tempus habet locum , dum non vrget neceſsitas:pro tertio de vtero gerentibus faciunt illa teſtimonia in ſuperioribus præfixa.

Sanguinis miſsio non eſt bona luna in geminis.

Supereſt igitur dicendum ab vtero gerentibus, ſi idæa morbi vrgenter expoſcat,& vires conſentiant, licet ſanguinem detrahere : & ſi minus, ſeu parce, quam alias fieret abſque vteri geſtatione ſtante tali vrgentia & morbi ſpecie. Tenent hanc concluſio-

Vtero gerētibus cōuenit aliquādo ſanguinis miſsio.

cluſionem auctores ſupra citati exponentes illum apho.35. Aui. & Auerr. locis ibidem adductis. Sed animaduertunt præter vires & ſpeciem morbi, attendendam fore quantitatem ſanguinis ſufficientem pro puero & matre: non ſolum pro præſenti ſtatu, ſed pro duratione morbi vſque ad coctionem materiæ morbificæ: cōfert enim multo ad hoc, iuxta quod colligitur 2. apho. 1. & 3. & 3. apho. 2. ſanguis materia eſt, in qua habitat calor naturalis, imo ſecundum aliquos, vt refertur 2. de decretis, Hipp. & Plato, ſic ſedes animæ eſt, vt ad omnes actiones ſit ſeruandus incerta proportione. Cōditionem concluſionis ſcribit Auerroes 7. collect. c. 4. §. ego autem dico, quod phlebotomia, quando adeſt repletio, qua embrio non indiget non eſt mala. Recipit eandem ſententiam Doct. Valleſius 7. contro. med. c. 7. & ipſa colligitur ex D. Mercado lib. 3. de affectio. mul. c. 18. §. quo fit, vt licet fœtus ob id imbecillior exiſtat, (loquebatur de ſanguinis profuſione ex prægnantium vteris) cum hoc tamen aborſu non periclitatur fœmina: maxime ſi in corpore, aut vtero ſubſit plenitudo, quam fœtus conterere nequat. Quoad vniuerſalitatem vero concluſionis eodē lib. c. 22. ſic habet, in hac tamen re ego proculdubio ſentio, prægnantes ad ſanguinis detractionem ſimilem ſcopū præſtare ei, qui ab ætate deſumitur. Nam ætas non renuit ſuapte natura ſanguinis detractionem: ſed ob certas ipſius conditiones quantitatē moderatur: quamobrem in grauidis duplici ratione videtur ſanguinis detractionem moderari oportere. Prima, ne vires fœminæ ita deficiant, vt ipſi fœtui & morbo ſufficere non poſsint: ſecunda quia periclitatur ſanguine detracto aborſu, nam ſi primis mēſibus mittatur, tenerrima admodum ſunt fœtus vincula, & quouis leui motu diſrumpuntur: (de his poſtea) præterquam quod diſſoluuntur non pauci ſpiritus in ipſo opere, quorum defectu deterius ſe habet infans, verum ſi auctior nimis exiſtat fœtus ſanguine miſſo, facilius corrumpitur ob alimenti defectum, quibus ſic ſtantibus rei ratio conſulit vtrique eſſe ſubueniendum, morbo quidem ſanguine miſſo, fœtui vero minori eius copia extracta: & poſtea ſic, iuxta illam ſententiam â nobis ſcriptam ex Celſo. Ex quo loco infero, quod ſi mulier vterogerens acuto magnove morbo corripiatur, & vires ipſius conſtiterint, ac nihil fuerit aliud, quod obſtet, ſanguinis detractionem citra euidens aborſus periculum, optime tolerare poterit: quod tamen intelligendum eſt dum vitæ periculum impendet; quaſi dixerit, non propter quoſcunque

Sāguis ſeruandus pro fœtu et matre

morbos, aut quaſcunque cauſas, omnes tam exercentes medicinę praxim, quam ſcriptores hanc commendant doctrinam: & quia certum eſt in nullo mēſe geſtationis vteri ſanguinis miſsionem vacare periculo: ideo caute ſemper exercenda plus minusuè, non ſolum in vtero gerentibus, verum & in omnibus. Inde enim dictum eſt 2. apho. 28. febricitantium non omnino læuiter permanere corpus, & nil minui, vel etiam pluſquam ratio poſtulat: quaſi dicat, aduertendum eſt, quando minuendus humor, & quomodo, & quod non debeamus faciliter venam ſecare: quandoque enim defectu huius ægrorum corpora magis exigua & tenuia fiunt, quam opus ſit, & quam morbi ratio exigat. Et licet exemplum appoſuit Hipp. in febribus, de alijs multis morbis vtique verba facere potuiſſet. Sed quia rari ſunt ſine febre morbi: & in iſta potiſſimum hæc fiunt: propterea de febricitantibus verba fecit. Illinc etiam Arnaldus Vill. tract. de phlebotomia docet, phlebotomia cum cautela debet fieri: ſi perfectus vis eſſe medicus ſemper time menſuram (propterea etiam inuenies apud Gale. 5. method. med. cap. 3. & iuxta Auicennam f. 4. lib. 1. cap. 20. & ad ſumum melius eſt, vt phlebotomiæ vices ſint multæ, quam vt ipſius quantitas ſit multa) ſemper ad pondus fac ſecundum vires, ætates, tempus, calores, & immutationes temporum, & omni tempore, ſi neceſsitas vrget, phlebotomia eſt adhibenda. Verum ab octauo Chalendas Aprilis, vſque ad octauum Chalendas Iunij vtiliſsimum tempus eſt ſanguinem detrahendi, quia tunc creſcit in homine ſanguis, & augmentum habet: ſed intelligendus prope illud Haſphurti loco ſupra allegato de tempore neceſsitatis, & electionis in alijs, & vtero gerentibus etiam: & inde iſtæ interdicendæ, niſi adfuerit magna neceſsitas, qualis ſolet contingere per acutos: nomine autem acutorum, non ſolum intelligas illos, qui cito tranſeunt, & cū periculo, aut qui facile præiudicantur, vt habetur com. 3. in prog. quoniam acuti etiam vocantur, quorum febres maxima ex parte continuæ ſunt 7. apho. 1. & 2. aphor. 23. inquit Galenus quicunq; vero imperfecti iudicati ſunt, ſeruati ſunt in proceſſu dierum vſque ad quadrageſimum, hos non ſolet ſimpliciter acutos nominare: ſed appellatione compoſita, per hæc verba; ſimul acuti, qui in quadraginta diebus iudicantur: & paulo inferius ſic, de his igitur in prognoſtico ſcribit, in hunc modum, oportet autem exiſtimare, ſpirandi facilitatem magnam habere vim ad ſalutem in omnibus acutis morbis, quicunque febres habent adiunctas, & in quadragin-

Phlebotomia cū cautela exercēda.

Tempus ad ſanguinē mittēdum præſtātius.

Digitized by Google

draginta diebus iudicantur. Iuxta quam latitudinem fortaſsis lo quebantur Hippocrates & Galen. illo 4. de ratione victus in acu tis, ſi magnus morbus videatur aſſeuerantes: aut quia liber erat de acutis exemplum appoſuere in acutis: propterea tamen haud negarunt ſanguinem detrahendum in alijs morbis ab acutis abſolutis, cum & cronicis id concedant locis ſupra delineatis. Ex quibus infertur primo, quod quotieſcunque fuerit in aliqua par te principe aliquis morbus, ſi non inferat noxam modo explicato, non exiſtimandus eſt morbus magnus. Hinc aliqui ex catharris, etiamſi apprehendant cerebrum, non iudicantur morbi magni à medicis: hinc etiam ſcirrus paruus in iecore non reputatur magnus morbus, neque alij huius ordinis morbi. Secundo infertur perperam Argenter lib. de morbis increpaſſe Gale. quod in oſsis luxatione, & ereſypelate, non præcipiat ſanguinem detrahere, cum morbi fuerint magni: nam Galenus animaduertens ſtricte ſpeciem morborum illorum indicatione animaduerſa à cauſa, quæ aliter indicat, nõ recordatur ſanguinis miſsionis: tum inepte taxat Galenum, quia in podagra & arthriride præceperit ſanguinis detractionem venturis: nam quantumuis, dum præcipit pro illis venturis ſanguinem mittere, non ſiat morbi magni, quia non inferant magnam noxam, illaturi tamen ſunt poſtea; & hoc ſufficit: quod etiam ſolet contingere in his, qui ſquinantia, febribus tertianis, & alijs huiuſmodi morbis ſolent corripi, propter eandem conſiderationem. Ad ſecundum, quod in illo euentu non detrahitur ſanguis, quia ſpecies morbi potius pro ſua cauſa expoſtulat expurgationem: quod ſi intermiſsionis die quandoque fit minutio, non aduertitur immediata cauſa, ſed id fit refrigerij gratia, aut ratione materiæ antecedentis, ne ſcilicet materia maxime remota natura nempe ſanguis ad tertianam febrem, quia non poſsit gubernari à natura per corruptionem in bilem mutetur, & fiat cauſa proxima. Ad tertium quod non exiſtimatur morbus magnus febris diaria, quia non infert magnam noxam, & inde, & habita ratione ſuæ cauſæ calefacientis ſolum balneis curatur. Ad quartum, quia communis medicorum ſchola tenet ex illo principio adducto 4. metho. cap. 6. animaduertendam fore diuerſitatem magnitudinis morbi: dicendum cogitaui omiſſa concilatione illorum locorum duorum iuxta placitum Iuſij Alexandrini libro de morbis cap. ſeptimo, & prope doctrinam Alexandri Maſairæ diſputatione prima, de ſcopis mittendi

Dixit Hip. in acutis, quia liber illorum.

Catharrus non dicitur morbus magnus & ſi in cerebro.

Quare in tertiana mittitur ſanguis.

 ſangui-

ſanguinem generaliter, & Antonij ab Altomari tractatu de febribus curandis, cum Lemoſio lib.7.metho.ſuper cap. 12. quod illa eſt ſubdiuiſio vnius membri prioris: diuiditur igitur ibidem morbus magnus ſecundum eſſentiam, aut reſpectu præſtantiæ actionis, aut reſpectu eſſentiæ effectus, aut reſpectu facultatis noſtrũ corpus gubernantis: & inde euanuit æquiuocatio, quæ Gal. imponebatur. Ad quintum ex 1. lib. de criſibus, docuiſſe Gal. illas conditiones fore adaertendas aliter, quam in alijs locis: quia loquebatur de morbis in ordine ad præſagiũ, ad quod mos morbi multum præſtat, vt hoc, aut illo modo inſurgat prædictio morbi, & reliqua: cum vero in alijs locis ſolum modo in ordine ad curationem nude ſermonem fecerat, ſubticuit illa. Et ad inconueniens, cognitis neceſſarijs ad curationem, & præſagiẽdi rationem, quia ſemper adeſt inedia non debemus ſanguinem mittere, vt deducitur ex illo 2.apho.22. reſpondetur & ad illas, quæ ſequuntur auctoritates 4.de ſanit.tuenda lib.de curandi ratione per venæ ſectionem, & 4.apho.dicendum ſequitur ſolum probare opus eſſe virium robur ad mittẽdum ſanguinem, quod nos libenter concędimus, & in vtero gerentibus, & in omnibus, non ſolum pro præſenti ſtatu, ſed pro futuro morbi: ſiue rationem acuti ſimpliciter ſubierit, ſiue ſecundum quid, aut cronici. Ad ſextum etiam recipio quandoque necare, ſi fiat illo modo, quo Gal. ibi docet, intempeſtiue ſcilicet, vſque ad animi defectionem: verum nos non ſolum vtero gerentibus ipſas interdicimus, nam præter quam eo loci Gal. commonſtrat illarum periculũ, & expreſſe docuit Hip. extremas euacuationes eſſe periculoſas 1.apho.2.& 3.ſent. & 2. apho. dicitur multum, & repente euacuare non eſt tutum, tum 6. apho. dum ſermonẽ inſtituit de euacuatione in hydropicis ſummopere reprehendit largas euacuationes 1.de compoſ.ſecundum locos melius eſt infra conſiſtere, quam debitam quantitatem excedere: verum & omnibus, eo quod experientia ſæpe commonſtrauit, ſi repente ſanguinis multum fundatur, homo moritur: ſic legitur apud Diaconũ de geſtis Lõgobardorum, Grimoaldus decimus Longobardorum Rex dum 9. die poſt phlebotomiam in brachio factam ſagittam in columbam direxiſſet, erumpente continuo ſanguine expirauit: Alexãder Imperator Baſilij filius, e repente naribus ſanguine: Atila rex Panoniæ ſimiliter, & nos vidimus duos ſic miſeros mortuos affluente ſanguine de repẽte pro morſu canis: quod ſi morti non tradantur ad minus propter tam

Morbi magni diuiſio & ſubdiuiſio.

Euacuationes copioſe cohibenda

largas

largas ſanguinis detractiones efficiuntur homines ſæpe chachexici, aut hydropici, frigida inſigne ſuborta diſtēperie in iecore, vt legitur lib. 2. de naturalib. facult. tum medicus eſt imitator naturæ lib. ad Traſibulum: natura dum bene ſe habet, nunquā euacuat ad animi defectum, quare ergo medicus, neq; in vtero gerentibus, neque in alijs? Tum quia non eſt cum conferentia, & tolerantia conditio maxime obſeruanda ex Hipp. & Gal. 1. apho. & 2. per multas ſent. & comm. denique quia ſi eſſet conueniēs propter rationem Gal. illud eſſet, ſcilicet quia totū refrigeratur in ardentiſsimis febribus, quibus non decet per initia ſic affectis propinare medicamentum expurgans: etiamſi ortū ducat à bile exposcente expurgationem: quia magis tali præſidio calefit corpus, & inde recurritur ad illā copioſam refrigerātem euacuationem: ſed tūc extinguitur calor natiuus propter magnam ſpirituum vitalium diſsipationem, & detracto ſanguine ab vniuerſo corpore, cor exinanitur, & tunc magno impetu à toto trahit, magisq; accenditur ſanguis, & inde fugiendum eſt in eo adhuc euentu, & recurrendum ad alia remedia, quæ valeant refrigerare abſque illo periculo.

Conferētia & tolerantia in euacuationib⁹ neceſſaria.

Si vero quis obijciat, ſanguinis miſsionem commendaſſe Gal. lib. de curandi ratione per venæ ſectio. c. 12. 1. apho. 23. & vſq; ad lypothymiam, & 9. metho. c. 6. inquit hoc modo detracto ſanguine duas febres ardentes ex ſanguine extirpaſſe, alteram putrem, alteram vero non putrem: vnde habuit origenem illud Theorema Gal. febres iugulabat: & laudabile illud eſſe, docet Oribaſius in compendio ca. 7. de ſanguinis miſsione, Alex. Tralia. lib. 2. cap. 12. & Auic. c. 11. lib. 3. vt ſupra: & teſtificari poſſum, vidiſſe hominem bis correptum parazinanche, qui (detracto ſanguine vſque ad lypothymiam ipſo ſummis precibus expoſtulante, repēte euanuit ſquinantia) & ſanitati fuit reſtitutus; tum quia per talē euacuationem ſæpe homines in ſudores & alui profluuia trahuntur: indeq; ab ingentiſsimis morbis liberantur. Dilucidabuntur vero hæc, ſi animaduertamus quod curationis parte aut vtimur cum magna vrgentia, & coacti contra regularia præcepta, quæ curatio ab aliquibus nuncupatur ſymptomatica: alio modo regulariter ſine conuerſione ad maximum incendium, dolorem aut ſymptoma maxime prauum, ſed per curationem methodicā deuenimus in cauſas morborum, quomodo non decet euacuare vſque ad animi caſum; quia non eſt neceſsitas, aut vrgentia ad id cogens. Primo ve-

An vſque ad animi deliquium ſanguis euacuādus

Curatio alia regularis, alia coacta.

mo vero modo & exercuit Gale. & illi auctores, & nos poſſumus iuxta illud vniuerſale theorema, melius eſt aliquid cũ periculo tẽtare, quam ægrotum derelinquere in deſperatione. In ſolo vero il lo euentu vtendum eſſe ſanguinis detractione vſq; ad animi deliquium docuit expreſſe Gal. illo de curandi ratione per venæ ſectionem cap. 12. ꝟ. proinde ſatius eſt tam copioſis vacuationibus abſtinere, niſi magna incumbat neceſsitas: en tibi cenſura. Ceterum, quia nec cum hac neceſsitate conſtat ſecurum iri ſanguinẽ detrahere vſque ad animi defectum, vt docet Gale. paucis ſuper poſitis lineis ꝟ. venam ſecabat eorum vnus mulieri febricitanti, aliorum vterque viro, ſed ad tantum animi duxere deliquium, vt vires recuperari non poſſent. Aduertendum ex eodem ibidem eſt dum velimus exercere ſimiles euacuationes, quod vtile eſt tunc pulſum attrectare, ne videlicet nobis nec opinantibus pro animi deliquio mors occupet; quod ſane tribus eueniſſe medicis, nouiſſe docet Gale. triplex etenim ſtatus reperitur perceptibilis ſatis ante mortem in hominibus media attrectatione pulſus: ipſi ſunt virium diſſolutio; animi deliquium, & ſyncopis, nam licet alicui poſsit videri identificari quod queant: differunt tamen, vt colligitur ex Gal. 12. metho. cap. 6. & expreſſe explicat ibidem omnes expoſitores, nam ſyncopis dicitur omnium virium lapſus præceps, ita quod neque ictus vllius pulſus percipitur, & omnes fere ceſſant functiones internæ: nam quando inſinuatur oppoſitum huic 4. de cauſis pulſ. Gal. 8. cap. non de ſyncope facta, ſed de faciẽda ex pleure inflammatione loquitur. Animi deliquium ſolũ dicit perturbationem harum functionum perſeuerãte virtute in pulſu. Hinc Gal. illo cap. 12. de curandi ratione per venæ ſectionem aſſerit, ceterum vbi ſerueſcentis ineſt ſanguinis plenitudo acutiſsimam accendens febrem, ſubito ac ſimul euacuare expedit: eamque, inanire tentandum, vel ad animi deliquium, vſque virium modo inſpecto robore: ſolutio denique virtutis ſolum cõnotat aliqualem lapſum alicuius virtutis animalis, vel vitalis. Igitur præuiſa illa neceſsitate detrahere poſſumus ſanguinẽ, vel vſque ad virtutis diſſolutionem excluſiue, vt inſinuant illa Gal. verba: bonum eſt attrectare pulſum, & quando inceperit mutari, ceſſet euacuatio, vel vſque ad perturbationem ſenſus (vrgente magis cauſa) præciſis cauſis pro chatarticis: nunquam vero vſque ad ſyncopem: quia illam ſpectando forte prius videbis mortem. Locus autem ille de compoſitione ſecundum locos, atq; cetera teſtimonia

Virium diſſolutio, animi deliquium, & ſyncopis quid.

Digitized by Google

ſtimonia probant,dum non vrget neceſsitas,at pro præſenti, aut promutando in apoplexiam,ſicuti inſinuauit Gal.c.5.lib.de curā di ratione per venæ ſectionem:in vtero tamen gerentibus ceteris paribus ſiſtendum eſt ſemper paulo infra,quam pro magnitudine cauſæ morbi.

Ad minorem autem illius argumenti,nempe,quod non conſtat de quantitate ſanguinis pro humano corpore,& inde cum poſsit eſſe magna fallacia in pulſus attrectatione,pro variatione cauſarum prochatarticarum,aut vehementiæ hominis,aut mulieris cō cupiſcentium largas ſanguinis detractiones:vt ſæpe accidit,videtur feciſſe ſatis Leonardū Botallum lib. de curādi ratione per venæ ſectio.c.28.quo ſcribit mentem fuiſſe Auic.in humano corpore moderato inueniri 25.libras ſanguinis,poſſeq; deduci ſeptemdecim citra magnā noxā ab ipſo homine. Si vero legamus Auic. fen.5.lib.3.tract.1.c.9.hæc ſcribit,& ſcias quod quādoq; viuit homo in fluxu ſanguinis narīum vſq; quo egrediantur ex eo vltra 20.lib.& vſq; ad 25.lib.& inde moritur:idem Rhaſius 61.4.Ceterum ex hoc loco,haud colligitur talis ſententia:cum poſsit homo dum moritur detractis lib.25.ſanguinis retinere ſex,aut 8. Alius eſt locus Auic.de hac re differentis fen.4.lib.1.c.20. quo aſſerit, quidam ſunt qui tolerare poſſunt,etiamſi febricitantes eſſent, vt quinq; libræ aut ſex ſanguinis auferantur,ſimiliter & alij qui nō poſsint tolerare ſibi ipſis ſanis vt lib.vna ſanguinis auferatur, docet & hoc Rhaſius lib.28.continentis tract.1.ca. 1. verum ex his non liquet Botali doctrina:neq; ab aliquo hoc determinari præterquam coniecturabiliter valet,& inde iuxta Gal.præcepta operandum eſt, licet non conſtet liquide de quantitate ſanguinis in humano corpore:tum quod in vtero gerentibus cum animaduertenda eſſet etiā quantitas ſanguinis puero ſeu fœtui & matri neceſſaria,minor certitudo capeſcenda ſequebatur ſine dub. Ad reliqua dicendum eſt,ſiue liceat ſanguinē detrahere,ſiue ſecus in obſtructionibus,& putredine,ſiue ſolū poſt præparationē expurgādū,ſiue etiā cachochimia permittat ſanguinis miſsionē,ſiue ſecus: ſiue redundāte ſanguine quandoq; ſat fuerit inedia, &c. ſiue ſecùs:ſiue aliquando per ſanguinis euacuationē aperta vena bonus rapiatur ſanguis, & malus relinquatur, ſiue ſecus, quod cum in vtero gerentibus illa omnia dicta ſint aduertenda,& aliter ab eis ſanguis non eſt detrahendus,nil conuincunt,nam pro coniunctis ſolum variatur quantitas,non qualitas remedij.

Quantitas ſanguinis menſuratur à quibuſdam.

Sed du-

An quæuis vena ſecāda in prægnantibus

Sed dubitabis primo, an præſenti neceſsitate, vt ſupra, liceat detrahere ſanguinem ab vtero gerentibus ex quacunq; vena? quibus nanque locis ſolet ſecari vena in humano corpore habemus ex ſuperioribus: cui dubio quidem audacter reſpondent, vt aſſerant, quod animaduertenda eſt ſolum rectitudo, nulla conſideratione habita de aborſus occaſione: & inde, vt ſæpe vidi, aborſus periculum fecere nonnulli detrahentes ſanguinem ab vtero gerētibus à baſilica vena, & iecoraria manus: ſed meo videri nō ſine periculo conſcientiæ, nam ſi aliunde poteſt à morbo mater liberari, ita eſt impium aborſum cauſare, vt non ſolum apud Chriſti aſſeclas iri damnatum vidimus, & puniendum: verum & apud gentiles. Sic conſtat ex iureiurando Hipp. & illo Gal. libr. an animal ſit, quod in vtero continetur c. 5. §. niſi enim animalia eſſent, non in ipſos abortus auctores legibus aperte propoſita pœna animaduertiſſent: quoniā vero animalia eſſe dicebant, idcirco pœnam inſtituerunt. Illud autem poſſe aliunde reparari conſtat illo Gal. 5. de locis affectis cap. 3. §. nam venæ, quæ eas partes nutriunt, ab ea vena, quæ ad iugulum aſcendit, medio inter cor & clauiculas loco exoriuntur: ergo in morbis regionis vitalis poſſemus à communi vena ſanguinem detrahere, cum pars ſit, ſeu contineat partem maxime notabilem ex illa ſine aborſus periculo. In hoc euētu compertum eſt apud omnes circa ea, quæ ſcripta ſunt apud antiquos & neothericos, ſtante affectu in collo, aut ſupra, ſecandam eſſe venam cœphalicam, aut ſaltem communem proprer rectitudinem. Dub. tamen ſupereſt, an in alijs affectibus infra collum poſſimus ſecare baſilicam venam ſaphenam poplitis, aut mal eoli? cui dub. videtur ſatisfactum ex illo Auic. fen. 21. lib. 3. tract. 2. cap. 12. de regimine abortus §. & ex motibus ex phlebotomia, & proprie ex ſaphena poſt baſilicam (abortus ſcilicet cauſa) ecce vbi ſolum datur locus tractioni ſanguinis per venæ apertionē in vtero gerentibus citra aborſus periculum. Idem Doct. Mercadus illo lib. 3. de mulierum affectionibus cap. 22. §. verum in omnibus ſanguinis detractionibus, quæ grauidis profuturæ ſunt, eam venam eligere conuenit, quæ maxime ab vteri venis diſsideat, ita vt quam minimam cum eis communionem habeat, qualis eſt vena humeraria, vel vrgente malo communis, à reliquis vero abſtinēdam, quippe quæ facile alimentum adimunt. Idem inſinuat Leonardus Ioachinus lib. de acutorum mor. curatione, dub. an in prægnante ſanguis mittendus §. ea proculdubio eſt, quoniā alimento deſti-

Aborſus fugiēdus apud omnes

In morbis ſupra humeros vena cœphalica aperienda.

Digitized by Google

deſtituitur fœtus,& interit: obquam cauſam victum tenuem nõ ſine periculo prægnantibus obſeruari aiunt. Nicolaus Rocheus de morbis muliebribus curandis c.23.ſic habet: quamquã Hipp. Galenuſq; dixerint,abortum pati mulieres vtero gerentes,ſi ſanguinem è vena emiſerint,paſsim tamen video medicos, quarto, quinto,& ſexto menſe axillarem venam,interdum medianam,& quam ſaluatelam vocant,audacisſime incidẽtes, his quibus opus eſt:nec propterea perit fœtus. Saluatellam ſecare, inquit hic auctor, audacisſimum eſſe:& merito: nam ſi propter motũ qui contingit illa rupta,lapides renum & veſicæ mouentur, & extra pelluntur,cum tamen loca adſtrictiſsima ſint,quid expectare poſſumus ab his,quæ in vtero continentur? quandoque vero non peruenisse fœtum in malum,illa ſciſſa,haud meretur eſſe regula ad detrahendum ſanguinem adhuc præuiſo malo in regione è directe expoſcente ſciſsionẽ illius (reliqua cap. de cauſis aborſus conſtant) nam regula de rectitudine non vrget cũ maiori lapſu,qualis ex aborſu non ſolum fœtui,ſed & matri ſæpe accidit: vt vidimus quotidie,& expreſſe legitur in 6.de mor: vulg.com.1.

Non ſeruatur præceptum Hipp. & Gal.

Secundo poterit quis in dub.reuocare,an ſecurius primis menſibus;an medijs,vrgente neceſsitate poſsimus humerariam illã, aut communem ſecare venam:nam deteriores præ omnibus eſſe vltimos menſes expreſſe docent Hipp.& Gal.5.aphor. 31.citato, vtpote quod tunc plus abſumat alimenti fœtus,minus decet minuere;licet oppoſitum inſinuauerit Ariſt.4.de generat. animal. cap. 8. §.omnibus autem alimento eſt, quod dulciſsimum & cociſsimum eſt.Itaq; ſublata hac facultate,reliquum ſalſum,male que ſapidum eſſe neceſſe eſt,ſed fœtus magis,magiſq; perficitur, plus excrementi ſupereſt (ecce) minus enim aſſumitur,idq; dulcius eſt,cum non æque detrahatur,quod bene concoctum eſt: nõ enim inſuper ad fœtus formationẽ conſumitur: ſed ad incrementum mediocre;quaſi iam fœtus conſtet adeptus ſuum finem: iuxta quam doctrinam quis habere pro comperto potuiſſet, vltimis menſibus audacius poſſe ſanguinem detrahere ex quacunq; vena.Quidam vero neq; hac Ariſt.complacentia animaduerſa,neque illa Hipp.& Gal.doctrina integre intellecta,auſi ſunt affirmare medijs mẽſibus vteri geſtationis audacius poſſe ſanguinẽ detrahere,ducti illa congruentia,qua media Gal.4.apho.docuit com.10.§.eodem ſane modo conceptus quoque primo à feminis ſubmiſsionis tempore,ſi vel ſaltare aliquando, vel loco lubrico

Quibus mẽſibus ſecurius phlebotomatur vtero gerẽs.

Medijs mẽſibus quidam audacius.

veſtigiũ

veſtigium fallente cadere, &c. de quo poſtea, quod citius decidit, fœtus aſſumpto primis menſibus pharmaco, aut vltimis, quã medijs, cui primis pro teneritate acceptabulorum ruptio quam citiſsime ſequitur: vltimis pro ponderoſitate. Qua vero ratione ſanguine detracto è venis brachiorum commoueatur vterus, aut inferior regio, ſicuti pharmaco propinato, haud intelligo: nam licet in aliquibus poſt ſanguinis miſsionem contingat bilioſiorum vomitus, id per quam rariſsime: nec meretur nobis eſſe regulam & vniuerſale fundamentum ad obſeruationem ſubſtinendam aliquam, prout ſic. Et inde arbitror dicendum fore primo, quod ſi illa regula tenet verum: nempe, ſanguinem non fore minuendum ab vtero gerentibus, niſi præuiſa ingenti neceſsitate, & conſilio habito doctiſsimorum, iuxta illud Doct. Ludouici Mercati, cap. allegato §. idque etiam in prædictis affectionibus adſeruabis, ne aduerſus vel præſtantis alicuius doctiſsimi viri ſententiam, vel fidiſsimi auctoris decretum ſanguinem mittas, vel aliquod graue opus efficiendum aggrediaris: curioſe ſatis magiſq; quam neceſſario illud quæritur. Niſi dicas dubium tenet, ſi cetera ſint paria pro ætate, morbi magnitudine, idea & reliquis, an audacius poſsimus mittere ſanguinem, & in maiori quantitate, aliis quam alijs menſibus: in quo euentu, niſi fallor ſeruabitur ordo, iuxta illud Hipp. apho. 31. ſcilicet minus, quo fœtus ſit grandior, quia plus indiget alimenti, plus cibi ei permittere oportet, & inde preportionabiliter vſque ad primos menſes: quia ſic etiam proportionabiliter abſumit alimentũ: quod etiam expreſſum videre quis poteſt apud Ariſt. 4. de generat. anima. c. 6. text. illo, principio vero potius, cũ concipiunt (mulieres ſcilicet) perturbari ſolent magna ex parte (primis tribus ſcilicet menſibus) conceptus enim purgationem impedit, (pluſquam ſibi eſt neceſſarium in alimoniam) & pro ſua exiguitate aſſumere copiã excrementi inter initia non poteſt: quamquã poſt (ideſt quando fœtus eſt maior) vbi iam plenius aſſumere cæperit, leuat, id eſt, cauſa eſt, vt alleuietur mulier, quia iam non grauatur à menſtruis retentis: cum ille ſanguis aſſumatur à fœtu: Et hinc eſt, quod primis menſibus ſanguine detracto timeant mulieres de aborſu: non quia conceptabula tenera ruptionem patiantur pro motu cõcitato à ſanguinis detractione: non equidẽ illud intelligibile eſt, ſed quia illis ſympt. correptæ ſic viriũ lapſus patiantur, vt facillime aborſus periculum fecerint. Vnde ad illud Ariſt. ſufficienter ſatis reſp. Doct. Ludouicus Merca-

Niſi multũ vrgeat, vterogerens nõ phlebotometur.

Primis mẽſibus timẽt mulieres phlebotomiam.

Mercado (quidquid Philoponus, & Nimphus explicent) loco allegato. ego tamen cenſeo potiſsimã rationem eſſe, quam antea diximus; nimirũ quia fœtus eo tempore plurimum trahit alimenti, quod plurimo egeat, à quo plus partis butyroſæ & pinguoſæ ad lactis cõfectionem ſeparari eſt æquum: nã coniectabile videtur ex maiori alimenti copia maiorem quoq; portionem pinguoſæ ſubſtantiæ ſupereſſe, quã ex minori, & ob id vltimis mẽſibus plus lactis eſt: quia plus trahit fœtus, & plus ob id ad mãmas trãſmittit, etiamſi proportionabiliter plus etiam tunc aſſumat) propter quod iam ad vltimum recurramus dub. huius tractatus.

Dubitando egomet rogabam à ſapientiſsimo ordinis ſocietatis IESV patre Vazquez, tertio, nũ expediat medico habenti coniecturam de matris prægnãtis morte, ſi nõ detrahatur ſanguis, detrahere ſanguinẽ, ex quacũq; vena, in quocunq; mẽſe, & in quacũq; quantitate cum periculo aborſus pro ſaluãda matre. Cui dubio dixit poteſt abſque dub. non intendendo aborſum, ſed detractionem cauſæ morbificæ matris geſtantis fœtum, & quantũuis detrahatur alimentum fœtus, nil incõuenit, ius etenim & dominium habet mater ſuper ſanguinem, vtpote quod eius fuerit, non fœtus directe. & inde nihil intereſſe, ſi per accidens detracto ſanguine matris, ſuo ſcilicet, ſequatur perditio, & abortus nunquam à medico intentus, ſed grauidæ ſalus: retulit mihi hanc doctrinam publice docuiſſe, & ſcriptis mandaſſe, & eam docet expreſſe pater Medina in ſuis quæſtionibus. Expoſtulaui etiã eiuſdem dubij ſolutionem à doctiſsimo in vtroque iure Doctore Feliciano de Solis, qui quæſtionem in proprijs terminis agitatã ſuis mihi mãdauit literis, iuxta ea, quæ publice docuit in hac Compl. ſchola, & poſt argumenta cõtrariæ partis, talis lucebat reſolutio. Alij vero exiſtimãt in hac cõtrouerſia diſtinguendũ, quod ſi medicina vel alia opera, aut induſtria, quæ adhibetur de ſe directe immediate & principaliter ſit ſalutis ductiua, ſicuti ſanguinis miſſio, pharmacũ purgatiuũ humoris, aut emplaſtrũ mitigatiuũ doloris, & alia id genus, licitũ eſt ipſi prægnãti per ſe, vel per alios, ipſiſq; medicis, & obſtectricibus hæc omnia procurare applicare, & ad id iuuare: quinimo docẽt, obſtectrices & medicos ad id vocatos ex officio ſuo teneri: quemadmodũ proximũ in extremis laborãtẽ iuuare, defendere, & à morte liberare quilibet ſuo modo potẽs tenetur, quãdo modus liberãdi alias eſt licitus. Si vero medicina de ſe & ex natura ſua eſt mortifera, vel ad mortẽ ordinata, vt ſunt

An cũ periculo fœtus mater phlebotomanda.

Sãguis matris iure debetur matri.

Remediũ ex ſe bonũ conuenit ſi occaſio petit.

ſunt venena dilaceratio, percuſsio, & alia id genus, non eſt licitū matri, nec medicis, nec cuiq; alteri, illam ſumere, & applicare, cū certo periculo fœtus, etiā ex primaria intentione præſeruādi matrem. Primum probant quoniam illa medicina de ſe & ex natura ſua, vt ſupponitur, eſt ſalutifera, & ad ſalutem ordinata, quamuis ex illa per accidens, & indirecte ſequatur mors fœtus: ergo licitum eſt, talem medicinam applicare, & aſſumere ex primaria intentione præſeruandi mortē, & præſertim, quia mater efficacius & potentius ius habere videtur proprium vitæ cōſeruandæ: etiā cum periculo fœtus, quam ipſe fœtus ad ſuam cum periculo matris, cum eius vita ex vita matris, & non è cōuerſo vita matris ex vita fœtus pendeat. Secundum probant, nam & ſi intētio primaria ſit præſeruandi matrem à periculo vitæ, tamen medium illicitum eſt, ac proinde ipſa actio licite non poteſt exerceri. Et hanc ſententiam magis probat Cordoba q.38.dub.3. & illam ipſe amplector (inquit) & inde reſpondet ad argumenta in contrarium deſumpta ex Silueſtro q.4. & Ioan. de Neapoli quodlibeto 10. Illorum eſt primum, Qui eſt cauſa mortis corporalis, vel ſpiritualis alterius peccat mortaliter: ſed prægnans ſumens, & medicus, vel obſtetrix præbentes illa remedia ſunt cauſa mortis corporalis, & ſpiritualis fœtus: ergo. Reſpōdet quod tenet maior verum quando ipſa cauſa de ſe, & ex natura ſua eſt mortis illatiua, vel ordinatur ad illam: at medicina, vti ſanguinis miſsio & reliqua ſic cū non ad mortem, ſed ad vitam & ſalutem ordinentur, non poteſt dici cauſa primaria, & directa mortis fœtus: & ideo nec imputari ad culpam mortalem; quoniam actiones indirectæ ſecundariæ & peraccidens non imputatur ad culpam.

Ad argumenta contraria.

Erat ſecundum argumentum ex tex. in capit. denique 14.q.1. vbi Diuus Ambroſius in hæc verba ſcribit, denique ſi nō poteſt ſubueniri alteri, niſi alter lædatur, commodius eſt neutrum iuuare, quam grauare alterum, vbi gloſſa verbo neutrum notat minime ſubueniendum eſſe cum iniuria alterius, allegatque tex. in c. 1.22.q.2. & in lege 2. in fine, lege de his, qui latronem occiderūt. Reſpondet nec obſtat hoc, quoniam debet intelligi, vbi quis læditur iniuſte, & medio illicito, quo caſu commodius eſt neutrum iuuare, quam grauare alterum, & ita explicat Turrecremata.

Quomodo poteſt quis iuuari aut lædi.

Tertium argumeutum ſic procedit, Conſtans omnium ſententia eſt, fugienti in æquo ad euadendam mortem ſibi, aliunde imminentem non licere proterrere, & occidere puerum iacentem

in viaa

Digitized by Google

in via: etiamſi aliter non poſsit mortem fugere: nec alium impellere in flumen, vel in præcipitium, vt à morte liberetur, quemadmodum reſoluunt Syluester verbo homicidium 2.q.26.& verbo homicidium 1.q.2.& q.3.& verbo bellum n.10. Corduba lib. 1. quæſtionarij q.38.dub.12.idque ob eã rationem, quia talis puer eſt iuſtus poſſeſſor ſuæ vitæ: & non eſt iniuſtus inuaſor vitæ alterius, & ſcienter occidens actu directo in mortem eius: ideoq; neceſſum eſt, vt talis occiſor peccet mortaliter: ſed fœtus animatus, qui eſt in vtero eſt iuſtus poſſeſor ſuæ vitæ: & nõ eſt iniuſtus inuaſor vitæ, ergo. Reſpondet quod longe diſpar eſt ratio inter vtramque ſpeciem, nam & ſi fuga de ſe & ex natura ſua non ſit actus mortis illatiuus, ſed euaſiuus, propulſatio tamen pueri, & impulſio in præcipitium, aut in flumen eſt actus, & modus de ſe cauſatiuus mortis: & illicitus, ideoque ratione huius actus, & modi illiciti adiuncti, fuga illo modo facta etiam ad propriam mortem euadendũ eſt mortifera & illicita: at vero ſanguinis miſsio, ſumptio, vel applicatio medicinæ ſalutiferæ, & de ſe ad ſalutem ordinatæ cum ſit modus licitus & ad efficiendam ſanitatem principaliter, & immediate dirigatur, nulla poteſt ratione appellari mortifera, nec illicita.

Lapſus ex ſe malus vitandus.

Denique erat vltimum argumentum, non eſſe faciendum malum, vt ſequatur bonum, reſpondet accipiendam eſſe hanc propoſitionem de malo culpæ, quoniam peccatum committi nõ poteſt, vt ſequatur bonum, vel vt vitetur malum, vt docuit D. Paulus ad Rom.3. probat tex. in capite ſacris, cum alijs pluribus: non autem accipiendam eſſe de malo pœnæ, quia propoſitis duobus malis potius, vel prudentius dictat eligere minus, vt vitetur maius, cap. duo mala. Quinimo propoſitio dumtaxat locum habet in his, quę ſunt intrinſice mala: nec aliqua circunſtantia poſſunt fieri bonæ: quippe tunc ſi obturat differentias, vt neceſſario ſit male agendũ ad vitandum damnum, vel obtinendũ bonum, potius eſt moriendum, quam eligere malum: quod etiã elegantiſsime docuit Ariſt. lib.3. Ethico. c.1. ſcribens propter quæcunque duriſsima non eſſe quid turpe agendum, quo in loco explicat Cuſtratius & S. Tho. Cobar. in 4. 2.p.c.3.n.4. nã in malis culpæ, quæ à ſua malitia poſſunt exui, & aliquando ex aliqua cauſa bene fieri, non procedit: quia tunc maior obligatio deobligat à minori, & minus malũ ex quo reſpectu maioris habet aliquam rationem boni eligendũ, & permittendum eſt: quemadmodum nõ obedire parentibus malũ

Quomodo non eſt faciendũ malum vt ſequatur bonum.

Mori prius quam peccare.

eſt, & tamen, ſi occurrat neceſsitas obediendi patriæ contrarium præcipienti; non obedire parentibus malum non eſt: hæc ille. Denique, videtur rationi conſonum à doctiſsimis viris recepiſſe D. Ludouicum Mer. loco allegato ſententiam, cum inquit, minus malum eſt ſub dubio aborſus ſanguinem mittere, quam ipſo non extracto matrem, & puerum ſimul neceſſario perdere: & inde iā ad vltimum huius operis tractatū noſtra expedit, ſe cōuertat oratio.

De concedendo vtero gerentibus pharmaco.

Licet non abs re Hipp. 4. apho. ſent. 1. de purgatione verba faciētem ab ea carceres aperire incepiſſe videamus, quę ceteris periculoſior exiſtit, vt nos diſcipulos in hoc diſcrimine conſtitutos promptiores reddat docendo, qua occaſione, & quo temporis geſtationis vteri poſsimus medicare: nam ſenſus aphoriſmi ille eſt expreſſus, vtero gerentes medicandæ non ſunt, niſi materia turgeat: imo & ſi turgida ſit, tempus in quo fieri poſsit, conſiderare oportet, nam quarto, quinto, ſexto & ſeptimo menſe (quando expedit) euacuare oportet, tamen quæ ſeptimum menſem agunt, minus purgandæ ſunt, id eſt, in his diutius conſiderandum, & temere agendum non eſt in hoc menſe, in quo quandoque pariūt, & fœtus ſuperviuere poſſunt, ne inconſulte purgemus. Expreſſe recipit eandem ſententiam Gal. in com. & rationem reddit illis verbis, ad vteros fœtuum cōnexus eandem habent proportionē, quam fructus ad plantas, hij ſiquidem in prima generatione debilioribus capulis continentur, & ideo facile decidunt, quādo vehementior ventus ipſos concuſſerit: poſthac aucti difficilem habent à plantis diſſolutionem, ſicuti rurſus cum perfecti ſunt, ſponte ſua ſine vi extrinſeca decidunt. Eodem modo & conceptus in primo quidem tempore ſeminis iniectionis, ſi aliquando ſaltare contigerit mulierem, aut in lubrico cadere, ſiue quouis alio modo vel ſecundum animā, vel ſecundum corpus moueri vehemētius, facillime diſrumpuntur: ſic quando & iam perfecti ſunt, tempore vero inter medio firmiorem habent coalitum: quare mulier vtero gerens poteſt fortiores motus ſuſtinere ſine fœtus offenſione, &c. deniq; etiam recipit illud faciēdum, ſolū dum adeſt turgētia, ideſt, concitatio ab humoribus: ex illo vero eos, qui aliqua in parte ſunt firmati humores, non oportet mouere. Ad literā inuenies ſcriptam eandem ſententiam 5. part. apho. 29. Ceterum eadem 5. aphor.

Comparatur fœtuus in vtero fructibus arborum.

aphò.com. 55. Gal. videtur interdicere omninō expurgationem vtero gerentibus, illis verbis, vtpote non potentibus medicis mulieri grauidæ aliquod forte auxilium adhibere: dixit enim prius, accidit quibuſdam grauidis, in quibus vitioſi humores prius quā conceperint, ſunt aceruati, nonnunquam à vehementibus febribus corripi, ita quod ex neceſsitate abortiunt: nonnunquam vero mediocribus, ſed cum non purgentur ſufficienter, aliquid ſupereſt reliquiarum humorum in corpore vitioſorum, ex quibus febres ſunt inſtitutæ: vtpote non potentibus medicis id euacuare: negat ergo abſolute vtero gerentibus expurgationem. Tum, nōne, ipſe Hipp. etiam 5. apho. ſententia 34. docet, mulieri in vtero gerenti, ſi aluus plurimum profluat, periculum eſt ne abortiat, (quod recipiens Celſus cap. 7. lib. 2. inquit, mulieri grauidæ ſine modo fuſa aluus elidere partum poteſt) Gale. in com. ſic, ratione euacuationis, & nunc Hipp. inquit periculum abortus eſſe, quem admodū & antea in miſsione ſanguinis ex vena oſtendebamus. Ecce vbi expreſſe quocunque tempore prægnationis negat pharmacandum: quod docet etiam explicitum ſatis Auerro. 6. colliget cap. 4. 5. ſed pharmaciam non credo ad bonum peruenire finem: (in vtero gerentibus vide) imo neceſſario lædit embrionem: eo quod in ſe ſubſtantiam habet venenoſam, & fortaſſe faciet malos humores fluere ad embrionem, vt ipſum lædant, quia ponit humores in motu. Tum quia vt in plurimum medicamēta expurgantia vrinam prouocant, iſta menſtrua mouent, & hæc fœtum perdunt. Præterea, ſi mouent humores, tantū periculi naſceretur in medijs menſibus, ac primis, & vltimis: etiamſi maior ſit reſiſtētia: quinimo videtur, quod potius primis mēſibus magis arrideat expurgatio, ſaltem per vomitum, ipſæ enim prægnantes frequentiſsime euacuant per vomitum, cuius eſt ratio, forte quia virtus expulſiua ſit fortior, & copia humorum extenſa, quia ex retentis humoribus pro vteri geſtatione minus abſumitur pro tunc, vt ſupra oſtenſum fuit. Tertio ſecurior eſt phlebotomia in primis mēſibus, ſicuti ex ſuperioribus probauimus, ergo & purgatio, cū partius illa alimentum detrahat, quam ſanguinis detractio, & æqualiter reſiſtat virtus ad motum humorum, & de vltimis menſibus, quia fortiores ſunt cotolidones: tum, quia ſi opus eſt expectare turgentiam ad expurgandum vtero gerentes, quid intereſt inter purgandas prægnantes, & non prægnantes? nā iuxta illud primæ particulæ aphor. 22. concocta medicare, &c. niſi materia turgeat,

Medicamētum expurgans negatur prægnātibus.

Comparatur pharmacum phlebotomiæ.

non prægnantes,& omnes hac occaſione præcepto purgandi ſubijciuntur. Præterea ſi purgandæ ſunt illo euentu, nũquid cathar- ticis,medicinis,an lenitiuis? Etſi illis arrident cathartica,num for tia? An ſolum mitiſsima? num etiam varianda eſt quantitas illorum cuiuſuis pro illa occaſione,an pro natura & cõſuetudine: omnia etenim hæc maximè conſiderare confert? vt docet Hipp. lib. de medicamentis purgantibus: quinimo quã plurima ex illis obſeruanda præcipit,eadem 4.apho.per varias ſententias. Nã ſent. 4.inquit æſtate ſuperiorem potius,hyeme inferiorem purgare cõuenit,ſent.6.graciles,& ad vomendum faciles per ſuperna purgare, niſi hiems adſit, ſent.7.ægre vomentes, & modice carnoſos inferne purgato,deuitans æſtatem.ſent.8.obnoxios phthiſi ſupra ne purgato: ſententia 9.melancholicos infra vehementius purgabis,ſent.10.purgandum in valde acutis, ſi adſui excretionem inuitet materia,eodem ipſo die: differre enim in talibus malum. An hæc omnia oportet animaduertere? An ſufficiet turgentia in vtero gerentibus? Vlterius,ſi magna eſſet quantitas humoris peccantis,à qua timetur magnum malum,aut ſi non in tanta quantitate ſtat tamen iuxta principale membrum,ita quod rationabiliter timetur de motu eius ad illum: & inde de morte,quantumuis nondum turgeat. Aut ſi materia fuiſſet cocta, & virtus prægnãtis expulſiua debilis, ita quod ſine auxilio ipſam haud pellere valet, aut materia venenoſa eſt,etiam ſi quieta,aut eſt in membro maxime neceſſario, licet non principe,vt in ventriculo v.g.aut pulmone,nunquid in omnibus iſtis caſibus,abſque turgentia purgãdum arridet? an expectare oportet in vtero gerentibus turgentiã, & non aliter concedendum illis medicamentum expurgans? Vlterius,ſi mulieri ineunte autũno,aut vere, propinabatur medicamẽtũ expurgans,tum propter largam cõſuetudinem, tum quia ſecùs afficitur morbis ingentiſsimis,maximique periculi, & fors accidit conſuetudinis,aut periculi primis,aut vltimis menſibus,decetne talem expurgare mulierem,an,omittere? Tum ſi prægnans cũ turgente materia abhorret medicamentum expurgans,aut receptũ in ventriculo non retinet: aut nolit aſſumere,propter vomitionis metum,quid tunc faciendum?

Quæ medicamenta cõueniũt prægnantibus.

An conditione aphoriſtice ſeruandæ in prægnantibus.

Vt fiat ſatis cuilibet ex his, aliquot prælibanda ſunt: primo, quod licet hoc nomen, medicameutum, ſignificare videatur, & quod purgat,& quod non purgat.6.aphoriſm.47.commen. vnde 6. aphoriſmo. 18. medicamentum accipit Galenus pro eo, quod

applica-

applicatur extra, qua occaſione diſtinguit ipſum contra potionē: in quo ſenſu vniuerſali dictum reperitur 2. de natura Deorū, medicamentorum ſalutarium pleniſsimæ terræ, nam tā per interius epota, quam per exterius admota ſalutare inſurgit: & quandoq; etiam pro veneno ſumatur, ſicut venenum pro medicamēto, quoniam Græci vtrunque pharmacon vocant. Vnde Caius iuris conſultus de verborum ſign. dicebat, qui venenum dicit, adijcere debet bonum, vel malum; imo in hoc ſenſu poteſt etiam intelligi Gal. cum lib. 1. de ſimpl. med. facult. c. 1. aſſerit, medicamētum omne id dicimus, quod naturam noſtram alterare poteſt, & vniuerſalius adhuc, nam non ſolum alterat noſtram naturam venenum, & medicamentum: ſed & alimentum, non vt medicamentū tantum, ſed vt alimentum etiam. In quo ſenſu dictū eſt ab Hipp. lib. de medi. expurgantibus: nam & cibos nos alentes medicamēta eſſe putandum eſt, verum minus, quam illa: homines enim, qui his recte in cibo vtuntur, ſani ſunt: qui non recte ægrotāt: qui vero modum excedunt, purgantur quidem veluti à ſynceris medicamentis, verum minus & tardius, quam à ſynceris medicamentis: clarum igitur eſt, quod & hi medicamenta exiſtunt. Nec multum diſtat à mente iſta Gal. mens lib. de bonitate, & vitio ſuccorum c. 2. verbis vltimis: quando ſic, ad eundem modū de his quoque mentionem faciam, quæ mediocriter ſe habent, & natura cōſtant inter incraſſantes cibos, & attenuantes media: de quibus &c. huiuſmodi tamen plurima medicamenti potius, quam alimēti nomine vocentur. Ceterum in hac quæſtione ſolum ſumēdum venit, prout habet virtutem expurgandi, ſiue interius epotum, ſiue exterius admotum; ſiue rationem ſubierit alimenti, ſiue medicamenti, dum tamen contineat virtutem extrahendi ab vtero gerentibus humores peccantes, facientesque morbos, citra aborſus periculum: nam de his petit noſtra diſputatio, qualis ſit ordo ſeruandus. Secundo notandum eſt vnius, & alterius ordinis illorum medicamentorum plures inueniri ſpecies, non ſolum apud nos cognitas, verum & apud antiquitatem: nam illa, quę intus ſumuntur, aut fortia ſunt & vehementia, aut mitiſsima & ſuauia: prioris ordinis videas veratrum, peplionque iuxta illud Hipp. 4. apho. ſen. 13. qui ad veratrum non facile ſupra purgantur, eorum corpora ante potionem copioſiore alimento, & quiete præhumectanda, & 2. de ratione victus in morbis acutis tex. 11. ſi vero eas, quæ ſub ſepto tranſuerſo ſunt, partes dolor infeſtat, nullumque

Alimenta redūturme dicamēta.

Medicamēti prima diuiſio.

ad claniculam ſignum fecerit, ventrem vel nigro veratro, vel pe-
plio mollire oportet: in cuius com. etſi Gal. recipiat potius ſemper
pro laterali dolore expurgandum præſertim, quam phlebotomā-
dum). Nempe etſi minus quidem auxilium quam per purgatio-
nem ſequatur, ſecurius tamen multo exiſtit: imo nullum ex eo,
quod per venæ ſectionem fit, periculum impendet, eo diſcrimine
maxime ſubeunte, quod per purgationem tentatur: tamen illo-
rum medicamētorum vſum laudat, & recipit) illo, præfinita igi-
tur euacuationis lege, ſimile eſt heleboro peplium, poteſtque hel-
leborum ſimiliter nigrum ſubducere humorem; ſecundi ordinis
ſunt mercuriales maxime cogniti ab Hipp. vt liquet lib. de natu-
rā muliebri ſ. in purgationibus autem mercurialem ante cibos
edat, & cibis mollisſimis vtatur, & lib. 7. popularium in hiſtoria fi-
lij zeolis ſ. ſexta die alui egeſtio à mercuriali, & calor & dolor
ceſſaſe videbatur: & eodem loco in hiſtoria Andreæ). ſexta à
mercuriali probe egeſsit aluus: huius ordinis fuere etiam apud
antiquos lac aſinæ, vel capræ, aloes, abſinthium, beta, malua, carta-
mum, &c. ſic: vnde pater perperam quoſdam aſſeuerare, antiqui-
tatem non fuiſſe vſam niſi vehementisſimis medicamentis. Vlte-
rius vehementisſimorum illorum quædam excitando vomitum,
& innumera ſymptomata expurgant, aut irritando, aut ſua natu-
rali potentia, ſuppoſita materiali diſpoſitione mouendo: quædā
vero ſecus. Primum perficit mezeorom, heleborum album, & ra-
dix iridis pro naturali potentia, ſcamonium irritando, pro ſecun-
do vide mechoacam, xalapa, ſen, &c. huiuſmodi: ſunt vlterius
cuiuslibet generis & ſimplicia, vt vidimus, & cōpoſita, penes hoc
quod ſcamoneum ſub intret compoſitionem in magna quantita-
te, aut aliquod ex dictis, nam in lapidibus ſic eſt illa virtus, ſicuti
& in radicibus: propter quod mezeorō receptus in pilulis ſuis (&
lapis lazulis in ſuis, diacridium in electuario de ſucco roſarū: ali-
quibus vero hæc non veniant, vt apparet de diacaſia cum manna
de qua dictum eſt pro delicatis, qui habent ſtipticum ventrem,
quia non eſt ingrati ſaporis, nec moleſta, ſed ſalubris, lenit viſce-
ra, ſubducit aluum, purgat choleram, & mitigat febres, de electua-
rio lenitiuo cum manna & ſine manna, pro quibus relatum eſt fa-
cile ſoluere ſine moleſtia, & ſine læſione, & purgare materiam
cholericam, pituitoſam, & melancholicam, conferreque ſumme
ad pleuriſim, hepar calefactum, & ſic de alijs) inſurgit ſine dubio
illa moleſtia, ad vomitum irritatio, &c. aut deficiunt ipſa. Quare
vero ad

In pleuritica affectione phlebotomandum potius.

Coquuntur in iure bene m. iij. mercurialis

Secūda diuiſio.

Digitized by Google

vero adinuenta fuere medicamenta miſta docet Gale. libr. 8. de comp. phar. ſecundum locos cap. 1. §. cum octo ſint in ſingulis partibus corporis intemperaturæ, atque hæ omnes aut citra ſolas nudas qualitates, aut cum alicuius humoris complexu fiant, &c. quapropter merito plurima pharmaca per experientiam inuenta ex miſta materia componuntur: quo autem modo ſint miſcenda docet ipſe Gal. lib. 6. de compo. med. ſecundum locos cap. 3. ad finē. Quo autem modo conficienda, vt bene miſceantur 4. de compoſ. med. per genera cap. 5. §. porro in omnibus eius notæ pharmacis, illa, quæ liquari poſſunt, &c. Deinceps medicamēta, quę interius aſſumūtur ad extrahēdos humores, diuidūtur in cathartica, ideſt purgantia non ſolum calore adiuuante, ſed naturali potentia trahente illos operando, vt quo inſtrumentaliter, nam principaliter quo facit forma medicamenti cathartici, quod vero operās totum ipſum eſt medicamentum. Sub hoc ordine præter illa omnia, rhabarbarum, mirabolani aliquot, agaricum, turbit, & alia huius ordinis plurima (vt benedicta, & aſpera accingantur) medicamenta collocātur ab auctoribus Arabibus, & Latinis, & in lenitiua, quæ lubricando vias, cauſa ſunt, vt humores euacuentur. Huic membro adaptatur manna, de quo Syluius lib. 1. ſimpl. med. natura inquit, manna ſubalbum ſit, & recens ex plantis odoratis & homini ſalubribus collecta, anno ſeruatur, bilem leniendo purgat, & ſanguinem datum à ſexcuntia ad vncias tres (hodie ad quatuor accedimus ſæpe, Calabrienſis) calidum ordine ſecundo: à quo nō videtur diſſentire multo Altomarus lib. de differētijs ac viribus mannæ, dum aſſerit, ſintque dulcia omnia moderate calida, grataque, & noſtræ naturę amica. Accingitur etiam ſub eodem mēbro caſiaphiſtula, cuius ſit mentio 4. de comp. med. ſecundū locos, c. 7. tum lib. 7. 8. 9. & 10. eiuſdē & 7. de cōp. med. per genera c. 14. §. caſiæ nigræ apud Gal. & apud Auic. lib. 2. tract. 2. c. 196. §. eſt lenificatiuā vētris, & educit cholerā aduſtā, & phlegmā, & ſoluit ſine nocumēto, & abſq; mordicatione, ꝙ ipſa eſt cōueniens prægnātibus, & ſoluit eas, idē Rhaſis vlt. cōtinētis trac. 1. c. 187. Clarius vero Siluius pro noſtro propoſito, eodē lib. 1. ſic ſcribit, vacuat omnes humores leniēdo: pueris, & pręgnātibus à drac. 6. ad vnc. j. & dimidiā cōceditur. Ioān. Manard. in annot. Ioan. Meſue ſic, res tñ. nobilis eſt hæc Meſue caſsia, & qua ad aluū leniendā, & ſani, & ægrotātes, ſiue mane, ſiue parum ante cibū tuto vtūtur. Miror tñ qua ratione ſibi perſuaſerit tātus iſte vir loco allegato titulo de

Medicamēta mixta propter quid.

Tertia diuiſio.

Māna quomodo miniſtratur.

Caſiaphiſtula apud quos vſus.

caſiaphiſtula ad dicendũ, quod de hac non ſcripſerint antiqui: ſed phiſtularem illam vocauerunt, quam nunc caſiam ligneam vulgus appellat: nam revera apud Gal. loco illo allegato ſub hoc nomine caſia ſicca, ſcribitur caſialignea, ſub illo vero caſia nigra, depingitur caſiaphiſtula: Auic. loco adducto expreſſe adducit vires noſtræ caſiaphiſtulæ, & tract. 2. de medicinis cordialibus manifeſte depingit caſiam ligneam, dicens, caſia lignea appropinquat in complexione cinamomo, non tamen in ſubtilitate, Serapion lib. 1. de ſimplicibus, ex plantis calidis & ſiccis cap. 12. poſtquam delineauit ſigna, & aliquot virtutes caſiaphiſtulæ ait, proprietas eius eſt purgare coleram aduſtam, & molificare ventrem mediocri molificatione: & doſis eius eſt à drac. 3. vſque ad decem: Rhaſius caſiaphiſtola laxat ventrem cum temperamento. Vnde non videtur, quid ſibi velit Manardus, niſi per antiquos intelligat Hipp. Theophraſtum, & Pliniũ, & quod Gal. illo nomine caſia nigra, accingat ſpeciem caſiæ ligneę, quod reuera inuoluit difficultatẽ: nam ſi primo introducit caſiam ſiccam, pro caſia lignea, & caſiam poſtea nigram pro eadem, cum fuerit etiam ſicca, indignum tanto auctore: aſt quia hoc nõ multum confert medicis: ſupereſt animaduertere auctores illos non conuenire iuxta quantitatem caſiaphiſtolæ, quia pro natura languentis, morbi, aut partis morbificæ poſſunt variari quantitates: particulares enim indicationes, vt habetur ex Gal. per libros methodi, & de locis affectis, nõ ſolum indicant modum medicamenti magis ſcilicet triturati, aut minus, ſed etiam pro quantitate illorum: de quibus Ioannes Meſues ſuis proprijs capitibus tractatu de ſimplicibus, de electuarijs, de medicinis ſolutiuis, de loch, de trociſcis, infuſionibus, pilulis: & eius expoſitores: & expreſsius inter omnes, quos legi Sebaſtianus Coquilatus tractatu de materia & forma medicamentorum, vbi ſimplicium, & compoſitorum, quæ interius aſſumuntur, potionis nempe, coctionis, infuſionis, boli, pilularum, & electuariorum, correctiuorumque omnium quantitates adducit: modos conficiendi, & formas. Exterius etiam ad mota ſub multiplici genere & forma proſunt ad extrahendos humores: nã odorãdo ſolũ ea, quæ vim habẽt expurgãdi, contingit & ſi raro humores euacuare nonnullos: vidi enim odorato ſirupo ſolutiuo à tribus mulieribus diuerſis temporibus feliciter ventrem fluere. Docet etiam Rhaſius, ſi quis aſſumat diacridij, aloes, myrrhæ nigræ, ana, drac. vnam, & cum ſucco Coriandri efformet duas pilulas, ſæpeque

Caſiaphiſtola.

Quantitas omniũ medic. à quo ſcripta.

Medicamẽta exterius adiuuant.

peque coagitet ipſas inter manus ad magnam calefactionem ventrem expurgare. Vmbilicaria etiam pharmaca ſeu medicamenta expurgantia (quæ vmbilico applicantur: aut quia laborans ſua ſponte renuit expurgans medicamētum deuorare: aut nequit deuoratum retinere, aut quia ob inſcitiam, aut mentis perturbationem non eſt coarctandus ad potandum pharmacum) quædā ſunt mittiſsima, quæ pueris arrident & mulieribus, vt docet Doc. Ludouicus Mercatus lib. 1. de indicationibus medici., ex Aetio lib. 1. ſerm. 3. cap. 135. ſub hac forma, recipe ſucci mercurialium, ſicclæ, & olei violati & amygdalarum dulcium, par. æquales, aloes; drac. ſemiſ. ceræ q. ſ. pro linimento. Hoc ſæpe periculum feci, & bona vidi. Alia ſunt fortiora, quæ ſic parantur, Recipe ſucci radicum ebuli, fellis bouini, ana vnc. ij. & ſemiſ. aloes dracm. vnam, ſalis gemmæ & vtriuſque helebori ſing. drac. duas; ceræ quod ſufficiat pro linimento: denique tam vnius ordinis, quam alterius medicamenta dicuntur calida aut frigida, iuxta illud Gale. lib. 3. de ſimpl. med. facult. cap. 8. §. etenim cum calidum, & frigidum partim abſolute dicatur, &c. optimum vero, aut peſsimum non dicitur medicamentum, niſi reſpectiue etiam, vt videre eſt libr. 2. de comp. med. per genera cap. 2. abſolute vero medicamentum, atq; vniuerſalius ſumptum quam pro illo, quod per os ſumitur (qua adſtrictione vtitur Gal. 6. apho. 31.) appellatur à quibuſdam ſimplex quædam facultas, ſuo videri ex Gal. doctrina lib. 1. de ſimp. med. facult. cap. 1. verum ibidem Gal. hoc procedit ſermone, medicamentum omne id dicimus, quod naturam noſtrā alterare poteſt, ſicut puto nutrimentum, quidquid ſubſtantiam augere: refertur enim vtrumq; ad aliquid: vnde ſine dubio, per reſpectum & non abſolute explicat medicamenti eſſe. Vnde ſi aliquid alteret, & nutriat ſubibit rationem medicamenti, & alimenti. Colligitur illa definitio etiam ex eodem Gal. 3. lib. de ſimpl. med. facult. & ex Ariſt. 2. de animo tex illo 43. videtur eſſe alimentum contrarium contrario, &c. & tex. illo 45. adhuc autem alimentum patitur aliquid ab eo, quod alitur: ſed non hoc ab alimento (tu vide ſenſibiliter) nam abſolute patitur, agit & alterat, libr. vero 3. de temperamentis cap. 4. ſenſibiliter negat Gal. nō alterare, nec agere alimentum ſolum, ſicut neque faber à materia, ſed ab illo hæc (quod oculis percipiatur) faber autem mutatur ſolum in actum ex ocio; & pariter nos poſſemus dicere decoquente in ordine ad alimentum, & aliquid plus, licet alimentum reſpectu ſolius nutritionis

Vmbilicaria expurgatio duplex.

Quinta diuiſio.

Alimētum & med. cō parantur.

Digitized by Google

tionis non ſe habeat in genere cauſæ efficientis. Sed ſolum materialis. Vnde plusquam neceſſario videtur reprehēdiſſe Gal. lib. 3. de cauſis ſympt. cap. 1. Ariſt. quod dixerit, alimentum eſſe nomen victi, & non vincentis: quoniam inquit Gal. aliquando euenit, vt in ſubſtantia reparata per nutritionem reperiatur aliquid ſimile ſecundum accidentia cum alimento: ergo in hoc euentu alimentum vincentis eſt nomen. Sed reſpondetur nomen victi appellari alimentum: quoniam in nutritione, dum in ſubſtantiā viuentis commutatur, non conſequitur talem naturam, vt corrupto vincenti reuertatur ſubſt. in ſubſtantiam alimenti, ideo ſic appellatur ab Ariſt.

Geſtatio vteri multis nominibus dicitur.

Tertio prælibandum venit, quod hic ſtatus mulieris, de quo eſt ſermo, multis nominibus explicatur apud auctores: dicitur enim mulier prout ſic grauida, à grauido, quod eſt proprie mulierem grauidam reddo, vnde Cicero de nat. Deorum, quippe quæ grauidata ſeminibus, &c. vtero gerens, enixa, puerpera, prægnans, tamen etſi ab aliquibus ſynonyma cogitētur, ab aliquibus autem differentiam inuoluere dicūtur, vtpote quod grauida proprie in poſterioribus menſibus ſit intelligenda, in quibus fœtus pondere mulier grauatur. Vnde Plautus in Amph. & cum te grauidam & cum te pulchre plenam aſpicio, gaudeo, Cicero, pro Cluent. cum mulier eſſet grauida, & iam appropinquare partus videretur: geſtatio vteri non ſolum poſteriores, medios, & primos menſes cōnotat, vnde Hipp. vtero gerenti, ſi aluus multo fluat, aborſus, verum & molæ geſtationem. Enixa dicitur, quaſi ad extra fœtū eiicere, vel quando eiicit, vnde Nonius enixas vocabat mulieres, quod vinculis quibuſdā periculi & nexu fuiſſent ipſæ exſolutæ: quod eſt, finito partu fuere liberatæ. Idem ſignificat puerpera, quod eſt mulier, quæ recens peperit, quæque ex dolore partus decumbit. Vnde Terentius in Adelph. multo rectius eſt, quam illā puerperam nunc duci huc perui am ægrotam: tamen noſtra dubitatio tenet de illis, dum ſi propinemus medicamentum periculū eſt aborſus, cuius, & vteri geſtationis adduximus ſigna luminari ſecūdo, tractatu proprio. His ſuſceptis, dicendum eſt primo, nō ſolum dū materia eſt turgens, ſed vbi eſt valde præfocatiua iuxta aliquod membrū princeps, ad quod illius timeatur coniecturabiliter motus, etſi haud inceperit moueri, parata eſt iā ad motū expulſionis, & defectu expultricis nequit extra mitti: & circumfertur periculum recidiuæ timoroſæ: ſi fuerit venenoſa, aut ſedem habuerit in

Omnes caſus, in quibus prægnantes purgantur.

parte

parte maxime neceſſaria ad vitam, vt ventriculo, aut pulmone, de cuius decubitu timetur mors, decet expurgare: probant hanc cõcluſionem quã plurimi legentes apho. illũ primũ particulæ quartæ, ſic prægnantes, ſi conuenit, purgabis â quarto menſe vſq; ad ſeptimũ, minus vero has. Ecce vbi vniuerſalius dicunt, ſi cõuenit: â qua lectione nõ multum fugit lectio Guilhelmi Placentini ſcribentis, prægnãtes purgabis, ſi materia vrgeat: plus etenim multo dicit vrgere, quã turgere. Videre eſt apud Gal. lib. de totius morbi temporibus c. 2. §. interim ſi res vrgeat, &c. Noſter etiam Valleſius ſic legit, vtero gerentes medicari quadrimeſtes, & vſq; ad ſeptimum menſem, ſed has minus, recentiora vero, & antiquiora cauere oportet. En, qua ratione ſubticuit turgentiã, & vrgẽtiam: fortaſis, quia præ oculis ſemper habebat illam ſuã com. ſent. Nil enim tam ex inuiolabilibus præceptis procedit, quam ex prudẽtia medici periti, & circũſpecti, qui cũ omnia facienda cauendaq; norit, & quid in ſingulis vtile, quid noxiũ ſit, & indicationes omnes cõponit, ſingulares vires animaduertit, operaturq; ſemper pro ratione potentioris, alijs nõ omnino prætermiſsis: ergo ita quoq; hoc præceptum cum practicum ſit, obſeruari debet. Eandem concluſionem expreſſe etiã recipit noſter D. Lud. Mer. lib. 3. de mulierũ affect. c. illo 22. §. cum hoc tamen euidenti ratione cõſtat, & experimentis frequentiſsimis probamus, non minus cõuenire coctis humoribus, & quietis purgationem, quã turgẽtibus, nil enim vetat in febribus, aut alijs morbis, vbi humor coctus fuerit, ipſum medicamento ducere: cũ morbus iã minor ſit in fine ſtatus, aut in ipſa declinatione, q̀ his temporibus naturã habeamus adminiculantem, vt minori etiã pharmaco exhibito, minus turbetur, & magis expellat: cuius medicamenti vſum neq; ipſe denegaſſet Hip. humoribus coctis, de quibus Gal. refert nõ egere, niſi veluti manũ ducẽte, & perducẽte ad locũ vacuationis, quo ſit vt his tutius, ac facilius vti poſsimus. Dices apud Theodorũ Gazã, Leonicenũ Braſabolũ, Philoteũ, & alios legitur, ſi materia turget, &c. exiſtimabãt ergo mentẽ Hipp. eſſe tantũ turgente materia illis medijs mẽſibus medicãdas vtero gerẽtes, ſecùs nequaquã: alias fruſtra regula illa cõditione adſtringitur: nã ſic ſtatuitur pro euitãdo aborſu, quẽ timere tenetur medicus. Hinc Scribonius Largus in epiſt. ad Caium Iulium Hip. inquit, conditor noſtræ profeſsionis initia diſciplinæ a iureiurando tradidit, in quo ſancitum eſt, ne prægnanti quidem medicamentũ, quo conceptus excutitur, aut detur,

Vrgentia aliud à turgentia.

Prudentiã valet immutare præcepta.

Aborſus fugiendus.

aut de-

aut demonſtretur à quoquam medico, longe præformās animos diſcentium ad integritatem, atque humanitatem: audiui etiam ſcriptum eſſe in Synodo Conſtantinopolitana; qui medicamenta ad abortum præbent homicidij pœnis ſubijciuntur. Aſt, licet legendum ſit apud Hipp. ſi materia turgeat, tamen ſi recte mente perpendatur legiſlatoris mens, finis legis eſt attēdendus: ipſe vero in illo euentu & propter periculum matris & conceptus ait: ergo quantumuis nō ſit ille motus vagus, ſi tale timetur periculū, quale ex ipſo turgente; in illis caſibus non eſt abſque mente conditoris legis tunc vti medicamento, prout expedit matri & fœtui. Vnde ad oppoſita, quod adſtringit operandi modum in illo euentu illo ſigno, quia inter pericula adducta in concluſione euidentius illud medicorum oculis repræſentatur: aut, vt diximus circa modum phlebotomandi, vt nos terreret, & inſinuaret, quanta cura, & quam per raro ſint concedenda medicamenta vtero gerētibus. Ad ſecundum libenter concedimus, non eſſe intendendum aborſum; quinimo tunc intendimus illum cohibere euacuando mitiſsimis medicamentis humores prauos: qui & ad irritationem expulſiuam conceptus, & interitum matris opus ſuum præſtare poſſunt. Vnde aborſus merito interdicitur apud naturalem legem: & ſanctiſsime puniendos præcipitur apud legem gratiæ intendentes aborſum, vtpote quod fuerit impium, non ſolum dum exiſtimamus frui iam rationali portione: verum & antea, conceptu facto vegetabili, aut ſenſibili vita, ſi ante rationalem adeſt: nā licet ante rationalem animam colligatur factum ab Hipp. obſeruatore maximo ſui iuris iurandi (ex lib. de natura pueri, vbi teſtificatur, ſe conſuluiſſe cuidam ſaltatrici, quæ fœtum ſe gerere dubitabat, & ignominiam timebat, vt conceptum eijceret ſaltādo: quia apud veteres erat licitum, quo fortaſsis ducti tēpeſtatis more Aetius lib. 6. & Auic. lib. 3. fen. 21. tract. 2. conſulunt quandoq; fœtum corrumpendum, vel genituram proijciendam) Chriſtianis medicis nec ante, nec poſt licitum eſt. Vnde in motu Sixti quinti habetur, qui de cetero per ſe, aut interpoſitas perſonas abortus ſiue fœtus immaturi tam animati, quam etiam inanimati, formati, vel informis procurauerint percuſsionibus, venenis, medicamentis, potionibus, oneribus, laboribuſque mulieri prægnanti impoſitis, ac alijs etiam incognitis, vel maxime etiam exquiſitis rationibus, ita vt reipſa abortus inde ſecutus fuerit, ac etiam prægnātes ipſas mulieres, quæ ſcienter præmiſſa fecerint pœnas, tam di-

Concil. Cōſtantinopolitanum de aborſu.

Ad argumēta cōtraria.

Ante vitā fœtus timēdus aborſus

Motus Sixti de aborſu.

tam diuino,quam humano iure,ac etiam per canonicas ſanctiones, & apoſtolicas conſtitutiones,quam ciuilia iura aduerſus veros homicidas,qui homicidium voluntarium actu, & re ipſa patrauerint propoſitas,&inflictas eo ipſo incurrere hac noſtra perpetuo valitura conſtitutione ſtatuimus,& ordinamus: ipſas quoque pœnas,leges &conſtitutiones ad caſus præfatos extēdimus, & qui clerici non fuerint,& talia perpetrauerint,non ſolum pœnas incurrere narratas,ſed etiam inhabiles ad ordines & alia prędicta decernimus,& declaramus. Et merito id præcipitur,nā cum nos domini vitæ noſtræ non ſimus,ſed Deus Opti. Maxi. minus erimus domini principij vitæ:ſed embrio quando non eſt perfectus,nec animatus rationali anima, eſt principium vitæ, habet enim vegetatiuam animam,& ſenſitiuam,quibus ante verſis anima intellectiuą introducenda eſt, ergo ſi vitam noſtram auferri non licet,nec principium vitæ tolli concedetur. Denique facit pro hac parte,quia ſicut inquit noſter Doct. Mercado loco citato, triplex ex materia turgenti inſurgit in vtero gerentibus ad expurgandum commoditas,& indicatio,periculi ſcilicet magnitudo, materiæ caliditas,& facilitas purgādi, ob humoris motum, propter quod cogitur medicus vti purgatione, tunc pariter non turgenti in caſibus noſtræ concluſionis præſumitur magnitudo, ſeu multitudo materiæ,malignitas,aut caliditas, & facilitas expurgandi,aut quia materia ſit cocta, quo tempore habemus naturam maxime coadiutricem, aut quia natura in illis partibus haud minus irritetur,quam turgente materia:indeque faciſlime inſurgit ad expulſionem humorum peccantium,vincitq;,& eoſdem expellit citra aborſus periculum, leuiſsimo adhuc pharmaco vtero gerentibus conceſſo.

Facientes abortum puniendi.

Rogabis,quæ ſpecies medicamentorum leuiſsimorum eſt hęc? nam revera ex illis,quæ adduximus in ſuperioribus, iuxta illud de ſanguinis miſsione,quoduis medicamentum,quod natura ſua non eſt mortiferum (vt venenum, & huiuſmodi quoduis aliud) propter ſalutem matris poteſt concedi, dum ſcilicet ipſum de ſe directe,immediate,& principaliter (vt aiunt) ſit productiuum ſalutis: & inde quodlibet deductiuum bilis,pituitæ,aut melancholiæ,dum non ſubierit venenoſorum naturam. Verum tamen nec adeo licentioſe hac iuriſconſultorum, & Theologorum patrum licentia vti decet: vt poſsimus,dum non ingrediatur veneni naturam medicamentum quodlibet pro quolibet ſibi familiari humore

Quod medicamentū leue conuenit prægnātibus.

more applicare: aut concedere vtero gerentibus: nam illa prima fortiſsima, & efficaciſsima remedia ſic irritāt, & mordicationem pariunt, vt nō poſsint abſq; periculo abortus propinari, ſeu cōcedi: neque ſecundi ordinis aliquot, & ſi mitiſsima & leuiſsima conueniunt, eo quod natura ſua habeant peculiare, mouere vrinam, & ciere menſes: quod mercuriali vtrique cōceditur, vt videre eſt lib. de cura icteri paulo poſt medium §. mouent mictionē & mercurialis, & omnia talia: & iuxta illud quod ſcribitur lib. 17. hiſtoriæ plantarum cap. 1. de viribus mercurialium ex Dioſcoride, Plinio, & Hippo. §. item ad ciendos menſes, & ſecundinas: propter quod merito oportet timere, ne mercuriales aſſumant ad expurgandum vtero geſtantes: quia illinc impendet periculum aborſus: etiamſi inter mittiſsima cathartica recenſeantur loco allegato de hiſtoria plantarum, & lib. de catharticis medicinis, titulo de catharticis purgantibus ſuperiorem ventrem §. ſanguinem educit porri ſuccus, malua agreſtris, herba mercurialis, & liliphagus. Similiter non licet concedere compoſita, quorum compoſitionem ſequuntur illa vehementiſsime irritantia, aut cientia vrinas & menſtrua (ſiue naturali potentia nota, aut incognita) propter eundem metum aborſus, neque excitantia vomitum vehementer per ſe, aut in compoſitione conueniunt vtero gerentibus: licet alias aliquot illorum inter benedicta cathartica accingant: equidem, vt monſtrauimus tract. de aborſu, vomitus illum efficaciſsime cauſat. Tum neque omia laxatiua, quæ leniendo purgāt, conuenientia exiſtimes, eo quod, licet purgando turbationem non inferāt, aborſum tamen promoueant, quia laxiora cum ſint nonnulla & molliſsima, ab ipſis ligamenta laxantur, & vi leui ſublata rumpuntur, & perditur fœtus. Denique, neque per vmbilicum expedit, quaslibet medicinas vmbilicares applicare, ſed maxime cognitas, & de quibus nec eſt ſuſpicio ad magnam irritationem, aut læſionem, ſeu aborſionem inducendam. Scribit quidem Agathon lib. 2. de fluuijs quandam herbam, ab ipſo Cyra dictā, vino maceratam, & vmbilico impoſitam abortum ſine periculo facere. Sit ergo ſecunda concluſio pro hac dubitatione de concedendis pharmacis vtero gerentibus, expoſtulante morbo, & humoribus paratis, fac primo periculum cum illis Rhaſis pilulis manibus circumiactis, vt videas an ſufficiat, quia ſic nec ventriculus, nec vterus agitantur, aut læduntur: quinimo neſciente muliere finem intentum aſſequi id valet: præſtat enim multum id, propter

Mercurialis herba, & ſi medica. leue nō cōuenit prægnantibus.

Laxatiua med. multo nou concedantur prægnantibus.

propter metum illarum de medicamentis expurgantibus, quod ſi feliciter euenerit, ſat erit: ſecùs ad vmbilicaria illa prima ſecluſo mercurialium ſucco, & loco eius appoſito ſucco lupulorum, nam quantumuis vim habeant ciendi vrinas, & extirpandi obſtructiones, ſicuti refert ex Meſue, Fucſio, Matthiolo, & Dodoneo, auctor hiſtoriæ omnium plantarum lib. 13. capite 7. §. turiones vero, (vide lupulorum) quibus elixis vtimur in acetarijs, cum plus humiditatis habeant, parum tum ex calefacere, tum ſiccare, liquet eſſe ſumentibus, & cibum & medicamentum: quoniam ſanguinem mundant, ventrem ſoluunt, obſtructiones aperiunt, palatoque grati ſunt: florum & foliculorum decoctum dari vtiliter potandum, contra hauſta venena, ſcabiem, Hiſpanicam luem, aliaque huiuſmodi vitia, quæ extimam cutem inficiunt, veluti lichenas, ſerpigines, impetigines, alphos, atque cetera id genus, dari & in febribus diuturnis ab infartu iocinoris prouenientibus: diſſeſſionibus additos, valere ad induratos & tumidos fœminarum locos, & ad eos qui difficulter vrinam reddunt: tamen non habent peculiariter mouere menſes, vt mercuriales, & inde lupulorum vſus illo modo ſecurior eſt. Si tamen hæc tibi non placeant pro bile peccante, vtere illo cidoniato ſic deſcripto à Doctore Ludouico Mercado loco citato §. diuidatur cidonium, & ſublatis feminibus cum foliculis impleantur partium cauitates puluere optimi rhabarbari negligenter triti pondore dracma vna, & ſemiſ. aut duas, deinde vniantur dictæ partes, ac papyro inuoluantur, & ligatæ concoquantur in clybano, vel furnello, & abſoluta coctione cidonium aperiatur, & abiectis medicamentis internis, pulpa manducetur: quod proculdubio medicamenti genus purgabit ſine moleſtia ſecure: atque præter id viſcera omnia corroborat: idem videtur inſinuare ibidem ad pituitam, ſi cidonium agarico diſponatur, & pro melancholia ſi ſene, tamen tunc oportet plus multo ſene, ſcilicet vſque ad dracmas duodecim plus minusve pro natura languentis, & occaſione concedere. Miniſtrari etiam hæc poſſunt, ſi eiſdem medicamentis cum borraginibus elixis pullus fiat refertus, & fartus comedatur, optime enim ſic & abſque auerſione, ignara muliere prægnante de medicamento purgabit. Aut hoc medicamine, Recipe mechoacam dracm. duas & ſemiſſem, aut tres, cum melle & ſeſamo, fiat nucatum. Libenter equidem non cognito medicamẽto, cũ nõ ſit particeps ſaporis, illud ſuſcipiunt: & ſufficienter ſine

Lupulus aduertendus.

Cidoniatũ pro prægnantibus.

moleſtia

moleſtia purgant: ridiculum enim eſt quod dicitur de mechoacam, nempe quod ipſo aſſumpto, ſi quis manducet incepta purgatione ceſſet: ſæpe enim vidi, non purgare, quouſque comedant, & ipſo cum iure pulli ſicuti cum vino copioſiſsime purgare: illo ſæpe vſus ſum fœliciter hac forma, recipe pulueris mechoacā drac. iij. infunde per noctem in iure calidiſsimo mane expreſsione facta, ius cum gaudio ſuſcipiunt ignorantes medicamentum: nil enim alieni ſaporis, aut odoris in iure lucet, & exactiſsime purgant. Si nec hæc ſufficere tibi videantur, miniſtra mannæ Calabrienſis à tribus vnc. & ſemiſ. vſq; ad quatuor in granis: ſecurius enim ſic quam diluta, vtpote quod minus laxet, aut caſiaphiſtolæ pulpæ ab vnc. j. & ſemis. vſq; ad duas in bucellis cum ſacharo, melius etenim hac forma, quam in aliquo decocto propinatur: quod ſi iam cupide vtero gerens depopoſcerit potionem, parabis in ſirupo ſolutiuo roſarum, vel violarum quantitatem ſufficientem pulpæ caſiaphiſtolæ, mannæ, vel electuarij vacanti ſcamoneo: aut potionem factam ex infuſione illorum, aut coctione, iuxta neceſsitatem languentis: ſemper tamen caute aggrediendum eſt purgare vtero gerentes, & eas quidem ſolum quarum ſalus in dubio exiſtit, & fiducia de ſalute. Reliquæ, affectæ ſcilicet morbo natura ſua letali, aut quæ nequeunt cedere medicamentis, haud cogantur ſuſcipere medicamentū expurgans: oportet enim habere fiduciam de medicamento languidum, præcipue gerentē vtero, quia fere ſemper ſunt quaſi nauſeabundæ prægnantes, propter quod niſi alacriori animo, & ſumma lętitia, & fiducia epotent pharmacum, timendum eſt de vomitu.

Mechoacā infunditur in vino aut iure.

Dices ex dictis ſequitur licere vti medicamento admiſto alimento (nam quod conueniat vſus alimenti medicamentoſi: aut è contra, docet Hipp. lib. de internis affectionibus, & lib. de diæta §. mel calidum eſt & ſiccum, ſi meracum ſit, cum aqua autem humectat, & aluum mouet bilioſis; de ſapa, humectat, quia alit: ſubducit, quia dulcis eſt: de allio, Allium calidum eſt, & aluum mouet, & vrinam ciet, corpori oculis vero non eſt commodum, multam enim corporis purgationem faciens, viſum hebetat, aluū autem & vrinam mouet, propter vim purgatoriam. Gal. id dicit etiam conuenire thiſanæ, ſcilicet eſſe alimētum, & medicamētū: id omnes herbarij concedunt lupulis, mercurialibus, & alijs innumeris) cuius contrarium expreſſum iri videas apud Hipp. lib. de alimento. §. medicamentum in alimento malum: quod etiā docet

An medicamentum in alimento.

Medicamētoſa alimēta.

Paulus

Digitized by Google

Paulus à Gineta lib.4. Auic. in ſuis Canticis canone de expurgatione, Aetius ſerm.3. lib.1. c.57. & tandem Gal. lib. de virtute, & vitio ſuccorum c.1. §. ſalubrius eſt opus non in cibo medicamentum, quia ſe inuicem impediunt. Adiungitur his auctoritatibus & ratio, nam ſi ſimul ſuſcipiantur alimentum, & medicamentum: neceſſe eſt immutato, ſeu alterato medicamento ſecum ferre illud alimentum incoctum, quo obſtructiones neceſſario fient: iuxta illud 5. de ſanit. tuẽda, & lib. artis medicæ, & 3. de cauſis ſymp. obſtructio ex cibis incoctis craſsis, atque lentis humoribus inſurgit. Reſpondetur, quod vbi vrget neceſsitas, ſicuti in vtero gerentibus, aut pueris, aut aliquibus hominibus, quorum genus perſuaſioni ſumptionis alimenti non ſe tradunt, vtpote quia inſani, aut alijs, quorum genus etiamſi perſuaſionem recipiant, ex eorum tamen natura ſic abhorrent, vt potius ſe morti tradant, quam pharmaca aſſumant, aut alijs, qui licet libenter ſuſceperint, nec abhorreant, tamen pro morbo ſic patiuntur ſubuerſiones ventriculi, & faſtidia, quod ſibi perſuadeant dilacerari, valdeq; timeant, id neceſſario faciendum eſt: imo illud conſulit Hip. 6. epid. ſec. 5. tex. 29. expreſsius vero lib. de alimento dicens, medicamentum in alimento bonum: idem 1. epid. p.1. tex.5. alias par.4. tex.8. Alexan. Tralianus lib.10. cap. de amphemerina febre in pane permiſcuit medic. expurgans, Aetius ſerm.3. primi quaternionis c.8. in iuſculis phaſianorum perducum, & pullorum, Actuarius lib. de comp. med. vinum ſcamoneo paratum concedit. Quod fuerit tamen alimentum docet Hipp. illo apho. famem torexis ſoluit, id eſt, potio meri: & apho. illo facilius eſt repleri potu, quã cibo: patrocinatur eidem dicendi modo Gal. lib. de alim. facul. c.1. & 13. met. ca. 14. Paulus à Gineta lib. 3. ca.14. & tandẽ inter neotericos ſcriptores Mena ſuper c.4. lib. quos medicari decet, & quando §. quos omẽs (vide prædictos auctores) ſæpiſsime ſum æmulatus in epidemia illa per totam ferme Carpetaniã graſſante, non aliter potens humorum redundantiam deponere, quã clanculum cõditis iuſculis, aut bellarijs, quibus alio nomine vti cogebamur laborãtes: id in primis pluris faciens, quæ ægrotantibus ipſis pre faſtidio miſerrime cruciatis placerent, ne ſubuerſus ventriculus, ad quod tunc erat propenſiſsimus, inanẽ redderet noſtram operam, atq; diligẽtiam: videbã etenim, nonnullos, qui abſque hac fraude purgatoriam ſorbitionem ingerebant, vſq; adeo in vomitum ferri, vt ſi quoquã pacto illis reluctare conareris, ſumma anxietate angerẽ-

In quibuſdam decet miſcere alimentũ medicamento.

Hiſtoria de medic. cum alimento.

tur, toti contremiſcerent, & in rabiem quandã concitarentur: hac de cauſa (inquit) nunquam ſum veritus, in imbecillimis faſtidio laborantibus, & nauſeabundis, quique vehementer abhorrẽt id genus iuſcula, omni ſtudio id potiſsime efficere, quo grata reddatur potio, & ſubdolo corpus expurget. Et merito quidem vt conualeſcat pars: nã ſi non detractis humoribus, quia homo reſpuat, aut volens reijciat paratus eſt morti quam proxime: quare propter aliqualem congenerationem obſtructionum non ſub fraude purgabis eũ, vt alimẽtũ ſuſcipiat, retineat, & purget, & à morte liberetur? vnde auctoritates in oppoſitũ ſecluſa neceſsitate probãt, q̃ præſens cũ aliquali lapſu, vtpote quod nõ ſubijciatur legibus: attendenda eſt, vt fiat etiam ſatis argumento pro cõtraria parte.

Dub. vero aliud inſurgit, an cognita ſpecie medicamentorum vtero gerentibus conuenientium, turgente materia, purgatio ſolum in quarto mẽſe vſq; ad ſeptimum fieri debeat: an vero etiã primis, & vltimis menſibus? cui reſpondendũ eſt, quod quantũuis Hipp. verba ſonare appereãt pro medijs menſibus, tamẽ certum eſt, Hipp. ſent. non eſſe, quod alijs menſibus turgente materia purgatio fieri non debeat præter quam à quarto vſq; ad ſeptimum: imo in quocunq; tempore materia turgeat, ſemper euacuãda eſt: probat hanc reſponſionẽ illa generalis regula Hipp. eiuſdem, & Gal. ſent. 10. eiuſdem ſectionis, ſcilicet medicari in valde acutis ſi materia turgeat eadem die: tardare enim in talibus malum: reddit rationem Gal. in com. dicens, prius videlicet quam robur corporis diſſoluatur, vel febris caliditas augeatur, aut ad aliquod membrum principale decũbant hi, qui per corpus vagantur humores: illud enim poſſe, conſtat, nam ſua turgentia moti, huc, & illuc diſtemperant partes, ſpiritus reddũt ineptos: aut ſua craſſitie iuxta poſitos incraſſantes, aut quandoq; ſuo calore attenuãtes, & diſsipantes ad robur corporis vſq; diſſoluendum, calefacti per motum ſecundum efficiunt, & tertiũ decumbendo iuxta cor, cerebrum, hepar, aut ventriculum: vnde expectare in hoc euẽtu nocuum eſt. Comprehendit igitur hæc regula decima illam primam de vtero gerentibus vniuerſaliter: & ſic erit ſenſus prioris ſententiæ, cum materia turget, etiam in vtero gerentibus ſemper purgandum eſt (cum alijs requiſitis) tam in primis, & vltimis mẽſibus, quam in medijs: tamen illa purgatio, quæ à quarto menſe vſq; ad ſeptimum fit, tutior eſt, quam quæ in primis, & vltimis menſibus exercetur: vnde vtero gerẽtes, ſi materia turgeat, quarto men-

Quibus mẽſibus purganda vtero gerens.

Quare cũ turgentia purgandũ.

Digitized by Google

to menſe vſque ad ſeptimum ſunt medicandæ, quod tutius fieri poteſt, in alijs menſibus turgente materia non ita tute, nec præter aliquod maius diſcrimen fœtus, propter illam rationem Gal. deſumpta ſimilitudine à fructibus minoribus, & grandioribus arborum. Imo non turgente cum eodem diſcrimine, in illis caſibus prioris concluſionis, ſi certe timetur mors matris, propinari poſſunt & primis & vltimis menſibus medicamenta, quæ ex ſua natura ſunt productiua ſalutis ex ſe, & directe atque principaliter, iuxta illud documentum iuriſconſultorum, & Theologorum patrum non intendendo aborſum: quin potius matris ſalutem, & fœtus adhærentiam: nam irritata natura ab illis humoribus, & non adiuuata ad expulſionem, timendũ eſt de expulſione fœtus. Vnde ad Auerrois argumenta reſpondetur: ad primũ, quod licet aliquid venenoſitatis continerent medicamenta, cum ſupponamus illam materiam furioſam, & concitatam, aut venenoſam, & inſuperabilem iuxta conditiones illas, quia apte per venæ ſectionem educi non poteſt, ideo ſi euacuari debeat, medicamento ſibi conuenienti indiget, tum correctionem iam habere medicamẽtum, aut non cõtinere quid venenoſæ naturę, maximeq; à quouis eius lapſu corrigitur ex tranſitu, quem facit per matris ventriculũ, & hepar: non enim facile petunt medicamẽta vias vteri: & inde nil conuincit argumentum. Neq; eſt quare exiſtimaſſet Auerr. Hip. libenter medicamenta propinare vtero gerentibus: ſed à morbo maxime coactus exhibet, vt vel vtriuſq; mortẽ, vel ſaltẽ matris euitet. Ad ſecundũ quod ſi materia eſt turgida, iã ſunt in motu, & inde perperã dicit, quod per medicamẽtum moti humores ad fœtũ cõfluere poſſunt. Si ſecus minus mali cogitandũ eſt de illorũ motu ad extra, quã de eius quiete ad intra, aliquo quouis modo ex dictis: ſcimus enim medicam. exhibere malũ eſſe: ſed maius malũ eſt nõ exhibere: ex duobus autẽ malis minus eligere oportet, iuxta illã regulã & adſtrictionẽ adductã in reſpõſione ad autoritatẽ, nõ ſunt faciẽda mala, vt ſequãtur bona. Ad tertium reſpondetur negandum, medicamenta illa à nobis explicata habere vim, vt prouocent vrinam, cũ aliquo inconuenienti: & inde nec menſtrua mouent, nec cauſa ſunt, vt fœtum perdant: neque eſt æquale periculum in medijs menſibus propter illam Galeni rationem de fortitudine fœtus, & cotolidonum ineptitudinem ad ruptionem: quia firmiores ſunt, quã pro primis, & minus grauati, quam pro vltimis. Ad quartum de vomitu, quod ſymptoma

Minus malũ recipiendũ ex duobus.

tice id fit:& inde non inſequenda natura. Ad reliqua conſtat ex ſupradictis hoc tractatu,& de modo phlebotomandi vtero gerentes:& inde ſolum eſt aduertendum circa illas aphoriſticas ſententias, nunquam purgandum eſſe vniuerſum corpus per vomitum, ſolum enim vult Hipp.quod ſi talis expurgatio ſit exercenda in illa hominum ſpecie potius,quam in alia faciendum eſt:& pro illis corporum habitibus,& conditionibus varianda quantitas medicamentorum,& pro illis temporibus.

Vtero gerẽtes pro ſola conſuetudine non ſunt purganda.

Quarto ſupereſt iam docere vtero gerentibus habentibus adhuc conſuetudinem abſumendi medicamenta tempore geſtationis vteri v.g.autumno, aut vere, quæ ſic forte euenere: licet timeant de morbis, non eſſe concedenda medicamenta expurgantia,etſi alijs præcautionis gratia concedantur, ſcilicet ſalubribus vt nunc,aut vt multum,vtpote quod ſit ſtatus perfectior, in quẽ ferri queant ſecure:aut illis,quarum actiones & ſi nunc omnino appareant inculpatæ,ſolẽt alijs temporibus vitiari,quo animaduerſo purgantur:illius ipſa eſt ratio,quia nõ cognito humore peccaturo poterit ſuboriri error. Secundo,quia tunc non adeſt caſus ex prædictis aliquis,in quibus ſolũmodo vtero gerentibus propinatur medicamentum expurgans, etſi non in omnibus ab omnibus. Tertio,quia præuiſo medico,paulatim media aeris attemperatione alimentorum,& exercitij, ceterorumq; non naturalium, iuxta naturam humoris,qui ſolet peccare,prægnãs abſq; periculo aborſus præcaueri poteſt, in reliquis vero,& ſi ſimiliter poſsit iuxta illud Hipp.2.apho.50.quare ad inſolita oportet pertrãſire, tamen cũ id abſq; periculo(vt in nõ vtero gerẽtibus fieri queat) melius,quã in pręgnãtibus exerceri poteſt.Quarto quia cũ illud non ſit præſens,ſed poſsit deficere:vtpote quod pars humoris immutaturi abſumatur à fœtu,aut aliũde cõſumi poſsit,nõ eſt quare faciamus periculũ de aborſu,pro quo etiam exiſtimo facere illud Hipp.prægnantibus,ſi nihil præter naturam accidat, vitales fiunt partus,at pharmaca ſic præter naturam cenſentur, vt etiam ab infantibus merito arceantur: non ergo decet illa concedere vtero gerentibus,malo ſuſpecto ſolum, ſed præſenti & magno. Hinc noſter Doct.Mercado cap. ſæpe allegato aſſerit, nam vbi morbus ſuapte natura ſalubris exiſtit,non licet medico Chriſtiano aliquod moliri opus,quo aborſu periclitetur infans.

Dubitabis præterea, nũ ſi medicamenta expurgantia citra materiæ turgentiam in illis caſibus, quocunq; prægnationis tẽpore miniſtrari

miniſtrari queunt, & an quocunque tempore morbi id exerceri ſit tutum? illa nanque ſentẽtia decima quartæ particulæ, ſcilicet, in valde acutis medicari, ſi materia turget eadẽ die, expreſſe nos docet, nullum ſtatum excludendo, quod turgente materia quacũque die morbi medicandum eſt, quia tardare in talibus malum, vt ſupra diximus. Tum etiam 1. apho. ſen. 24. abſq; diſtinctione huius, vel illius euentus, quandoq; & ſi raro poſſe vti medicamẽtis in principijs morborum ſaltim acutorum, propterea explicãt, quia turgentia regulariter magis in acutis, quã in diuturnis morbis contingit. Et pro vtraque parte ſtat illud Axioma Gal. Auic. & fere omnium medicorum, in principio morborum, ſi quid tibi videtur mouendum, moue: ergo in illis caſibus poſſemus per initia mouere non ſolum in vtero gerentibus, ſed in omnibus propinare medicamentum expurgans: ne ſcilicet pereant homines. Patrocinatur huic parti expreſſiſsimis verbis Gal. lib. de totius morbi temporibus cap. 2. vbi poſtquam conſcripſit illas aphoriſticas ſent. 2, apho. 9. incipientibus morbis, ſi quid mouendum videtur, moue, conſiſtentibus vero præſtat conquieſcere 1. apho. 24. neq; in principio niſi inſtimulauerint, &c. ſubdit, multa inſuper alia partim Hipp. partim alij medici omnes veteres memoria prodiderunt: quibus non primæ acceſsionis impetum, ſed longum magis tempus principium eſſe nobis perſuadent: nempe quo ſanguinẽ detrahere, & clyſtere vti poſsimus: interim ſi res vrgeat purgare lib. de Dynamidis, tit. de catharticis, ſic ſcriptũ eſt, oportet igitur aliquem purgare volentem præextenuare, & inſcindere pingues humores, & poros adaperire: per quos accipiuntur, & extrahuntur humores à catharticis, & crudos quidem (alias ſeroſos) & tenues humores à principio morborum euacuare oportet. Et paulo inferius ſic, in acutis autem quoniam mouẽtur humores & circa initia purgandum eſt, & ſi cum cautela multa; idem lib. de catharticis medicinis lib. 6. de comp. phar. ſecũdum locos cap. 1. ſic, etenim venæ ſectione vtimur, & purgatione, & clyſteribus, & inedia, vbi totum corpus apparuerit aut multitudine humorum refertum, aut eorundem malitia vitiatũ. Inſinuat ergo, quod per initia poſſumus expurgare, ſicuti vti venæ ſectione, clyſteribus, & inedia 4. de ſanit. tuenda hoc modo, vbi ſi quis, vel propter ætatem, vel propter metum præmittere ſe medico ad ſanguinem detrahendum nollit vllo modo, huic aluus largius mouenda: at ſanguinis miſsio ſe offert ſæpe per initia: præſtat igitur nobis ſaltim

In principio morbi purgabis.

Vrgentia apud Gal. doctri.

Stat pro ſãguinis miſſione purgatio.

in hoc hominum genere per initia purgare, & præcipue in graui
dis, quibus fere ſemper propter periculum aborſus: haud ſe medi
co committere volunt, ad ſanguinis detractionem. Hinc Manar
dus Ferrarienſis lib.13. epiſt. epiſ. 1. vocat expurgationem vica-
riam ſanguinis miſsionis, Auic. etiam habemus tutelarem huius
dicendi modi, qui lib.4.f.1.tract.2.cap.7. ſic docet, cum antē ma-
teria eſt plurima, mobilis, permutabilis de membro ad membrū,
& exiſtimas, quod non eſt ſpatium in diggeſtione eius, aut for-
taſſe accidit ex ea apoſtema ſirſem, aut aliud ab eo: & ſi dimitta
tur, faciet cadere in timorem ante tempus, in quo cadit diggeſtio
eius: & illud eſt lōgius, quam tempus in quo cadit, vel ſpectatur
diggeſtio æqualis, proculdubio tūc eſt neceſſaria euacuatio eius:
timor enim in hoc eſt minor, quam timor in illa, & cum hoc natu
ra mouetur ad expellendum eam, propter multitudinem ſui no-
cumenti: cum ergo adiuuatur natura, conuenit adiutorium vlti-
mum, quare non eſt excuſatio eius. Confirmat eandem ſententiā
fen.4.lib.1.cap.3.§.ſi ſecuri non fuerimus, quod virtus vſque ad
maturitatis horam perducat, euacuabimus antea: en tibi expreſ-
ſam regulam de vrgentia. Fracaſtoreus etiam lib.3. de contagio-
ne c.5.& 6. præuiſa quadam diſtinctione docet, quandoque lice-
re vti pharmacis per morborum initia cap.5. ſic, de ea vero eua-
cuatione, quæ per medicamenta purgatoria fit, rurſus pene idem
dicendum, quod de phlebotomia, de qua paulo ante retulit: qua
in re mihi ita dicendum videtur, quod aut contagio extrinſicus
cōcepta eſt, aut intrinſecus primo in nobis facta, & hęc rurſus vel
in initio eſt, vel iam valde ſparſa: ſi igitur extrinſecus venit cōta
gio, ſiue in initio ſit, ſiue non, nunquam ſanguis eſt per phleboto
miam mouendus, ea de cauſa quod contagio introrſum trahitur,
& verſus cor, tam ea, quæ circa ſumma eſt, quam ea, quę in venis
pulmonis, niſi adeo magna plenitudo videatur, vt ferri non poſ-
ſit: tunc enim licet phlebotomia vti: ſed & hoc circa initia, ergo
docet, ſi eodem modo mouendum eſt, de euacuatione, quæ fit per
medicamenta purgatoria, quandoq; per initia poſſe purgare: &
cap.6. hoc modo (in curatione ſcilicet febrium, quæ lenticulæ vo
cantur) de pharmacis vero purgatorijs eadem animaduerſio ha-
benda eſt: nam & ipſa à circunferentia introrſum trahunt, & ſan
guinem valde exagitant, & non multo de ſeminarijs educunt: ſi
tamen plenitudo humorum viſa fuerit, niſi ex eis fuerint, qui cō
tumaces ſunt, euacuationibus ſi potes, à principijs euacua: alio-
qui, aut

Auicen. de medic. purgāti initio morborum.

Fracaſtoreus per initia quomodo purget.

Digitized by Google

qui, aut nihil moue, aut ſolum quantum ſufficiat educere, quæ iã corrupta eſt materia: ſint autem ſolutiua (inquit) aut aloe, aut caſia ſiliqua, aut manna, aut ſirupus roſatus ſolutiuus, expertũ autem eſt pharmacum illud multum valere, quod per agaricum fit, & ſirupum roſatum ſolutiuum. Noſter etiam Ludouicus Doctor Mercado lib. de febribus peſtilentibus & malignis animaduerſa diſtinctione, tract. de purgatione ad eaſdẽ, de venenoſitate & putredine materiæ, ſic habet, quamobrem dum præeſt magis venenoſitas, quam putredo mihi non eſt dub. quin ante ſeptimũ, expurganti aliquo leui ſit vtendum, & ante ſanguinis detractionem, cruditatibus exiſtentibus in primis venis: ſin aliter detracto ſufficienter ſanguine ſexta die purgare oportebit; adducitque remedia, vt Fracaſtoreus: ſubdit tamen, verum ſi morbus præualet magis putredine, quam venenoſa qualitate, eiſdem purgationem fieri neceſſum eſt, ceterum prima ſecunda & interdum tertia die ad ſummum: nam purgantia medicamenta, & ſi eo tempore cruditatum in primis venis exiſtentium, gratia adhibeantur, cum hoc etiam nonnihil putridi humoris extrahitur, quod quidem raro eſſe agendum cenſeo (aſſerit) præſertim dum humores efferueſcere incipiunt, quo purgandi genere cõſultius eſt à principio morbi vti, quam dũ cruditates venas maiores ſub ingreſſæ leui pharmaco cedere nequeunt: nam purgatio ipſa & corpus, & coctionem, & naturam turbat: & ob id prudentiores medici aut omnino renuunt à principio purgationẽ, aut leuibus moliuntur aut ſi neceſsitas plurimum vrget, ante humorum efferueſcentiam eam efficiunt: quod ſi occaſio in principio non ſubſit differenda omnino cenſent, optima medendi ratione ducti. Abſq; venenoſorũ morborũ ratione, & mali moris putredinorũ apparet nos docere Hipp. poſſe aliquãdo per initia vti medicamento expurganti lib. 4. de victus ratione in morbis acutis tex. 64. quo ſcribit, nos ſi ab initio purgare volueris, ante diem quintum facito; ſi nõ, à medicamentis abſtineto. In cuius com. inquit Braſabolus, principiũ hic, ꝙ eſt primũ ægritudinis inſtãs intelligi nõ poteſt: quia illud ſpecificaſſet, neq; dixiſſet ante quintum diẽ, ſed ſtatim prima die quia ſi quarto fiat die, conuenit, cum ante quintum euacuatio facta ſit: propterea principium intellige, in quo materia nõdum oſtẽdit ſigna coctionis: & hoc principiũ multos poteſt habere dies, extendiq; poſſet ad ſeptimum, & ad nonum, & ad plures: in quo ſenſu vidi aliquos affirmare, quia in acutis purgant ſeptimo die,

De purgantibus per initia.

Secũdo ex Hip purgatio per initia.

Digitized by Google

aut 6. per initia morborum non ſcilicet viſis ſignis coctionis, purgare. De hac denique re legendus eſt Sotius Salodienſis lib. de temporibus, & modis recte purgandi in morbis ſect. 3. titu. de minoratiuo, quo adducit plurima Gale. teſtimonia facientia pro hac parte, Donatus ab Altomari tractatu de minoratiuis, Curtius lib. de curandis febribus. Eodem tractatu Rondoletius, Trincauelus lect. 73. in lib. 1. ad Glauc. & vlt. epiſt. 2. lib. Lemos lib. 7. circum lib. metho. diſpu. 4. Fuſius com. in prmum lib. Gal. de criſibus ſuper cap. 9. Carmona lib. de peſte, & febribus cum puncticulis cap. 9. & Manardus loco ſupra citato, nam ex omnibus his poſſumus deſumere aliquid pro probatione eiuſdem partis: quæ etiam ſic patet, ſi verum tenet illa generalis medicorũ regula, melius eſt aliquid cum periculo tentare, quam ægrotum derelinquere in deſperatione: quare per initia morborum & quocunq; tempore cruditatis, illa viſa vrgentia non faciemus periculum.

Multi auctores de modo purgandi per initia.

Sed, bone Deus, quomodo hæc, & illa aliorum locorum eorum fere omnium, & ceterorum veritatem poſſint adęquare, ipſe nanque Hipp. 1. apho. 22. docens concocta medicare oportet, & mouere, non cruda, nec per initia, niſi turgeant, quod per raro id fieri ſolet, haud recordatus fuit vrgentiæ vniuerſaliter, aut specialiter, iuxta aliquem caſum ex præfixis ſupra ad purgandas vtero gerentes, nec quempiam aliquem: neque Gal. reſpuit hanc ſentẽtiam, quinimo inſinuat illam in com. ſ. quæqui dem natura ſi perfecte moueatur, medicamento locus non eſt, quod eſt, quando nõ mouentur humores, ſed fixe pro fortitudine naturæ vſque ad expulſionem quieſcunt. 4. de ratione victus in morbis acutis tex. 43. inquit Hipp. quibus in principio vrinæ & nebuloſæ, & craſſæ exiſtunt annuentibus ceteris ſubpurgare conuenit, quod ſi vrinæ inter initia tenues fuerint tales non purgabis, quaſi dicat dũ vrinæ mediocriter ſunt craſſæ, & ſuam nebulam continent, quia ſunt ſigna coctionis, & ſi per initia morbi purgare decet, ſi cetera conueniant, & nil ſit, quod repugnet: vnde Gal. notat, per craſſas vrinas mediocres intelligit Hipp. quæ ratione tenuium ſunt craſſæ, & per nebuloſas non intelligit obſcuras, ſed habentes nebulã, & hypoſtaſim albam, quod iuditium coctionis eſt, tunc purgare conuenit, quia materia eſt cocta. Quibus vero in principio vrinę tenues fuerint hos nec purgabis: quoniam materia cruda eſt: & bonum malo miſtum, & viæ non ſunt paratæ: ſed coctionem ſpectare opus eſt, quæ tunc facta eſſe iudicabitur, cum vrinæ ſufficiẽter craſ-

Vrgẽtiæ nõ recordatur Hip.

Cum vrina tenui haud purgandũ.

te craſſæ,hoc eſt, ad mediocritatem peruenerint, quæ reſpectu tenuitatis eſt craſsitudo:non igitur placet Hipp.medicandum cũ ſignis cruditatis,niſi turgẽte materia: neq; in alio caſu faciendũ; & id confirmat illa ſententia ſcripta ab Hipp.lib. de medicamentis expurgantibus.§.turpis enim eſt calamitas, medicamẽto purgante dato hominem occidere. Quicunque igitur à febribus fortibus corripiuntur, hic medicamenta purgatoria dare non oportet,donec remiſerit febris, ſin minus ſaltem non intra quatuordecim dies:carnes enim ipſorum & ventres cum calidi ſint, medicamentum aſſumant,& nil depurgantur,& febris maior fit, & color euertitur, & morbi regij ſpeciem præ ſe ferũt:commota enim bile & non purgata,non ſorbere vult æger,neque bibere:ſed omnia abominatur,& plerumque perit.An non animaduertis Hip. hic inſinuare in acutis febribus, quales ex bile non eſſe purgandum, donec remiſerit febris, aut ſaltim non intra quatuordecim dies?Innumera etiam ſunt Gal.teſtimonia,quæ pro hac parte faciunt in ipſis adhuc locis pro alia parte ſcriptis,non multis interpoſitis lineis,alijsque multis valde diuerſis: quinimo & reliqui auctores, ſi illa tenet Iuriſconſultorum regula, quod vltimo refertur ab auctoribus,& ſi multa adduxerint, mens cogitata cogitatur,& vt vera reputatur apud eoſdem.Deniq;, confirmant hãc partem tex. Auic.lib.4.fen.1.tract.2.cap.7.§.humorem euacuare ante horam,in qua apparet diggeſtio,eſt arti prohibitum : & eſt laborioſum lib.3.f.1.tract.1.cap.29.§. humores non euacuentur, niſi ſint prius concocti,& lib.1.fen.4.cap.4. §. humoris ſubtiliatio eſt permittenda,ante quam fiat ventris ſolutio:& cap.3.eiuſdem.§.humor cum fuerit in membro comprehenſus nullo modo moueatur,donec maturetur:& paulo inferius.§.humores ſi non ſunt obedientes ad locum ad quem, non ſunt attrahendi violenter.Hæc teſtimonia ſecutus Alexander Maſaria diſput.2.de purgatione principio morborum inquit, oppoſita ſententia euellenda eſt,& extirpanda tanquam pernitioſa, & ſaluti humanæ gladius.Vnde inquit,quoniam vero purgantia medicamenta nõ leuia pericula,quæ merito timenda ſunt, plures etiam noxas ſæpe inferre conſueuerunt,quantumuis turgeant humores, nõ illa expedit adminiſtrare ſine multa præmeditatione . Probat primo, quoniam omnes fere morbi acuti,& illi potiſsimum , quibus eſt adiuncta febris,quam neceſſe eſt eſſe cõtinuam,ſunt calidi:quare illos purgantia medicamenta , quæ item conſtat facultate eſſe

Donec remiſerit febris nõ purgabis in acutis.

Purgare ſine ſignis coctionis gladius naturæ.

Tt 5 calida,

calida, vel nihil iuuant, vel magis lædunt magnopere. Secundo, quia vſu poteſt venire, vt ægrotus male ſe habeat ad huiuſmodi purgationem: nam quicunq; ex multis, aut lentis, aut craſsis edulijs cruditate laborant: qui item habet inflata, & diſtenta hypocondria, aut ſupra modum calida, & ignea: aut in aliquo viſcere inflammationem: hi profecto omnes cenſendi ſunt ad purgationes inepti: ſiquidem propter occaſionem præcipitem dandi medicamenti, quod turgente materia ſtatim principio, vel circa primã, vel non vltra ſecundam diem dare oportet, vix poteſt eſſe locus exhibendi, quæ poſsint humores tenuare, meatus apertos reddere, & omnia præſtare, quæ hac in re ſunt neceſſaria. Poteſt etiam tertio probari hæc pars, quia tunc purgandi ſunt humores, cum habemus naturam adminiculantem, in principio morborum hoc deficit: ergo abſtinendum tunc à medicamento expurganti: maior Gal. eſt c. 10. lib. quos, & quando: & conſtat minor, nam munus naturæ eſt, ſuis facultatibus prius trahere, retinere, & concoquere, & vltimo expellere, lib. 3. de natural. facul. Quarto medicus tenetur imitari naturam recte operantem: ſed euacuationes, quæ fiunt à natura ſine ſignis coctionis vituperantur, ſicuti mille locis per libros de criſibus nos docet Gal. igitur ſine ſignis coctionis purgare abs re eſt: vnde ſubdit poſtea Maſſaira, bonis illis temporibus medicos vſque adeo medicamenta horruiſſe principio morborum, & ante humorum coctionem, vt vel lenientibus raro admodum vterentur: vnde conqueritur valde de Manardo Ferrarienſi, quod contrariæ ſectæ princeps fuerit, adducitque illius diſtinctionem ex epiſt. 1. lib. 13. epiſtolarum, medicamentorum ſcilicet violentium, & benedictorum, tum purgationis minoratiuæ, tum eradicatiuæ: adducit etiam, iuxta aliorum placita duplicem curandi rationem, alteram, quæ vocatur ordinaria, ac methodo fundata: alteram extraordinariam & à methodo abhorrentem, itaque iuxta illos inquit, ordinaria curãdi ratione dumtaxat concocta medicanda, & mouenda ſunt: extraordinaria cruda etiã licet medicari, ac mouere. Denique adducit illam inſinuatam diſtinctionem à noſtro Ludouico Mercato, lib. de com. & pec. præſid. indica. c. 6. vide de purgandi ratione præcautionis, & curationis gratia, atq; illa omnia, quæ Fräciſcus Valeriola lib. 1. enarra. enarr. 3. Antonius Muſa, Braſabolus com. in 1. par. apho. com. 22. & alij circa hanc materiam referunt, vt increpet non ſibi placita, ſed illorum dogmata, ſuis fundamentis haud reſpondentia.

Curatio ordinaria & extraordinaria.

Digitized by Google

Ego vero ad expediendos difficiles hos nodos, aggredior explicare primo, aliquot meo videri ſcitu digna, atque memoratu: illud vero eſt primum, quod etſi coctio, quæ definitur ab Ariſt. 4. meth. tex. 15. eſſe perfectionem, quæ à naturali, & proprio calido ex oppoſitis fit paſsiuis, ſolum videatur conuenire ijs, quæ maturantur, propterea quod in ſeipſis ipſarum calor perficiatur (nam quantumuis ipſa actione maturationis peraccidens res tendat in interitum: quia dum magis cocta talis eſt res, proximior eſt deſitioni: tamen perfici plus dicitur, per ſenſibilem mutationem, vtpote quod iam ſibi ſimile poſsit producere, vt dixit Ariſt. de ſeminibus fructuum. Illam nanque eſſe rationem perfectæ coctionis, & docet Ariſt. cap. 3. lib. 4. metheo. §. maturitas concoctio quædam eſt: nam concoctio alimēti, quod eſt in fructibus maturitas dicitur: cum autem cōcoctio perfectio quædam ſit: hac cauſa maturitas perfectio eſt, cum ſemina in fructu poſſunt producere talem alium, qualis ipſe eſt, nam & in alijs rebus perfectum ita dicimus, & legitur lib. de hiſtoria philoſophica ad finem: & ratione comprobatur; nam ſi quis ante maturationem alicuius arboris fructuum, ſemen talis diſpoſitionis ſeminet, abſque dubio nō naſcitur, neque pullulat: reliqua etenim, vt quæ elixantur, ſiue interius vt in ventriculo, hepateque ante conuerſionem & generationem illorum, quæ ibi generantur: neque quæ aſſantur, reuera non coquuntur, cum non perficiantur ipſa in ſe, neq; ſuus calor, quinimo per tales actiones ſtatim ac incipiunt, incipit & natiuus calor illarum deperdi, & diſsipari: nam quis ſanæ mentis dicet, dum panis, caro, & reliqua coquuntur, ſeu potius elixantur, ſtatim non incipere illa corrumpi, & diſponi in ordine ad eſſe chili, & finaliter ad bonum viuentis, non ad bonum ſui, nec ad ſui perfectionem? pariter dum chilus coquitur in iecore, vt diſponatur ad formas humorum recipit ſic abſque dubio, neque in eſſe chili perficitur, neque eius calor perficitur in oppoſitis paſsiuis: ſed potius incipit corrumpi: quod idem videas de his, quæ aſſantur: & ſringuntur) conuenit etiam & vrinis, quæ dicuntur concoqui, & humoribus, etſi non circa illud, quod eſt perfici, vt poſsint ſibi ſimilia generari, quia id non valent miſta non viuentia: & propterea dicunt quidam, vnus humor non poteſt generare alium, sed quod iecur generat illos, etiam ſi illud datum fuerit elementis imperfectioribus illis miſtis propter neceſsitatem vniuerſi: nam revera humores, dum coquuntur, non ſolum in

Coctio quid quibus competat & ad quid deſeruiat.

Semina vt fructificent matura.

Vnus humor non generat aliū.

ordine

Digitized by Google

ordine ad humanum corpus perficiuntur: ſed in ſe, ita quod calor perficitur in oppoſitis paſsiuis, & tale ens poſt coctionem melius ſe habet: iuxta quod dum humor per calefactionem nimiâ tendit in vſtionem, & viam deſitionis, ſirupis frigidis, acetoſis ſcilicet, de granatis, de condrila, de nenuphare, & huiuſmodi alijs reſtituitur ſuo ſtatui, factibili modo; quia & hoc in bonum viuentis inſurgit: dum vero pluſquam opus eſt ad ſui conſeruationem, & ad viuentis debitum vſum frigeſcit, ſirupis calidis rhodomelle ſcilicet, ſirupo de borragine, de ſtechado, de praſio, de abſinthio, & alijs huius ordinis emendatur, craſsi attenuantur, tenues incraſſantur. In quo ſenſu dicebat Auic. fen. 1. lib. 4. tract. 2. cap. 7. aduerſus Rhaſium 30. conti. tract. 1. cap. 2. & tu nõ auſcultes virum, qui exiſtimabat, quod intentio in digerendo eſt ſubtiliare, & humor calidus eſt ſubtilis, quare non eſt neceſſe, vt ſubtilietur. Res enim non eſt ſicut dixit: imo quod intentio digerendo eſt æquare ſubſtantiam materiei, &c. illinc videas apud Gal. & alios auctores varias coctionis declarationes: nam lib. 3. de natur. facul. c. 4. inquit, coctionem nil aliud eſſe, quam alterationem ciborum in propriam & conuenientem qualitatem eius, quod nutritur. Primo vero epidemion par. 2. com. 44. coctio eſt deductio eius, quod concoquitur, in ſubſtantiam coquentis, quæ fit à naturali calore: lib. etiam de tuenda valetudine, inquit, ſiquidẽ nec omnis cibus in cuiuſuis animantis ventre concoquitur, ſed cognatio quædam ei, quod coquit, cum eo, quod concoquitur, intercedere debet 2. acut. com. 44. Hipp. & Gal. quamquam demutati humores nutrire nequeant, at bilis, & ichores concocti dicuntur, cum ſint ſuperati à natura, etiamſi nihil illorum poſsit in noſtram ſubſt. commutari: probat exemplo de pure, nam humores pus facti cocti dicuntur, etiamſi nihil puris poſsit in noſtram ſubſtantiã tranſmutari 3. de cauſis ſympt. definiens coctionem, quæ debetur cauſis morbificis, ait Gal. communis terminus eorum, quæ præter naturam ſunt eſt, ſi nequeant cocta nutrire. vnde dicitur à medicis coctio, quæ accidit cauſis morbificis, victoria earundem: & in ea ſignificatione docent vocitari excrementa alui, vrinæ, ſidimentum, ſputum, & mucoſæ deiectiones concocta. Hinc recepere diuiſionem illam coctionis in perfectam & in imperfectam: & hinc ſatisfacere conantur quibuſdam Gal. Auerrois, & aliorum locis: quibus aſſeritur, humores crudos ſeu exiſtentes infra ſanguinem poſſe ſolum recipere coctionẽ: reliquos vero ſecus, vti videre eſt

Calidi & frigidi humores corriguntur.

Humores ſuperati à natura concocti.

Excrementa quando cocta.

apud

Digitized by Google

apud Auerroem 3.lib.collect.c.4.&8.&3.5.& non eſt poſsibile vt cholera recipiat aliquam diggeſtionem:quia non eſt poſsibile illi rei,quę tranſiuit terminum decoctionis,vt redeat ad terminū indecoctionis:ſicut non eſt poſsibile, vt aſſum reuertatur ad elixum, & apud Gal.4.de ſanitate tuēda,vbi ſolum appellat crudos humores pituitoſos 5.de vſu part.c.7. & lib. quos & quādo med. conueniat:lib.de tuenda valetudine,quo inquit,quæ ante ſangui nis naturam ſunt,valent concoqui:poſteriores oportet abſtinere ab omni valido motu.lib.de conſt.artis med.cap.vltimo:ſi autem abundauerit pituita ſalſa,eam euacuabis , ſi vero accida , cura vt coquatur:quod loquantur ſcilicet decoctione perfecta,non vero de imperfecta coctione,& hanc poſſe pati adhuc vtramque bilē, etſi ſupra ſanguinem , ex eo conuencitur , quod poſſunt alterari ad putrefactionem pro febre quartana,& tertiana: ergo & ad cō trariam moueri.

Sed dicet quis,& perfecta coctione ipſos concoqui, ſicuti & reliquos humores facientes morbos, primo quod fiat à calore interno in oppoſitis paſsiuis: ſecundo,quia tunc fit aſsimilatio,nā virtus concoctrix agens in ſaniem facit illam ſimilem membris ſuo modo,ſicuti agens per nutrimentum:& confirmatur ex Gal.1.de criſibus c.17.dum aſſerit, quando in vrina eſt ſedimentum albū, leue,& æquale,eſt ſignum perfectæ coctionis : ſed ſedimentum pars conceditur materiæ facientis morbos: igitur humores morbum cauſantes coctione perfecta queunt mutari.Tum c.18. eiuſdem decoctione loquens haud fecit Gale. mentionem coctionis imperfectæ.propter quod Vega illam medicorum increpat diuiſionem aſſeuerans ſolum perfectam reperiri , & ipſa illos etiam concoqui humores:aſt argumentum ex illo loco nihil conuincit: quia ſolum probat ibi Gal.de perfecta coctione,quantum agitur in morbo,non abſolute.Illa tamen particula,quantum agitur in morbo diminuit,quaſi dicens , hæc imperfecta eſt abſolute, alia vero perfecta:quod expreſsiſsime liquet ex illis locis ſupra adductis, qua ductus Valleſius doctrina inquit , ſuper ſecundum cap. lib.4.metheo.illam eſſe imperfectam coctionem, quia non ducit vſque ad perfectiorem aliam ſpeciem,ſed vſque ad quendam modum ſubſtantiæ:tamen non eſt putandum , non eſſe proprie coctionem,nam eadem fit ratione , qua prior:cum ſcilicet naturalis calor ibidem materiam atque humorem domuit:& in annotatione marginali,expreſsius concoctionis imperfectæ,& perfectæ eadem eſt

Quod non ſit coctio perfecta & imperfect. Vega.

dem eſt

Digitized by Google

dem eſt tertio: quaſi dicat, quantum agitur ex parte principij effi cientis, & aliquo modo ex parte modi actionis, ſcilicet quod vtro bique operetur calor, intentum rei plus minus ve conueniunt, etſi differant ex parte termini, qui adipiſcitur: ſic enim & illa, qua humores efficientes morbum, & qui ordinantur in ſubſtantiam viuentis, ex vna parte ſolum differunt ſecundum magis & minus, & reſpectu alterius, in qua res efficitur, vt poſſit ſibi res cocta ſimilem generare, dicūtur imperfectæ, etſi vere, illo modo; vnde ſolum probant argumēta, & auctoritates, ſic eſſe perfectam in ordine ad ſecundum modum; & in ordine ad tertium imperfectam. Et in hoc ſenſu dicebat Nimphius de medicis ſuper 4. metheo. com. 26. diggeſtum eſſe vnumquodque, cum acquirit à calido diſpoſitionem aliquam, qua redditur vtile, & aptum ſuo fini, ad quem naturaliter eſt ordinatum, vt muſtum, cum acquirit diſpoſitionem, vt ſit vinum, & humor intra apoſtema, cum acquirit diſpoſitionem, vt ſit aptus expelli: & fortaſſis deduxit ſuā doctrinam ex Gal. 2. de ratione victus in acutis ſuper tex. 24. 5. bilioſa cruda, ita appellauit, quoniam excrementorum coctionem appellat, quamquam mutata nutrire non poſſunt, vt bilis vtraq;, & qui Græce ichores dicuntur: verum tamen quoniam & talia euincit natura, cocta quidem vocare conſueuit Hipp. excrementa huiuſmodi, quæ à natura ipſa euicta ſunt, cruda vero, quæ non ſunt euicta: ob id, & pus in phlegmonibus, quæ concoquuntur fieri ait: quanquam pars nulla ex pure alimoniam accipiat, veluti accipit ex crudis appellatis humoribus, & pituita: quæ reliquum perfectionis aſſecuta, & prorſus cocta corpus nutrire poſſunt: ſic igitur bilioſorum humorum coctio exiſtit, vt ſanguis qui in phlegmone eſt in pus migrans intelligentibus nobis coctionis nomen in ſuo vniuerſaliori ſignificato: eſt autem vniuerſalius, cum natura cauſis fortior fuerit, permutaueritque eas pro ſuo robore (concludit) generali præterea hoc coctionis ſignificato vtimur, cum vel chatharrum, vel corizam, vel fluentes ex his ichoras, vel eos, qui ex oculis manant, aut incoctos, aut coctos eſſe dicimus: ad hunc modum & bilem vel crudam, vel incoctam eſſe pronunciamus. In illo etiam ſenſu videtur relatum ab Auic. fen. 1. lib. 1. doc. 6. c. 3. & à Iacobo ſuper apho. 22. primæ particulæ coctio alia eſt, quæ fit in materia iuuatiua, dum ſcilicet præparatur, & diſponitur ſanguis, & aliæ humiditates aptę ad nutritionem, vt tandem conuertatur & aſſimiletur, & perueniat in illum terminum, ad quem naturaliter

Crudaque.

turaliter fuit ſanguis à natura ordinatus: alia eſt in materia nocitiua: ſed hæc duplex, quia & duplex eſt nocitiuum, quod remiſſo gradu, & peccato perfecte corrigibili ac conuenienti diſpoſitione remotum, & illa eſt præparatio eius, vt fiat benignum, & quodã eſt intenſo malignitatis peccans gradu, & huius coctio eſt præparatio, vt à membris & virtute facilitet expellatur: veluti ſi omnes iſti dicerent, defectu materiæ aptitudinis nõ perueniunt omnes coctiones in vnum terminum: ſed aliqua vſque in illum, vt poſsint ſibi ſimile efficere, vt in coctione: quæ eſt maturatio ſeminum, aliqua vſque in tranſmutationem, vti cum ſanguis per coctionem diſponitur ad conuerſionem in ſubſtantiam animalis, aliqua vſque ad aſsimilationem partium, vt liquet in ſedimento vrinarum, & pure: aliqua ſolum vſque ad expulſionem, vt in hydropicorum aquis, & in quibuſdam mali moris humoribus.

Coctio in materia, vtili & inutili.

Nota ſecundo morbos, in quibus iſtæ contingunt mutationes humorum, variæ ſpeciei inueniri: nam, vt ſupra inſinuauimus, diuturnos quoſdam, quoſdam vero acutos tum Hippoc. tum Galenus diuerſis locis nuncuparunt. Horum prout ex hac materia, vel illa maiorem, vel minorem durationem continent: prout in hac vel illa parte ſuam habent ſedem, & radicem, quã facile, aut difficile, ſero, aut cito, cum maiori, aut minori vi aſcendunt medicamenta: illinc pro primo videas apud Hippoc. & Gale. 2. aphor. 19. & 39. lib. 3. apho. 27. lib. 4. apho. 30. 4. & 56. lib. 6. apho. 6. 36. & lib. 7. apho. 31. 56. & 61. lib. 1. ſecundo & 3. de criſibus lib. 7. methodi 2. comm. in prog. & millies alijs locis, varios ſignat terminos, cauſas, conditiones & durationes: ita vt comm. 3. in lib. prognoſticorum Hipp. ſuper ſententiam 10. quæ incipit, quo pacto in mulieribus, &c. dicat, aliæ vero eorum (tu vide cronicorum, quia de acutis egerat) conſonum rationi videtur, vt qui vſque ad quadrageſimum progrediuntur diem, quadam propria differentia colloccentur: qui autem ab his ad ſeptimum menſem extenduntur, alia differentia: & qui annui ſunt, rurſus alia comprehendantur: & ad hæc qui habent non menſium, ſed annorum numerationem: iuxta quod inuenies ſcriptum libro ſexto de ſanitate tuenda capite ſeptimo, quo fit, vt alijs eorum diuturni morbi incidant, à quibus tota vita explicare ſe nequeunt, cuius generis mala ſunt & podagra, & articularis morbus, & calculus. Nuncupat autem cronicum morbum attingentem quadrageſimum, etiam ſi quarta aphoriſ. comment. 36. dixiſſet, morborum

Morbi acuti & cronici.

longo-

Cronicus morbusque terminos habet.

longorum principiũ eſt dies quadrageſsimus, & 3. apho. 27. morbis longis dies primus indicationis eſt vltimus acutorum, quia vt in plurimum ſolum nuncupantur acuti ad huc ex decedentia, attingentes vltimum diem quartæ ſeptimanę, vigeſimum ſcilicet octauum: & inde ab ipſo frequentius dicũtur cronici, & infra ad huc, pro modo, quo terminantur iuxta illud citat. 4. apho. 36. in fine autem aphoriſmi non nulli trigeſimum primum diem, nõnulli trigeſimum quartum ſcribunt: ſcimus autem hos in dierum iudicantium numero contineri: & fortaſſe trigeſimus quartus maiorem vim habet: nõ tamẽ quadrageſimi meminit, fortaſſe quia hunc principium morborum longorum exiſtimauit: quia nõ admodum per ſudores iudicantur: nam & trigeſimum primum, & trigeſimum quartum, & ante ipſos vigeſimum ſeptimum raro inueniemus per ſudores iudicare. De acutis vero illo com. 10. lib. 3. prognoſticorum ſic, peracutus ſeptimum non tranſit diẽ, ſed aut in eo, aut etiam maturius iudicetur etiamſi acutus vſque ad quartum decimum extendatur. Tum autem huic quoque paulũ quid adduci cernentes ambigamus, propriam non habentes deferre appellationem morbo, qui ſeptimo decimo iudicetur: quomodo nec ei, qui vigeſimo finiatur: ita vt appareat hac in re ambiguitas ſoretica, id eſt, acerualis nominata videatur, quæ interdum nobis vere ſimile non eſſe quatuordecimum limitem acutorum morborum, ſed vigeſimum diem. At vero rurſus & alia non parua ambiguitas ſuper ea ipſa re eſt: & merito id dicit propter multa valde diuerſa ſcripta eb ipſo in 6. de mor. vulg. com. 1. de victus ratione in mor. acut. com. 1. in lib. 1. de mor. vulg. com. 3. comm. 1. in prog. lib. 2. apho. 23. lib. 3. apho. 7. & 9. lib. 5. apho. 30. & lib. 7. apho. 32. atque ſecundo lib. de diebus decretorijs cap. 12. vbi ſic, vocetur iã per acutus morbus, qui ad ſeptimum vſque diem extenditur, qui longius procedit ſimpliciter acutus: at hic quoque differentiæ in per acuto memoria tenendæ ſunt: etenim exacte per acutus eſt, qui quartum diem attingit: non exacte, qui ad ſeptimum vſque producitur. Eadem ratione inter acutos alius exacte acutus, qui vſque ad decimum quartum porrigitur: non exacte vero, qui ad vigeſimum vſque durat, quãquam & ipſe acutus ſit adhuc aliud morborum genus, quod ex delapſu acutum, ad quadrageſimum vſque diem peruenit: ſatius enim eſt ita vocare ipſum, quod acuto quodam imperfecte iudicato intra diem vigeſimum: deinde vehementia eius confracta, reliquum eius intra quadrageſimum

Peracuti morbi terminus, & acuti, & exactè acuti.

diem

diem ſolui conſueuit,quæ omnia ſaluari nequeunt, niſi habitis illis conſiderationibus à nobis adductis.

Tertio not.quemlibet iſtorum morborum in ſalutem terminandum quatuor habere tempora,vt expreſsius ſatis docet Gal.lib. de totius mor.temp.cap.1.illis verbis,itaque totius morbi tempora ſimiliter ac animantium ætates conſideramus, vnum quidem & primum generationi eorum attribuitur, alterum acceſſui ſeu incremento,tertium vigori,quartum declinationi, cum ægri ſalui futuri ſunt.Idem Auic.tract.2.cant.tex.367.quo ſic,in quolibet morbo ſunt diuiſa tempora , in quorum aliquo cõtingit mors & vita,vel ſalus,& ſunt principium,augmentum,ſtatus, in quolibet poteſt mors contingere:in quarto autem,quod declinatio appellatur,non contingit mors : niſi contingat error vndecunque: aut excitetur noua pars materiæ,aut nouus morbus (tu lege etiam) nam cocta & exſuperata materia non poteſt interficere hominem,quem nec potuit interficere,dum vigebat præter naturã: principium vero non ſolum dicit illam primã inuaſionem, à qua incipit morbus:ſed multo plus iuxta illud Gal.2.cap.illius lib.de totius morbi temporibus,nempe ridiculum maxime foret,primũ tempus acceſsionis primæ totius morbi principium exiſtimare. Hinc 4.apho.ſen.10. videtur inſinuatum,in valde acutis, quod tota prima dies dicatur principium.acut.4.tex.& com.64.in dolore pleuritico,quo præcipitur purgare vſque ad quartum, quod eſt,antequam humores parti affigantur,apparet totum illud exiſtimare principium,& lib.7.de morbis popularibus in hiſtoria filij Zidis,& in hiſtoria Andræ colligitur extendere principiũ vſque ad diem ſextum,in quo expurgauit Hipp. illud autem ſolũ per initia,quod eſt principium,dat abſque coctionis ſignis, prope illud,incipientibus morbis,&c.circa principia , &c. imo quod plus eſt illo 4.acut.com.76.habetur neq; inter initia aliquod remediorum huiuſmodi ægro iniũgere oportet deſumpto à numero dierum ſcopo,vnde inquit Gal. non ſolum in pleuritico dolore conceſiſſe medicamentum expurgans 4.die 3.2.& 1. vt auctor illius lib.ſed interdum 5.vtpote quando humores non erant affixi,quia tunc exſpectanda eſt coctio. Vocat igitur Galenus morbi principium,ſiue in his,in quibus eſt affluxus,ſiue ſecus, libro illo de totius mor.temp.c.3.totum illud tempus,vbi non incipiũt ſenſibiliter concoqui materies,prope illud, quæ ex humore citra inflammationem proficiſcitur,humorum moleſtãtium cruditatis

Morborum quatuor tẽpora.

Morbi principium.

A numero dierum nõ eſt ſcopus.

Digitized by Google

tempus principium ponendum eſt:vbi concoqui ceperint,initiū finiri. Idem Auic.fen.1.lib.2.tract.1.c.4.& tract.2.cant.tex.369. qui incipit, & hoc quidem tempus durat, donec diggeſtio appareat in exeuntibus,ſcilicet ſputo,fœcibus,&vrina. Poſt ipſum apparet, & cognoſcitur augmentum ex longitudine paroxiſmorū, febrium,operationibus,& accidentibus. Gale.vero loco allegato poſtquam concoqui cœperint,ſecundum accidit tempus,quod aſcenſum nominant,& cum ipſa concoctio maxime conficitur vigor:inde rurſus declinatio,quaquidem & ſymptomatum magnitudo & humorum copia ceſſauit,reſtat vero modicū in ea humorum adhuc,qui concoctionem requirat. Auice. autem hoc modo, ſtatus vero eſt cum poſt prædictas diſpoſitiones perfecta diggeſtio apparebit,nec paroxiſmi morborum augebuntur, & accidentia in quantitate æquabuntur. Hinc accipit & morbus diminutionem,& fit interdum criſis perfecta. Hæc quatuor tempora ſic habent latitudinem,vt quandoq; in ſex diuidātur,prope illud Gal. lib.de mor.temporibus c.5.9.ad cōtentioſos dicemus, tempus primum,ſecundum,tertium,quartum, quintum,deinde integritas: ſextum ad eos autem qui nominum vſum ſciunt ipſi componentes idonea nomina:primo tempori proprium initij nomen imponamus:ſecundo inæqualitatis nomen, tertio incrementi, quarto ſtatus ſeu vigoris,&quinto declinationis: ſextum integritatem, interuallum,ac intermiſſionem nominemus. Illinc etiam, quod eſt pro illa latitudine,principium,& connotat primam inuaſionē ſimplicem & abſque latitudine:tres aut quatuor primos dies, & totum illud tempus,quo nō incipit apparere coctio, vt videre eſt 1.apho.cap.12.lib.1.de criſibus cap.19.& in lib.1.prorrhit.cap.2.

Morborum temporum ſigna.

Quarto notandum,quod in quibuſdam ex dictis temporibus ſolet turgere materia faciens morbum, dicitur vero turgere à Gal. multis locis,quando vage à parte in partem mouetur, ſumpta ſimilitudine ab animantibus,quæ effrænato quodam libidinis impetu concitantur:& hinc arbitror quando Maſaira inquit loco allegato,certum eſt in diſciplina Gal.vere humores turgentes dici, non ſolum quando veluti errabundi modo huc,modo illuc transferuntur:ſed etiā quotieſcunq; abſolute non ſunt firmati, ac vel in toto corpore,vel in parte aliqua mouentur(addit) cū vix mobilis exeundi appetentiam & inclinationem habent,dici etiā turgere humores(& cū ipſo Antonius Muſa Braſabolus com.22.ſuper 1.par.apho.5.nōnulli putant,etiā materiam illā turgere, quæ

Tempora morbi ſex quomodo.

Turgere quid & in quibus.

eius

etſi abſq; ordine de loco ad locũ non mouetur, ſaltem ad vias expulſionis aptas mouetur, ve facile educi poſsit, à quibus nõ multo diſſentio (inquit) nã materia, quæ in via eſt, etſi vere turgida non ſit (ecce vbi aliquo modo recepit illam turgidam) tamen non eſt opus coctionem aliquam expectare, ſed medicamento facile educitur, & cum Valleſio com. in lib. 7. epid. ægroto 106. 5. ex his illud licet intelligere Hipp. nomine turgentiæ non ſolũ intelligere eam reciprocam à partibus in partes mocitationẽ, quã Gal. interpretatur: ſed etiam vergentiam humorum in euacuationis vias præcipue in aluũ, qualis in quibuſdam ſignificatur hypocondriorum murmure) loquutũ ipſum fuiſſe, aſſumpta definitione iuxta ſummuliſtarum regulã, quod verba in definitionibus non dicunt actum, ſed aptitudinẽ, & inde illa poſſe vocitari turgẽtia: ſecus tenentur ſignare aliã definitionem turgentiæ cõmunem pro omnibus illis: ſed adhuc, & hoc modo magna inuoluitur dificultas, cũ Hipp. dicat, raro vero turgent, aptitudo autẽ illa frequentiſsima ſit, & maxime proxima in materia calida: tũ quia nõ eſſet quare in omnibus morbis à materia calida, in pũcticularibus febribus, & peſtilentibus, atq; inflãmationibus eſſet dubitãdum, iuxta placitum Hip. de medicam. expurgantium vſu per initia: cuius contrarium innuit Hipp. cum dicit, id vero nõ niſi magna cum præmeditatione faciendum. Vnde quando apud Virgilium dicentẽ, turgent in palmite gemmæ, apud Theophraſtũ lib. de hiſt. plantarum vtentem hoc vocabulo, dum vult exprimere naturalem plãtarum appetitum, ac propenſionem producendi fructus, quos ferme conceperunt hieme, & apud Gal. lib. de multitudine aſſeuerãtem, turgidæ partes aliquando dolent, inuenitur vſus illius vocabuli, lata quadã ſignificatione vſi fuere. Quinto not. eſt, apud auctores, varios eſſe inuentos euacuandi modos, vt poſsint (ſalua doctrina medicinæ parẽtum) turgente, aut nõ turgente materia purgare per initia: nã facillime ſic ad diuerſa loca Hip. & aliorũ reſpõdent dicentes, nõ hoc modo, ſed illo loquũtur auctores antiqui in præceptis medicis venerandi: omneſq; ipſos ſumma diligẽtia tentarunt eradicare in illiſmet medicinæ parentum preceptis, & legibus, ne viderentur ſibi ad libitum placita excogitaſſe. Hinc nobilis Socius ſect. 3. de temporibus & modis recte purgandi ſpecialem tractatum de medicamento minoratiuo inſequens multorum veſtigia inſtituit, & nititur probare ex quam plurimis Galeni locis ex 11. methodi collectis vtendum fore hoc medicamen-

Turgere apud quoſdam quid.

Euacuandi multiplex ſors.

torum vſu, de quibus poſtea; & facit alium tractatum de eradicatiuo medicamẽto. Manardus etiam adducit illam diſtinctionem de vehementibus, & benedictis, vt prima interdicat per morborum initia, ſecunda vero concedat medicamenta. Alij duplicem curandi rationem conſtituunt, alteram vocant ordinariam, vt ſupra adnotauimus, ac methodo fundatam, alteram extraordinariam, & à methodo abhorrentem, aliter ipſam vocant coactã, ita quod per hos ordinaria curandi ratione dumtaxat cocta medicada, & mouenda ſunt: extraordinaria cruda etiam licet medicari ac mouere, ac per initia: alij libenter recipiunt illam medicamentorum diſtinctionem lenientium ſcilicet, & illorum, quæ habent vim peculiarem trahendi proprium & determinatum humorẽ, ita quod per initia libenter propinentur prima in tanta quantitate, vt non ſolum minorent materiam: ſed eradicent, ſecunda vero negent. Alij docent, quod purgatio aut exercetur curationis gratia, aut gratia præcauendi, hoc modo & per initia poſſumus purgare docent, ſecundo ſecus: nos vero iam ſigillatim circa hæc omnia placet deſcendere paulatim.

Quocunq; morbi tempore eſt vrgentia purgandum.

Nunc igitur ſit primum certum, turgentibus humoribus vera turgentia, concitatis ſcilicet humoribus, & errabunde motis, non ſolum per initia, in prima, ſecunda, tertia ve acceptione, aut in augmento, ſed & in ſtatu, ſi tunc poſsibilis eſt turgentia, concedendum eſt medicamentum, prout expedit benedictum catharticum, aut leniens vtero gerentibus, & reliquis hominibus, altioris ordinis iuxta ſuam neceſsitatem, & ſi parcius vtero gerentibus quam alijs iuxta eradicationem humoris moti: ita quod melius eſt concedere medicamentum conueniens coniecturabiliter ad eradicandum humorem reciproce motum à parte in partem quam illius aliquam relinquere partem, ſeu ſenſibilem reliquiã, quæ mota poſſit aliquem lapſum ſenſibilem inferre. Et quantumuis talis purgatio prout ſic completa fuerit, humoresque illos educat motos omni ex parte, non eſt cenſenda inter ſummas & extremas euacuationes, quæ taxatæ ſunt ab Hippocrate, & Galeno 1. aphoriſm. per multas ſententias, ex eo quod intra illos terminos quam plurimæ poſſunt exerceri, etiam cum conferentia & tolerantia: nam ante animi deliquium, & antequam vaſa in ſe penitus conſideant (quas euacuationes interdicit Hippocrates 1. aphoriſm. ſent. 3. ſ. non tamen vſque eo vacuando pergi velim &c. & Galenus 1, aphoriſ, comm. 23. ſ. in maximis vero doloribus

nullum

nullum præſentius noui remedium ea euacuatione, quæ ad lypo tymiam vſque fiat, cum ea tamen diſtinctione, vt intelligatur de phlebotomia, non depurgatione ad defectum vſq; animi, vt late fuit oſtenſum lib. de curãdi ratione per ſanguinis miſsionẽ) multæ ſunt euacuationes eradicatiuæ non extremæ, & parum tutæ, ſed tutiſsimæ valde. Primam partem huius certi omnes fatentur medici propter auctoritates expreſſas Hip. & Gal. & propter illã rationem Gal. Nam cum humores redundantes mouẽtur, & qua qua per corpus feruntur, nondũ corporis parte aliqua firmati, tũc ad eorum expulſionẽ natura incitatur, at aliquo, qui veluti manũ porrigat, & illũ humorẽ motum ad aluũ dirigat, atq; deducat, indiget: rationẽ adducit huius, cõ. 10. ſuper. 4. apho. cũ inquit. Itaq; cenſet protinus (vide Hip.) medicam. vacuandũ eſſe prius, quam vel corporis virtus collabatur, imminuaturq;, vel febrilis augeatur calor, vel vagi, & errãtes per corpus humores in partem quãpiam principẽ decumbant: cui etiã accedit, quod medicus eſt imitator naturæ: ergo tenetur, dum ipſa curat noxios pellere humores, naturã iuuare integre, & perfecte, in quantum fuerit ei poſsibile, quantitate remedij, & qualitate, & occaſione. Et inde, ſi per poſsibile, vel impoſsibile in ſtatu cõcitentur illo modo humores, merito iuuauit naturã: nam quando dicitur, in ſtatu, aut cõſiſtentibus morbis cõquieſcere eſt melius, loquitur Hipp. prout agitur iuxta ea, quæ regulariter ſolẽt contingere in ſtatu. Aliam partẽ huius certi expreſsiſsime inſinuat Gal. 4. apho. com. 1. illis verbis, & illũ humorẽ motum ad aluũ dirigat, atq; deducat, indiget. Docet igitur, quod motus humor non ſolũ minuatur, ſed eradicetur. Pro quo facit illud axioma receptiſsimũ apud omnes medicos, medicus debet curare tuto: ſi ergo non eradicetur humor motus, cũ non conſtet de more malo humoris: quomodo tute curat relinquens partẽ, quæ fortaſsis quãtitate parua, qualitate ſic magna poteſt eſſe in cauſa, vt excitentur illa omnia relata à Gal. com. 10. ſuper 4. aph. partẽ? ſi vero dicas contra certum hoc, ſcriptũ fuiſſe ab Hip. quoſdã peſtilentia laborantes purgatione, quæ nimiũ furienti materiæ cõuenire videbatur, offenſos fuiſſe; reſpõdetur, id contigiſſe propter particularem indicationem, quæ tũc vigebat, ſcilicet paſsio tenſionis hipocondriorum, cum qua, ſicuti inflãmato ventriculo, aut aliquo viſcere, epoto medicamento purgante, vtpote quod ſemper calefaciat præter naturam, offenduntur homines, vt docet Gal. per lib. methodi millies.

Non purgabis vſq; ad lypothimiam.

In ſtatu morborũ quieſcere eſt melius.

Curatio tota humores eradicare debet.

Digitized by Google

Materia venenoſa & inſuperabilis purgāda ſine coctione viſa.

Secundum certum ſit ſi certis ſignis apprehenderit medicus, vtero gerentem, aut quempiam alium pati morbum propter venenoſam, & inſuperabilem materiam à natura (niſi propinato pharmaco) aut quod taliter ſit materia præfocatiua, etiamſi non venenoſæ naturæ, & facultas debilis, vt ſit coniectura certa medice loquēdo de defectu expulſionis, & inde inſurgit certitudo de morte patientis ante victoriam hoc, aut illo coctionis modo naturę ſuper cauſam talem: aut illa ſedem contineat (deficientibus adhuc illis primis duabus cōditionibus) in parte, propter cuius noxam timendum ſequitur de morte patientis ante diggeſtionem illius: aut ipſa materia ſic de ſe incoctilis ſit, vt quouis expectato tempore nunquam poſsit peruenire in aliquem terminum ex illis, qui adipiſcuntur per coctiones, inuiſis coctionis ſignis, non ſolum per initia morbi in quauis acceptione ex dictis ſupra: in augmento vero & ſummo vigore, factis alijs requiſitis recte iuuantibus, vt propinato ſcilicet decocto origani, vel tragorigani, aut alterius altero, iuxta indicationem deſumptam à morbi cauſa, poſito clyſtere, aut vnctione vmbilico applicata, abſque periculo conſcientiæ poſſumus concedere medicamentum expurgans, pro primo eradicando materiam venenoſam, pro ſecundo minorando, vt natura maneat fortior ſupra reſiduum, & materiam euincat mortiferam: pro tertio etiam eradicando, ne illa ſenſibilis tātopere pars patiatur adhuc à portione quantitate parua & qualitate fortaſsis magna: pro quarto etiam minorando, non vt exſuperet natura reliquum, quia inſuperabile illud illo modo ponimus: ſed quia nunquam talis materia ſemel detrahitur ſine lapſu magno, vt patet in hydropicis. Concluſionem hāc luce clarius oſtendit Gal. cap. illo ſecundo lib. de totius morbi temp. vbi poſtquam adduxit illa teſtimonia Hipp. quibus docetur, turgēte materia per initia conuenire, & applicandum fore med. expurgans, ſubdit quibus non primæ acceſsionis impetum, ſed longum magis tempus principium eſſe nobis perſuadent, nempe quo ſanguinem detrahere, & clyſterio vti poſsimus, interim ſi res vrgeat purgare: quid clarius? vt intelligamus in illis caſibus non ſolū lenientibus poſſe vti medicamentis, ſed vere catharticis benedictis, aut fortibus pro vtero gerentibus, & reliquis: iuxta illud quod res vrget, etiamſi humorum nec ſit veſtigium conuerſionis, aut aſsimilationis. Et conualeſcit pars ex illo Gal. 2. apho. quo aſſerit melius eſt in principio euacuare: & paulo inferius, in quibus ſalutis

Vrgentia ponitur à Gal.

ægri

ægri ſit ſpes aliqua, per initia danda eſt opera. Patrocinatur eidẽ Auic. illa fen.4.lib.1.cap.3.dicens in quocunque morbo non turgenti materia melius eſt coctionem expectare, ſi modo liceat per facultatem, & morbi magnitudinem: ſed ſi nõ fuerimus (inquit) ſecuri, quod virtus vſque ad maturitatis horam perducat, euacuabimus: vbi expreſſe primam & ſecundam partem noſtri certi docet: tu vero vide, quo tempore hoc tibi conſtet. Succurrit & ratio nam ſi cauſa tunc, & neceſsitas expoſtulant medicamentum expurgans: nunquid melius eſt aliquid cum periculo tentare, quam ægrotam derelinquere in deſperationem? ſi enim recte ſuccedat, liberabitur, ſi male, aliàs venturum erat, non conceſſo pharmaco: & periculo prænuntiato aſsiſtentibus, non infamamus remedia, quæ alijs fuere auxilium. Quin potius quærimus (Deo auxiliante) hominis vitam: nam ſi non peruenit terminus, de quo dicebat Iob, omnium rerum ſunt termini, quos præterire nõ poſſumus: ante quos contingit multoties perire homines, ob pigritiam medicorum, aut vehementiam morbi, vt ſatis bene declarat Lacuna tractatu de peſte. Fortaſsis euacuata illa materia ſaluti reſtituetur. Stant etiam pro hac parte illa omnia, quæ adducunt docẽtes in cura coacta & extraordinaria ſeu irregulari per initia abſque coctionis ſignis decet multoties expurgare: nam omnia præcepta medica ſubiecta ſunt eis, quæ magis vrgent lib.3.meth. & lib.7.& 5.apho.19.vbi poſtquam Hipp.vidit Gale.tex. dicentem, quæ perfrigerata ſunt ex calefacere oportet, præter eà, quæ ſanguinem profundunt, aut breui ſunt profuſura: inquit præſens exceptio minime illud euertit, contrariorum contraria eſſe remedia, de quo theoremate copioſe diximus in ea commentatione, quę de arte curandi inſcribitur: vbi oſtendimus aliud quoddam eſſe theorema huic præuertendum, quod iuuet curanda ea prius eſſe, quæ magis vrgent, id eſt, præſens periculum adferunt: habemus ergo Gal. tutelarem fortiſsimum hanc ſuſtinentem partem. Pro tertia parte noſtri certi facit tum illud apho. allegati nuper, tum communis medicorum vſus expurgantium in cardialgia nõ expectatis ſignis coctionis propter maximum, quod imminet periculum mortis: & merito, nam ſi cardialgiaci fiunt, qui prandio præter ſolitum priuantur, & humores ab alijs partibus confluũt in ventriculum, à quo, vtpote quod eius exſuperent in ordine ad tranſmutationem aut ſimilationem mutari nequeunt, quare ſtatim eos non detrahes? illinc dicebat Gale. in primum prorrhiti.

Dum ſpes eſt vita da operam.

In cardialgia purgamus per initia.

Vu 4 com.3.

Digitized by Google

com.3.cardialgia ex copia humorū fit,& de victus ratione in mor. acut.com.2.cardialgiaci fiunt,&c.& lib. de ſympt.cauſis c. 7. ſuperq; cardialgia,quod oris ventris infeſtum eſt ſymptoma, & ad ſenſum refertur,à ſuccis mordentibus prouenit. Pro quarta facit parte illud ex libello de humoribus 6. ſunt porro crudorum humorū duo genera,eorum alter tenuis,& aqueus,& alter craſſus & glutinoſus,tenuem & aqueum euacuare expedit, priusquā à calore febris multo ex calefiat,pungat,atque mordeat: at craſſum & glutinoſum concoquere: & eodē loco inter initia,tenues ſeroſosque humores licebit euacuare, & ſi craſſorum concoctionem expectabis:vtpote quod iſti coctiles ſint,illi vero ſecus:neq; hoc eſt velle deploratos curare, à quibus videbatur magis abſtinere, & eorum fines prænuntiare: ſiquidem vidimus quamplurimos hydropicos ab alijs deploratos ſanitati reſtitutos:cardialgicos abſq; pulſibus fere pharmaco aſſumpto vixiſſe: exoneratos pro multitudine,& defectu expultricis in felicem ſtatum perueniſſe: & denique laborantes innumeris mali moris morbis ſuis nunc adeſſe operibus. Neque enim tunc retinet natura,ſicuti in alijs caſibus, vbi inuenitur putredo:nam quantumuis non expellat, quemadmodum per magnam turgentiæ irritationem,ſufficienter adiuuata mittit,vt æger liberetur à morte, nobis adiutrix ſine torminibus,colliquationibus,& capitis doloribus.

Crudi humoris genus duplex.

Morituris non adhibētur remedia.

Ex his infertur primo,perperā meo videri,quoſdā deprehenſa malitia, ſeu aliquali veneno ſitate in febribus ponticularibus die ſexta vniuerſaliter,& hemitriteis propinare medicamentum expurgans(quinimo in inflammationibus pleuræ ex noſtris quendam doctiſsimū)nā ſi veneno ſitas prima aut alia quauis die cognoſcitur inexſuperabilis à natura,illico debetur medicamentum expurgans,vt liquet ex ſupra ſcriptis, ſi vero cognoſcitur ſuperabilis à natura talis morbifica venenoſa cauſa,& prima die nō euacuatur,iuxta ea,quæ adduximus ex Hipp. ſpectanda eſt coctio: videre eſt ex illis etiā verbis Hipp.3.de morbis:quod ſi nō ab initio ægrū curandū ſuſceperis,ſed ſignis iā in lingua exiſtētibus,ſinere oportet,donec iudicationes præterierint,& linguæ ſigna mitiora facta fuerint,& neq; medicam.dederis,& ex illis verbis lib. de medic.purgantibus : quicunq; igitur à febribus fortibus corripiuntur,his medicamenta purgatoria dare nō oportet, donec remiſerit febris,ſin minus,ſaltē non intra quatuordecim dies, &c. vt ſupra ex eodem loco:quare ergo tibi eſt regula & ineuitabilis dies

Die ſexta generaliter inepte adminiſtratur pharmacum.

dies ſexta in omnibus puncticularibus? cũ ſæpe iam nigrities linguæ, incendium maximum circa hypocondria, quinimo & delirium adfuerit. An cogitandum eſt, etiamſi quãdoq; poſsibile fuerit, vt iudicetur die ſeptima talis morbus, quod ſemper? ſed eſto ſemper, quod ridiculũ eſt; vidimus etenim ſæpe ad decimũ quartum peruenire diẽ, imo ad vigeſimum primũ, nonne vides Hipp. dicentem ſinere oportet, donec iudicationes præterierint? quod ſi, vt recte pretereat die ſeptima iudicatio, vis ſexta die detrahere partem aliquam materiæ morbificæ, vt fortior maneat ſupra reſiduum, animaduertas deprecor Hip. rem ipſam tentaſſe, neſcio an ductus hac tua indicatione, an alia; miſere tamen ſatis eueniſſe: lib. nanq; 7. de morbis popularibus ſic ſcribit, Andre ante Pleiadem horror, febris, vomitus ab initio ſemitertiana apparebat, verum tertiana erat: cum rurſus in foro verſaretur, inhorruit, febris acuta, vomitus, bilis merace, deliriũ, ad noctẽ quarta rurſus melius habebat, quinta difficulter: ſexta à mercuriali probe egeſſit aluus (ecce quod non ſolum humor fuit motus pro benignitate medicamenti, & non euacuatus: ſed probe ſe geſsit aluus, non quod abſq; torminibus, vt dicebat quidem, connotet probe: ſed ſufficienter euacuaſſe) ſeptima difficilis, & ſequentibus iam diebus febris magis continenter affligebat, & ſine ſudore ab initio, & ſiticuloſus: maxime vero os reſiccabatur, & potionem nullã libenter admittebat, cũ multa iniocũditas circa os eſſet, lingua ſicca, inarticulata aſperitas efflorеſcebat, cũ pallore albicans, vigil, anxius, exſolutus, fractus, &c. peruenit, quidẽ huic iuxta ea, quæ dixit ipſemet Hipp. lib. de medic. purgantibus §. nõ ſorbere vult æger, neq; bibere: ſed omnia abominatur, & plerumq; perit. Et hoc accidiſſe Andreæ refert in com. illius tex. noſter Valleſius §. hic haud dub. mortuus eſt: tametſi Hipp. omiſit. Idem exiſtimari poteſt ex hiſtoria Ariſtocratis mortui etiam: tum nonne dictum eſt à Gal. illo acut. 4. com. in tex. 76. nec à numero dierum ſcopũ accipientes inter morbi initia aliquod huius generis præſidium ægro inungere oportet. Quare igitur tanquã neceſſarius ſcopus præoculis dies ſexta reputatur: vt error exiſtimetur maximus, ſi quis die ſexta in pũcticularibus febribus nõ miniſtret medicam. expurgans? & ex eodem loco conuincitur aduerſus Hipp. & Gal. placita, in pleuræ inflammationibus purgare die ſexta: nam quãtumuis aſſerat Gal. non in quarta ſolum, ſed prima interdũ die, & ſecunda, & quarta, & interdum quinta, nunquam vero extenditur

Hip. purgauit die ſexta mercuriali.

A numero dierum ſcopum negat Gal.

Vu 5

ditur ad ſextam diem: & in hoc euentu videtur inſinuare turgentiam adeſſe: quia ait, nam vel, ſtatim ab initio, priuſquam in partem aliquam confirmentur humores, medicandum. Et non abs re cogitabit quis turgentiam ineſſe ibi rigide, id eſt, motus humoris in diuerſas partes, nam Hipocondria non dicunt vnam partem, ſed plures: veluti deducitur ex Gale. in primum Prorrhiticorum com. 2. ſuper tex. 21. qui incipit, febres ex hypocondriorum doloribus malignæ: in cuius com. ſiue tex. fuerit Hippocratis, ſiue alterius, habere veritatem negat, quia in hypocondrijs (inquit) non paucæ ſunt ſitæ partes, adhuc & nobiles: nam ibi cenſetur ventriculus, iecur, muſculus magnus, ſeptum transuerſum, aliæ ignobiles, vt pelliculæ, tunicæ, inteſtina, &c. & eandem connotare arbitror, cum inquit, eodem 4. de ratione victus in morbis acutis tex. 64. hos ſi ab initio purgare volueris, ante diem quintum facito, vbi venter murmurauerit, ſi non à medicamentis abſtineto: tu vide hos, id eſt, vt dicitur tex. 63. habentes poſt febrem, & inflammationes, atque dolorem pedis ſine alleuiatione: paulo poſt dolores ad ceruicem, & ad clauiculam, & ad pectus, & ad articulum, & vētris murmur, purgato ante diem quintum, id eſt, vt ipſe Gal. millies explicat, ante quam humores partibus adhæreāt: quod regulariter nos docet vſque ad quintum incluſiue, vel excluſiue cōtingere, vt non exſpectes diē ſextum in vno, neque altero euētu.

Hypocondria quid.

Influxionibus antem quintū purgandum.

Ex dictis iam infertur ſecundo, quidquid propter huiuſmodi tex. cogitauerint Nicolaus Bieſsius lib. 6. ſuæ theoricæ: & Augerius Ferrarienſis, tractatu de expurgatione: atque Trincabelus peculiari quæſtione, nō tam reuulſionis gratia, quam curationis aut propter turgentiam, aut aliquem caſum ex illis dictis (dici equidem præter reliqua: fuerintque excrementa bilioſa) concedere medicamentum expurgans per initia vſque in diem quintū primo, quia ibidem ab auctore legitur, & à Gal. quod vero ad reliquum curationis attinet, &c. Secūdo, quia ſi illud decet efficere non turgentibus humoribus reuulſionis gratia, inepte in re tam graui ſubticuiſſet Hip. & Gal. aph. illo 22. pri. par. Tertio quia ſequeretur ex fundamēto illorum, quod quādo eſt humor affixus, non eſt detrahendus ante coctionem, affluens vero reuulſionis gratia, ne morbum adaugeat, euacuandus per initia: quod in omnibus febribus, in quibus patiuntur partes internæ inflammationes, in inflāmatione iecoris, & cuiuslibet partis internæ, in phrenitide, epilepſia, lethargo, melancholia per cōſenſum, arthritide, poda-

Reuulſionis g. non eſt purgandum.

Digitized by Google

podagra, coxendico dolore, & omnibus huiuſmodi, expurgãdum ſit per initia, cum pars ſit aliqua fluxa materiæ, dum iam apparet morbus, & aliqua fluxura: quantum vero hoc ſit alienum à præceptis Hipp. Gal. Auic. & aliorum compertum ſatis eſt ex ſuperioribus: vbi dictum eſt, magna incommoda, & pericula oriri, dum non cedit cruda paſsio. Accedit expreſsius ſatis condocuiſſe Hipp. & Gal. principio inflammationum, etſi humores ad certam partem concurrunt, ac reuulſione eſt opus, dari purgãtia medicamenta non ſolum ſine vtilitate, ſed etiam pernitioſe. Et tex. 22. illius quarti de ratione victus in acutis Hipp. ſcribit, quæcunque autem ea, quæ inflammantur, ſtatim morborum inter initia medicamento ſoluere conantur, ij non ſolum ab intenſa inflammataque parte nihil adimunt; cum non cedat, obſequaturq; quæ adhuc cruda eſt affectio: verum quoq;, & quæ morbo aduerſa & ſana ſunt, abſumunt, cõtabefaciuntque: ductoque ad imbecillitatem corpore, morbus ſuperior euadit: an clarius docere potuit & è directo contra illam doctrinam de reuellendo partem materiæ fluxuram ad inflammatam particulam? Gal. in contex. dicit circa expoſitionẽ apho. 22. pri. par. neceſſaria huic ſentẽtiæ enodaſſe: & ſubdit, verũ in tota ditione prius ad ſanguinis miſsionẽ veniẽdũ, deinde ad medicamentum præcipitur, nõ autem è cõtrario, vt hi ſcribunt (impugnat quorundam ſententiam, & ſub intellecte illos, qui vtebantur illa reuulſione) aſſumendum medicamentũ, deinde ad ſanguinis detractionem deueniendum. Vnde conſtat quod in alijs caſibus recipit Galenus turgentiam inuolui, dum ante coctionem & ſanguinis detractionem elargitur med. expurgans, vt fiat ſatis, ad argumenta in oppoſitũ. Si vero quæras quomodo in apho. recordatus fuit ſolum turgentiæ, & non illorum. Reſpõdetur, quia illo nomine omnes illos euẽtus amplexus eſt: nam quemadmodum propter motum ſupponitur materia inuincibilis à natura, ſic in alijs caſibus propter alias conditiones dictas, & quando obijcitur dictum fuiſſe com. 2. de fracturis tex. 27. à Gal. veratrum potui præſtat (tu vide Hipp. in quibuſdam caſibus, vt liquet tex. 24.) non eo nomine tantum, vt quæ ſuper ſunt, purget, ſed & in aliam partem auertat, ecce reuellendi. g. medicamentũ, & non quodlibet, ſed vehemens catharticum. Reſpondetur quod tunc ad vomendum id conceditur, non ad euacuandum per ſeceſſum: vt cõſtat ex illis, quæ ſequũtur verbis, ſcilicet cõſtat autẽ dari ab Hippo. album, quod vomitum excitat. Diuerſa autẽ eſt ra-

Quandonõ cedit cruda paſsio quieſcendum.

Reuulſio per vomitum.

eſt ratio de euacuatione excitata per vomitum, ac per ſeceſſum: nam primo modo, cum medicamentum vomitorium non aſcēdat iecur, nō eſt cauſa, vt ardor & reliqua, quæ refert Hip. lib. de purgantibus medicamentis ſequantur: tum quia tunc non loquebatur, vt illi auctores, nec explicat tempus quo.

Tertio infertur, illam doctrinā Manardi de expurgatione per initia ſaltem mitiſsimis, ſeu leuibus medicamentis, non vehementibus propter ſuam terribilem qualitatem tenere iuxta aliquam conditionem ex relatis â nobis: patet ſic ex ſuis probationibus, nam inquit, prēter auctoritates, ſi tanta in corpore abundet materia, vt natura eam nequeat perferre initio morbi, ac fere opprimatur natura, quis hoc tempore velit coctionem exſpectare, & non ſtatim purgare? ſecundo inquit, bonus habitus athletarum teſte Hipp. 1. apho. 3. protinus eſt ſoluendus, cur non pariter malus ægrotantium habitus continuo purgandus, qui non ſolum copia, ſed etiam malignitate vires obruit? Tertio inquit, turgentibus humoribus ſine dub. decet purgare ante eorum coctionem, ſed eadē vrgent pericula in multa illa, & praua materia, quæ in turgente, & forte etiam maiora: cum huic ſine purgatione aliquod remediū prodeſſe poſsit, vtpote quod humor ſit motus iam & in via: illic vero nullum. Quarto malignæ qualitates, quæ turgere faciūt humores, nos cogunt propter periculum per initia illos euacuare: ergo ſi reperiatur in humoribus infectis propter peſtilētem aliquā qualitatem ſimile periculum, cur per initia non euacuabis illos? Vnde grauiter arguit medicos ſui temporis, qui ſæuiente peſtilētia per vniuerſam fere Italiam abſtinebant à medicamentis ante humorum coctionem, vnde homines patiebantur. Demum vero propter humorum quantitatem, recipit igitur duas ex illis conditionibus, quando præcipit per initia purgare. Vnde ſequitur dicēdum contra Fracaſtoreū locis ſupra adductis; quod ſiue contagio fuerit extrinſecus orta, ſiue intrinſecus nata, ſiue per initia accedamus, ſiue secùs; dummodo inuincibilis à natura exiſtimetur rationabiliter cauſa, ſtatim purgandum eſt: licet timor ſit aliqualis recurſus ad interna: quia illud minoris momenti eſt, tum quia ſi extrinſecus fuit applicita, quomodo rationabiliter poteſt excogitari media reſpiratione, intus maiorem partem nō aduocaſſe per os & nares, indeque dum exterius contagio inficiebat, humores, quod interius etiam? Neq; oppoſitū colligi poteſt ex illo exēplo, quod adducit de illa veſte, quam ſe vidiſſe tradit Verone, anno

Mitiſsima med. & leuia quàdo conueniūt.

1511. in-

1511. interfeciſſeque non minus quam 25. Theutones, nam vno defuncto alter veſte ſe induebat, atq; alio mortuo alius: nam vt ille ait, quia ſeminaria contagionis per cutis poros cordi communicabãtur: auſus ego ſum dicere potius per ſemina media reſpiratione attracta, & inde adſtringenda potius eſt Fracoſtorij ſententia: non autem propter illud Carmonæ lib. de peſte, & febribus cum puncticulis: dum aſſerit, dicat nobis quæſo Dominus Fracaſtoreus, quo inſtrumento, quo lydeo lapide, quo ratiocinio, quave inſpiratione cognoſcemus, intus ne nata fuerit, an extrinſecus allata: ſiquidem notas, quibus hoc magnum inuentum dignoſceretur, conſcribere tenebatur: vtpote quod primus fuiſſet tanti portenti inuentor, niſi cœlitus ſibi reuelatum dicat: nam illud facile ſatis perceptibile eſt: quia ſi illud graſſatur malum, & homo alias circa alias res nonnaturales ab aere recte vigebat, quare coniectare non licebit extrinſecus ortam contagionem illam? ſi vero aer habetur optimus, homo vero intempeſtiue ſe habet circa illa, quę grauem putredinem valent inducere, neque apprehẽſum eſt graſſari illud malum, quid vt dicat Fracaſtoreus, intus orta eſt contagio? patet ergo inſtrumentum, lydeus lapis, ratiocinium, & inſpiratio ad illud percipiendum, citra id quod cœlitus ſit reuelatum: iuxta quod inueniet Carmona, ne admiratione rapiatur de Fracaſtorei diſtinctione 3. apho. com. 5. dictum à Gal. ſemper ſiquidem medicum ſeparare, & ſecernere oportet id, quod propter externam aliquam cauſam non ratione morborum accidit, vt certius præſagia capiat: abſque eo igitur, quod cœlitus ſit reuelatũ, percipi valet. Nec huic ſententiæ opponitur illud noſtri Ludouici Mercati lib. 7. de febre peſtilenti, & de maligna, vbi, diſtinctione habita de ortu peſtis ab interna vel externa cauſa inquit, dũ humor iuxta aliquam regionem vrget, mox à principio expurgans medicamentum eſſe propinandum, nulla expectata coctione, quippe venenatos humores coquere non licet, &c. & poſtea ſic, dum ex eduliorum vitio peſtis ſuboritur, ſi poſsibile fuerit prima die, leuibus tum medicamentis, quibus & communia excrementa, & quod in venenoſo genere eſt, ſimul extrahatur: & paulo inferius, at ſi peſtis principium ſortiatur à venenato aere, præfueritque in corpore morbidus apparatus, tunc quidem ſanguine emiſſo, aut ſecus, ſi poſsibile non fuerit mox purgabis, nulla etiã exſpectata coctione: quinimo noſtram corroborat partem, nam propter vnam conditionem ex relatis in ſecundo certo per initia

Hiſtoria de veſte apeſtata.

Cognoſcitur intus an ſecus ſit contagioſa cauſa orta.

præcipit

Digitized by Google

præcipit expurgare, ſiue venenoſitas fuerit interius nata, ſiue exterius congenita: cui ſententiæ videtur arridere noſter etiã Valleſius 7. contro. cap. 13. & com. in 2. epid. ſectione 3. ſuper tex. 18. vt conſtabit attente legenti illum.

An lenientibus abſolute purgãdum.

Dices fortaſſe, an deceat medico lenientibus ſolum nullo percepto euentu aliquo ex illis per initia morborum, vti medicamentis expurgantibus? nam ſunt qui dicant abſolute his vti queunt medici qualibet ætate, ſexu, & occaſione: & illud docuiſſe Gale. com. 29. lib. 2. apho. 5. tum temporis maxime fiunt morborum coctiones, quæ quo citius fiant, melius eſt per initia euacuare, vt minorem redditam eo modo (purgatione ſcilicet vel phlebotomia, vt paucis interpoſitis lineis docet 5. in his remedia ſunt maxime quidem phlebotomia, nonnũquam vero & purgatio) materiam facilius concoquat natura. Tum & Auic. fen. 1. lib. 4. tract. 2. cap. 7. Maſairam loco ſupra præfixo, Curtium lib. de curatione febriũ, Rondoletum de curandis febribus, Trincabelum lectione 73. in priorem Gal. lib. ad Glauconẽ, Donatum, Antonium, & noſtrum Doctorẽ Ludouicum Mercatum lib. 1. de indica. med. cap. 6. cum Lemoſio ſuper 7. lib. metho. Gal. diſputatione 4. adiungitur & ratio: nam ſi per medicamentum leniens non ſeligitur humor, non calefit natura: vtpote quod non fuerit talis ordinis medicamentum, neque illa, quæ ſcripta ſunt inconueniẽtia de catharticis medicamentis excitabuntur, ſine periculo per initia poteſt ſecure propinari.

Lenientia medic. nõ conueniunt quomodolibet.

Verum tamen dicendum arbitror, nullo modo niſi adfuerit aliqua cõditio ex illis, per initia, & ante ſigna coctionis pharmacum adhuc leniens eſſe potãdum: nam ad quid deprecor? nunquid ad mouendos humores: aut quia laxentur partes propter tale medicamentum, &, quod inde noceant, quod non nocerent quieti? ſi habemus fiduciam de natura, nunquid melius eſt exſpectare: ipſa enim docta à ſuo conditore tum regionem, tum modum expellendi præſtantius ſcit quam medicus: quod ſi non es tibi fiducia, iam erit propter aliquam rationem ex illis. Illam habere fiduciã noſtrum Doctorẽ Ludouicum Mercatum, conſtat loco allegato, quando præcipit (præuiſa diuiſione de humano corpore, conſilioque habito, de regione corporis, quæ eſt à gula in medias iecoris partes, atq; de medic. quæ abſq; vi, & electione, quidquid eorum offenderit leniendo, educere valeant) purgare: & locum eſſe faciẽdi hcc, fere in omnibus morbi temporibus, præſertim in morborũ

princi-

principijs: & præcipue ſi febrilis fuerit affectio indicatione ſumpta à cuiuſuis naturæ humoribus primum regionem ob ſidentibus (hac diſtinctione reſpondet ad loca in contrarium) quoniam humores, quos per leues expurgationes deducimus, ſuperuacui ſunt (ecce conditionem) & magis naturam excrementorum per ſe ferentes: præterquam quod in primis illis venis continentur, & nullam vlterius gratiam à natura recipere poſſunt. Illud idem exiſtimo inſinuare Hipp. & Gal. dum aiunt, raro per initia purgādum, & in valde acutis, quod eſt dum non adeſt aliqua conditio ex dictis, non ſolum vehementiſsimis, ſed & lenientibus: nam vtebantur ſine dub. illis vt ſupra oſtendimus. Et quantumuis non connotet tex. Gal. malignitatem, connotat tamen ſarcinā inſuperabilē, aut ſi exſuperabilem, quia ait, fiunt coctiones non ſine magno periculo, & propterea dicit, vt minorem redditam materiā facilius concoquat natura. Reliqui deniq; auctores, vt liquet ex ſuis diſtinctionibus, abſq; dub. inuoluunt aliquā ex illis conditionibus, dum per initia purgare conſulunt.

Aliqui humores, aut ſucci non recipiunt gratiam à natura.

Supereſt ergo hanc ſtatuere vniuerſalem concluſionem in omnibus alijs caſibus, & euentibus, per initia non licet concedere medicamentum expurgans vtero gerentibus, neque alijs, ſiue ipſum fuerit leniens, ſiue catharticum, benedictum, aut vehemens: quamuis inceperit natura aliquid euacuare. Probant hanc concluſionem tum teſtimonia, tum rationes adductæ pro ſecunda parte principalis dubij, quoad primum, & quoad ſecundū locus ille Gal. ex lib. 1. de arte curatiua ad Glauc. c. 14. §. ſed neq; ſi fuerit febris cum profluuio ventris alia eſt opus euacuatione: verum hæc ſola ſufficit, quamuis nō ſit pro multitudinis ratione: quicunq; enim his plus adimere fore neceſſarium putantes, aut ſanguinem mittere, aut ventrem mouere tentarunt, in grauiora pericula duxerunt. Rationem huius recipiendo hāc ſent. libenter Victor Trincabelus ſuper hūc locū adducit ab illis verbis, huius vero ratio eſt: quia profluuia hæc, quæ in principijs morborū accidunt, nullo modo motus critici ſunt, cum nondum coctus ſit morbus: ſed potius fiunt à natura coacta, & irritata à multa copia, aut à praua qualitate humorum. Vnde neque per hos fluxus eo tempore ſubleuatur natura, ſed potius turbatur, & exagitatur, & vires redduntur imbecilliores, quare longe etiam magis vires deijcientur, & magis illa perturbabitur, ſi vacuatio vacuationi addatur, neque tamen leuior fiet: at magis grauabitur re-

Vtero gerētibus, neque alijs conuenit purgatio per initia, niſi magna præmeditatione.

ſolutis

ſolutis ſpiritibus per inſignem eam euacuationẽ, nondũ parata materia. Præterea magis irritata à medicamento præceps in magnum aliquod periculum agi poteſt, nempe in immoderatam aliquam fluxionem, quam vires nequeãt perferre. Vnde vulgatam illam ſententiam Auic. protulit (in confirmatione noſtræ partis) ventrem ſoluere ſuper ventris ſolutionem timoroſum. Donatus etiam, & Aetius id inſinuant: & illud de medicamentis lenientibus conuincitur ex his, quæ adduximus dub. proprio de lenientibus. Si vero quis dicat primo dictum fuiſſe, quo natura vergit, eo ducere oportet: etſi natura non mouet, moue tu hora motus eius: tum quod in illo caſu ſunt conditiones noſtri ſecundi certi, & inde quod poſsimus iuuare medio medicamento expurganti. Reſpondetur ad primum, quod illa tenent cum coctione, ad ſecũdum quod, quia natura incæpit, & neſcimus quouſque ipſa euacuando pergat, non currit argumentum. Si vero roges, liceat ne quandoque cohibere ſimiles euacuationes. Reſpondetur quod revera cohibendæ ſunt, quando ſic ſunt immoderatæ, vt nobis iam adeſt timor, quod vires deijciantur, & poſternantur: potius etenim tunc timendum eſt de morte, quam de illis incõuenientibus inſinuatis ab Aetio lib. 9. cap. 35. ſ. ſiquidem quæ cohibentur ſurſum perlata, dolores capitis, aut phrenitidas, aut lethargos, aut porotidas inferunt pernitioſas.

Ventrẽ ſoluere cum purgatione timoroſum

Euacuationes immoderatæ cohibendæ quãdo.

His præuiſis dicendum iam ſolum ſupereſt argumenta, & auctoritates contra noſtram concluſionem ſolum probare, dum non adeſt aliqua vrgentia ex relatis, aut turgentia: quo euentu diximus ſolum per initia morborum abſque coctionis ſignis poſſe miniſtrare medicamentum expurgans: in reliquis vero, neq; lenientibus, benedictis, neque alia ſpecie, aut hoc, aut illo modo faciendum. Et inde imponimus vltimam manum huic toti noſtro operi, ſubmittẽdo illud, & nos correctioni Sanctæ Romanæ Eccleſię & doctiſsimo iudici 22. die mẽſis Iunij, anni noſtræ ſalutis 1597. & noſtræ ætatis anno 41. ad laudem Dei Opti. Max. matris eius Virginis Mariæ, Sanctorum Lucæ Euangeliſtæ, Baſilij Magni, Pantaleonis, Coſmæ, & Damiani, Patronorum noſtræ ſcientiæ, & Sebaſtiani, & Rochi continuo pro nobis intercedentium.

FINIS,

UNIVERSIDAD ... BIBLIOTECA

Digitized by Google

INDEX LOCVPLEtiſsimus eorum omnium, quæ in toto hoc opere cõtinentur.

A

ALgebriſtæ ſine medico curare nequeunt.p.13.
Aromatarius aduertendus.p.36.
Aromatarius ſit doctus.p.37.
Aromatarius, ſine licentia medici non mutet medicamenta.p.38. & quare.p.40.
AEtas quid.p.53. tum multiplex.
Adoleſcentia quando terminatur. p.54.
Aucti ſufficiẽter quidam ante 21. annum.p.58.
Augmentum duplex.p.59.
Ariſtoteles ſequutus vulgus.p.59.
Auxilium quid.p.14.
Aborſus cauſæ quæ, & ad quæ genera reducendæ.p.73.
Appetitus ardens vterogerentium an ſit fœtus.p.74.
Aborſus remedia.ibi.
Aborſus res horrenda apud gentiles.p.76.
Aborſus propter ieiunium, ibi, & fatuitas.
Alopetia quid, cibus et remedium. p.89.90.
Atrophia capillorum.p.90.
Ariditas capillorum quid.p.90.
Aurium partes.p.104.
Aurium morbis quid conueniat.p.105.
Ariſt. aduertitur circa ſurdos, & mutos.p.108.
Anguilla quid, & circa ipſam multa.p.125.126.& 127.
Amor, & obſeruandũ.p.188.189.
Anacardina, & eius vſus.p.203.
Angina quid, ſpecies eius, cauſæ, & obſeruatio.p.112.113.
Anchile quid.p.219.
Antrax quid, cauſæ, & obſeruatio. p.226.
Aneuriſma, & de obſeruatione.p.227.228.
Aquæ calidæ potus ſomnum conciliat, aqua laudatur.p.267.
Allij calidi in quarto non necant. p.288.290. quomodo calidum.
Aloxa an conueniat iecori obſtructo, & de temperie eius, & de vſu.318.& ſequentibus.
Aqua ad ſomnum optima.320.
Ani procidentia qui morbus.423.
Aqua conſideranda pro calculoſis, & aquæ malæ.446.
Appetitus ſenſitiuus inobediẽs multo.480.
Aſsimilatio in forma cui.512.514.
Anima à Deo.513.

Aborſus quid, innumerabiles cauſæ internæ, & externæ, & speciales hiſtoriæ, obſeruationes, remedia, & prognoſtica. 518. & ſeq.
Aborſum non permittat medicus. 527. 636.
Aſtra agunt vt entia naturalia, aduertuntur & aſtronomorum ſententiæ in partu. 536. & ſequentib.
Aritmeticorum mens iuxta ſentẽtiam partus naturalis. 538.
Aſtra ordine miro tot facta, & pro bono naturæ. 552.
Aſtrologorũ opinio defenditur. 553
Aborſum impedientia. 556.
Aquilæ lapis. 557.
Artus, arthritis, quid, vnde, cauſæ, & obſeruatio, & curatio. 561. & ſequentibus.
Articulorũ dolores à quibus cauſis, & obſeruationes. 563. & ſequẽt.
Anni antiquorũ extenſi vt nũc, et de his multa 610. & ſequẽtibus.
Anni aduertuntur ex Plinio Hip. & Gal. 602.
Alimenta redduntur medic. 645.
Alimentũ, et med. cõparãtur. 649
Aborſus fugiendus, & ante vitam fœtus. 651. & 652.
Aborſum facientes puniantur. 653

B

BVla ad eſum ouorũ, & lacticiniorũ multis nõ confert. p. 81.
Borrago extollitur. p. 129. & p. 336
Balbi nati, & pro morbo, & obſeruatio. p. 159.
Braſicæ diuerſæ. p. 175.
Bilis ſigna. p. 197.
Brachium quid, & morbi eius, p. 224. 225.
Bulimos quid. 359. 372.
Vnde dicatur, & remedia, ſequen.
Bundacha quæ menſura. p. 371.
Balnei bona, & mala. 450.

C

CArdialgia quando purgatione 679.
Criſis quid. p. 24.
Corniculæ cantus quid. p. 25.
Cauſæ potentiores impediunt effectus aliquando. p. 30.
Cautela medicis neceſſaria. p. 32.
Conſultationes medicorum an neceſſariæ. p. 35.
Cõſuetudo mutatur tuto, quare mutanda, & quomodo. p. 43.
Caro nõ cõceditur cũ ieiunio. p. 47.
Confeſſarij mittunt ad medicos infirmos. p. 50.
Colatio iuxta cõſuetudinẽ patriæ. p. 51.
Conſiſtentiæ terminus. p. 55.
Corporis longitudo terminatur 21. anno. p. 57.
Caro aſſummi non poteſt, ſine cauſa diebus interdictis, cum neceſſitate poteſt. p. 70.
Cõſuetudo diuerſa in Hiſpania Galia, & Italia. p. 72.
Canities quid, nõ turpis, quotuplex, diuerſitas, prognoſtica, alimenta ad illã, & remedia. p. 83. 84. 85.
Caluities quibus accidat, alimenta, & remedia ad illam. p. 86.

Capillo-

Digitized by Google

Capillorum deſluuium cauſæ, eius cibus, & remedia. p. 87. 88.
Capitis partes. p. 90.
Capitis dolores magni pendātur cauſæ, prognoſticum. p. 99.
Cephalea, et cephalalgia quid. p. 100
Capitis dolorum ſigna. ibi.
Capitis partibus dolor, quare. ibi.
Cerebrum ſentire, & non ſentire apud quos. p. 101.
Corpora Platonis, & Ariſt. qualia. p. 118.
Cœcis qualis cibus conuenit. p. 118.
Cœcitas nocturna.
Cœcorum hiſtoriæ. p. 120.
Cœci iudices, et antidotū ad eos. ibi.
Cœci à quib⁹ liberātur malis. p. 121
Conger recens, & ſalitus aduertitur. p. 128.
Cucurbitæ boni ſucci, & variæ. p. 129.
Catharata quid, & quid faciēdum p. 130. tum & differentiæ.
Carnoſitas oculorū, et ad illas quid, & remedia. p. 132.
Ciliorum pruritus, et depilatio, ſuccurritur. p. 135.
Columella, eius vſus, morbi, et remedia. p. 160.
Cornu quid, et obſeruandū. p. 164.
Capitis internæ partes. p. 165.
Capitis partium internarum affectiones. p. 166.
Caros nō aſſociatur neceſſario febri, quid ſit, et quare non recipiatur inter primas affectiones dictas. p. 166.
Congelatio quid. p. 199.
Congelatis quid conueniat. p. 200.
Catharrus, quid, & vnde. p. 208.
Catharri cauſa, mala, obſeruatio, & multa. p. 209. 210.
Collum quid, & vnde, & eius partes. p. 212.
Colli oſſa. p. 222.
Carbunculus quid, & cauſa, & obſeruatio. p. 226.
Conulſio quid, quotuplex, & cauſæ & obſeruatio. p. 228. 229. 230. 231. 232. 233. 234. 235.
Cordis principium quantum, quomodo. 296.
Cor principium omnium operum, et cum varijs temporibus. p. 269.
Caro cordis non eſt tēperata, & carnis multiplex ratio. p. 270.
Cordis figura, ventriculus. p. 271.
Cor cerui continet os. p. 272.
Cordis palpitatio, et remedium. pag. 273.
Cordis morbis aduertat medicus. p. 274.
Cordis vulnerati ſigna, non indigere curatione, quare non ſanetur, & multa circa hoc. p. 275. 276.
Cepa calida in quarto non necat. p. 288.
Coitus non conuenit ictericis, & cōditiones ad coitum. p. 330.
Cardialgiacis cōceditur eſus carnis. p. 357.
Cardialgiæ nomina communia. p. 358.
Cardiacus morbus, & ſigna, ibi.
Canina appetentia. p. 359.
Canina appetentia, ſigna, curatio, obſeruatio, & remedia. p. 368. et ſequentibus.

Digitized by Google

Cœliaca quid, ſigna. p. 401.
Colon dolor. p. 408.
Coli dolor vbi, obſeruatio, & remedia. p. 409.
Coli dolores, cogitantur dolores omnis partis naturalis. p. 410.
Colicus dolor ſecernitur ab illiaca. p. 410.
Coli doloris, et illiaci ſedes. p. 411.
Coli dolor diſtinctus à renum dolore. ibi.
Colicæ doloris cauſæ. pag. 412. 413. 414. 415.
In coli dolore conceditur caro. pa. 414.
Ciſtus quid. p. 409.
Caudæ tremulæ condimentũ. 449.
Calculoſis balneum. 449.
Columella creſcit in muliere aliquãdo, & ſubſ. eius. 474.
Conceptus, conceptionis ſigna, & multa de conceptu. 504. & ſequentibus.
Cõceptionis ſigna vniuerſaliter, & pro maſculo, & fœmina. 506. & ſequentibus.
Criſis nõ ſemper diebus imparibus. ibi.
Cõputationes à cõceptionis hora. 555
Crus quid, quotuplex, & partes, & morbi. 558. & ſequentibus.
Coxendicus morbus, quid cauſæ & obſeruatio. 560. & ſequentibus.
Callus curatur. 578.
Cutis, quid, quotuplex vſus, & finis, & morbi. 578. & ſequentibus.
Carnis cibus exactiſſimus hominibus. 598. 599.
Carnis vſus quando non erat, & quando incepit, & de his multa. 599. & ſequentibus.
Carnium vſus increpatur. 605.
Conualeſcentes non obligantur ad ieiunium. 608.
Caro concedatur riguroſo examine habito. 607.
Conſuetes pannos, vel coria poſſunt ieiunare. 609.
Carnium eſus cum neutris diſpoſitionibus malum. 606.
Curatio morborũ vniuerſaliter ſubticetur propter quid. 598.
Curatio ſpecialis ab idea morbi. 625.
Catharrus non dicitur mor. magnus. 631.
Conferentia, & tolerantia in euacuationibus neceſſaria. 633.
Curatio alia regularis alia coacta. 933. tuta. 677.
Caſiophiſtolæ vſus. 647. 648.
Concilium Conſtantinopolitanũ de aborſu. 652.
Coctio quid, quibus conueniat, & ad quid. 667. & quotuplex. 667. in qua materia. 671.
Crudaque. 670. quando non cedunt quieſcendum. 683.
Crudi humores. 680.
Contagio an interius an exterius orta. 685.

D

DElegatus medicus recipiatur. p. 33.
Debilitas ſenum varijs temporibus. p. 65.

Digitized by Google

Diuitibus multa poſſunt miniſtrari ex ouis p.73.
Dolores partium comparantur inter ſe p. 98.
Doloris variæ ſpecies. Dolor detrahendus, doloris cauſa ex modo, & quid obſeruandũ in alimentis.p. 102.
Dentes quid, illorum numerus, dentitionis tempus, conſeruatio & remedia.p.146. & 147.
Dolor dentium.p.148.
Dentẽtes an ſentiant.ibi.
Dentium morbi.p. 149.
Dentes inter oſſa reponẽdi & multa de dentibus. p. 150. 151.152. 153.
Dyſentericis clyſmus expertus. p. 405.
Dyſenteria lienteria & diarrhea differunt.p.406.
Diarrhea quid, cauſæ eius, ſigna & obſeratio.p.406.& 407.
Decrepiti non tenentur ad ieiuniũ. 608.
Dolum quid, & quotuplex.612.
Die ſexta generaliter inepta ad purgandum.680.
Die ſexta purgauit Hip.681.
Dierũ ſcopum negat Gal.681.non ſumi ſcopũ à diebus. 673.

E

Eger quando nõ viſitandus.p.8.
Eger an in ſcriptis tenetur habere quod confeſſus eſt.p.9.
Eger quomodo interrogandus.ibi.
Egri locutiones oſtẽdũt multa. ibi.
Egri examinatio.p.10.
Eger an poſſit curari à medico ignota cauſa morbi.p.11.
Egro an mors dicenda.p.28.
Egro quando cõcedenda grata, quãdo neganda.p.31.
Eccleſia non præcipit contra hominum vires.p.56.
Aetatis partes. ibi.
Cœcus, non videns, carnes viſu quo differant.p. 117.
Eriſipelas vnde.p. 141.
Exitus mãmillaris in naribus, & quid.p.142.& 143.
Epinictis quid, & obſeruatio. pag. 164.
Ebrietatas, quid, bona, mala, remedia contra ipſam.p.174.175.
Ebrij quare diuerſa efficiant ſigna ebriorum, & multa.p.176.177.
Ebrij quare docta proferãt.p. 180.
Epilepſia quid, cauſæ quomodo excitetur. Victus & remedia.pag. 204. 205. 206. 207. 208.
Eruca qualis eligenda.p.260.
Elephantiaſis quid & multa de ipſa.386.& ſequentibus.
Aetas coarctat quantitatem ſanguinis detrahendi.626.
Euacuationes copioſæ cohibendæ. 632.
Euacuationi addere euacuationẽ. non conuenit.688.
Euacuationes immoderate cohibendæ, & multiplices.675.688.

F

Fatuis conceditur licẽtia ad carnis eſum.p.52.

Digitized by Google

Fœtus ad matrem veluti ſructus ad plantã.p.75.
Fœtus quantum aſſumat ſanguinis primis menſibus.p.78.
Fluxiones ad cutes ſalubres.p.116
Fiſtula lachrymalis, & quid faciẽdum circa illas.p.132.
Fœtor oris & curatio.p.154.
Furunculus quid & obſeruatio. p. 225.226.
Fames quinq; requirit. p.539.
Fames quid, an ſit præter naturam eius ratio formalis, ordo inter ipſam & ſitim à quibus humoribus fiat, & quando corrigatur. p.361. & ſequentibus.
Fœtus mortui & petrificati ſigna, & hiſtoriæ.519.524.
Fœtus per vmbilicum recipit cibũ. 545. fœtus ventriculus ſine cibo. 546.
Formationis & motus fœtus tempus.549.
Fraus nunquam iuuanda. 613.
Fœtus comparatur fructibus arborum.642.
Fluxiones quando poſcunt purgationem. 682.

G

Galeni ſtudia.p.4.
Galenus taxatur.p.29.
Gentiles ieiunarunt.p.62.
Galenus taxandus circa materiam ſuperciliorum.p.117.
Gradines oculorum & quid faciendum cum illis.p.132.
Gingiuæ quid et propter quid.p.153
Guſtus & multa circa guſtum. p. 156.& 157.
Generationis partium morbi, & generationis partes. 452. & ſequentibus.
Gemelli in mulieribus.1.teſtes.454
Gignendi impotentia. 456.
Gonorrhea quid, ſigna. 493.
Prognoſtica, obſeruatio, & curatio pro illa.495.
Galenus taxatur circa Moiſis dicta.603.
Galenus non eſt audiendus in Chriſtiana obſeruatione. 607. de re cibaria audiendus. 609.
Generatio impeditur pro apertione vuluæ.610.
Geſtatio vteri non cohibet omnino ſanguinis miſſionem.627.
Geſtatio vteri multis nominibus dicitur.650.

H

Herniarum curatores ſine medico præſenti curare nequeunt. p.13.
Homines craſſeſcunt à 21.anno. p. 57.
Homo ſẽper moriturdũ viuit.p.60.
Homines qui non tenentur ieiunare.p.68.
Herpes miliaris & obſeruatio. p. 141.
Humores exuperare quomodo cognoſcitur.p.179.
Hernia gutturis quid & obſeruatio.p.218.219.
Hydrophobi quare timent aquam, & li-

& liquida.p.303.& 304.
Hepatis calidi ſigna, & omnium temperierum eius.p. 321. & ſequentibus.
Hydrops à calore & frigiditate.p. 323.multa de hydrope.p.ſequentibus.
Hydropicis & hepaticis conceditur eſus carnis.
Hepate læſo quomodo intelligatur animal tarde mori.p.326.
Humores tenues aptiores ad vomitum.p. 345.
Hæmorrhoides quid,quotuplex,cauſæ,prognoſtica & remedia. 321. & ſequentibus.
Hiſtoria de muliere reijciente lapidem.447.
Hiſtoria de muliere ſugente ſemen in balneo.457.
Hiſtoria de muliere concipiente cũ immodica ſanguinis euacuatione.465.de veſte cum peſte.685.
In hyſterica ſuffumigia.475.
Hyſterica quid, & qualis morbus. 478.& 479.
Hyſterica habet ſuam eſſentiam in ſubſ.482.
Hyſtericæ cauſæ quomodo ſeparẽtur à multis morbis & obſeruatio.483.& ſequentibus.
Hernia quid,vnde,ſpecies,diuiſio, quibus accidat, quibus minus periculoſa,prognoſtica, obſeruatio & remedia.497.& ſequẽtibus
Hiſtoriæ de menſe quinto vbi nati quidam.540.
Homo exſuperatur ab aliquibus animalibus.544.
Homines à diluuio non multo diſtare vita longa. 604.
Humor nõ generat humorem.667.
Humores corriguntur à natura & ſeparantur.668.
Hypocondria quid.682.
Humores non recipiunt gratiam quando.687.

I

INſipientes recte curantes.p.5.
Impiricus interficit,dum cogitat ſanare homines.p.6.
Ieiunium laudatur.p.42.
Ieiunantium victus.p.44.
Ieiunij bona & primum obſeruandum circa ieiunium.p.45. 606.
Ieiunium quid.p.46.
Ieiunaturos aduertãt medici.p.46. 608.& ſequentibus.
Ieiunãtibus nõ negatur vinũ.p.47.
Ieiunium non frangunt medicinæ, & quæ de natura ieiunij .p. 50. 606.& ſequentibus.
Ieiunandum à 21.anno.p.57.
Ieiunio bona animæ & corpori inſurgunt.ibi.
Infantia multa inuoluit.p.61.
Ieiunij effectus.ibi.
Ieiunij vſus.p.62.
Ieiunium multifarie & virtus tẽperantiæ.p.65.
Iuuentus ætas diſtincta.p.66.
Ieiunium quibus difficile. ibi.608.
Iuuenis non reſoluitur vt puer. ibi.
Infirmi an teneantur ieiunare. p. 67.
Infirmi ſe abſtineant.p.68.

Digitized by Google

Ieiunium propter quid. p. 80.
Ieiunium multa bona parit. ibi.
Ira quid, quomodo ex bile & vino. p. 178.
De incubo quid, cauſa, & obſeruatio. p. 183. 184.
Inſomnia vt fiant. Multa apparere in ipſis. p. 189.
Inſomnia quæ excitent, & vana deſideratio cognitionis rerũ ex inſomnijs. p. 190.
Inſomniorum radix & animaduerſa inſomnia ab Hipp. p. 191.
Somniantium victus & remedia. p. 192.
Somniantibus quæ conferant, & prognoſtica ex inſomnijs. p. 193.
Dub. An ſomnis præſtanda ſit fides à medico. p. 194. 195. & ſequentibus.
Inſomnium multiplex. p. 196.
Inſomnia diuina dæmonica, & naturalia. ibi.
Inſomnia animalia, & quibus dã da fides. p. 197.
Inſomnia naturalia an cognoſcibile. ibi.
Inſomnia quomodo inſurgant. p. 198.
Impetigo, quid cauſæ, obſeruatio, & curatio eius. p. 238. 239. 240.
Iecoris figura, facultates, & morbi & obſeruatio. p. 314. & ſequentibus.
Icteritia quid, cauſæ, prognoſtica, remedia & obſeruatio. p. 328. & ſequentibus.
Icterus niger quid. p. 333.
Inappetentia quid, cauſæ, p. 376. & 377.
Inteſtinum vnum, vnde incipit, vnde nomen, circumuolutiones & alia. p. 397. & ſequentibus.
Inteſtinorum leuitas quid. p. 400.
In inteſtinorum morbis quadrageſimalia conſideranda.
In illiaca paſsione patitur ventriculus. p. 408.
Imaginationis vis in generãdis, & abſolute, & multa de imaginatione. 514. & ſequentibus.
Impetigo quid, quotuplex cauſæ, obſeruatio, ſeparatur ab alijs, remedia. 586. & ſequentibus.
Infans ſanguinis paucißimum primis menſibus abſumit. 620.

L

Libidinem quæ excitant. p. 48. Quare non interdicantur ieiunantibus. p. 49.
Licentia ad carnis eſum non concedenda ſemper à medico. p. 50.
Loquentes ſtatim à natiuitate. pa. 106.
Lingua Hebræa prima. ibi.
Loquendi tempus an ſit determinatum. p. 109.
Loquẽdi tempus vigeſimus primus menſis.
Lachrimarum effluxus, qualis victus, & remedia ad illũ. p. 131. & 132.
Labia quid, vnde, morbi, & remedia. p. 144. & 145.
Lingua quid, eius morbi, & remedia. p. 156.

Digitized by Google

Lupina inſania & obſeruatio.185
Lac an in viris.p.244. & ſequentibus.
Lactis vitia.p.256.& ſequētibus.
Lacte corrupto mala,& multa ad lactis generationem,&c.p.257.258.259.& 260.
Lac liuidum prauiſsimum.p. 262.
Lactis conditiones & quomodo augetur.ibi.
Liem quid,ſedes,affectiones opera. p.331.
Ad lienis ſcirrum.p.334.
Lienteria quid,& communis inteſtinis & ventriculo.p.402 . obſeruatio.p. 403.& prognoſticū.
Lumbrici non gignuntur in ventriculo.417.
Lumbrici per vomitum ſpecies lūbricorum ſigna,prognoſtica,obſeruatio & remedia. 418. & ſequentibus.
Lapides in plurimis partibus generari,cauſæ,prognoſtica obſeruatio & curatio. 435.
Lapides quæ alimēta expoſcāt,& quod periculum inferant.442.
De lapidibus multa. 444. & ſequentibus.
Lapides manus operatione extrahuntur.450.
Lapidis extractor qualis.451.
Lapides frangens remedium. 452.
Lac alimentum optimum, lac augmētatia & multa de lacte 530. & ſequentibus.
Leuce affectus cutis,quibus, partibus accidat,cauſæ, ſeparatur ab alijs morbis.581. & ſequētibus.
Lepra quid,vnde, cauſæ,ſeparatur ab alijs morbis, obſeruatio,remedia.585. & ſequentibus.
Lapſus ex ſe malus vitandus. 641.
Lupulus aduertendus.655.
Lenientia medicamenta quādo & quomodo.686.

M

MEdicus honorandus.p.1.
Medicus Deum proponat in cunctis.p.2.
Medicus ſapiens exaltabitur. ibid.
Medici proſcripti quales.p.3.
Medici puniendi & laudandi.ibi.
Medici ſunt prudentes.p.4.
Medici dotes.charitas,decoratio & ornatus.p.6.& 7.
Medicus an poſsit curare ſine licentia.p.8.
Medici ſermo circa ægrotantes qualis 1.p.8.
Morbi cognitio & cauſæ, neceſſaria ad curationem.p.12.
Medicus cautus cum mulieribus. p.17.
Medicus à calūnia vindicatur, & quando debet tacere.p.18.
Mors an egro dicēnda .p.28.
Medicus prænuntiet damna.p.30.
Medicus aduertat ægros inſidiantes.p.32.
Medici accuſantur in domo morientis.p.35.
Medicus aduertat, quæ ad corpus ſpectant.p.58.
Mulieres debiliores viris.p.59.
Mulieres minus puniuntur, quam viri.

Digitized by Google

viri.p.65.
Mulieres ab irrationabilibus aliquando non læduntur.ibi.
Morbis paruis ſine diplomate poſſitne medicus indulgere de eſu carnium.p.67.
Medicus caute procedat cum poſtulantibus licentiā ad carnis eſum. p.69.
Munus medici rigide examinare. ibi.
Medicus quando poteſt curare etiā ſi æger non confiteatur.p.77.
Menſium fluentium quantitas incerta.p.78.
Mulieres diuerſæ, diuerſimode purgant per lunas.
Maioribus ſtrictius concedenda licentia de non ieiunando.p.81.
Muti quare homines.p.107.
Muti propter morbum.p. 108.
Muti & ſurdi ſimul, & propter quid lædatur inſtrumentum harum actionum.p.108.
Mercurius præſtat ad loquellam.p. 109.
Mutus,& multa circa id.pag.157. & 158.
Mentū quid,& morbi eius.p.162.
Menti depilationes.p.163.
Melancholici, quare loquātur aliena.p.180.
Mania,& obſeruatio.p.184.
Melancholia,cauſa,quid,&c.pag. 185.186.
Metus & mœſtitia quare in melācholicis,quid,&c.p.186.187.188.
Memoria non deprauatur,eius deliriū et lapſus.p.200.201.202.203.
Muſculus quid & morbi eius. pa. 230.
Mammæ quid & harū morbi, & obſeruationes.p.241.& ſequentibus.
Menſtrua per mammas.p.242.
Menſtrualis ſanguis per os.p.243.
Mulier per os miſit,partes infantis. ibi.
Mulieres habitum virilem mentite.p.245.
Morbi mammarum.p. 246. & ſequentibus.
Metallum quid, quotuplex,cauſæ, & multa de illis. p. 252. & ſequentibus.
Menſiū peccatū percipiēdū.p.264.
Mulier mutatur facillime.p.267.
Mammarum papilarum vlcuſculis remedium.p.268.
Muſculi pectoris.80.p.268.
Malefici falluntur,eorū venena & quid faciendum.p.300.
Myrrha in quartana febre.p.338.
Manus Deorum, ſanguis hircinus pro lapidibus frangendis.451.
Mola quid, ſigna eius, quo motu mouetur, an fiat ſine viro,à qua cauſa efficienti,& materiali,an ſupponat corruptionem mulieris, & quare informis dicatur.465. & ſequentibus,& 487.
Menſium immodicorum prognoſtica,& morbi ex ſuperflua purgatione.486.
Mola ex ſententia Mercurialis nō conuertitur in aquā, hiſtoria de mola,balneum pro mola & linimentum.488.& ſequentibus.

Male-

Maleficatis ſterilibus non conceditur caro.463.
Matrimonij copula impeditur, & mulier maleficatur.ibi.
Muliebris fluoris albi ſigna.494.
Mulieres concipiunt monſtra.505. non fiunt podagricæ.569.
Monſtrorum hiſtoriæ, monſtraquæ nutrienda, finis monſtrorum, & multa de monſtris.505. 501. & ſequentibus.
Monſtra à cœlo.512.
Mulieribus parturientibus, danda fides.529.
Menſis vitalis, nonus, octomeſtris, & reliqui quales ſolaris, & lunaris qualis. 536.& ſequẽtibus.
Menſis quintus vitalis. 546.
Menſis ſextus.7.8.9.10 11.12. & 14.p.649.& ſequentibus.
Menſtruales purgationes decreſcente luna.555.
Menſis decimus aduertitur in ſacris literis.602.
Monachi interdicuntur ab eſu carnis:606.
Mulieres antiquitus, aberrarunt. 610.
Mulieres corruptas an liceat ſophiſticare, & remedia, multaque de his.612.& ſequentibus.
Morbi magnitudo, motus, & idea. 624.initio morbi purg.661. acuti, & cronici.671.
Morbi magni diuiſio, & ſubdiuiſio 632.in ſtatu quieſcendum.677.
Malum non faciendum, vt ſequatur bonum.641.
Mori prius quam peccare. ibi.
Medicamentum multiplex. 645. & ſequentibus.
Mercuriales coquuntur, & quomodo miniſtrantur.646.654.
Medicamenta miſta quare. 647.
Manna quomodo miniſtratur. ibi.
Medicamenta diuiduntur in externa, & interna, quoad vſum. 648.& ſequentibus.
Mechoacam.656.
Medicamentũ in alimento.656. et ſequentibus, leue, & mite.684.
Malum minus amplectendũ. 659.
Materia venenoſa & inſuperabilis purganda.678.
Morituris non adhibẽtur remedia. 660.
Morborum tẽpora quatuor, & ſex, & ſigna.673.& 674.

N

NVmerus non eſt perfectionis alicuius radix.p.506.
Numeris in quibuſdam lucent quædam. ibi.
Numero impari aliqua apparuere. ibi.
Nobiles acrius puniendi in quibus. p.80.
Nobiles in iudicialibus mitius tractandi.p.81.
Nyctalopes quid, & remedium ad illam, & myopes.p.121.
Nubes oculorum.& remedia, atq; obſeruatio.p.132.
Nares multas continent partes. p. 136.& vſus.
Nares vnde.p.139.

Nariũ

Digitized by Google

Narium exitus mammillaris in naribus,& quid & remedia. 143.
Nares amputantur,ſciſſæ regenerantur.p. 143.
Noli me tangere, & quid faciendum.p.163.
Neruus quid & morbi eius.231.
Nutricis optimæ conditiones . pag. 258.
Nutrix mutanda,non coeat, neque geſtet vtero.p.263.
Nutrices non habeat ſuppreſſa mēſtrua.ibi.aliquando vtilis menſtrualis euacuatio nutricibus.p. 264.
Nutricibus vinum.p.265.
Nauſca quid, cauſæ & remedia, præſagium,& remedia 390.391.
Nephritis.437.
Nympha vteri.473.obſeruatio circa illam,& clauſura vteri.490.
Nutrix exugat vbera mane ante lactationem pueri. 530. multa de nutrice.ibi.& ſequentibus.
Numerus par,& impar aduertitur 539.& ſequentibus.

O

OVa dura non conueniunt calculoſis.440.
Ouorum alimonia quibus negatur. p.49. & quare in quatuor temporibus anni negatur ſacerdotibus,& qualis ouorū victus.ibi.
Ophiaſis quid,quomodo differat ab alopetia,cibus,& remedium ad ipſam.p.89.90.
Oxyrhodinum in phrenitide.p.114
Oxyrhodini vſus apud Auicen.& Gal.p.115.
Oxyrhodinum in Phlegmonibus.p. 116.
Oculorum Partes & affectiones.p. 117.
Orbati non ſunt indulgendi de carnis eſu.
Oculorū doloribus quid conueniat. p.121.
Oculorum rubedines & quid in illis.p.p.124.& 125.
Oculorum imagines & multa circa ipſas.p.127.& 128.
Oculorum ſuffuſio.p.129.
Oculorum morbi,& illorū partiū. p.135.
Oculorum pruritui remedium.pag. 135.
Odoris neceſſitas,& vires.p.136. & 137.
Odoris defectum habuere quidam, quid cōtra,obſeruatio.p.138.139.
Odorifera qualitas ſine miſtione non nutrit.p.139.
Os quid,vnde dictum.p.144.
Oris fœtori ſucurritur.p.154.
Oſſis fractura.p.224.
Olera nociua calculoſis 441.

P

PRognoſtica caute habenda, & neceſſaria circa illa.p. 15.16. & 17.
Prædicendi regula.p.18.& quæ aduertenda ad præſigium.
Pueris ante ſeptimum annū an ſit concedenda licentia ad eſum carnis.p.

Digitized by Google

nis.p.51.
Pueri quando non peccant in hoc eſu. ibi.
Pueri mittantur ad cōfeſſarios. ibi.
Pueris paruis patres dāt lacticinia. p.52.
Pueris ante 21. annum an medicus poſſit indulgere de non ieiunando. ibi.
Pueri ante 21. annum non tenētur ieiunare. p.53.
Pueri quod queant ieiunare. p. 60.
Pauperes quando non tenentur ieiunare. p.68.
Prædicatores, quando non ſunt reſeruandi à ieiunio.
Piſcium, & carniū comeſtio, quando non conuenit ſimul. p. 69.
Piſces, & carnes, quando ſimul. p. 70. & quando ſecus.
Piſces laudabiles. p.72.
Prægnantes afficiuntur pica. p. 79.
Perſonis priuatis ſine cauſa legitima non concedatur eſus carnis. p. 79.
Priuatæ perſonæ fouendæ. p.82.
Pilorum augmentum, & an viuat. p.82.83.
Pericranei vitia. p.90.
Pedicularis morbus. Vnde generetur, quæ aduertēda circa ipſum, diuerſitas eius, remedium cauſæ materiales efficientes, & finalis prognoſtica, & cibus. p. 91. 92. 93. 94. 95. 96.
Pediculus ferus quid, & remedium contra ipſos. p. 97.
Furfuratio quid, & obſeruatio eius ibi. & p. 98.
Parotes quid, & quid faciendū circa illas. p. 113. & 114.
Perſona animaduertitur in oculorū morbis. p. 118.
Piſciū eſus taxatur, & multa circa ipſum. p. 122. 123. & 124.
Pupillæ oculorum dilatatio, & conſtrictio. p. 133. quid obſeruandū. p. 134.
Polipus vnde, quotuplex, & quid faciendum in illo. p. 141.
Palatum quid, & ad odorē eius. p. 154.
Pueri quare loquuti ante tēpus. p. 181.
Pituitæ ſigna. p. 198.
Paralyſis quid, cauſæ et obſeruatio. p. 236. 237. 238.
Pectus quid. p. 241.
Plumbi bractea dub. & multa de plumbo. p. 249. & ſequentibus.
Plorare omnibus opus eſt. p. 258.
Piſcium capita pro lacte. p. 260.
Pueri non bibant vinum. p. 265.
Pericardi officium. Et inflāmatio. p. 273.
Pulmonis ſitus, Partes, vſus, motus, & alia. p. 305. & ſequentibus.
Perithoneum vnde. p. 313.
Picaceus appetitus quid, vnde, cauſæ, & obſeruatio. p. 375. & 376.
Plato non docet vterum alterū animal. p. 480.
Perfectiora natura peius corrumpūtur. 484.
Pudendorum pruritus. 495.
Pruritus quid. 496.
Priapiſmus paſſio viri, & obſeruatio. 496.

Partus,

Partus quid, quomodo motus localis ad ipſum, quæ dilatētur, os pubis ſeiungi, multa præternaturā in ipſo obſeruatio, prognoſtica, quæ iuuāt ad illū. 525. et ſequētibus.
Pariendi tempus incertum, & omniū animaliū quod pariendi tēpus. 532. & ſequentibus, et 543.
Partui, qui menſis naturalis ex aſtrologis, & alijs multis. 533. & ſequentibus.
Planetæ aduertūtur in generatione fœtus & partu. 533. & ſequen.
Planetis reſpondet fœtationis tempus. 534. & ſequentibus.
Partus cauſæ naturales. 543.
Partus non vitalis quis. 546.
In partu ſuperiora, & inferiora ad uertenda.
Planetarum aliquid in generatione, et partu. 553.
Planeta corrigitur ab inferioribus, & ſuperioribus. 554.
Partus an ſit proximus. 556.
Partum impedientia, & ſigna. 556 & ſequentibus.
Podagra quid, quibus accidat cauſæ, differentiæ, obſeruationes, & remedia. 562. & ſequentibus.
Perniones quid, à qua cauſa, differētiæ, & remedia, & obſeruatio. 575 & ſequentibus.
Pedis dolor ex caſu, aut alia cauſa curatur. 578.
Paracelſus aduertitur de vita longa. 603.
Pinguedines malæ. 605.
Pauperes, qui tenentur vti ieiunio: 608.
Principes ſæculi, curam habent de recibaria. 607.
Prælati ſalutem animarum medijs cibis quærunt. ibi.
Pruritus curatur. 596.
Pharmacum comparatur ſanguinis miſſioni. 644.
Pleuræ affectioni potius phlebotomia conuenit. 646.
Prægnantes in quibus caſibus purgantur. 650.
Purgatio pro ſanguinis miſſione, et quando per initia, et auctores de ipſa re. 661. & ſequentibus.
Purgatio donec remiſerit febris, & ſine ſignis coctionis, non exercenda. 665. non vſque ad animi deliquium. 677.

Q

Quid pro quo ponitur. p. 39.
Quid pro quo non licet aromatario vti in ordinatis. p. 40. et quare.
Quadrageſima ſalubriter ſignata. p. 42.
Quadrageſimalia pro lacte. p. 259.
Quartana per initia quomodo curāda, cauſæ, obſeruatio, et multa de illa. p. 335. et ſequentibus.
Quartanis pilulæ, potio, & vnctiones pro horrore, & alia multa. p. 337. et ſequentibus.
Quartanæ cauſæ, multiplex, & duplex indicatio. fol. 341. et ſequentibus.
Quartanis cōueniat ne vomitus, et multa circa vomitum, et vomitoria. p.

ria.p.344.& ſequentibus.

R

Remedia ignorato morbo non ſunt applicanda.p.14.
Remedium oportet, vt ſit cognitum à medico.p.30.
Rixæ inter medicos malum.p.33.
Riſus an ex vapore ſanguinis. pag. 177.
Raucedo & remedia.p.211.
Rabies, an liceat, multo tranſacto tẽpore quomodo explicanda, quo modo timent aquam, & liquida p.301.302.& ſigna.
Rabies ſanatur.p.303.
Rabientes viſis liquidis quare fugiant.p.304.
Regionis naturalis partes.p.312.
Ructus in leuitatibus inteſtinorum p.404.
Renum vermes.417.
Renum affectibus.430.
Renes duo, propter quid, ſitus, alter ſuperior, figura, ſubſtantia, & affectiones.431.& ſequenti.
Renum vlcera renes carnoſi, imbecilitas renum, & obſeruatio. 433.& ſequentibus.
Renalis diabetici paſſiones. 434.
Renum lapidis, ſigna, quibus contingant, curatio illorum, & multa de his.435.& ſequentibus.
Ramex quid, quibus conuenit, & quo differat à hernia, obſeruatio, & remedia.499.& ſequen.
Remedium ex ſe bonum conuenit, ſi occaſio petit.639.
Reuulſio per vomitum.583.
Reuulſionis.g.nõ purgandũ. p.682.

S

Signis an præſtanda fides, incertitudo ſignorum.p.16.& 20.
Signũ quid ex Gal.et Ariſt.p.21.
Salix multiplex & cõtra libidinẽ. ibi.
Signorũ diuiſiones.p.22.23. et 24.
Signis quibus non dãda fides.p.24.
Signis fides dandà.p.25.26. & 27.
Sententia aliquando mutãda à medico.p.34.
Succedanea an conueniant.p.39.
Status hominis triplex.p.55.
Seneca aduertendus.p.56.
Semen detentum 7.hora adhæret, et multa de eo.ibi.
Senes faciliме ferunt ieiunũ.p.62.
Senis tẽperies, & duplex ſenectus. p.63.
Senibus cibus calidus, & humidus quomodo cibandus, quare faciliter, aut difficulter ieiunãt ſenes. p.64.
Sacerdotibus, an oua concedenda.p. 69.
Surdi à natiuitate.p.105.
Surdi non neceſſario muti.p.106.
Surditas naturalis an curabilis, & remedium ad ipſam, & alias ſurditates, & multa de cauſis illarũ & de remedijs.p.110.111.112.
Suffuſionibus oculorum, quæ remedia conueniunt.p.136.
Spiritus ſine actione vẽtriculi fiũt. p.139.

Sangui-

Sanguinis fluxus ex naribus propter multiplicem cauſam, obſeruatio, & remedia. p. 140.
Stupor quid, cauſæ, prognoſticum, & obſeruatio. p. 173. 174.
Sternutatio quid, & remedia ad illam. p. 182. 181.
Spiritus quomodo obtenebrētur. p. 186.
Sanguinis redūdantis ſigna. p. 197.
Struma quid, vnde fiat, an ſit curabilis, curatio, & obſeruatio, & cauſæ. p. 214. 215. 216. 217. 218.
Sanguiſuga quid faciat mali, & multa circa curationē, ſeu extractionē eius, & remedia. p. 220. 221. 222.
Syncopis, & animi deliquium vnde poſſint ſeparari. p. 274.
Spiritus reparādi, remedia. p. 277.
Senes phlebotomantur. 627.
Specie inuiſa operatio. p. 305.
Sanguinis deſcendentis à pulmone ſigna, & obſeruatio. p. 306. 307.
Siphac quid. p. 313.
Sitis quid. p. 361. & ſequentibus, & p. 378. & ſequentibus.
Siticuloſi magna præ meditatione curandi. Pilulæ pro ſiti. 380.
Sitis vitioſa ſitis ex cibo, ex prono decubitu, & ab alijs cauſis, & remedia ad ſitim, hiſtoriæ de ſiti, præſagia, & alia multa. p. 380. & ſequentibus.
Sal ſitim ſedat, & quomodo & de ſale hiſtoria. p. 384.
Singultus quid, cauſæ, alimenta ad ſingultum, remedia ex repletione, vel inanitione. p. 385. & ſequentibus.
Saxi ragia aduertitur. 447.
Saxifragiæ ſpecies, & qualis concedenda. 448.
Sterilitas quid. 457.
Spermatis vitium 460.
Seminis fœcunditas, temperies, effuſio, et multa de ſemine, ibi, & ſequentibus.
Scoriæ ferri ſyrupus. 492.
Seminis profluuiū. 492.
Semen fluens diſtinguitur à menſibus albis. 494.
Sol, & homo generant hominem. 513.
Sentiendi medium. 580.
Scabies, cauſæ, ſigna, curatio, & ſeparatio. 591. & ſequentibus.
Sanguinis miſsio præſidium ſingulare quibus cōuenit, et ſecus, quo tēpore, qua occaſione, & ex quibus venis. 618. & ſequentibus.
Sanguinis miſsio quid, vnde, propter quid, & quibus morbis cōueniat. 621. & ſequentibus.
Sanguinis detrahendi quantitas cōiecturalis. 625.
Sanguis mittendus, quæ requirat, ibi.
Sanguis ante 14. annū detrahitur à pueris. 626.
Sanguinis miſsio nō eſt bona, luna in geminis. 628.
Sanguis ſeruandus pro fœtu, & matri. 626.
Sanguis quare in tertianis mittatur. 631.
Sanguis vſque ad animi deliquiū. 633.

Digitized by Google

Sanguinis quantitas menſuratur à quibuſdam.635.
Syncopis, virium diſſolutio, & animi deliquium, differunt. 634.
Sixti motus de aborſu.652.
Semina vt fructificent matura.667

T

TInea expoſcit eſum carnium.p. 91.
Tactus vbi ſenſus.p.101.
Tonſilarum nomina.p.161.
Tonſilarum vſus, & morbi.ibi.
Tonſilarum affectiones ab angina ſeparantur.p.162.
Talparia, & obſeruatio circa illam. p.164.
Tendonibus quæ mala.309.
Thorax, quid, vſus, et alia eius. pag. 309.et ſequenti.
Tertiana periculoſa quando.p.319.
Teneſmus quid. 423.
Tempus determinatum hominibus ad generandum.604.
Tempus ad ſaugninem mittendum præſtantius, & cũ cautela exercendum.630.
Tertiana petit ſanguinis miſſionem & quare.631.
Turgentia quomodo petit purgationem.658.quid, apud quos.675.

V

VIctus ieiunantium.p.44.
Victus tenuiſſimus.ibi.
Vinum non interdicitur ieiunantibus.p.47.
Vina multa bona efficiunt, & quãdo in acutis morbis conueniunt. p.48.
Vita hominis 70.anni.p.55.
Vtero gerentibus quando concedenda licentia ad carnium eſum. p. 73.
Vtero gerentibus non eſt denegãda licentia.p.75.
Vterogerentes carbones appetunt, et quid faciendum. ibi.
Vterogerentes non ieiunent.p.76.et 509.
Viſui debili quod remedium. pag. 118.
Viſionis interſciſſio.p.119.
Viſus, debilitatis cauſæ, & alimentum pro ipſa.ibi.
Vertigo quid ſit, cauſæ obſeruationes, & victus.pa.167.168.169. 170.171.
Vigilia quid, cauſæ remedia, & victus.p.171.172.173.
Vinum quare negandum, vt medicamentum, & alimentum, vina nigra nocent.p.266.
Vinum tentat cap.p. 267.
Veneni compoſitionem docere impium.p.277.
Venenum quid, & multa ſcitu digna de venenis.pa. 278.279.280. 281.& ſequentibus, vſque ad 300.
Viperæ tẽperamentum quæritur, & caro eius varijs ſaporibus. p.285.
Vinum quæ mala.p. 317.
Veſica fellis quid, & multa de ipſa. p.316.& ſequentibus.
Vomitus laudatur.p. 347.

Veratri vſus, ſpecies, varietas circa vſum, & alia. p. 448. & ſequentibus.
Ventriculi ſedes, figura, tunicæ, fibræ, ſubſtãtia, ſenſus, an ſit tactus p. 342. & ſequentibus.
Ventriculi dolor, & affectiones, & à quibus cauſis, & remedia, & obſeruationes. p. 355. & ſequentibus.
Vomitus quid, an naturalis, bona ex vomitu, prognoſtica, & obſeruatio. p. 391. & ſequentibus.
Ventriculi inflatio quid, ſigna, prognoſtica, & obſeruatio. p. 395. & ſequentibus.
Voluulus non expoſcit neceſſario, vomere excrementa fœcalia. p. 408.
Vermes in capite, in inteſtinis, in dẽtibus, & naribus. p. 416.
Vermes in renibus, in cerebro, & toto genere præter naturam. 417.
Vrinæ profluuium. 434.
Veſicæ lapides ſigna prognoſtica obſeruatio, & curatio. 435. & ſequentibus.
Vrinam prouocantia non ſemper in phlegmone veſicæ. 445.
Virilis membri nomina. 454.
Vulua mulieris, partes eius, & propter quid facta. 454. & ſequent.
Virili pudendi quantitas. 456.
Vulua trahit ſemen. 457.
Virili pudendi, & muliebri, an ſit quantitas naturalis, & vitia illorum. 458. & ſequentibus.
Vteri diſtemperibus ſterilitas. 464.
Vteri vermes. 465. remedia. 466.
Vteri lapides. ibi, & ſanguis concretus.
Vteri motus cor aſcendere. 375.
Vterus vſque ad externa. 376.
De vteri motu Plat. ſent. ibi.
Vteri locus & alligationes, & non aſcendere. 477.
Vterus non alterum animal. 480.
Vterus relaxatus deſcendit, et remedia. 481.
Vteri hydropis ſigna prognoſtica, et obſeruatio. 490.
Vteri flatus, relaxationis, & debilitatis remedium, emplaſtrum, & ſirupus. 492.
Ver tempus ſaluberrimum. 583.
Vita hominis breuis quare. 603.
Viatores ieiunaturi, & ſecus. 609.
Vulua aperta clauditur. 611.
Virgines corruptæ an ſophiſticari poſſint, & quomodo, & multa de hiſt. 611. & ſequentibus.
Virginalis pãniculus an ſit, & quid ſit, & multa de hoc. 614. et ſequẽtibus, pa. 617.
Vuluæ apertio quid, et multa de his. 615. et ſequentibus.
Vtero gerentes an phlebotomandæ, quando, qua occaſione, et ex qua vena. 618. et ſequentibus.
Vtero gerentibus conuenit aliquando ſanguinis miſsio. 628.
Vena ſecanda quæ in vtero gerentibus, et pro diuerſis morbis. 636.
Vtero gerens quibus menſibus phlebotomanda. 637. et ſequentibus.
Vtoro gerens, an phlebotomanda cũ periculo fœtus. 639.
Vtero gerentibus medicamẽtum expurgãs

Digitized by Google

purgans negatur.643.687.conce
ditur.644.
Vmbilicaria purgatio. 649.
Vrgentia. 651 . & 661. 664. 678.
676.
Vtero gerẽtibus medicamentum le-
ue conuenit.653. laxatiuum non
conuenit.654.cidoniatum conue
nit,quibus menſibus.658.pro con
ſuetudine non purgandæ. 660.
Vrina tenuis interdicit purgationẽ.
664.
Vitæ quando ſpes,da operam.679.

Z

ZAratam,quid cauſæ, & cura-
tio, & obſeruatio , & multa
de ipſo. p. 246. 247. 248. & ſe-
quentibus.

FINIS.

Digitized by Google

Hic liber ſuo conſonat exemplari demptis his à me mendis aſsignatis.

PAg. 2. li. vlt. lege filiam, p. 2. li. 3. periti. p. 5. li. 35. quonam modo. p. 6. li. 6. medicorum. li. 9. irrideri. li. 7. p. 2. æger. li. 22. lege liquet. li. 24. cepas & allia. li. 33. præditus. l. 8. p. 1. condecoratur. li. 17. verum. li. 23. introitu. li. 37. rationabilem. p. 9. l. 22. cognitionem. li. 30. ſymptomatum. p. 14. li. ult. viro. p. 15. li. 20. præcognoſcit morbum. p. 17. li. 25. pronuntiationis. p. 18. li. 14. vulgo. 26. decretum. p. 19. li. 11. commoſtrauit. li. vlt. aut. p. 20. li. 12. reſpiciés. p. 27. li. 34. circumvoluente. p. 28. li. 22. li. 2. quia. p. 29. li. 34. Choro. p. 30. l. 13. Ezechielis. 20. infamemus. p. 31. li. l. 27. acutis. 34. num. p. 36. li. 9. ſordido. p. 38. li. 22. puniretur. p. 39. li. 37. propria. p. 51. li. 21. ſuper articulum quartum. pag. 55. lin. 24. mentis. pag. 57. lin. 22. Nicolao. lin. 26. per actionem caloris. p. 61. li. 21. membrorum. 35. Medina. p. 63. l. 12. alijs, p. 65. l. 17. arbitrio. p. 73. li. 3. parare. p. 74. l. 16. Hiſpanice. p. 74. l. 28. concupiſcibile. p. 84. 23. prima. p. 85. l. 1. Aracharugi. p. 86. li. 10. fere. p. 86. l. 37. in ſolari. p. 90. l. penult. vitiligo. p. 91. li. 33. poetis. p. 92. li. 1. Eurimdôtis. li. 13. diſentiunt. p. 94. li. 7. aptitudinis, p. 95. li. 17. allegato. li. 33. Veiga, li. 34. diei. p. 96. li. 22. paruus. p. 97. li. 36. præſtetur. p. 100. li. 22. eſt. p. 105. li. 14. contuſis. p. 107. li. 27. aperiétes. p. 108. li. 24. ad auditum. p. 108. li. vlt. fieri. p. 109. li. 4. ex neruis. p. 110. l. 4. Macrobium. pag. 111. li. 4. anethino. p. 115. li. 12. videbimus. p. 116. li. 20. corpore. p. 177. lin. 21. lege. Aris. vbi Gal. li. 29. quod. p. 118. li. 14. animaduertentur. p. 124. li. 2. ad generationem. p. 128. li. 25. quo. p. 130. li. 16. in imaginibus. p. 143. li. 17. de decoratione. p. 149. infra medium lege dormitationem, & dormitatio. p. 156. li. vlt. ſpectare. p. 158. li. 1. Nicoſtrati. p. 162. li. 20. paracynanche. p. 163. li. 32. & corpus, p. 167. li. 16. lædentem. p. 175. li. 26. ſatiua. 178. li. 7. alam. li. 37. neceſſaria. p. 186. li. 15. deperditur. 188. li. 22. fouendi. p. 194. li. 15. quam. p. 205. li. 19. iuuenculam in hoſpitio. li. 20. percipies. p. 210. li. 33. ſuperfluitatum. p. 213. li. 6. locis. li. 27. fautium. p. 214. l. 14. ſepius. li. 32. parti. li. 35. p. 216. li. 15. orphanotrophio. li. 21. ſcorpionum, 217. lin. 35. progeniei. p. 218. lin. 32. broncocelas. p. 220. li. 30. inflammationem. 223. li. 28. ita vt. p. 225. li. 3. ſecundum, ibi. lin. 19. adenoſis. p. 227. li. 23. incindentis. p. 234. l. 26. repletione, & quantitas. p. 238. l. 3. lichene. 240. li. 5. auxilio. p. 251. li. 27. habere. p. 257. lin. 34. præteritorum. p. 258. lin. vlt. aſportantur. p. 260. li. 11. amariuſculo. p. 262. li. 2. liuidum. l. 33. aluus. p. 263. l. 3. aluus. p. 265. l. 11. condonandum. p. 270. l. 1. intemperie. p. 271. l. 20. pedum. p. 275. l. 10. circa. l. 36. legamus. p. 277. l. 4. poſſe. l. 25. 2. p. 279. l. 24. mutatur. l. 37. & ſi. p. 289. l. 29. lactucæ. p. 291. dicũt. p. 291. l. 31. nec ſuſpicione deficiente, ibi, ignorantibus. p. 275. l. 18. eſſentia. l. 25. veneficium. p. 296. l. 6. legitur. l. 9. inqua. p. 301. l. 35. delirio, p. 303. l. 22. fugere. p. 304. l. 15. ex antipatia. p. 304. l. 26. fame. l. 32. organo. 306. li. 8. alas. l. 34. exercitium. l. 35. aſthma. p. 310. l. 18. delirium. p. 313. l. 22. oxilapathi. 318. 18. recinore. p. 320. l. 17. exercitio. p. 322. l. 14. tarditas. l. 33. equidem. p. 325. l. 25. licentia. 328. l. 33. ducti. 330. l. 5. autores. l. 32. excitari. p. 337. l. 14. vncijs. l. 15. confectionis Hamec. p. 340. l. 14. quam ibi percipere. 341. 25. differentiam. l. 32. liquet autorem. p. 342. l. 11. propter. li. 18. contraria. p. 343. l. 3. habeat. p. 349. l. 6. balneatione ibi. 32. ſuã. p. 353. l. 6. apetentias. p. 354. l. 5. ventriculo. l. 16. ſpeciem. p. 356. l. 6. vini. l. 8. ſociorum. 358. l. 20. ſimilis. p. 381. l. 15. potationibus. p. 383. li. 9. infeſtiſsimi hoſtem deuitent. 384. l. 14. dicebant. 385. l. 23. ita. p. 393. l. 8. aliquot. 396. l. 20. vniuocare. 403. l. 23. in longis, p. 407. l. 4. vt. p. 408. l. 34. miſerere mei. p. 409, l. 16. lien. p. 410. l. 22. ventus, p. 418. l. 25. Hippocratis. 422. l. 25. phlegma. p. 424. l. 5. hac. p. 426. lin. 29. ſtrictiore 42. l. 26. degerent. 453. l. 23. ſpeciei. p. 454. l. 13. ſeminalium. l. 25. ſcilicet. p. 456. l. 14. q. 1. art. 2. 457. l. 25. viri. p. 459. l. 2. neque. l. 12. clariſsime. l. 22. ſi. l. 23. exhaletur. p. 460. l. 12. corporis. 481. l. 7. diſtorquentur. 486. l. 16. ait. p. 486. l. 30. tumor. 490. l. 6. Hippocratis. l. 18. delirium. 497. l. 8. decet. p. 505. l. 19. partẽ. p. 510. l. 3. quam. p. 516. l. 24. foſſum. p. 526. l. 8. reſpondetur, p. 27. l. 23. poſsibile. p. 534. l. 27. particularum. 535. lin. 12. vitero. l. 29. tempore. 629. lin. 33. diei. in cuius rei teſtimonium has literas meo nomine ſubſcripſi datas Compluti, Anno. 1598. die vero ſecunda Iunij.

Licentiatus Chriſtophorus Orduña.

Digitized by Google

YO Gonçalo de la Vega Secretario de camara del Rey nueſtro Señor, y vno de los que en el ſu Conſejo reſiden: doy fee que por los Señores del Conſejo fue taſſado cada pliego del libro intitulado, Medicina Medicorum incipientium, &c. A tres marauedis en papel, y a eſte precio mandarõ ſe venda y no a mas. Y que eſta taſſa ſe ponga al principio de cada libro para que ſe ſepa lo que por el ſe ha de lleuar, y que no ſe venda de otra manera, y por que dello conſte: de pedimiento del dicho dotor Iuan Alonſo, y mandamiẽto de los dichos Señores, di la preſente en, Madrid a diez dias del mes de Iunio, de mil y quinientot y nouenta y ocho años.

Gonçalo de la Vega.

Digitized by Google